# DE DIVISIONE FRVCTVVM

## INTER PLVRES, ILLOSQ; DIVERSOS

Tractatus abſolutiſsimus in duas Partes diuiſus

IN QVARVM PRIMA DE FRVCTIBVS AGITVR; ac de ijs, quæ aut in fructu ſunt, aut quoquo modo fructuum nomine continentur, & veniunt.

*IN SECVNDA VERO QVALITER, ET IN QVIBVS caſibus diuerſimodè fiet fructuum iſthæc diuiſio inter plures, diuerſosq; conſiderata.*

OPVS SIQVIDEM, SICVTI NOVVM, AC SVMMA ERVDITIONE elaboratum, vt ex ſui lectura quiſpiam & percipiet, & arbiter fiet, ſic cunctis vtramq; legalem Philoſophiam profitentibus, Feudiſtis præcipuè, ac in foris iudicia facientibus, nedùm vtile, & fructuoſum, verùm etiam perneceſſarium.

HORATIO BARBATO

A S. GEORGIO MOLARIÆ,

Ac eiuſdem Terræ Maioris Curatæ Eccleſiæ ABBATE Præſtantiſſimo, ac Acutiſſimo I. C. Authore.

*Nunc primùm in lucem prodiens cum ſuis Summarijs, & Indice locupletiſſimis, ac Superiorum licentia.*




NEAPOLI, *Typis Iacobi Gaffari*. M. DC. [illegible]

Expenſis Io: Dominici Boue.

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMO VIRO
## Clariſsimoq; Patritio
# D. FRANCISCO ANTONIO
# MVSETTVLA
## S. R. C. Sanctæ Claræ Conſiliario Meritiſsimo.

*QVanto cùm totius Reipublicæ bono doctiſſimorum hominum labores excepti ſint, qui in aliqua prudentiæ ciuilis parte diuturnis commentationibus illuſtranda deſudarunt, FRANCISCE ANTONI Illuſtriſs. & facile eſt omnibus intelligere, & tibi potiſſimùm ſit vſu ipſo perſpicuum magis in dies in iſto, quo tanta cum ſapientiæ laude fungeris munere. Nam quis eſt, qui in Iuris prudentiæ diſciplina mediocriter obuerſatus, neſciat ita vniuerſam illius rationem implexam eſſe, vt niſi eruditiſſimorum hominum in ea explicanda, enodandaq; accedat induſtria, multo plus Ciuium animis allatura ſit hæſitationis, quàm publicis rebus vtilitatis: Quibus ego ſanè rationibus adductus; publicis & ipſe commodis, quantum in me eſt ſeruire ſtudens, Horatij Barbati viri iuris prudentia nobilis doctiſſimas* De Diuiſione fructuum inter plures, illoſq; diuerſos *lucubrationes typis excudendas curaui de meo. quibus in lucem prodituris cùm aliquam patrocinij vmbram quærerem, cui æquius à me nuncupari deberent præter vnum te nullus occurrit, in quo nimirum omnia, quæ diffuſa, ac diſſipata laudari ſolent in alijs, congregata, atq; coniuncta, & optimo iure ſuſpicimus, nec ſine iucundiſſimo quodam ſenſu voluptatis amamus, Splendore generis alius, alius doctrinæ claritate conſpicuus: pauci admodùm, qui cum auita gentis nobilitate ſcientiarum ornamenta coniungant; atq;*

*ex*

Digitized by Google

*ex hoc ipſo genere hominum quis eſt qui ſua ipſius commoda ita publicæ vtilitati poſt habeat, vt alijs vacare, quàm ſibi malit? in te verò quid non excellens? quid non egregium, ac ſingulare? Nam ſi auitam gentis tuæ gloriam quærimus, nihil profectò in illa eius generis ornamentorum deſiderabimus, quæ familiæ nobilitatem illuſtrare conſueuerunt. Ecquod enim tempus fuit vllum, quo maiores tui domi, forisq; ſeù militaribus, ſeù domeſticis pacis inſignibus non effloruerint? aut quæ honeſtiora vmquàm vel armorum, vel togæ munia obeunda non ſuſceperunt, quibus & patriæ Vrbi prodeſſent, & ſuam Neapolitanis Regibus fidem integram, inuiolatamq; præ ſe ferrent? quos quidèm percenſere ſingillatim omnes & nimis eſſet infinitum, & modeſtiæ tuæ fortaſsè non opportunum. Vnum tamen ex omnibus proferam Io. Antonium proauum tuum, in quo omnia pacis ornamenta, omnia militaris honeſtamenta diſciplinæ à Carolo V. Romanorum Imperatore collocata ſunt. nam & Regiæ Cameræ ſumma cum laude præfuit, & Cancellariæ Regentis munere cohoneſtatus eſt: bellicos verò inter tumultus verſatus ita eſt, vt & compluriũ exercituum, & Florentini præcipuè Commiſſarius fuerit, & Cæſaris ipſius Legatum apud Clementem VII. Pont. Max. Romæ multos annos egerit. Quid de Horatio Parente tuo loquar? qui cùm ab omnibus huiuſmodi ſeſe muneribus ſacris initiatus abdicaſſet vltrò, ab Vrbano VIII. Rom. Pont. Treuici Epiſcopus creatus eſt. Sed hæc maiorum tuorum, illa tua ſunt, quod penè puer tantùm ſapientiæ, ciuilisq; prudentiæ præ te ſpecimen tuleris, vt Reg. Vicariæ Curiæ quæſtionum tum ciuilium, tum capitalium diſceptator, ac Iudex adlectus ſis. Quo quidem tempore quid eſt prætermiſſum à te aut laboris, aut induſtriæ, quo Vrbis iſtius commodis, atq; vtilitati ſeruires? Quibus ſanè rebus tibi ad Regij Conſiliarij munus, quo in præſentiarum fungeris gradum comparaſti. in quo quanta cum doctrinæ laude verſeris, & quàm gratis omnium acclamationibus, enarrare opus non habeo, cùm & nouerint omnes, & experiantur in dies. Iure igitur volumen hoc nomini tuo patere à me inſcribi, eaq; qua ſolitus es humanitate hoc qualecumque vel obſeruantiæ erga te meæ pignus, vel officij penſum quantumuis exiguum libenter excipias. Cæterùm illud precari à Superis numquàm deſinam, vt res tuas maioribus incrementis augeant ſemper, ac feliciſſimo rerum euentu fortunent. Vale.*

*Illuſtriſs. Dominationis tuæ*

*Humillimus ſeruus*

Io. Dominicus Boue.

Digitized by Google

# IO. DOMINICVS BOVE
# AD LECTOREM.

POllicitationibus deſero, amantiſſime Lector. Prodit ecce promiſſus Tractatus
De Diuiſione fructuum inter plures, illosq; diuerſos. Præclariſſimi, Erudi-
tiſſimiq; I.C. HORATII BARBATI, opus mira ordinis contextura, Metho-
dica partitione, ſcientiæ eminentia diſputatarum, quamplurium vſu frequentiũ
quæſtionum profunditate, & ſubtilitate, ac practicabilium caſuum in eo refer-
torum ſolertia, conſumatiſſimum, & omninò præciſum. Libenter itaque, gratoq;
animo recipias. Nihilum enim nec accomodatius, nec oportunius excogitare,
aùt deſiderare valebis. Eſt ſiquidem, ceù amæniſſimum viridarium florum, ac
vberrimum Pomarium fructuum, ex quo induſtriùs quiſpiam, quiſquis ille ſit,
& ſuccum hauriet, ac ſuaues fructus guſtabit. Excipiet namq; Canoniſta, quid affirmandum in mate-
ria decimarum, oblationum, ſubſidij charitatiui, quotidianarum diſtributionum, Beneficialium, ſiuè per
collationem, ſiuè per reſignationem, ſiuè per electionem attinẽtium, vocis in Capitulo, alternatiuarum,
Iuriſpatronatus ſpoliorum eccleſiaſticorum, Monachi ingreſſus, ſucceſſionis, & teſtamenti, aliorumquè
ferè innumerabilium. Excipiet Feudiſta, quid concludendum in hypotheſi feudalium aquarum, ipſarũq;
decurſuum, fluminum priuatorum, & publicorum, Molendinorum, Iuris piſcãdi, Venationis, Paſcuo-
rum, Fidæ, & Diffidæ, Collectarũ, Gabellarum, Vectigalium, Tributorũ, Creationis Capitanei, Baiuli,
Magiſtri Nundinarum, Siclarij, Aſſeſſoris, aliorumq; Officialium, Deputationisq; actorum Magiſtri.
Item Angariarum, Perangariarum, Reuocationis vaſallorum in Terram, è qua diſceſſerunt, vti in ea
cenſitorum, & ad perſonalia ſeruitia, ſiuè Angarias, & Perangarias obligatorum, Seruitiorum itidem
per eoſdem vaſallos debitorum, Cognitionis rurſus cauſarum eorundem tàm in ciuilibus, quàm in cri-
minalibus, illarumq; remiſſionis in concurſu, Pœnarum inſuper, mulctarumq; condẽnationis, & exa-
ctionis, Subuentionum, ſiuè Adiutoriorũ ex diſpoſitione Regni Conſtitutionum, & Capitulorum in ca-
ſibus inibi expreſſis exigẽdorum, vocis in Parlamento Regia authoritate indictis, Baliatus, Maioratus,
ſiuè Primogenituræ, Releuiorũ, Salinarum, Theſaurorum, aliorumq; Fiſcalium iurium, ac clauſularũ
inueſtiturarum, quæ non ſparſim, & obiter, ſed ex profeſſo, iuxtà contingentes materias in toto opere
congeruntur. Excipient Claſſici, ac qui iurium ſubtilitates in ſcholis intuentur, & profitentur, vltra
innumeras quæſtiones, iuxtà veros iuris tramites cõcinnè diſputatas, & reſolutas, Peregrinos ſiquidem
non perpaucos legum intellectus, notabilem præceteris ad Papiniani hypotheſim in l. diuortio in princ.
iuncto §. ſi vir in fundo ff. ſol. matrim. Item in c. 1. §. his conſequenter hic finit lex in vſib. feud. in l.
vnic. C. quand. Imper. int pup. & vid. in l. malum §. viduam ff de verb ſign. in l. eleganter §. fi. ff. de
pign. act. in l. executores 8 C. de ſuſcep. præpoſ. lib. 10 in l ſupercreandis C. de iur. fiſ. eod. lib. 10. in
l. quædam 62. ff. de acq. rer. dom. in l in modicis 24. ff. de contrah. empt. & vend. in l ſi mercedem §.
cùm fundum ff. de act. emp. in l. fructus 49 ff. de vſufr. iuncta l fructus 72. ff de reg. iur. in l intereſt 6.
C. eo. tit. de vſufr. in l. fi. C. de fund. dot. in l. itẽ ſi fundi 10. verſ. ſed ſi metalla, in l. ſi fur 14. in l. vti frui
§. fi. & l. defuncta ff. de vſufr. in l. ſi vſufructuarius §. Iulianus ff. quib. mod. vſusfr. amit. in l qui ſcit §
præterea, & l. Herennius Modeſtinus ff. de vſur. in l. in fideicommiſſariam ff. ad treb. in l. Celſus 29
ff. de leg. 2. in l. cùm plures §. meſſem ff. locat. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. in l. quod ſciris §.
ſin autem C. de bon. quæ lib. Excipient tãdem iudicium in Subſellijs, & Auditorijs facientes, ac de iure
domi reſpondentes, quid cenſendum, quid conſulendum reſpectiuè, nedum in præfatis, ac argumẽto toto
diuiſionis fructuum in omnibus caſibus, de quibus in hoc opere, verùm etiam in materia decimarum,
tàm Eccleſiaſticarum, quàm Laicalium, Emphyteuſis, Laudimiorum, Vſusfructus, Fideicommiſſorum,
illorumquè, aut admittẽdæ, aut reſpuendæ extenſionis, dotium, donationum propter nuptias, antephati,
donationis item inter coniuges, paraphrenalium, præſumptionis quæſtuum mulieris conſtante matri-
monio, tranſactionis, & compoſitionis delictorum, Partium offenſarum remiſſionis, mercedis ſiue ſalarij
diuerſis competentis, lapidicinarum, aliarumque ſiue auri, ſiue argenti, ſiue æris, ſiue cretæ, ſiue ſulphu-
ris, aut aluminis, & ſimilium fodinarum, iuris congrui, pacti de retrouendendo, colonicarum, ſiue par-
tiariarum, ſiue ad fictus, Agricolarum priuilegiorum, & cæterorum quæ in eo paſſim habentur. Quia
ergò & Canoniſtis proficuum, Feudiſtis vtile, Claſſicis oportunum, Conſulentibus attinens, Iudicanti-
bus neceſſarium, & præciſum eſt opus: hilari vultu, ac ſerena fronte, libenterq; qua ſoles humanitate
Candidiſſime Lector, accipias. Addo aliud: nàm arrha eſt (vt ipſe idem Author in calce tractatus pol-
licetur) ac fructus, vſuraq; tractatuum reliquorũ, quos iam molitur, præſertim Oeconomicæ legalis,
non poſt multa tempora prælo tradendæ, typisq; cudendæ, alteriusq; De Vigilantia, & Mora. Valeas
interim, & ſi offerenti munus ſunt grates reddendæ, mihi amando referas, qui tibi vtilia, & proficua
do, dico. Benè iterùm valé, diùq; valeas, ac Deus te fortunet, tuaq; vota ſecundet.

Digitized by Google

# HORATIO BARBATO I. C. CLARISSIMO.

## Epigramma.

*AN tibi lex debet, vel legi debitor extas,*
*BARBATE, ò noſtri gloria digna poli?*
*Si tibi lex auxit nomen; tu nomina legi*
*Mille auges, legi lumina mille ferens.*
*Siq; orbi lumen lex eſt paritura coruſcum,*
*Lexq; tuo in tenebris lumine lumen habet:*
*Lex, quid in obſcuris, niſi per te lumen haberet?*
*HORATI, ſine te, lex ſine lege foret.*

F. Antoninus Faureus Ord. Præd.

Ad Lectorem. Idem F. Antoninus Faureus.

*DIuidit vt fructus legales HORATIVS abbas,*
*Omni dat fructus tempore in orbe nouos.*
*Perlege. Iuſtitiæ fructus tibi ſolus amœnus,*
*Vſuræq; dolus, fructus amarus erit.*

---

*Ioſeph Giannettaſius Canonicus Deputatus vidit.*

*Felix de Ianuario Sacræ Theol. Doct. Deputatus vidit.*

Imprimatur.

*Felix Tamburellus Vicarius Generalis.*

---

Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Signore

Il Dottor Horatio Barbato ſupplicando fà intendere à V.E. come hà compoſto vn Trattato *De Diuiſione fructuum inter plures, illoſq; diuerſos*. Per tanto la ſupplica reſti ſeruita commetter la reuiſione di eſſo, acciò poſſa ottenere il Regio Imprimatur, & lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

*Magnif. V.I.D. Ioan. Baptiſta de Thoro videat, & referat.*

Brancia Regens.

*Prouiſum per S. E. Neap. die 6. Februarij* 1637.

Anaſtaſius.

Illuſtriſs. & Excell. Dñe

Iuxtà mandatum Excellentiæ Veſtræ inſpexi vtiliſſimum Tract. *De Diuiſione fructuum inter plures, illosq; diuerſos*, editum à Solertiſſimo I. C, *Horatio Barbato*, in quo nil reperi, quin iuri publico, ac bonis moribus officiat; ſed veriùs pro commodo Iuris Profeſſorum arbitror iuſtiſſimè prælo dari poſſe, ſic annuente Excell. Veſtra, cui in omnibus me ſubijcio. Dat. Neap. ex ædibus noſtris die 6. Iulij 1637.

Veſtræ Excell. Deuotiſs. ſeruulus Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

*Viſa ſuprascripta relatione* Imprimatur.

Tapia Regens. Brancia Regens. Zufia Regens Caſanate Regens.

Digitized by Google

# DE DIVISIONE FRVCTVVM INTER PLVRES, ILLOSQ. DIVERSOS,

## HORATIO BARBATO

à S. Georgio Molariæ, præſtantiſsimo, ac acutiſsimo I. C. Authore.

## PARS PRIMA.

### SVMMARIVM.

1 *Materia diuiſionis fructuum perplexa admodùm, anceps, & controuerſa.*

2 *Materia diuiſionis fructuum Dedali labirinto ſimilis.*

*Rurſus ſimilis Hydræ ſeptem capitum, num. 3.*

4 Diuidere *verbum idem, quod ſeparare. Item idem quod diſtinguere, nu. 5.*

*Rurſus idem, quod partiri, vnde Diuiſio, ideſt Partitio, nu. 6.*

7 *Diuiduorum, atq; indiuiduorum tractatus vtilis pro contractibus, & pactis, ad dignoſcendum, qualia diuidua, qualia verò indiuidua dijudicentur.*

8 *Diuiduorum, atque indiuiduorum materia excedit omnes alias, ac in ea palpitauerunt DD. ſicuti Hercules in Larneo conſlictu.*

9 *Diuiduum non dicetur, quando pars diuiſa non afferret tantam vtilitatem respectu partis diuiſæ, quemadmodùm totum reſpectu totius.*

### CAP. PRIMVM.

1 PErplexa adeò, anceps, & controuerſa eſt materia diuiſionis fructuum inter plures, vt fateri neceſſariò cogar, nihil eſſe in toto iure, cũ apud veteres, tùm apud Neotericos, ſeù Recentiores, ſiuè Claſſici ij ſint, ſiuè Aulici, ſiuè de iure Reſpondentes, nec magis controuerſum, nec ſuper quo magis *Doctores* ipſi ſint in cõtraria, & diuerſa diuiſi, ac ſuper quo tandem fulgentiſ-



Digitized by Google

ſima etiam, clariſſimaq. iurium ſydera magis inſudarint.

2 Quò facillimè fiet, vt ipſam inextricabili Dedali labirinto æquemus, è quo incluſus quiſpiam, quantò fortiùs totis viribus exire contendebat, eò implicatior reddebatur, rectumq. redeundi amittebat iter. Comparabimus item illam Hydræ ſeptem capitum, cuius dùm vnũ

3 quis obtruncabat, illicò rurſus inſurgebant alia ſeptem, eò quod cùm ad amuſſim, ac pro viribus difficultates quis in ea ſedaſſe credit, occurrunt mox aliæ inextricabiles, & validiores. vt autem illam, qua poſſumus facilitate abſolutam reddamus, per diſtincta ſeparatim capita tractabimus; ante omnia tamen huiuſce noſtri tractatus inſcriptionis literam planam reddentes, quæ talis eſt.

DE DIVISIONE FRVCTVVM INTER PLVRES, ILLOSQ. DIVERSOS.

Pro cuius lucidiori intelligentia, præmuniẽdum, Primo ſtatuo, quid ſit DIVIDERE, indeq. DIVISIO in materia noſtri tractatus, ibi DE DIVISIONE. Secundò, quot fructuum genera conſiderari poſsũt in materia, ꝑ ornatu verbi *fructuum*, ibi DE DIVISIONE FRVCTVVM. Et tertio loco, qualiter ipſorum fructuũ diuiſio fiat inter plures, atque diuerſos, quotq; ſint caſus, in quibus diuerſimodè fiat hæc fructuum Diuiſio inter diuerſos conſiderata. De primo, & ſecundo ꝑ diſtincta capita agemus in Prima Parte. De tertio verò in Secunda Parte, diſtinctim ſimiliter, ac per diuerſa capita, in vnoquoque ipſorum capite agentes ad partes de perſonis, inter quas fiat diuerſimoda iſthæc fructuum Diuiſio.

4 DIVIDERE igitur, ex quo DIVISIO, vt hinc exordiar, idẽ eſt quod ſeparare. Vnde *Virgil. in quodam Epigram. Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.* Diuiſum imperium, hoc eſt ſeparatum imperium, iuxta quæ eſt illud *Geneſ. c. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamẽtum, & diuiſit aquas, quæ erant ſub firmamẽto, ab ijs, quæ erãt ſuper firmamẽtum.* Diuiſit aquas, ideſt ſeparauit aquas.

5 DIVIDERE item idem ſignificat, quod diſtinguere, inde DIVISIO, quaſi DISTINCTIO, & tali ſenſu accipitur verbum iſtud *diuiſio in tit. ff. & Inſtit. de rerum diuiſione*; hoc eſt de rerum Diſtinctione, cũ in eo *toto tit.* diſtinguantur res, quæ diuerſi iuris ſunt; quippè eæ, quæ Diuini, ab ijs, quę humani, indicatur itidem quæ ſint res communes omnium, quales Publicę, quales Vniuerſitatis, quales Nullius, quales Singulorum, quales inſuper ſint in patrimonio noſtro, quales extrà, & ſic de ſingulis.

6 DIVIDERE tandem idem erit, quod partiri. Vnde DIVISIO ideſt PARTITIO, & taliter ſumitur in *tit. ff. & C. communi diuidundo*, ideſt, COMMVNI PARTIENDO pro quo particularem actionem indixerunt veteres *Iuriſconſulti*, quam communi diuidundi vocitant, & de ea in *tit.* prædicto *ff. & C. communi diuidundo* per totum, & tali quoque ſenſu accipiendum erit verbum iſtud DIVISIO in materia præſentis noſtri tractatus, ibi, DE DIVISIONE FRVCTVVM INTER PLVRES, hoc eſt, de partitione fructuum inter plures.

Poſſet hoc loci agi de ijs rebus, quæ diuiſionem, ſeù partitionem, aut admittunt, aut reſpuunt, quę ſub Diuiduorum, indiuiduorumque nomine à *Doctoribus* explicantur. tractatio non prorſus inuti-

7 lis, præcipuè pro contractibus, & pactis ad dignoſcendum, quæ diuidua, quæ verò indiuidua dicantur, quam tractationem ſubtiliſſimam, & de apicibus iuris profitentur *Paul. de Caſtr. in l. ſtipulationes non diuiduntur, Iaſ. Ripa, & alij in l. 2. §. & harum, & in l. 4. §. Cato, ac in d. l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat.* Subdunt inſuper Neoterici aliqui poſt

8 antiquiores, materiam iſtam in modum excedere omnes alias, vt in eius intelligentia non minus *Doctores* palpitauerint, quàm Hercules in Lerneo conflictu. Dixitq. de ea *gl. in l. 3. ff. eod. tit. de verb. obligat. Miranda nouitas, ſubtilis ſubtilitas, quis eam ruminabit?* Et *Cynus in auth. hoc ita C. de duob. reis col. 1 in fine* ait, eam eſſe arduum, & profundum pelagus. Sed quia materia iſta, ſi nõ prorſus eſt, tamen aliquantulũ remota ab inſtituto noſtri tractatus, in quo de diuiſione

tantùm

tãtùm agemus, ſeù partitionẽ fructuum faciẽda inter diuerſos, ac de rata quemlibet tangente in diuiſione ipſa, non verò de iis, quæ diuiſionem patiantur, aùt nõ: tametſi in fructibus computentur etiam aliqua, quæ dictam partitionem nõ admittunt, vt fętus animalium, aliaque huiuſmodi, quæ in fructu ſunt, ac in diuiſionem veniunt fructuum, vt tradunt *Pinell. & alij* relati per *Baldax. de Angel. in addit. ad Gizzarell. deciſ.* 34. *num.* 6. item *Peregr. de fideicomm. art.* 49. *nu.* 65. Et infra etiam patebit, & tamen reſpuunt partitionem reſpectu inconuenientis ab *Vlpiano* conſiderati in *l. in executione* 85. §. *pro parte ff. de verb. obligat.* quem ſic commendant valdè, extollunt, & intelligunt ibidem *Bart. Angel.*
9 *Imol. & DD.* communiter, quia ſcilicet pars illa non afferret tantam vtilitatem reſpectu partis, ſicuti totum reſpectu totius, proinde conſultò omittimus de ea ſermonem inſtituere, remittentes cupidum Lectorem ad ea, quæ in materia tradunt *Doctores* omnes in *d. l.* 2. §. *& harum, in d. l.* 4. §. *Cato, & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat.* alibique paſſim, ac ad alios quamplurimos, qui peculiares tractatus conſcripſerunt *de diuiduis, & indiuiduis,* quorum numero ſunt præcęteris *Eguinarius Baro in ſuo libro de indiuiduis, Antonius Fumęus* lib. *peculiari ſimiliter indiuiduorum, Vaconius à Vacuna declarat. iuris lib.* 5. *declarat.* 72. *Franciſcus Connanus commentariorum iuris ciuilis lib.* 6. *cap.* 2. *Franciſcus Duarenus diſputat. anniuerſ. lib.* 1. *c.* 59. *toto,* inter quos vberrimus eſt ille *Gaſparis Gaballini* nomine vſurpatus, ementito proprij Authoris nomine, tamquàm damnatæ memoriæ viri, expurgandus ipſe priùs, vt inoffenſo pede, ac ſine vlla erroris labe, aùt ſuſpitione legi poſſit.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fructus triplicis ſpeciei ſecundùm communem, quippè naturalium, induſtrialium, & ciuilium.*

2 *Fructuum induſtrialium diſtinctionem negat* Coraſ. miſcellan. iur. lib. 5. c. 9.

3 *Fructus qualiter diſtinguatur ſecundùm* Vaconium à Vacuna declar. iuris lib. 4. declarat. 41. nu. 10.

4 Menoch. *ſibi contrarius in diſtinctione fructuum.*

5 Fructuum *ſpeciem accidentalem, ſiuè caſualem concedit* Boer. deciſ. 224. nu. 7.

6 *Fructus qualiter diuidantur, ac diſtinguantur ſecundùm* Authorem.

7 *Fructuum communis diuiſio, quòd alij ſcilicet ſint naturales, alij induſtriales, alij ciuiles, tametſi non iuri congrua, retinendam ducit* Author *in hoc* tract. *ad hoc nè procedatur confusè in illo.*

8 *Fructuum alij pendentes, & non dùm à ſolo ſeparati, alij percepti, & à ſolo ſeparati.*

9 *Fructuum pendentium alij maturi, & recollectioni proximi, alij uerò immaturi.*

10 *Fructus pendentes connumerantur inter immobilia.*

11 *Fructus ſunt pars fundi, & nu.* 16.

*Et hoc nedum in iudicio rei uendicationis, uerùm etiam in actione perſonali nu.* 12.

13 *Fructuum idem eſt iudicium, quod de re ipſa, ſiuè de fundo, in quo pendent.*

14 *Fructus pendentes tempore inuentarij faciendi non ueniunt in confiſcatione bonorum mobilium.*

15 *Legitima debetur filijs de ſubſtantia bonorum patris, non autem de fructibus:*

*Fallit in ſupplemento legitimæ, quæ poteſt fieri de fructibus, vt ibidem.*

16 *Decimandi qui ius habet dicitur habere partem in fundo decimabili.*

17 *Decimator poteſt inhibere Domino, nè colligat eo inſcio fructus.*

*Et hoc non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium: nàm illa tamquàm præbens cauſam furandi, ac fraudes parandi, non eſt ſeruanda nu.* 18.

19 *Decimator poteſt deputare cuſtodes pro cuſtodia fructuum, ac frugùm, ex quibus decima debetur.*

20 Prohibitus *alienare rem, non poteſt alienare fructus pendentes, non dùm iam perceptos.*

21 *Vicinus poteſt vti iure retractus aduerſùs ementem pendentes fructus prædij ſibi uicini.*

22 *Fructus conſtituunt partem fundi quotitatiuam, non verò integralem, & abſolutam.*
23 *Fructuum pendentium appellatione non veniunt fructus ciuiles, vti non de corpore.*
24 *Segetes ſatæ in Terris an computentur inter mobilia, an verò inter immobilia.*
25 Deciſ. Rotæ Auenion. *apud* de Laurent. 26 *repellitur.*
26 *Arbores multæ ſeminantur, quemadmodùm & ſegetes.*
27 *Mobilium appellatione an comprehendantur frumentum, ordeum, vinum, oleum, & ſimilia in legato mobilium facto.*

## CAP. II.

1 FRuctuum recepta eſt diuiſio ex *Bar. in l. ex diuerſo ff. de rei vendic. gl. in cap. grauis de reſtit. ſpoliat.* ac cæteris ibidem, quos ſequuntur infra mox allegãdi, eos ſcilicet eſſe triplicis ſpeciei, & ſic alios dici naturales, alios induſtriales, alios verò ciuiles. Naturales dixere illos, quos natura producit, nihil in ijs cooperante hominis opera, quales ſunt mala, nuces, perſica, ceraſa, vuæ, poma, & ſimilia *l. fructus*, ibi, *nàm ſi poma decerpſerit ff. de vſur.* Induſtriales appellauerunt, quos produxerit opera, ac labor hominis, cooperante etiam natura: non tamen ipſa natura productura, ſi remota fuerit hominis induſtria, & inter tales connumerant frumentum, ordeum, lac, ſegetes quaſcumque, lanam pecudum, iiſque paria. Ciuiles tandem dixerunt illos, qui in totum proueniunt ab induſtria hominum, & huiuſmodi affirmant eſſe penſiones domorum, alioſque annuos redditus *l. vſuræ, l. prædiorum ff. de vſur.* Et ita hanc diuiſionem, ſeù fructuum diſtinctionem probant, nedùm *gloſ. Bart. & alij* deſuper citati, verùm etiam ex recẽtioribus *Dom. Turaminus* præceptor meus *ad l. diuortio c. 1. nu. 7. ff. ſol. matr. Maſtrill. dec. 34. n. 41. Gizzar.* qui alios cumulat *dec. 34. n. 22. Capan. de iure releuij p. 2. q. 2. nu. 7.* aliique paſſim.

2 Aduerſùs tamen diſtinctionem iſtam inuehit *Coraſ. miſcellan. iur. lib. 5. c. 9.* negans induſtrialium diſtinctionem, contendenſque tàm dici naturales illos, in quibus plurimum natura, parùm verò, aut nihilum cooperante homine, quàm etiam illos, in quibus plus opera hominis, quàm natura producti extiterint, quales ſunt ſegetes, & ſimilia, adducit in id pro ſua ſententia confirmanda rationes plurimas, quas in vnum redigens repellit *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 210. nu. 6. cum ſeqq.* vſque ad *num.* 17. & ſatis ad propoſitum.

3 *Vaconius à Vacuna variar. declar. iur. lib. 2. declar. 41. nu.* 10. aliter diſtinguit, dicens, fructus alios eſſe merè naturales, alios merè induſtriales, alios ciuiles, alios naturales induſtriales. Merè naturales, inquit ipſe, eſſe illos omnes, qui ex herbis, arboribus, & animalibus naſcũtur. Merè induſtriales illos, qui nõ ſunt natura ipſa, ſed opera, & hominum induſtria acquiruntur, & inter tales connumerat nummos acquiſitos ex nummularia, mercatura, & huiuſmodi, quæ per peritiam, & artem hominis, eiuſque induſtriã proueniũt, adducit in id *Ariſt. 1. Politic.* Ciuiles, dicit, eſſe nummos ex penſionibus, & vecturis nauis, iumentorumque, ac vſura acquiſitos, qui non ſunt natura ipſa, ſed iure proueniunt, ſeù percipiũtur, *tex. in l. ſi nauis ff. de rei vendicat.* Naturales induſtriales, tandem concludit, eſſe ſegetes, aliaque huiuſmodi, in quibus vtrumque operatur, & natura ſcilicet, & induſtria, ſiuè opera hominis. Verùm hanc *Vaconij* diſtinctionem impugnat *Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 577.* dicens, illam non ſibi multùm placere.

4 Ipſe verò *Menoc.* ſibi cõtrarius tametſi in *d. tract. de recuper. poſſeſſ. d. remed. 15. nu. 577.* cum communi comprobauerit fructuum ciuilium diſtinctionem: attamen *de arbitr. Iud. d. caſu 210. num. 29.* recedit à cõmuni, & cum *Pinello in l. 2. C. de reſcind. vendit. par. 2. c. 4. nu. 5.* dicit, dari duplicem tãtummodò fructuum ſpeciem, naturaliũ ſcilicet, & induſtrialium, reiecta tertia ſpecie ciuilium, tamquàm commentitia, nulloque iure probata, eò quòd maior exigitur induſtria hominis in vſuris, penſionibus domorum,

rum,

rum, vecturis nauium, & his ſimilibus, quæ collocant *Doctores* inter fructus ciuiles, quàm in his, quæ prouebiunt ex arte nummularia, ac mercatura à *Doctoribus* collocatis inter induſtriales. Et ita hanc duplicem fructuum ſpeciem, ante ipſum probauit *Ioannes Copus de fructibus lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 3. ſuffultus authoritate *Iuriſconſulti in l. fructus ff. de vſur.* vbi fructus diſtinxit, nulla habita ratione de ciuilibus. Hanc etiam exemplificat *Peregr. de fideicom. art.* 29. *nu.* 128. *&* 129. aſſerens, naturales eſſe illos, in quorum productione plus natura operatur, quàm ars, & ſtudium hominis, induſtriales è contra, in quibus plus operatur ars, & ſtudium hominis, ipſiuſque induſtria, quàm natura inter naturales collocat omnes fructus ex arboribus pomiferis, excepta vua, & oliua, item ſiluas, lignamina, fenum, & arundines, inter induſtriales verò ſegetes omnes, legumina, linum, canepum, hortolatitia, & generaliter omnia, quæ cum aratro ſerũtur, rurſus vuam, oliuam, lac, lanam, animalium fętus, penſiones, vtilitateſque, quę percipiuntur ex domibus, molendinis, ædificiis, naulis nauium, animalium, mercedibus ſeruorum, ac tandem omnes obuentiones prouenientes ex rebus corporalibus, & incorporalibus, itemque ex contractu, vel quaſi, aut aliundè.

5 Non me latet, quandã aliam fructuum ſpeciem poſuiſſe *Boer. deciſ.* 224. *num.* 7. quam accidentalem, & caſualem appellat, collocando inter ipſos ſpolia Monachorum, & Eccleſiaſticorum, quẽ ſecutus eſt etiam *Rebuff. in cõmentar. Regiar. conſtit. tom.* 3. *tit. de fruct. art.* 2. *gl.* 1. *n.* 38, aliaſq; etiam fructuum tùm ſpecies, cùm diſtinctiones per alios diuerſimodè poſitas, & probatas, quas prætereo ſciens. Aliter etiam fructus diuidit, ac diſtinguit *Garſias Hiſpanus de expenſ. & meliorat, cap.* 23. *nu.* 2. *cum ſeqq.* vbi ſubtiliter loquitur.

6 Ceterum ſi libuerit à cõmuni *Doctorum* diſtinctione recedere, faciliter contendi poterit, dari triplicẽ fructuum ſpeciem, verùm taliter diſtinctorum, vt aliqui dicãtur naturales ſimpliciter, aliqui induſtriales ſimpliciter, alii verò mixti, reiecta pęnitùs ciuiliũ ſpecie, tamquàm nullo iure probata. Naturales ſimpliciter appellabimus illos, quos ſola natura producit, adeò, quòd tametſi quandoque opera hominis intercedat, non tamen illa veniet in conſideratione; cùm natura ipſa ſit illos productura, etiam abſque aliquo facto hominis, huiuſmodi ſunt pratorum herbæ, glandes, caſtaneæ, nuces, vuæ, poma, & ſimilia, quæ ipſa natura eſt apta de per ſe ſola producere abſque aliquo facto hominis; tametſi in illis opera hominis acceſſerit, perfectiores forſitan, aut pretioſiores, aùt huberiores fient. Probat hanc ſpeciẽ *Pomponius d. l. fructus* 45. *ff. de vſur.* vbi diſtinguendo fructus dicit, eos, qui non acquiruntur opera hominis eſſe poma, ac quod è Sylua ceciderit. Induſtriales ſimpliciter dicemus è contra illos, in quibus ſola opera hominis concurrit, amota prorsùs qualibet naturæ operatione. Et huiuſmodi ſunt ij, quos aliàs communiter *Doctores* ciuiles appellant, pẽſiones ſcilicet domorum, annui redditus, vecturæ nauium, & iumentorum, nummi acquiſiti ex mercatura, & nummularia, aliaque cætera, quæ ſola induſtria, & peritia hominum quæruntur, quoſuè iure merito, non tantùm induſtriales, verùm induſtrialiſſimos fatetur *Bald. in l. ſi traditio in fine C. de act. empt. & vend.* probauit etiam *Vacon. à Vacuna d. declarat.* 41. *num.* 10. quàmuis tamen probãdo ciuilium diſtinctionem, collocet inter ipſos nummos ex penſionibus, ac vecturis nauium, iumentorumque, itemque vſuras, quæ cùm non minorem exigant hominum induſtriam, quàm nummi acquiſiti ex nummularia, & mercatura, neſcio quomodò poſſint ij conſtituere ſeparatam, & diuerſam fructuum ſpeciem. Mixtos tandem dixerimus illos, in quibus vtraque concurrit, & natura ſcilicet, & opera, ſiuè induſtria hominis, non aliter illos productura altera ſine altera: huiuſmodi fient ſegetes quæcumque, quæ mixtam habẽt vtriuſque, naturæ ſcilicet, & hominis operationem. Naturæ, quia non poteſt homo ſine illa, & hominis, quia non valeret na-

natura ſine ipſo, qui ſemen, aliaque
præſtat ad id neceſſaria.
7 Retenta verò communi fructuum di-
ſtinctione ex *Bartolo*, quòd fructuum
alij ſint naturales, alij induſtriales, alij
verò ciuiles, non quia illa iuri congrua,
ſed benè quia communiter probata, eo
ſaltim reſpectu, ne confuſè procedere
videamur in materia diuiſionis fructuũ,
cùm non ſit curandum de quæſtione
nominis, vt dixit in proprijs terminis *Pi-
nell. loco cit. nu.* 32. ſubdiſtinguas iterùm
8 fructus, alios in pendentes, & non dùm
à ſolo ſeparatos, alios verò in percep-
tos, & à ſolo ſeparatos. De pendentibus
fit mentio in *l. fructus pendentes* 45. *ff. de
rei vendic.* De perceptis verò, & à ſolo
ſeparatis habetur in *l. defuncta* 65. *ff. de
vſufr.* ac alibi paſſim.
9 Subdiſtinguas rurſùs fructus pendẽ-
tes, alios in maturos, & recollectioni
proximos, alios verò in immaturos. De
pendentibus maturis habetur in *l. ſi fur*
14. *ff. de vſufr.*
Subdiſtinguas tandẽ perceptos, alios
in perceptos, hoc eſt à ſolo ſeparatos
tantùm, ſed non dum in horreo recon-
ditos, alios verò in perceptos, hoc eſt à
ſolo ſeparatos, & in horreo etiam recõ-
ditos. De vtriſq; habetur in *l. ſi vſufru-
ctuarius* 13 *ff. quib. mod. vſusfruct. amitt.*
vbi *gloſ.* in verbo *perceperit*, ac in *l. qui
ſcit* 25. §. *an alieno*, & §. *præterea ff. de
vſuris*, ac *gloſ. in l. & ex diuerſo* 36. *in gl.
magna* incip. *non habendam ff. de rei ven-
dicat.* quę diſtinctio deſeruiet admodùm
in caſu vſufructuarij, ac bonæ fidei poſ-
ſeſſoris facientium fructus perceptos
ſuos, ſi ſcilicet dicantur percepti, quòd
tantùm à ſolo fuerint ſeparati, tametſi
non dum in horrea, & cellaria recondi-
ti, an verò oporteat, vt ſint reconditi, de
quo dicemus infrà ſuo loco, agunt verò
præcæteris *Gamma deciſ. Luſitan.* 308.
*nu.* 6. *Couarru. variar. reſolut. lib.* 1. *c.* 15.
*num.* 12. *cum ſeqq. Gutier. canon. quæſt.
c.* 33. *nu.* 4.
10 Addas poſtremo loco, fructus pen-
dentes connumerari inter immobilia *d.
l. fructus pendentes ff. de rei vendic.* fru-
ctus verò perceptos, & à ſolo ſeparatos
inter mobilia *l. fin. ff. de requir. reis*, *Re-
buff. Natta, Decian. Mantic. & alij*, quos
refert *Theſaur. filius quæſt. forenſ. lib.* 1.
*q.* 26. *nu.* 1. tametſi contrarium videatur
ſentire *gl. in Conſtit.* Regni incip. *Si quan-
do aliquem.*
Vtilitas inueſtigationis harum ſubdi-
ſtinctionum hactènus à *Doctoribus* ſic
in ſpecie non conſideratarum patebit
ex poſitione infraſcriptorum.
Nàm quòad pendentes fructus per-
tinet, nedùm, vt diximus, connumeran-
tur ij inter immobilia, vt in *d. l. fructus
pendentes*, comprobarunt *Specul. tit. de
fruct. & inter* §. 1. *verſ. ſed pone Prælatus*,
*Baldus in c.* 1. *in princ. col. vlt. verſ. quæro
quid de fructibus*, *Aluar. & Affl.* tàm
*ibi*, quàm in *cap.* 1. §. *ſi verò pacis de pace*
11 *ten. Flor. in d. l. ſi fur* 14. *ff. de vſufr.* Ve-
rùm ſunt pars fundi, vt in *d. l. fructus pen-
dentes ff. de rei vendic. D. de Franch. deciſ.*
490. *num.* 2. *Theſaur.* qui alios cumulat
12 *deciſ.* 55. *num.* 1. quod intelligas, nedùm
in iudicio rei vendicationis, verùm pari-
ter in actione perſonali *l. fin.* §. *fructus ff.
quæ in fraud. cred.* declarat *Bar. in l. ſi fi-
liusfamilias* §. *cùm fundum in fine*, *vbi*
etiam *Bald. Angel. Raph. Imol. Paul. de
Caſtr. & Alex. ff. de verb. obligat.* alios
congerit *Tiraquell. de retract. lignag.* §.
1. *glóſ.* 7. *num.* 37. Et proinde illud idem
13 erit de illis iudicium, quod de re ipſa, ſi-
uè de fundo, in quo pendent.
Hinc tradit *Affl. in Conſtitut.* Regni
*Grandis nu.* 6. & repetere videtur in *con-
ſtit. Si quando aliquem num.* 11. contra
14 *gloſ. ibidem*, in confiſcatione bonorum
mobilium non venire fructus penden-
tes tempore inuentarij faciendi, ac an-
notationis, iuxtà præſcriptum *d. Conſtit.
Regn. Grandis*, ſtatuentis, in pęnam con-
tumaciæ puniri contumacem in tertiæ
partis bonorum mobilium confiſcatio-
ne, vt ſcilicet inter bona mobilia prædi-
cta non computentur fructus penden-
tes tempore inuentarij faciendi, ſiuè
annotationis, ad præſcriptum *d. Conſtit.
Regn. Grandis*.
Item quamuis ad diſpoſitionem *l. ſci-
mus* §. *repletionem*, ac *Auth. nouiſſima*,
vbi *DD. C. de inoff. teſtam.* debeat filius
15 habere legitimam de ſubſtantia bono-
rum patris, verùm non de fructibus: at-
tamen

Digitized by Google

tamen ſupplementum legitimæ poſſet
fieri de fructibus pendẽtibus, tamquàm
fundi parte, ſic autumauit *Angel. in d. l.
fructus pendentes ff. de rei vendicat.* poſt
*Iacob. Butrigar.* quem in idem adducit
idem *Angel. in l. centurio col. 2. ff. de vulg.
& pupill.* & poſt eos ſic videtur ſentire
*Socin. ſen. in conſ. 93. circa primum col. 8.
verſ. probat etiam dicta opinio lib. 1.*

16 Addas eadem ratione, quia ſcilicet
fructus pendentes ſunt pars fundi, poſſe
qui decimandi ius habet in aliquo fun-
do, dici habere etiam partem in illo fun-
17 do. Quarè poterit ſummo iure inhibere
Domino, ne colligat eo inſcio fructus,
ex quibus ſibi decima debetur, fuit ori-
ginale dictum *Specul. in tit. de decim. §.
fin.* vbi *Ioan. And. in addit. ad eum*, quem
ſecuti fuere idem *Ioan. Andr. Ancha-
ran.* & cæteri communiter in *cap. ex par-
te il ſecundo extra de decim. Guid.* Papæ
*deciſ. 283. num. 1.* vbi ſic deciſum refert,
*Lucas de Penna in l. 2. C. quando, & quib.
quarta pars debe. lib. 10. Couar. variar. re-
ſol. lib. 1. c. 17. num. 8. verſ. 8. ex his colligi,*
Rebuff. *de decim. q. 5. num. 23. D. Præſes de
Franch. deciſ. 117.* quo loci loquitur de
decimatore, tùm Eccleſiaſtico, cùm lai-
co, alios etiã cumulat, & ſequitur *Theſ.
fil. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 9. n. 1.* Et hòc non
obſtante qualibet conſuetudine in cõ-
18 trarium, quam tamquàm præbentem
furandi cauſam, ac fraudes parandi, non
fore ſeruandam concludunt communi-
ter *Doctores*, & ex noſtratibus idem *D.
de Franch. d. deciſ. 117. nu. 1.* ac *Viuius in
deciſ. 4. num. 9.* vbi ſic deciſum refert.
19 Quinimo poteſt etiam deputare cuſto-
des pro cuſtodia fructuũ, ſiuè frugum,
ex quibus decima debetur, & ita per
*tex. in l. ſi ita §. dominus proprietatis ff. de
vſu, & habitat.* concludit *Frecc. de ſub-
feud. lib. 2. author. 12. in princ. Foller. in c.
Regn. Item ſtatuimus, quòd Prælati n. 14.
D. de Franch. d. deciſ. 117.* vbi refert ſic
cenſuiſſe Sacrum Conſilium, & nos di-
cemus latius infra in hoc *eod. tract.* ſuo
loco (Deo benè annuente) vbi fuſiùs
agemus de decima, tàm laicali, quàm
Eccleſiaſtica.

20 Oritur item aliud, quia prohibitus
alienare rem, non poteſt alienare pen-
dentes fructus, nõ dùm iam perceptos,
vt ex multorum placitis tradit *Tiraqu.
de retract. lignag. d. §. 1. gl. 7. nu. 41.*

21 Subſequitur itidem ex eodem fonte,
poſſe vicinum vti iure retractus aduer-
sùs ementem pendentes fructus ratio-
ne partis, quam conſtituunt ij in fundo,
è quo pendent, quàmuis tamen, non
22 partem integralem, & abſolutam con-
ſtituant, ſed quotitatiuam, ad tradita per
*D. de Franch. deciſ. 390.* ac per *Theſ. d. de-
ciſ. 55.* ita tradiderũt *Affl. in tract. de iure
prothomiſ.* ac *Caſſan. in Conſuetud. Bur-
gund. rubr. 10. des retraict. §. 1. in tex. ſo-
uberitage nu. 9.* quicquid in contrarium
autumauerint *Tiraquell. loco cit. num. 42.*
ac *Anne. Robert. rer. iudicat. lib. 3. cap. 9.*
pro *Affl.* ſtat etiam Rendella *de iure pro-
thomiſ. in gloſ. rem immobilem nu. 21. cum
ſeqq. fol. 33.* declarando tamen, vt per
eundem *Rendell. nu. 24. ad finem.*

23 Eſt etiam adnotandum, inter penden-
tes fructus non connumerari, nec eo-
rum appellatione venire fructus ciuiles;
quia cùm non ſint ij de corpore, non
poteſt ſuper illis cadere dubitatio, pen-
deant, nec nè, & ita poſt *Bald.* & alios
concludit *D. de Franch. deciſ. 254. nu. 4.*
ac *deciſ. 168. nu. 13.* quod eſt commen-
dandum ad intellectum *l. defuncta ff. de
vſufr.* vt ſuo loco dicèmus.

Hoc tamen, quod diximus, penden-
tes fructus, tamquàm fundi partes con-
numerari inter mobilia, limitandum ce-
ſuit Rota *Aueniomenſis* apud *de Laurent.
deciſ. 16.* vt non procedat quòad ſata in
Terris, qualia ſunt frumẽtum, ordeum,
24 millium, aliæque ſegetes quæcumque,
quę cùm deſtinata fuerint, vt à ſolo mo-
ueantur, & ſeparentur, ſperanturque in
habitu talia, ac ſi eſſent mobilia, proinde
inter mobilia computari debent, ſecuta
*Paulum de Caſtr. in conſ. 132. lib. 1.* quic-
quid tamen arbitrari poterit de fructi-
bus arborum, cuiuſmodi ſunt oliuę, glã-
des, & ſimilia, quæ cùm numquàm fue-
rint mobiles, niſi quando colliguntur,
meritò inter immobilia collocabuntur.

25 Cæterùm quantum ſit deferendum
præfatis *Dominis de Rota Auenion.* fa-
cillimè excipiet quiſpiam ex ſupra poſi-
tis, cùm ſint eorum tradita contra *tex. d.*

*l. fru-*

*l.fructus pendentes*, qui indefinitè loquitur, ac generaliter, quemadmodùm ab ipſis in hoc cauendum etiam monet *Theſ.fil.quæſt.forenſ.lib.*1.*q.*26.*ſub n.*14. Nec (ne quidem in minimo) vrget pro ipſis ratio deſumpta ex *Paulo de Caſtr. loco cit.* deſtinationis ſcilicet ad id, vt à ſolo moueantur, quia ſi illa vera, militaret vtique etiam quòad fructus arborum, quas nemo non intelligit, non alia de cauſa plantari per Dominum fundi, niſi vt fructus exindè percipiat, & à ſolo ſeparet.

Replicabit quiſpiàm forſitàn, nuſquã illos inter mobilia cõnumeratos, quàmuis tamen fructus exinde excerpti mobiles ſint. Infirma quidem obiectio, nulliuſque prorsùs momenti, cùm non ſuper eo cadat dubitatio, an pendentes fructus ſint mobiles, eò quia nunquàm ij extiterint mobiles, aùt quia deſtinati è contrà, vt fiant mobiles, ſed benè, an ſi tamquàm fundi partes connumerentur ipſi inter immobilia, ſortianturque eandem naturam fundi, è quo pendent; cùm inficiari nequeat, illos pretioſiorem reddere fundum, minoriſque è cõtrà valoris illum effici in venditione, ſi venderetur vacuus, habito iam pro abſoluto, venire illos in venditione, ſi venderetur fundus plenus fructibus ex diſpoſitione *l.Iulianus* §.*ſi fructus ff. de action.empt.*

26 Accedat, quamplurimas eſſe etiam arbores, quæ ſeminantur, quemadmodùm & ſegetes, vt obſeruari præcisè lubet in amæniſſimis campis Fælicis Campaneæ, vulgo *TERRA DE LAVORE*, in qua ceraſa, prunes, perſica, poma quæcumque, mori, mela, & ſimilia ſeminãtur, & deinde cùm creuerint, tranſplantantur, & clarum eſt, ſemina illa aliàs inter mobilia fuiſſe.

Infertur modò ex his ad quæſtionem aliàs, & pluries in diuerſis Senatibus, ac inter Claſſicos etiam, & Conſulentes excitatam: Vtrùm ſcilicet legatis mo-
27 bilibus comprehendantur ſub appellatione mobilium etiam frumentum, oleum, vinum, & ſimilia. In cuius facti ſpecie cenſuit Rota *Auenionenſis d. deciſ.*16. nedùm venire prædicta recondita in horreis, verùm etiam recondenda, & ſic etiam ſata cuiuſcumque generis.

Diſtinxerunt alij fructus, quos teſtator habet ad vendendum paratos ab illis, quos pro vſu ſuo, & familiæ retinere ſolet: ita vt primi non veniant in legato, ſecundi verò comprehendantur in illo, & ita diſtinguebat Hieron. *Gabriell.in conſil.*48. *nu.*36. *lib.*1. quem tameſi referat *Theſ.filius loco cit. nu.*8. fuiſſe quãdòque in caſu occurrenti ſecutum: attamen contrarium ſentire videtur, reprobãdo diſtinctionem ab ipſo *Gabriello* firmatam, ibidemque ſubdit, cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, attento vſu communi loquendi non venire in legato mobilium frumentum, cæteroſque alios fructus: quicquid tamen aliud ſit de iure affirmandum, circumſcripto dicto communi vſu loquendi. Eſt benè verum, quòd cùm diſputatio iſthæc ſit coniecturalis, poterit ex coniecturis, ac ex verbis teſtatoris dignoſci, quandòque venire in illo, non obſtante præfato communi vſu loquendi, de quibus quidem coniecturis, quàm pleniſſimè, & ſatis ad propoſitum agit ipſe idem *Theſ. filius d. q.*26. *à nu.*9. *vſque ad finem*.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus vndè dicatur.*
2 *Frui ex ethymologia verbi fructus idem eſt quod veſci, & dicitur à frumine, quæ eſt ſumma pars gulæ.*
3 *Fructus appellatione continetur omne quicquid ad nos ex re, vel propter rem peruenit.*
4 *Fructus eſt nomen generis, quod comprehendit infinitas ſpecies, & refertur ad omnem rei, ſiuè corporalis, ſiuè incorporalis prouentum.*
5 *Aqua eſt in fructu.*
6 *Aqua vndè dicatur.*
7 *Aqua neceſſaria pro vita humana.*
8 *Aqua, & ignis ſunt quæ propriè magis conferunt ad uitam humanam.*
9 *Aqua, & ignis cur antiquitùs exulibus interdicebatur.*
10 *Aquarum effectus qualis.*
11 *Aquæ bonitas ex quibus probetur.*
*Ipſius etiam præſtantiæ qualis nu.*12.

13 Aqua-

Digitized by Google

13 *Aquarum terreſtriũ quę magis probatæ.*
14 *Aquarum quædam publicæ, ſiuè communes, quędam priuatæ.*
15 *Aquarum quædam quotidianæ, quędam æſtiuæ.*
*Item quædã pluuiales, quædã fontanæ, n.16.*
*Rursùs quædam perennes, quædam non perennes nu.17.*
18 *Fluminum quædam publica, ſiuè communia, quædam priuata.*
19 *Fluminum quędam nauigabilia, quędam non nauigabilia.*
20 *Fluminum priuatorum duplex ſpecies, nàm quædam priuata, quia non ſunt apta vſui publico, quædam verò priuata, quia propria alicuius priuati.*
21 *Aqua, quæ aliàs eſt publica poteſt fieri priuata, cùm priuati fundũ ingreditur.*
22 *Aquarum quædam ex re, quędam verò propter rem & utriuſque exempla.*
23 *Aquã naſcentẽ in ſuo fundo poteſt quis ad ſui libitum diuertere, etiam in præiudicium fundi inferioris, in quẽ deſcendit.*
*Amplia etiam in aqua illa, quæ per fundum priuati tranſit, nam poterit priuatus ille diuertere, nu.24.*
*Amplia, vt neq; poſſit cogi illam concedere à Principe, vel Communitate, num.25.*
26 *Aqua alterius ſi Princeps vti vellet, tenetur ad ſolutionem iuſti pretij.*
27 *Aquam naſcentem in ſuo fundo poteſt quis diuertere in pręiudicium fundi inferioris, etiam ſi per mille annos in fundum vicini decurriſſet.*
28 *Aqua ſecundùm ſui naturam ſemper dicitur deſcendere ad inferiora loca.*
29 *Aquam non poteſt quis diuertere in præiudicium inferioris, quando decurriſſet per opus manu factum.*
*Dummodò in hoc opere manu facto interuenerit ſcientia, & patientia Domini ſuperioris, num.30.*
31 *Aqua in dubio an pręſumatur occupata à Domino ſuperiore, remiſſiuè.*
32 *Aquam diuertere ſuperior non poſſet, quando ſtatuto, vel conſuetudine inductum eſſet, ne diuerteretur.*
*Item quando adeſſet conuentio Partium de non diuertendo, nu.33.*
*Rursùs quando deſeruiret vſui publico, facta tamen ipſius ſolutione iuxtà ęſtimationem, nu.34.*
35 *Aquã immittere in fundũ vicini, per quã fundus ille deterioretur nemini licet.*
36 *Alueum quilibet purgare poteſt, ad hoc ne in vicina prędia aqua defluendo illis ſit detrimento.*
*Etiam ſi caſu fortuito aqua non potuiſſet defluere, num.37.*
*Eaque propter datur repetitio expenſarum in purgatione, etiam inuito Domino facta, nu.38.*
*Quæ autẽ expẽſæ in hoc caſu repetãtur, ibid.*
39 *Aquam, quæ in fundum alicuius intrat, non poteſt Dominus illius diuertere, ita vt ex ipſa auerſione excurrat per viam publicã, illamq; deuaſtet, vel ſi influat in prædia vicinorum in eorum dãnum.*
*Fallit, quãdo nõ faceret animo nocẽdi, n.40.*
*Item quando faceret aggerem ex parte interiori ſui prædij, nu.41.*
42 *Aquam quando teneatur vicinus de neceſſitate recipere, quæ excurrat de fundo ſuperiori.*
43 *Aquatorios tametſi poſſit quis facere in ſuo agro, non tamen poteſt plures in extremo illius ponere, ſi per immiſſionem illam daretur damnum prædio inferiori.*
44 *Aquam ducentes ex publico, ſiuè fluuio, ſiuè fonte non tenentur ad gabellam.*
*Fallit, ſi venderet aquam in ſuo priuato loco manantem, nu.45.*
46 *Aquæ venam ſcaturientis in ſuo fundo ſi quis fodiendo auerterit, tenetur de dolo, quando animo nocendi id faceret.*
47 *Aquarum manantium ex publico fonte nullus, neq; Princeps diſponere poteſt, ſi fuerint illæ deſtinatæ ad vſum Populi.*
48 *Flumina nauigabilia, vel quæ faciunt aliud nauigabile differunt admodùm à fluminibus non nauigabilibus.*
49 *Flumina nauigabilia, vel quæ faciunt aliud nauigabile ſunt de Regalibus, ſecùs verò publica, quę publici tantùm iuris ſunt.*
50 *Flumina priuata, quemadmodùm fontes, riui, aquarumque decurſus priuati iuris ſunt.*
51 *Flumina publica omnia in Regno ſunt Baronum ex Regia conceſſione.*
52 *Barones in dubio non habent eorum intentionem fundatam de iure, vigore inueſtiturarum factarũ de fluminibus,*



Digitized by Google

*riuis, fontibus, aquis, aquarumq; decurſibus, &c. ſi de illis nõ ſint in poſſeſſione.*

53 *Flumina, fontes, riui, aquæ, aquarumque decurſus non veniunt in generali conceſſione facta de Caſtro, niſi quatenùs aqua illa fuerit expediens.*

54 *Fluminum in generali conceſſione, tametſi publica veniant, non veniunt tamen nauigabilia.*

55 *Aquam extrahere non licet ex fluminibus nauigabilibus, vti de regalibus, abſque licentia Principis, cuius ea ſunt.*

56 *Aquæ vſum vtrùm prohibere poſſit Baro pro irrigandis agris.*

57 *Fluminum publicorum licet proprietas ſit Principis, vſus tamen illorum eſt communis omnibus.*

58 *Flumina poſita in confinibus duorum territoriorum, illaque diuidentia, ſunt communia vtriuſque territorij.*

*Intelligas tamen quoad vſum aquarum, ita vt poſſint in illis communiter pro indiuiſo homines vtriuſq; territorij piſcari, bibere, lauare, & ſimilia facere, etiam vltra medietatem, nu. 59.*

60 *Cluſam, ſeu palatam non poteſt quis facere in flumine communi diuidente duo territoria, nec immittere tigna in ripa alterius Domini pro ducenda aqua ad vſum molendinorum, niſi infra dimidium ipſius fluminis.*

*Si tamen de facto fuerit facta appodiatio, & extenſio abſque denunciatione noui operis, per patientiam in non contradicendo dicetur acquiſitum ius facienti ſuper ſeruitute affirmatiua, num. 61.*

*Vtrum uerò pro appoditione facienda poſſit aliquo iuris remedio ſuccurri, ſi Dominus alterius territorij contradiceret, nu. 63. cum ſeqq.*

62 *Vicinus poterit uti ripis alterius uicini pro reficienda palata, ac pro aptando aquæductu, donec ædificiũ perficiatur.*

63 *Appodiatio in ripa Domini uicini, ac palatæ extenſio ultrà dimidium fluminis utrùm permitti poſſit inuito Domino uicino, aliquibus concurrentibus, latiſſimè examinatur articulus.*

64 *Barones omnes ſunt inueſtiti de fluminibus, aquis, aquarumque decurſibus ex conſuetudine, & taliter, quòd non poterit dici unus inueſtitus priuatiuè, quò ad alium, ſed cumulatiuè, ita ut quilibet poſſideat pro indiuiſo pro ſua medietate.*

65 *Aquæ, aquarumque decurſus augent fructus feudi.*

66 *Fructus ſecuriores, ac ſtabiliores feudi ſunt qui percipiuntur aut ex induſtrijs & artificijs, quæ formantur ex aquis, aut qui percipiuntur ex paſcuis.*

67 *Appodiatio, & extenſio ultrà dimidium fluminis concedi debet etiam inuito Domino uicino, quando non fieret illa ad æmulationẽ, item ſi offerretur iuſtum pretium pro appodiatione, & tertiò præſtita cautione de damno infecto in caſu regurgitationis aquæ, nu. 68.*

68 *Ad æmulationem fieri quæ dijudicentur, remiſſiuè.*

69 *Inueſtituræ factæ de aquis, aquarumque decurſibus non debent eſſe inutiles.*

70 *Aqua ſemper ruit in vacuum non cluſatum, tametſi tantillum illud ſit, & proinde fiet difficile retineri, ſi non fiet cluſa per totum flumen vſque ad ripam alterius Domini vicini.*

71 *Aequitas quod ſuggerit concedi debet, tametſi ſtricto iure quis deficeret.*

72 *Principis, ac Publici fauore multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*

73 *Molendinum an poſſit quis facere ex parte ſuperiori habẽtis molendinũ inferius.*

*Intelligas tamen, quando ad æmulationem faceret, vt ibidem.*

*Ad æmulationem tamen non dicitur fieri, quãdo per conſtructionẽ molẽdini tolleretur ſolus concurſus molientium, n. 74.*

75 *Molendinum conſtruere quis non poterit in præiudicium habẽtis antiquius molendinum.*

*Et antiquitas attenditur à die, quo quis cœpit ædificare, non verò à die, quo perfecerit opus, vt ibidem.*

76 *Molendinum ædificare in ſuo cuique licet etiam ſine licentia Baronis habẽtis merum, & mixtum imperium.*

77 *Molendina non tangentia alueum fluminis, qualia ſunt facta cum tabulis cõcatenatis, cuique facere licet in fluminibus publicis.*

78 *Barones non poſſunt prohibere vaſallos accedentes ad moliẽdum in aliena molendina, præterquàm in ſuum.*

Li-

Digitized by Google

*Limita in caſu quando illa haberet cum peculiari priuilegio iuris prohibendi num. 79.*

80 *Aquæ ducendæ ius qui habet per alienum territorium pro duobus molendinis, non poteſt dilatare formam pro ducendo aquam pro alijs molendinis additis ultrà illa duo.*

81 *Molendina ædificata in ſolo proprio burgenſatico ex aqua feudali dijudicantur feudalia ex aqua, non verè burgenſatica ex ſolo.*

82 *Molendini venditione facta, vel donatione, intelligitur facta etiam de mola non dùm affixa, verùm parata pro renouandis veteribus.*

83 *Molere qui tenetur in molendino alterius, vtrùm liberetur ſoluta mercede ſolita, ſi nollet eò ire ad moliendum, an verò præcisè teneatur.*

84 *Pœna ſpreti mandati erga vaſallos recuſantes ſeruire Baroni, tametſi ſit limitata ad tarenum unum, augetur tamen quãdo ex contẽptu uaſallus recuſaret.*

85 *Molendina an connumerentur inter mobilia, an verò inter immobilia, cum diſtinctione.*

86 *Conductor primus an, & quando præferatur ſecundo, ſi tantundem offerat, quod ſecundus, remiſſiuè.*

87 *Ius retractus an admittatur in venditione molendini, cum diſtinctione.*

88 *Decima eſt ſoluenda de prouentibus molendinorum.*

*Etiam de prouenientibus ex molendinis ad ventum, ibid.*

*Item etiam de prouenientibus ex molendinis, quæ catena tenentur ſuper flumen nu. 89.*

*Rurſùs etiam de baptinderis, Carterijs ferrerijs, alijſque id genus, quæ formantur ex artificio aquarum nu. 90.*

## CAP. III.

1 QVæ ſint in fructibus, non eſt minoris ſpeculationis, aùt vtilitatis, quàm præcedentia de ipſorum diſtinctione. Verùm præmuniendum eſt priùs, *fructus*, teſte *Varrone*, quem in id recenſet Doctiſſimus *Franciſcus Connanus commentar. iur. ciuil. lib. 4. c. 1. num. 2. fol.* mihi 224. *dici à fruendo, eo quòd res hæ, quas fundus ſerit, & quæ in fundo ſeruntur fruantur.* & ſubdit his verbis, *tã naturales fructus, quàm alios induſtria, & arte hominum paratos comprehendi.* Dixit, *res, quas fundus ſerit, & quæ in fundo ſeruntur, quoniam id, quod ſpontè ſua fert tellus, ea quodammodò in vſus hominum ſerere videtur.* Hæc ille, qui pau-
2 lò ante etiam ex *Donato ad Terentium* pręmiſit, frui idẽ eſſe, quod veſci à frumine, quæ ſumma pars eſt gulæ, à qua re etiam ijs, quæ nec cibo, nec poculo ſunt frui dicimus, vtpotè rebus venereis, & delectatione odoris, viſus, auditùs. Expendit in idem *Martiani* locum in *l. Statuæ* 48. *ff. de vſufr.* vbi in hæc verba affatur. *Statuæ, & imaginis vſumfructum poſſe relinqui magis eſt, quia & ipſę habent aliquam vtilitatem, ſi quo loco oportuno ponantur. Et licet prædia quædam talia ſint, vt magis in ea impendamus, quàm de illis acquiramus, tamen vſusfructus eorum relinqui poteſt.* Rationem ſubdit idem *Connanus* dicens, quia eſt vel maximus is voluptatis fructus, quam de prædijs capimus, vt nullum aliud pecuniarum inde veniat emolumentum. Conſimilis eſt alius *Pomponij* locus *lib. 5. ad Sabinum in l. numiſmatum* 35. *ff. eod. tit. de vſufr.* dicentis, *numiſmatum aureorum, vel argenteorum veterum (quibus pro gemmis vti ſolent) vſusfructus legari poteſt.*

3 Præmuniendum eſt itidem continuatiuè ad ſupra poſita, fructum appellari, ac appellatione fructus contineri omne quicquid ad nos ex re, vel propter rem peruenit. Et quàmuis *Doctores* omnes ex *l. vſura* 118. *ff. de verb. ſignific.* excipiant, propriè fructum dici, qui ex corpore, vel ſingulis annis percipitur, in tantùm quòd illud, quod non renaſcitur, non poſſit propriè dici fructus, nec inter fructus connumerari, ad *tex. in l. diuortio §. ſi vir ff ſolut. matrim.* vbi, & per quem ſic notant communiter omnes, hoc tamen procedit attẽta ſtrictione verbi fructus ſignificatione: cùm negari haùd poſſit, quaſcumque obuentiones ex ædificijs, & cęteris non eſſe in fructu, & ita hanc ſententiam probant



Digitized by Google

*Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 23. nu. 9. Gutier. de tutel. lib. 3. c. 24. per totum Eſcobar de ratiocin. c. 29. nu. 6. & 7. Garzia de expenſ.* & *melior. c. 22. nu. 24. Duaren. in d. §. ſi vir in uerbo fructuoſiorem fecerit*, alijque paſſim, probat hoc *tex. in l. ſi fundi 10. ff. eod. tit. de uſuſr.* quo loci ſtatuit *Iuriſconſultus*, in legato vſusfructus fundi ad vſufructuarium pertinere, quicquid in fundo naſcitur, quicquid ex fundo percipitur, ſicuti pariter in legato vſusfructus ædium quicumque rei reditus ad vſufructuarium pertinet, ac quæuè obuentiones ſunt ex ædificijs, ex areis, & cæteris, quæcumque ædium ſunt, vt ſcribit ad literam *Vlpianus lib. 17. ad Sabinum in l. uſufructu 7. ff. eod. tit. de uſuſr.* cum conſentientibus relatis per *Gizzarell. deciſ. 34. nu. 1.*

4 Fructus enim eſt nomen generis cõprehendens infinitas penè ſpecies, referturque ad omnem rei, ſiuè corporalis, ſiuè incorporalis prouentum, & taliter dicetur etiam fructus illud totum, quod eſt ad vſum hominis paratum, iuxtà ſententiam *Iaboleni*, de qua in *l. in fructu ff. de uſuſr. legat.*

5 In fructu igitur, vt magis propriè ad ipſorum ſpecies deueniamus, eſt primò aqua, quam in fructu eſſe definit *Vlpianus in l. plenum 12. ff. de uſu, & habitat.* facit *tex. in l. Mela ait 14. §. quidam li-*
6 *bertis ff. de aliment. & cibar. legat.* Dicta eſt aqua ſecundùm *Faſtum*, quem in id expendit *Ioſeph Mele in addit. ad Gizzarell. d. deciſ. 34. nu. 25.* à dictione, *A*, ideſt *ſinè*, & relatiuo, *qua*, hoc eſt, *ſine qua*, eò quia ſine ea, tamquàm neceſſario elemento difficile eſt ducere vitam. Vnde etiam *Aue*, ideſt *ſine uè*.

7 Neceſſitatem aquæ pro vita humana exagerat *Iudith cap. 7.* in quo habetur, quòd qui aqua priuatur, ſine gladio interficitur, & is, qui patitur ex ariditate ipſius, inter mortuos computatur, vt ibidem *cap. 11.* & dixit *tex. in l. fi. ff. de riuis*, iuncta *l. de pupillo § ſi quis riuos*, vbi etiã *gloſ.* notat in verbo *ſecuritatis ff. de oper. nou. nunciat*, adeò eſſe neceſſariam aquã homini, quòd ſi illam non haberent, ex ſiti morerentur, rurſuſque *Eccleſ. c. 29.* habetur, *Initium vitæ hominis eſt aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem*, eodem *cap. 39. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum.* Hinc dicit *Lucas de Penna in l. decernimus 10. n. 3. C. de aquaduct. lib. 11.* vſum aquæ neceſſariæ quòad potum communem eſſe omnibus de iure naturæ brutis, ſicut hominibus, licèt alueus, deriuatio, & vſus alij ſint de iure gentium.

8 Confirmari hoc totum lubet authoritate *Lactantij Firmiani*, qui *lib. 2. diuin. inſt. cap. 10. fol.* mihi 30. conſiderat, duo eſſe propria, quæ conferunt ad vitam hominis, aquam ſcilicet, & ignem, & concludit, nec hominis ortum, nec ipſius vitam poſſe ſine illis conſtare, quòdque ideò etiam aqua communis ſit pariter omnibus animãtibus, tametſi ignis ſolus ſit proprius hominis. Subditque inſuper, lege Romanorum exulibus interdici ſolere aquam, & ignem, ad denotandum, quòd nihil eſſet reliquum homini illi; cui hæc elementa denega-
9 rentur. *Lactantium* audiamus. *Exulibus* (inquit) *aqua, & ignis interdici ſolebat, adhuc enim uidebatur nefas, quàmuis malos tamen homines ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur uſu earum rerum, quibus uita conſtat hominum, perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat morte mulctatus. Adeò iſta duo elementa prima ſunt habita, ut nec ortum hominis, nec ſine his uitam crediderint poſſe conſtare. Horum alterum nobis commune eſt cum cæteris animantibus, alterum ſoli homini datum. Nos enim quoniam celeſte, atque immortale animal ſumus, igne utimur, qui nobis in argumentum immortalitatis datus eſt, quoniam ignis è cœlo eſt, cuius natura, quia mobilis eſt, & ſurſùm nititur, uitæ continet rationem. Cætera uerò animalia, quoniam tota ſunt mortalia, tãtummodò aqua utuntur, quod eſt elementum corporale, atque terrenum. Cuius natura, quia mobilis eſt, ac deorſùm urgens, figuram mortis oſtendit. Ideò pecudes neque in cælum ſuſpiciunt, neque religiones ſentiunt, quoniam ab his uſus ignis alienus eſt. Vnde autem*

*uel*

Digitized by Google

*vel quomodo Deus hæc duo principalia, ignem, & aquam, vel accenderit, vel eliquauerit, ſolus ſcire poteſt qui fecit.* Hæc ille.

De interdictione aquę, & ignis habetur in *l.fin.ff.ad l.Cornel.de falſ. in l.3.ff. ad leg. Iul.peculat.& in l.2.§.conſtat ff.de pęnis.*

10 De effectibus etiam aquarum alloquens *Plinius lib.3.c.1.* dicit. *Scandunt in ſublime, cælum quoque ſibi vendicant,* Et inferiùs. *Eadem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt prorsùs mirabili natura, ſi quis uelit reputare, ut fruges gignantur, arbores, fruticeſque uiuant, in Cęlum migrare aquas, animamque etiam herbis uitalem inde deferre iuſta confeſſione omnes terræ quoque uires aquarum eſſe beneficij.* Hæc ipſe.

11 Bonitas verò aquæ ex quibus probetur, adeundus eſt *Maſcard. de probat. concluſ.*122.vbi per totam de mente *Ripæ in tract. de peſte par.2.num.*13. dicit probari ex tribus. Primò ex aſpectu incolarum, ſi fuerint corpore robuſti, nididi colore, non gibboſi, non ſtumoſi, non viciati cruribus, non lippis oculis, & nō fatui. Secundò ſi immiſſa in vas æneum, vel corinthium maſulam non fecerit, nec in fundo vaſis arena, limuſuè inueniatur, item ſi celeriter percocta reddet legumina cum illa aqua coniecta, & ad ignem poſita. Et tertiò ſi fuerit limpida, & perlucida, ac quòcumque profluxerit locum ab omni inquinamēto mundum reliquerit, non ſcilicet muſcum, neque iuncos producendo. *Ripam* ſequitur in hoc ad literam *Caſſane. in Cathal. glor. mundi p.12.conſiderat.18.num.12.*

12 De ipſarum etiam præſtantia ſic legitur apud Græcos. Optimam ex aquis, quæ citra vllam ſit qualitatis, vel ſaporis, vel odoris, ſed quæ non hypocondria tranſmittat, ibidemque idem *Caſſan.in princ.d.conſiderat.*18. ex *Auerroe tract.2.primæ partis canticæ* ſcribit, aquā pluuialem puriorem cæteras antecellere, eamque, teſte *Auicenna*, probari, quæ æſtiua ſit, & Ioue tonante decuſſa ratione tenuitatis.

13 Inter aquas terreſtres probat *Auicenna*, quæ ortum petat, præcipuè æſtiuum, & tametſi probent alij, quæ in Septentrionem profluit, recedit tamen ab illis *Paulus Aegineta*, eò quòd ſit illa inceſſu tarda, & proinde dura. Multa alia in materia aquarum, quippè circa ipſius præſtantiam, bonitatem, qualitates, effectus, & alia, excipi poterunt ex *Caſſan.d.cathal.glor.mundi p.12.conſiderat.*18. vbi per totam multa cumulat notatu, ſcituque digna.

14 Aquarum modò quædā publicæ ſunt, ſiuè communes, quædam verò priuatæ. Aquam publicam, ſiuè communem dixerimus aquam profluentem, quam cōmunem omnium docet *Martianus in l.2.ff.de rer.diuiſ.* habetur tranſumptiuè in *§.& quidem naturali inſtit. de rer. diuiſ.* Et aquam profluētem exponit gloſ. in *d.§.& quidam* in verbo *profluēs*, ideſt *de cęlo cadentem*, *Theophilus* verò, cum quo concordat *Rendella de paſcuis p.2. c.6. verſ.ſecundus eſt effectus pag.*78. exponit, *aqua profluens*, ideſt, perennè fluens, & malè, cùm vtrobique verbum illud, *aqua profluens*, ponatur ad differentiam maris, quod perenniter, & perpetuò fluit. Quarè exponendum puto verbum illud *profluens*, vt intelligatur genericè de omni aqua, ſiuè ea de cœlo cadat, ſiuè in terris profluat, & tàm ſi perennè, & ſic perpetuò, quàm ſiuè nō perpetuò, cùm vſus aquæ nulli denegari poſſit, niſi aqua illa priuata ſit, & ob id dicitur publica, quaſi populica, ideſt communis omnibus. Et priuatam diximus, quę in loco priuati fluit, ad quem non patet acceſſus inuito Domino loci, aliàs videretur ei inferri iniuria. Vnde aquam publicam, ſiuè communem ad hoc propoſitum meritò dicemus illam, quæ aut in publico loco manat, ſiuè fluit, aut per publicum locum tranſit, ita vt locus, in quo fluit, aut quà tranſit, faciat illam, aut publicam, ſiuè communem, aùt priuatam: quia ſi locus publicus eſt, publica erit aqua. Si verò priuati eſt locus, erit quoque priuata aqua. Et conſequenter proinde priuatam aquam appellabimus illam, quæ naſcitur in proprio fundo, & dicitur priuata, quia propria alicuius priuati.

15 Diuidas rurſùs aquas de mente *Vl-*

*piani*

Digitized by Google

piani in l. 1. §. *duo autem ſunt genera ff. de aqua quotid. & æſtiu.* in quotidianas, & æſtiuas, eaſque inter ſe differre dicas ſecundùm *eundem, vſu, non verò iure*. *Quotidiana ea erit, quæ duci aſſiduè ſolet, tàm æſtiuo tempore, quàm hyberno, tametſi aliquando ea ducta non ſit. Item quotidiana dicetur illa, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt. Aeſtiua verò aqua ea eſt, qua ſola æſtate vti expedit* concludit tamen ipſemet *Vlpianus* ibidem, *ex propoſito vtentis, ac ex natura locorum, aquã æſtiuam diſcerni ab aqua quotidiana, quoniam ſi ea ſit aqua, quæ perpetuò duci poſſit, vtatur verò ea aliquis ſola æſtate, dicendum eſt vtique hanc aquam eſſe æſtiuam. Item ſi ea ſit aqua, quæ non niſi æſtate ſui natura duci poſſit, æſtiua dicetur, & tandem ſi ea ſint loca, quę natura non admittant aquam, niſi æſtate, rectè dicendum erit æſtiuam dici.* Hæc ille.

16 Aquarum inſuper quędam pluuiales, quædam fontanæ. De pluuialibus habetur in *tit. ff. de aqua pluu. arcend.* ac *in tit. ff. de flum. & in tit. ff. nè quid in flum. publ.* De fontanis verò habetur in *tit. ff. de fonte.*

17 Aquarum tandem quędam perennes, quædam verò non perennes, de quibus in *d. l. 1. §. loquitur ff. de aqua quotid. & æſtiu.* vbi inter perennes collocat *Vlpianus* etiam illas perennes, quæ duci non poſſunt, quales ſunt puteales, & illæ, quæ ita ſunt ſubmerſæ, vt effluere extra meatos ſuos, & vſui eſſe non poſſint.

Ex his modò quemadmodùm aquarum, ita quoque & fluminum ſecũdùm Ripam *in l. quominus nu. 1. ff. de flumin.*

18 quædam publica ſunt, ſiuè communia, quædam verò priuata. Publica flumina ea ſunt, quæ perennia ſunt, hoc eſt quæ ſemper defluunt. Priuata verò, quæ nõ ſemper, ſed ad tempus decurrunt *l. 1. §. fluminum ff. de flumin.* adde *gloſ. in l. nemo ff. de rer. diuiſ.* ac *in §. flumina inſtit. eod.* Exemplificando autem illa *Bald. in l. item lapilli col. 2. ff. eod. tit. de rer. diuiſ.* dicit, priuatum flumen eſſe illud, quod areſcit, vel puſillum aquæ in æſtate continet, ita vt in illo interdum te laues, ſequitur illum *Capyc. in ſua inueſtit. feud. in verbo feudorum clauſulę §. fluminibus verſ. ex fluminibus.* Ex quo modo, quia ferè omnia perpetuò labuntur, omnia ferè flumina publica ſunt *l. nemo in fine ff. de rer. diuiſ.*

19 Publicorum item fluminum idem *Ripa loco cit.* duas diſtinguit ſpecies. Nàm quædam nauigabilia ſunt, quædam verò non nauigabilia *l. 1. §. non autem ff. eod. tit. de flumin.* ſubditque inſuper, fluminum non nauigabilium duo eſſe accidentia: quoniam quædam intrant in aliud flumen, & faciunt illud nauigabile, quædam verò non faciunt illud nauigabile, duplici ratione; Vel quia non poſſunt, vel quia continuo curſu ingrediuntur mare.

20 Diuidit inſuper idẽmet *Ripa loco cit.* priuata flumina in duas alias ſpecies, dicens, quædam eſſe priuata, eò quia non ſunt apta vſui publico, ex quo perpetuò non fluunt, ſicuti eſt torrens, de quo *in l. 1. §. torrens ff. de flumin. in l. in ſumma §. pen. ff. de aqua pluu. arc.* item amnes, de quo *in l. 1. §. item ſi amnis,* ac tandem vt eſt riuus, de quo in *l. 1. §. riuus ff. de riu.* quædam verò ſunt priuata, quia ſunt propria alicuius priuati, quod eò fit, Vel quia naſcuntur in proprio fundo, & talia ſunt ſtagnum, & lacus. Vel quia ducuntur per propria prædia opere manu facto, quale eſt foſſa, quę eſt receptaculum manu factum. Eſt tamen benè verum, ſubdit idem *Ripa*, quòd iſta omnia, videlicet, lacus, ſtagnum, & foſſa poterunt eſſe propria modo, quo ſupra præmiſſo, & poterunt etiam eſſe publica, adducit in idem *tex. in l. 1. §. ſtagnum §. lacus, & §. foſſa ff. vt in flum. nauig. lic. in l. 1. §. ſi foſſa ff. de flumin. in l. proculus ff. de damn. infect. & in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vendic. Bart. in tract. Tyberiad. in verſ. flumen,* ac *Cępolla de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de fluminib.*

His ſic præmiſſis, quæ non aſpernẽda videntur pro notitia terminorum, paratur modò acceſſus, & reſolutio ad multa notabilia.

21 Quorum eſt præcipuum, poſſe aquã, quæ aliàs publica eſt, & communis, fieri priuatam in caſu, quo priuati fundum ingre-

Digitized by Google

ingreditur,aût naturali curſu, aût foſſa, ſiuè receptaculo manu facto *l.1.§. illud labeo ff. de aqua quotid.& æſtiu.l. hoc iure §.aqua ff.eod.* ſt.*Bar.Bald.Ripa,Alex. Crauett.* & & alij relati per *Theſaur. deciſ.245.nu.2.* quibus adde *Burſat. conſil. 156.nu.23.vol.1.Loffred.conſ.13.ſub nu. 3.Carpan.ad ſtat.Mediol.cap.246.nu.4. vol.2.*ac *Hieron. à Laurentijs deciſ.] Auenion.195.n.13.*vbi plurimos etiam congerit.

Eſt & aliud,ac ſecundum notabile, nàm conſiderando aquas vt fructus, erunt illæ ſub duplici differentia. Nàm
22 aliquæ ſunt ex re, aliquæ verò propter rem,argum.*tex.in l.item ſi fundi 10.ff.de vſufr.* quem notabiliter deducit *Gizzarell.deciſ.34.nu.1.*Ex re dicemus,quæ in fundo noſtro proprio naſcuntur. Propter rem verò, quæ per fundum noſtrum tranſeunt.

Ex harum modò poſitione poterunt reſolui multæ quæſtiones emergentes in materia aquarum,fluminum, ac fontium,item & molendinorum.

23 Et primò,poſſe quempiam aquam naſcentem in ſuo fundo diuertere in præiudicium vicini inferioris, in cuius fundum aqua illa deſcendit, ad *tex. in l. 1.§. deniquè ff. de aqua quotid. & æſtiu.* vbi *gloſ.in verbo habere* alios conſententes refert *l.fluminum §.fin. ibique Bart. & Paul.de Caſtr.ff. de damn. infect. Angel.Dec.Pariſ.& Boer.*relati per *Theſaur. deciſ.245.num.1.* vbi dicit,cum iſta concluſione, & ſine aliqua difficultate cenſuiſſe ſemper Senatum Pedemontanum.

24 Ampliat hoc ibi *Theſ.ſub num.2.* non tantùm in aqua, quæ in proprio fundo naſcitur, verùm etiam in ea,quę in fundum illum intrat, ac per illum tranſit, quæ naturali curſu fit Domini illius fundi,per quem tráſit, vt dicebamus ſupra, facit *tex.in d.l.1.§. illud labeo ff. de aqua quotid. & æſtiu.* per quem ſic determinauerunt *Bart. in l. quàmuis nu.25.* inibique etiam *Iaſ. & Ripa C. de ſeruit. & aqua,Bald.Alex.Crauett.Riminald. iun. & Veg.* relati per eundem *Theſ. loco cit. nu.2.*adde *Burſat.conſ.156.nu.23.vol.2.* Eſt enim axioma indubitatum, aquam poſtquàm ingreſſa eſt in fiſtulam meam, poſſe à me in quemcumque locum deriuari,idem *Bar.in l. quominus nu.25.ff. de flumin.Dec.conſ.244 num.3. Iaſ.conſ. 150.col.pen.in fine vol.2.Bertrand.conſil. 351.vol.2.Boer. deciſ.352.num.5.D. de Ponte conſ.28. in fine lib.2. Capiblanc. de Baron.pragm.8. nu.205.* ac *in ſuis pract. quæſt.ſuper pragm.1.c.6.nu.8. & 9.* vbi alios addit,adde etiam *Maſcard. de probat.concl.123.Capyc.in inueſt.feud.verbo feudorum clauſulæ §.fontibus verſ. aqua tamen omnes*, ac *Surd. deciſ.9.num.11.* Quinimò etiam concedere cuicumque volo *Bart.in l.cùm eſſent §.plurium ff. de ſeruit.ruſtic.præd.Loffred.d.conſ.13.n.5.* intelligendo tamen, quando aqua iſta licitè in fūdum meum ingrederetur,ſecundùm *Bald.in l.aquam nu.1.C. de ſeruit.& aqua,Dec.d.conſ.244.nu.5.*ac *conſil.373.nu.1.*adde *Anton. Cioſſium conſil.65.nu.4.vol.1.* ac *Viuium deciſ.411. num.7.*Quo fit, vt non poſſit cogi alteri
25 concedere,nec à Communitate, ſiue Publico, nec à Principe, ne quidem de plenitudine poteſtatis. Et ſi Princeps vellet illa vti pro Publico,tenetur ad ſo-
26 lutionem iuſti pretij, vt tradit *Marta deciſ.174.per totam*, quemadmodùm diebus noſtris obſeruatum ambigimus in aquis, quæ fuerunt ductæ Neapolim ad molēdina,& fontes propè Palatium Regium, de quibus loquitur *Taſſon.ſuper Pragm.de anteſato verſ.2. obſeru.2. n.77.& verſ.3.obſeru.3.n.239.*pro quarum æſtimatione facienda ad beneficiū D.Ducis Sanctæ Agathæ Gothorum, è cuius territorio fuerunt diuerſæ, acceſſit Collaterale Conſilium ſuper faciem loci.

27 Subampliat ampliationem iſtam *Theſaur. loco cit. nu.3.* etiam ſi per mille annos aqua fontis illius in fundum vicini decurriſſet per *tex.in l.proculus,l.fluminum §.videamus ff.de damn. infect. & in l.ſicut §. ariſto ff. ſi ſeruit. vendic. in l. aquam C.de ſeruit, & aqua*, ac *in l.ſi in meo fundo C. de aqua pluu. arc.* conſentientes ad id cumulat *Viu. d. deciſ.411. nu.2.*item Rota *Rom.deciſ.164.nu.1.p.2. in nouiſſ.*ac *Maſcard.de probat.concl.123.*
28 *nu.14.*Ratio eſt, quia cùm regulariter

aqua

aqua ſecundùm ſuam naturam ſemper dicatur deſcendere ad inferiora loca *Burſat.conſil.*87.*num.*19.*volum.*2. ideò non præſumitur curſus iure ſeruitutis, niſi contrario probato, & ità ratiocinatur *Viuius* poſt plurimos, quos recenſet *d.dec.*411.*num.*3.

29 Subampliationem verò iſtam limites in caſu, quo interuenerit aliquod miniſterium hominis, putà opus manu factũ in fundo ſuperiori. Tunc enim præſumi ſeruitutem fauore inferioris docuerunt *Bald. Pariſ. Capoll.* & alij relati per *Maſcard.de prob. dicta concluſ.*123.*num.*17. quibus adde *Rotam Romanam dicta deciſ.*164.*num.*2.*par.*2.*in nouiſſim.* dum-

30 modò tamen in hoc opere manu facto interuenerit ſcientia, & patientia Domini Superioris, vt poſt *Pariſ.*declarat idem *Maſcard.loc.cit. num.*18. & voluit *Rot.d.dec.*164 *num.*3. cùm non ſufficiat ſolùm factum hominis,niſi probetur, quòd iure ſeruitutis adfuerit *Burſat. in conſ.*156.*num.*36.*vol.*2. *Viuius* qui alios recenſet *d. dec.*411.*num.*4. & probatio iſthæc,quòd interuenerit ſcientia, & patientia Domini Superioris in dicto opere manu facto debet fieri teſtibus,non verò iuramento, ſecundùm eundem *Burſat.loc.cit.num.*37.

31 In dubio autem an præſumatur aqua occupata ab habente prædia ſuperiora, adeundi ſunt *Pariſ. conſil.* 112.*num.* 3. *lib.*1.*Bart & Iaſ.in locis relatis per Maſcard.d.concl.*123.*nu.*20.

Limites modò id,quod diximus,poſſe ſcilicet Dominum Superiorem diuertere aquam in præiudicium inferioris.

32 Primò, quando Statuto, vel Conſuetudine introductum eſſet, ne per Superiorem diuerti poſſet *Calcan. conſil.* 56. quem refert,& ſequitur *Theſ. d. dec.*245. *num.*5.

33 Secundò limites, quando aliter conuentum fuerit inter Partes, ne ſcilicet aqua diuerti poſſet *Bart. in l. quominùs q.*14.*verſ.in contrarium videtur ff.de fluminibus*,& ità per *text.in l.*1.§.*ſi quis hoc ceſſerit ff.de aqua quotid.& æſtiu.* quem in id expendit *Bart.*refert *Theſſ. loco cita. num.* 6. cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, non obſtante, quòd ſaltim ex æquitate concedi deberet.

34 Tertiò limitat *Theſſ. filius in addit. ad d.deciſ.*245. ſui Genitoris, quando aqua deſeruiret vſui publico, intelligendo tamen,vt diximus ſupra ex *Marta dec.*174. *per tot.* addas ad hoc *Franc. Marc. deciſ.* 111.*par.*2. ac *Capibl. in ſuis pract. quæſt. ſuper pragm.*8. *de Baron. cap.*46. *num.*24. & 25.

35 Secundò principaliter notandũ eſt,in materia aquarum non licere alicui immittere in fundum vicini aquam, ſiue pluuia illa ſit,ſiue aliàs,per quam fundus ille deterioraretur *l.ſicuti* §.*Ariſto Cerelio verſ.idem erit*, ibi *Ex ea ſuperiore in inferenda,non aquam, nõ aliud immitti licere ff ſi ſeruit.vend.*

36 Hinc fit, teneri quempiam purgare alueum, ad hoc ne in vicina prædia defluendo detrimentum illis afferat *l.*1.ibi, *Ne mutatus alueus vicinis aliquam iniuriam afferat*, iuncto etiàm §.*ſunt qui putant ff.ne quid in flum.publ.* ac in *l.*1.*ff.de aqua pluu. arc.*

37 Amplies hoc etiam,ſi caſu fortuito nõ potuiſſet aqua defluere, propter quod ruerit in vicina prædia, vt in caſu relato, & deciſo apud *Hieron. de Laurent. deciſ. Auenion.*195.*per tot.*

38 Et hoc adeò verum,quòd ſi alius,putà vicinus purgauerit aquæductum, ad euitandum, ne aquæ inundantes vicinis prædijs noceãt,datur repetitio expenſarum in purgatione,& mundatione factarũ,vt deciſum per *Rot.Bonon.* tradit *Barzius dec.*57.*per tot.*limitando tamen hoc, & moderando quòad expenſas manutentionis tantùm iuxta veterem altitudinem,& latitudinem, non verò quòad ſuperfluas erogatas pro latiore, & profundiore excauatione,vt per *eundem ibid. in fine.*

39 Hinc eadem etiam damni vitandi ratione fit,non poſſe quempiam aquam, quæ in fundum ſuum influebat auertere, ità vt ex ipſa auerſione excurrat per viam publicam, & viam deuaſtet, vel influat in prædia vicinorum, in ipſorum damnum *l.*1.§.*Neratius ff.de aqua pluu. arcend.*

40 Limites hoc tamen primò,quando nõ animo nocendi faceret, ſed tuendi tan-

tummo-

Digitized by Google

tummodo ſuum prædium, ad hoc ne influendo in ipſum ruinam paret, ac inferat *D. Rouit. deciſ.* 93. *nu.* 15.

41 Limites ſecundò, quando faceret aggerem in parte interiori prædij ad euitandum, ne aqua pluuia influens irruat in agrum ſuum, ſecùs tamen ſi faceret in parte exteriori, vt in caſu deciſo per ipſum *D. Rouit. dicta deciſ.* 93. *in fine*, qui decreuit, non eſſe moleſtandum ſuperiorem Dominum pro aggeribus factis ad munitionem ſui prædii ex parte interiori, dummodò ex parte exteriori non tangat viam publicam, nec vtatur limo, in ipſa via publica exiſtente, ac nec in dicta via publica innouet.

42 Quando autem vicinus inferior de neceſſitate teneatur recipere aquam, quæ de fundo ſuperiori excurrit, declarat *tex. in l.* 2. *in princ. ff. de aqua pluu. arcend.* dicens, id tria operari, videlicet legem, ſiuè pactum, naturam loci, ac vetuſtatem, cuius non eſſet memoria hominum in contrarium.

Et hæc ſunt notanda, quia in dies occurrunt, & ſæpè ſæpiùs agitantur lites inter vicinos, aùt de recipienda aqua in ſuum fundum, ſiuè prædium, ad hoc ne via publica deuaſtetur, vel de recipienda à ſuperiore Domino, ad hoc ne influendo in fundum inferiorem ruinam paret, vel de recipienda per Dominum fundi inferioris in caſibus præſcriptis per *d. l.* 2. *in princ. ff. de aqua pluu. arcend.*

43 Super quo notandum eſt alterum, quòd ſcilicet tametſi poſſit quis facere aquatorios in ſuo agro, non poteſt tamen in extremo illius plures in vnum immittere, ſi per illam immiſſionem damnum daretur prædio inferiori, in quod influerent *l. apud Trebatium in princ.* ibi, *Si tamen aquam quis contineat, vel ſpurcum quid immittat, poſſe eum impediri, pleriſque placuit* intelligendo verbum illud *cōtineat* quemadmodùm in *Pandectis Florentinis* pro *corriuat*, & notat *gloſ. ibidem in verbo contineat.*

Tertiò ex differentia illa, an aqua ſit publica, vel priuata inferri poteſt ad vnum notabile pro illis locis, in quibus exigitur gabella, aùt decima de omnibus fructibus, videlicet, quòd ducentes
44 aquam ex publico, ſiuè fluuius ſit, ſiuè riuulus, ſiuè fons, qui tamen, vt dixi, ſit publicus, ſi enim aquam illam vendat, vt contingit in multis partibus, in quibus aquæ venduntur, præcipuè in nonnullis locis Apuleæ, ac etiam Rauennæ, de qua teſtatur *Iuuenal.* dicens. *Sit ciſterna mihi, quàm vinea malo Rauennę. Cùm poſſim multò vendere pluris aquam*, non tenebitur ad gabellam, ita concludit *Parlador. rer. quotidian. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *nu.* 12. & poſt ipſum *Laſſartes de decim. vendit. cap.* 2. *nu.* 33. *Humada in Schol. ad Gregor. Lopez ſuper l.* 1. *tit.* 13. *gl.* 3. *num.* 8. *par.* 1. *Gironda de gabell. par.* 7. §. 2. *nu.* 11. ac *Gutier. de gabell. cap.* 35. *num.* 32. ſecùs
45 verò ſi vendiderit aquam ex ſuo priuato loco manantem, quales ſunt aquæ orientes ex puteo, fonte, aut ſtagno alicuius priuati: nàm tunc teneri ad gabellam voluerunt *Laſſartes d. cap.* 2. *nu.* 30. *Gironda d. par.* 2. §. 2. *nu.* 13. ac *Gutier. vbi ſupra num.* 33. Ratio diſcriminis inter vtrumque eſt; quia in primo caſu, cùm illa publica ſit, & quilibet poſſit haurire, non aquam vendere videtur, ſed laborem, ac operam in illa extrahenda, & conducenda.

In materia aquarum in fonte manantium volo aduertas ad vnum, quòd aliàs euenit in facto, teneri ſcilicet de dolo illum, qui fodiendo agrum ſuum,
46 venam aquæ ſcaturientis in vicini fonte auertit, declarando tamen, ſi animo nocendi vicino id fecerit, vt colligitur à contrario ſenſu ex *tex. in l.* 1. §. *denique ff. de àqua pluu. arcend.* Secùs verò ſi circumſcripto dolo cauſa meliorem faciendi agrum ſuum id fecerit, argum. *text. in l. ſi in meo fundo ff. eod. tit. de aqua pluu. arcend.* notat *Gayll. pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeru.* 69. *num.* 12. eſt *text.* de quo non meminit *Gayll. in l.* 1. §. *denique Marcellus, vbi gloſ. ff. eod.*

47 Aduertas rurſùs ad aliud in eadem materia, quòd in caſu, quo aquæ manātes ex publico fonte fuerint deſtinatæ ad vſum Populi, nullus poteſt diſponere

de illis, ne quidem Princeps, in tantùm, quòd ſi quis impetraret à Principe, ſiuè aquam ipſam, ſiuè fontem de ipſa aqua deputata ad vſum Populi, non valeret conceſſio, & ita cōcludit *Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regalia in verbo flumina col.2. in vſib. feud.* iuxtà quæ dixit *Lucas de Penna in l. decernimus* 10.*nu.*2.*in fine, & num.*3. fuiſſe iniquam conceſſionem aquarum fontium Neapolitanæ Vrbis pro molendinis extructis in Caſtro Capuano, ac alijs in domibus ipſius Ciuitatis, adde *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.*2. §.6.*num.*5.*cum ſeqq.* ac *D. de Franch. deciſ.*183.*num.*5. tametſi videatur in hoc excuſare concedentes *Capyc. in inueſt. feud. verbo feudorum clauſula* §. *fontibus in princ.*

Progrediendo vlteriùs rurſùs in materia aduertendum puto, quòd tametſi aquæ ſint cauſa fluminum, riuorum, fontium, ipſarumque decurſuum, ita vt ipſis ceſſantibus non ſit dare flumina, non riuos, non fontes, non decurſus: attamen non eſt ſemper de ijs par ratio, ita vt ſtatutum in ipſorum vno, cenſeatur ſtatutum etiam in altero, ſed quemadmodùm differunt nomine, ita quoque differunt iuris diſpoſitione.

48 Vnde non idem eſt ius de publicis nauigabilibus fluminibus, vel de illis, quæ faciunt aliud nauigabile, quod de publicis non nauigabilibus non nauigabilia appello, aùt quia non poſſunt, aùt quia continuo curſu ingrediuntur mare, vt ſupra tetigimus.

Rursùs non idem eſt ius de publicis fluminibus, quod de priuatis. Et demum non idem ius de fontibus, quod de riuis, aquarumque decurſibus, vt infra patebit.

49 Et primò, quia nauigabilia flumina, vel quæ faciunt alia nauigabilia ſunt de regalibus *cap.*1. *tit. quæ ſint regal. in vſib. feud.* Publica verò non nauigabilia non ſunt de regalibus, ſed publici iuris ſunt.

50 Secundò priuata flumina, item fontes, riui, aquarumque decurſus priuati iuris ſunt. Et proinde non ſunt illa Regalia, nec Principis, ſed benè illius, in cuius loco ſita ſunt. Eſt benè verum quòd etiam inter iſta priuata datur differentia. Nàm aliqua dicuntur etiam publica, attento, quòd in publico loco aùt naſcuntur, aùt ſunt. Et dicuntur publica, quia appulſus ad illa cuique licet, in tantùm quòd ſi quis impediret, quominùs quis animalia ad aquas publicas applicet, tenebitur interdicto *l. primæ ff. vt in flum. publ.* adnotauerunt *Franc. Marc. deciſ.*560.*&* 563. *Capoll. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de ſeruit. aquaductus*, quos in id citat, ſequitur, atque expendit *Rendell. de Reg. paſcu. foreſtis, & aquis c.*21. *verſ. eſt autem ſine controuerſia fol.* mihi 54. Et hæc in hoc Regno ſunt Ba-

51 ronum ex Regia conceſſione, vt dixit *Luc. de Penna in l. vſum aquæ nu.*3. *C. de aquaduct. lib.* 11. vbi dicit, quòd aquæ omnes, flumina, & decurſus aquarum ſunt Baronum ex Regia conceſſione, ſequuntur illum *Affl. deciſ.*388. *num.*13. *Loffred. d. conſil.*13. *nu.*7. *Capyc. d. inueſt. feud. verbo feudorum clauſula* §. *fontibus verſ. aquæ tamen omnes, D. de Franch. deciſ.*183. *in princ. Borrell. de Magiſtr. edict. lib.*4.*c.*5.*nu.*1. ac *in tract. de præſtant.* Regis *Cathol. c.*8. *nu.*37. *Lanar. conſ.*39.*n.*5. *Frecc. de ſubfeud. in author. Baron.*46. *in princ. D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.*2. §. 6.*num.*6. *Capiblanc.* tàm ſuper *Pragm.*8. *par.*2. *de Baron. num.*26. quàm in *ſuis pract. quæſt. ſuper Pragmat.*14. *cap.*86. *num.*12.

52 Aduertas tamen, quòd Barones in dubio non habent eorum intentionem de iure fundatam vigore inueſtiturarum factarum cum fluminibus, riuis, aquis, aquarumque decurſibus, &c. Sed oportet, quòd de illis ſint in poſſeſſione: cùm in Regno multæ ſint Vniuerſitates, quæ habent proprias montaneas, in quibus ſcaturiunt venę aquarum, fiuntque ex jis riui ſufficientes ad molendina, Ferrarias, Baptinderias, aliaque id genus, in quibus riuis, fluminibus, aquarumque decurſibus nullum habent ius Barones, ſed ſola Vniuerſitas, ac Particulares ipſius, nomine eiuſdem habent ibi, Molendina, Tappeta, Baptinderias, & ſimilia, quemadmodùm obſeruauit etiam *Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. d. cap.*8. *nu.*55. quapropter aduertendum

erit,

Digitized by Google

erit,non eſſe in uniuerſum recipiendam diſtinctionem traditam per *Capiblanc.in ſuis pract. quaſt. ſuper Pragm.* 8. *de Baron.c.*46.*nu.*22.in diſtinctione,quam facit, an aqua ſit in qualitate, ita vt faciat flumen perenne, an verò faciat riuum, ac quòd in primo caſu, tametſi oriatur illa in fundo priuati, ſit tamen Baronis vigore inueſtiturarum. Secundo verò caſu nequaquàm; cùm dicta diſtinctio deſtruatur ex ſupra poſitis, & videmus in facto in multis Vniuerſitatibus Regni,quæ habent dominium aquarum, fluminum, etiam perennium, non tantùm riuorum, & ſunt in poſſeſſione faciendi in illis quæcumque artificia, quæ ex aquis formantur.

Et propterea intelligenda ſunt ſuprà poſita. Primò de illis aquis,quæ in publico loco manant, non verò de illis, quę ſunt in priuato loco,quæ priuati iuris ſunt, & conſequenter illius priuati,in cuius loco manãt,hocque adeò verum, vt neque Princeps poſſit de illis diſponere,vt diximus ſupra.

53 Intelligas ſecundò dùm tamen expreſsè ſit facta de illis mentio in conceſſione,ſeù inueſtitura;cùm in generali conceſſione facta de Caſtro non veniãt flumina, fontes, riui, & decurſus aquarum, niſi quatenùs aqua illa fuerit expediens, intelligendo hoc ſecundùm *Capyc.in d.ſua inueſtit.feud.d. verbo feudorum clauſulæ* §.*fluminibus verſ.flumina*,quando ſcilicet conceſſio non fuiſſet facta plenariè, vt ſcilicet quia titulo locationis, & emphyteuſis, per quæ non transfertur niſi vtile dominium, ſecùs verò quando plenaria foret conceſſio, putà ſi venderetur, vel donaretur Caſtrum cum ſuo territorio, & omni iure: quoniam tunc venirent flumina,fontes, riui,aquarũque decurſus, & ita poſt *Bal. in c.*1.*de Capit.qui cur. vend. in c.*1.§. *ad hac de pace iuram.firm.*ac in *c.*1.§.*ſi quis de manſo de controu. inueſt.* concludit *Capyc.loco cit.*poſt alios, quos ibi recenſet, qui vlteriùs ſubdit, quòd quia inueſtituræ hodie non fiunt plenariè,ſed benè vtilis tantùm dominij, retento directo, eſt vtique neceſſaria ſpecialis mentio de aquis, ipſarumque decurſibus, riuis,& fluminibus,ad hoc vt veniant,& transferantur in vtilem conceſſionarium.

54 Tertiò in generali conceſsione fluminum, tametſi publica veniant, vt ſupra dictum eſt,non veniẽt tamen nauigabilia, vel quæ faciunt nauigabilia, niſi expreſsim ea concedantur, ceſſante itaque expreſſa conceſsione, cenſentur illa vti Regalia reſeruata Principi concedenti *Andr.de Iſern.in cap.*1.*quę ſint regal. Ripa in l. quominus nu... ff. de flumin.* An autem è contrà in conceſsione generali regalium cenſeantur etiam conceſſa flumina, diſputat *Boſſius tit. de aquis, & flumin. nu.*12.*cum ſeqq.* ipſum videto.

55 Quartò ex fluminibus nauigabilibus, antequàm faciant nauigabilia vti regalibus non licet extrahere aquam abſque licẽtia Principis, cuius ea ſunt. Ex verò flumine publico tantùm licet, niſi ipſe Princeps vetet, aùt extractio fuerit contrà vſum publicum, vt quia ex illa extractione, quæ tanta poſſet eſſe, impediretur vſus publicus *l. quominus ff. de flumin.* per quem ſic concludunt *Bart. Iaſ. Ripa. & cęteri ibi*, ac *Doctores* omnes cõmuniter paſsim, inter quos *Capyc. d. ſua inueſtit.feud.*§.*fluminibus verſ.ex fluminibus*, *Boſſ.d.tit. de aquis, & flumin. in princ.* alios coaceruat *Borrell. de præſt. Reg.Cathol.c.*8.*nu.*13. & 21.

56 Et ex his aliàs hæſitatum extitit in Sacro Conſilio, utrùm poſsit Baro prohibere uſum aquæ pro irrigandis agris. Et quàmuis in affirmatiuam uideatur inclinare *D.de Franch.deciſ.*183.*per totam*, ubi tamen ſubdit *in fine* fuiſſe transactione litem deciſam: attamen quòd non poſsit prohibere refert deciſum per Sacrum Cõſilium *D. Rouitus ſuper pragmat.de aquis, & aquæduct. num.* 8. per *tex.* quem dicit ad hoc à nemine ponderatum in *l.*1.*C.de mancip.& colon.lib.*11. de *D.Rouito* meminit *Taſſon.ſuper prag. de antefato verſ.*3.*obſeru.*4.*ſub num.*259. *verſic.CXVIII. hęc poſſunt*, de dicta deciſione meminit etiã *D. Thoro in comp. deciſ. Regni prima parte verbo aquę vſus pro irrigandis agris*, & *Borrell. d. tract. de præſt. Reg. Cathol. cap.* 8. *num.* 55.



Digitized by Google

dicit, in dies Sacrum Conſilium decernere fauore vaſallorum burgenſium, licere ſcilicet pro ciuium commoditate riuos aquarum extrahere, ac diuertere pro irrigandis hortis,& pratis, dummodò alteri non noceant, & commoditas vtentium nō turbetur, nec noceat Molendinis, Ferrerijs, vel alijs introitibus Dominorum.

57 Aduertendum eſt tamen circa prædicta, quòd licet fluminum publicorum proprietas ſit Principis, attamen vſus illius eſt communis omnibus, & proinde quilibet poteſt vti eo pro bibendo, pro animalibus, pro nauigando, & ſimilibus *gloſ. in l. item lapilli vbi* Bald. *ff. de rer. diuiſ. Dec. in conſ.* 244. *nu.* 4. *Ripa in l. quominus nu.* 5. *&* 6. *ff. de flumin. Alex. conſil.* 57. *col.* 4. *vol.* 6. Ruin. *conſ.* 191. *col.* 1. *vol.* 1. *Vegg. conſ.* 1. *num.* 3. *vol.* 1. *Mazzol. conſil.* 44. *nu.* 77. *&* 138. *vol.* 1. cæterique paſſim.

58 Notandum eſt modò ex his, quòd flumina poſita in confinibus duorum territoriorum, illaque diuidentia, quorum plurima ſunt in Regno, dicuntur communia vtriuſque territorij. Hoc au-

59 tem intelligendum eſt quòad vſum aquarum, ita vt in illis poſſint communiter pro indiuiſo homines vtriuſq; territorij piſcari, bibere, lauare, & ſimilia facere, curſus verò ipſorum, ac alueus ſunt communes pro diuiſo; non enim licet alteri ſe extendere vltra ipſorum medietatem, facit in argumentum *tex. in l. arbor ff. commun. diuid. in l. adeò* §. *fin.* juncta *l. ſequ. ff. de acqu. rer. domin.* ac in *l.* 2. §. *prǣterea ff. de aqua pluu. arcend.* notant *Bar. in tract. Tyberiad. p.* 1. §. *acquiritur nu.* 8. *Bald. conſ.* 57. *vol.* 3. *idem* Bal. *in c. ex literis nu.* 11. *de probat. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 2. *Corn. conſil.* 287. *num.* 2. *vol.* 3. *Iacob. à Sancto Georgio in ſua inueſtit.* §. *fluminibus n.* 8. *Dec. d. conſil.* 244. *col.* 1. *verſ. vltimo, Boer. conſ.* 24. ac *deciſ.* 352. *Brun. conſ.* 149. *vol.* 2. *Cepolla in tract. de ſeruit. ruſt. præd. tit. de flumin. nu.* 14. *Boſſius tit. de aqua, Hieron. de Monte in tract. de finib. regen. cap.* 24. *nu.* 8. *Anton. Sola ad decr. Sabaud. tit. de flumin. p.* 1. *gloſ.* 2. *nu.* 28. *pag. mihi* 335. *Capyc. in inueſtit. feud. d.* §. *fluminibus verſ. flumen exiſtens*, ſequitur illos *Borrell. de præſtant.* Reg. *Cathol. cap.* 8. *verſ. octaua concluſio ſub nu.* 34. qui omnes id limitant in caſu, quo totum flumen fuiſſet ab vno poſſeſſum, ac extitiſſet illius Dominus, addit *Borrellus* Franc. *Marcum deciſ. Delphinatus* 345. *nu.* 3. *vol.* 2. ac *Capoll. vbi ſupra*.

60 Hinc fit, non poſſe alterum facere cluſam, ſeptam, ſeù palatam (vt vocabulis noſtrorum vtar) vltra dimidium cōmunis fluminis, & conſequenter nec poſſe immittere tigna in ripa alterius Domini pro ducēda aqua ad vſum molendinorum, aliorumque id genus, niſi vltra dimidium ipſius fluminis communis, ſic concludit *Bart. in d. l. quominus ff. de flumin. nu.* 15. *cum ſeqq.* vbi etiam *Iaſ. nu.* 63. *&* 65. ac *Ripa num.* 63. *cum ſeqq. Socin. conſ* 79. *nu.* 1. *& nu.* 5. *vol.* 1. *Hieron. de Monte loco cit. d. num.* 8. *Angel. & Caſtrenſ. in l. fluminum ff. de damn. infect.* Ruin. *conſ.* 93. *nu.* 4. *vol.* 5. & citato *Bart.* vbi ſupra voluit *Loffred. in conſ.* 13. *n.* 15. quod conſilium reddidit contra Vniuerſitatem Sancti Georgij patriæ meæ, vbi alios etiam adducit, qui tamen ſuccubuit in cauſa, vt patet etiam ex poſſeſſione, in qua adhùc reperitur ipſa Vniuerſitas patriæ meæ de dicta ſepta, ſeù palata appodiata in Ripa Tammari, idque ex diuerſitate facti, quam ſupponit *Loffredus in eo conſ.* ex quo extenſio illa, & ſeptæ, ſeù palatæ appodiatio non competebat ipſi Vniuerſitati vti Vniuerſitati Sancti Georgij, cuius territorium in eo loco non tangebat territorium Tammari, ſed benè vti conceſſionariæ vtilis Domini feudi Sācti Andreę, cuius in territorio fiebat ſepta pro molendino ibi reædificato, qui vtilis Dominus dicti feudi Sancti Andreæ habebat ius extendendi, & appodiandi, tùm ratione viciſſitudinis, eò quòd idēmet vtilis Dominus Feudi Tammari ſe extendebat cum ſua ſepta, & appodiabat in territorio Sancti Andreæ, tùm quia habebat etiam ius antiquius, ex quo habebat molendinum ex parte inferiori, licèt ſepta fieret ex parte ſuperiori, quinimò ipſa Vniuerſitas dicto conceſſionario nomine habebat potius ius pro-

propter quod non poterat dici fieri ad æmulationem, eo fortiùs, quia non erat verum quod ſupponit *Loffred.* flumen ſcilicet Tammari fuiſſe in dominio vtilis Domini feudi Tammari, nàm illud erat, & eſt commune pro indiuiſo, diuidens territoria vtriuſque feudi, Tammari ſcilicet, & Sancti Andreæ.

61 Aduertas tamen in caſu, quo reperiretur facta appodiatio, & exteſio etiam de facto abſque denunciatione noui operis: nàm per patientiam in non contradicendo dicitur acquiſitum ius facienti ſuper ſeruitute affirmatiua, ſecundùm Bart. *in d. l. quominus q. 7. ff. de flumin. & in l. fluminum in princ. verſ. ego quæro ff. de damn. infect.* per *tex. in l. labeo ff. de aqua plu. arc.* ac in *l. qui bona* §. *ſi quis iuxta ff. eod. tit. de damn. infect.* in tantùm quòd poterit reficere, & reparare, non obſtante contradictione Domini vicini, quinimò ipſo etiam inuito, ita poſt *Florian. in l. refectionis in fine* per illum *tex. ff. comm. præd.* voluit Capyc. *in ſua inueſt. feud. verbo feudorum clauſulæ §. molendinis verſ. limita quartò*, pro quo allegat etiam *tex. in l. 1. §. ſi quis ædificium*, ac *in l. de pupillo §. ſi quis riuos ff. de oper. noui nunciat.* cum concordant. ibi cumulatis.

62 Addit quod plus idem *Capyc.* pro reficienda palata, ac pro aptando aquæductu poſſe reficientem vti ripis, ac terris vicinorum, ad tempus tamen, donec ædificium licitè perficiatur, per *tex. in d. l. refectionis*, ubi dicit *Angel.* eſſe ibi caſum expreſſum *ff. commun. præd.*

Sed non eſt hic omittendum vnum, quod eſt frequentiſſimum in hoc Regno noſtro, in quo vt plurimùm, vt diximus ſupra, territoria Communitatum, ac Baronum diuiduntur ex fluminibus, decurſibuſque aquarum, nec ſuper illo aliquis ex Regnicolis noſtris, vt par eſt aduertit ex quamplurimis, quos viderim.

Clarum eſt, vt diximus, flumen diuidens duo territoria eſſe commune illis duobus Dominis pro diuiſo quòad eiuſdem alueum, & ſolum, & conſequẽter non poſſe alterum ex ipſis ſe extendere, nec iuriſdictionaliter, nec faciendo ſeptam, ſiuè cluſam vltra dimidium ipſius fluminis, ac nec immittere tigna in ripa alterius Domini. Quæritur modò, vtrùm poſſit ſuccurri aliquo iuris re-
63 medio pro extenſione facienda vſque ad aliam ripam, ac pro appodiatione inuito altero Domino.

Nulli dubium, ſi attenderimus iuris rigorem concludendum videtur, non poſſe pęnitùs permitti dictam extenſionem inuito altero Domino, ex traditis per *Doctores* ſupracitatos, qui communiter in hanc ſententiam fuerunt procliues. Verùm attenta æquitate dico, poſſe ſuccurri circa permiſsionem, aliquibus concurrentibus.

64 Ad quod demonſtrandum ſuppono primò vnum, quod fuit ſupra tactum, de conſuetudine ſcilicet in Regno omnes Barones eſſe inueſtitos de fluminibus, aquis, aquarumque decurſibus, taliter quòd non poterit dici inueſtitus vnus priuatiuè quòad alterum, ſed benè cumulatiuè, ita vt quilibet pro indiuiſo poſſideat pro ſua medietate, & pro dicta medietate dici verum Dominum ipſorum fluminum, ipſarumque aquarum.

65 Suppono ſecundò alterum, quod ſimiliter tactum eſt ſupra, videlicet aquas eſſe in fructu, & conſequenter proindè ipſarum decurſus augere fructus feudi ratione vſus illarum, pro molendinis, baptinderijs, ferrerijs, carterijs, aliiſque id genus, etiam ad beneficium Principis, ſiuè directi Domini inueſtientis, qui exindè ſuis temporibus exigit adhoam, releuia, aliaque onera feudi, in tantum, quòd maximum fieret ſegnitiei ſignum, ſi Barones finerent ipſas labi abſque in-
66 duſtria: cùm obſeruantia compertum cernamus, illos hodiè reddi ſecuriores, ac ſtabiliores fructus feudi, qui percipiuntur aut ex induſtrijs, & artificiis, quæ formantur ex aquis, aut qui percipiuntur ex paſcuis, & tales poterunt verè dici perpetui fructus Feudi, eò quòd ſi alii quandòque deficiunt, aut minuuntur, iſti incrementum ſuſcipiunt potiùs.

His ſic modò poſitis concludendum arbitror, non poſſe perpetuò, ac finaliter prohiberi extenſionem per alterum ex Dominis faciendam vltrà medieta-

tem

tem fluminis, ſed benè illam permicti, ac neceſſariò concedi debere in caſu, quo aliqua concurrant.

67 Et primò ſi extenſio non fieret ad æmulationem, quæ aliàs eſt in cauſa, vt ipſius ratione multa prohibeantur, quæ ipſa ceſſante permicterentur ad *tex. in l.* 1. §. *denique, in l. ſi in meo fundo ff. de aqua pluu. arc.* atque in *l. fluminum* §. *fin. ff. de damn. infect.* cum conſentientibus cumulatis per *Gayll. practic. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 69. *nu.* 27. vbi multa ponit in ma-
68 teria eorum, quæ diiudicantur ad æmulationem fieri. Et propterea ſi quis ad æmulationem habentis molendinum inferius vellet facere cluſam ſuperiori loco per medium fluminis vſque ad aliã ripam, vtique permicti non deberet, vt in terminis terminantibus cõcludit *Loffredus d. conſ.* 13. *nu.* . . eò fortiùs, quando aqua immittenda in cluſam ſuperiorem eiiceretùr poſtmodùm vltra molendinum inferius, quàpropter habens molendinum inferius priuaretur omnino commoditate aquæ fluminis, & conſequenter fieret inanis inueſtitura de ea facta, ac fruſtatoria commoditas, ſiuè vſus ipſius, vnde ceſſante æmulatione, non video cur poſſit illi denegari appodiatio.

Secundò requiritur, vt offerat iuſtum pretium æſtimandum ex cauſa dictæ appodiationis, ad hoc ne ille, qui patitur ſeruitutem ſit in damno, & appodians locupletari videatur cum aliena iactura, dùm priuaretur vtilitate aquarum, de quibus ipſe pariter fuit inueſtitus, quod iura abhorrent.

Tertiò quòd caueat dè damno infecto in caſu regurgitationis aquæ, ſi pateretur detrimentum territorium illius Domini vicini, in quo fit immiſſio tignorum, & appodiatio, ad not. per *tex. in l. fluminum* 24. *in princ. ff. de damn. infect.*

His igitur accedentibus, nedum permicti debet extenſio inuito Domino, verùm ſuccurri etiam officio Iudicis ad conſentiendum in caſu, quo renueret, & ita videtur ſentire in proprijs terminis, imò in fortiori caſu *Anton. Sola ad decr. Sabaud. decr. piſcari par.* 1. *gloſ.* 2. *ſeu tit. de flumin. publ. à nu.* 34. *vſque ad num.* 61. vbi ſub *num.* 48. adducit in terminis terminantibus *Signorol. de Homod. conſ.* 71. *inter conſil.* Bald. *vol.* 1. ac *eundem Bald.* magis luculenter ad contraria reſpondentem in *conſ.* 463. *vol.* 4.

Et quàmuis multa adducat *ibi Sola* pro ſolidatione dictæ concluſionis, tametſi non ſic ad amuſsim illa explicet, videntur propriè facere infraſcripta per *eundemmet Solam* cumulata, quæ ſunt inconuincibilia.

69 Primò quia cùm ſint Barones inueſtiti de aquis, & decurſibus aquarum, non debet fieri ipſarum proprietas inutilis apud conceſsionarium, ad *tex. in l. antiquitùs C. de vſufr.* voluit *Corne. in conſil.* 326. *vol.* 1. quod eueniret vtique, ſi non diceretur cluſa per tranſuerſum vſque ad ripam alterius territorii, eò quòd experientia probatiſsimum ſenſibiliter comperimus, fieri omninò impoſſibile, vt poſsit alter vti, ne quidem minima parte aquæ, quæ aliàs communis eſt pro indiuiſo, non facta extenſione
70 vſque ad alteram ripam, ſi enim ſolum tantillum remaneret vacuum non cluſatum, vtique aqua ſemper rueret ex parte illius uacui intermedij. Et proinde ſi licet ducere aquam, quæ communis eſt pro indiuiſo, ergò & cluſam facere licebit, qua duci poſsit, argum. *l. ex hoc iure* §. *ex flumine ff. de aqua quotid. & æſtiu.* concordat Bald. *d. conſ.* 463. & *Purpur. conſ.* 327. Et propterea æquitas id ſuggerit, quo fit, ut etiam ſi ſtricto iure
71 deficiamus, concedi debet id, quod ſuggerit æquitas, ad *text. in l.* 2. §. *item varus ff. de aqua pluu. arc.* & in *l.* 1. §. *denique ff. eod.* uoluit *Dec. in conſil.* 244. *ſub num.* 5.

Accedit ſecundò fauor publicus, ac beneficium Principis, qui exinde, ut diximus, recipit utilitatem, quorum fauore
72 multa contrà communis iuris regulas conceduntur, ut ratiocinatur *idem Sola loco cit. nu.* 41. & eſt clarum, nàm ex augmento introituum feudi reſultat etiam augmentum ſolutionum, & onerum, quæ fiunt per Feudatarios ad beneficium Principis directi Domini occaſione feudi.

Acce-

Accedit ſecundò fauor publicus, ac beneficium Principis, qui exindè, vt diximus, recipit vtilitatem, quorum fauore multa contrà communis iuris regulas cōcedūtur, vt ratiocinatur *idem Sola loc. cit. nu.* 41. & eſt clarum, nàm ex augmento introituum feudi reſultat etiàm augmentum ſolutionum, & onerum, quæ fiunt per Feudatarios ad beneficium Principis directi Domini occaſione feudi.

Accedat tertiò, nàm tenetur quis facere, & pati quod ipſi non nocet, alteri verò prodeſt, quo fit, vt inuitus quis vēdere cogatur vrgēte neceſſitate, argum. *l. vnic.* ac *totius tit. C. nem. lic. in empt. ſpec. lib.* 10. vndè non poterit iuſtum pretium æſtimandum reſpuere. Et ità has rationes, aliaſq; ad id cumulat *Sola loco cit.* per quas videtur concludendum taliter in hoc caſu, eò fortiùs, cùm non fiat deterius ius ipſius Domini ſeruitutem præſtantis, tùm ex pretio æſtimando, tùm ex cautione de damno infecto: nàm aliàs videretur ad æmulationem diſſentire, prout reperiuntur nonnulli duriſſimæ ceruicis, ad quod obuiandum erunt Partes Superioris, dùm coràm ipſo imploratur officium Iudicis, condemnare ad conſentiendum, concurrentibus ſuprà narratis.

Poterit quiſpiam ſuper præfatis, aliiſq; forſitàn addendis cogitare, dùm caſus obuenerit: nàm videtur articulus iſte ſatis neceſſarius ad euitanda iurgia, & inconuenientia, quæ exindè in dies exoriuntur, vt experientia docet, & eſt caſus practicabilis, qui quotidiè ventilatur in Supremis Tribunalibus huius Regni, & nullus ex Regnicolis aduertit.

Inferas nùnc ad aliqua in materia molendinorum, ad hoc vt abſolutam reddamus aquarum, & fluminum tractationem.

73 Et primò, non poſſe aliquem extruere molendinum ex parte ſuperiori habentis molendinum inferius: nàm illud videretur ad æmulationem fieri, diſtinguendo tamen vt per *Bart. in d. l. quominùs in* 1. *quæſt. ff. de flumin.* quem ſequuntur communiter *Doctores*, tàm ibi, quàm alibi. Quod tamen limites, quando verè id faceret ad æmulationem; Quoniàm ſi pro ſua mera vtilitate, citrà aliquam æmulationem faceret, vtiq; poſſet, vt poſt *Bart. ibidem* concludit *Ripa*, ac cœteri per *tex. in l.* 1. *§. deniq;* & *in l. in ſumma §. deniq; ff. de aqua pluu. arcend.* ijs adde *Gayll. pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeru.* 69. *num.* 27. vbi alios adducit, ibiq; multa recenſet, quæ videntur fieri ad æmulationem, adde etiam *Capyc. d. §. fluminibus verſ. limita tertiò*, ac *D. de Ponte de poteſt. Proreg. de*
74 *diuerſ. prouiſion. tit.* 10. *de mercatis, ſeù nundinis num.* 6. *cum ſeqq.* vbi tradit, non dici intereſſe formatum, & fieri ad æmulationem, quando per conſtructionem molendini tolleretur tantummodò concurſus molientium, etiàm in terminis pacti deſuper appoſiti, vt per *ipſum ſub nu.* 8. *ibidem* poſt *Alberic. in l. ſi manifeſtè in fine C. de ſeruit. & aqua.*

Sublimites verò, quando primus haberet ex priuilegio, aùt ex conſuetudine præſcripta, vt ipſe ſolus haberet molendinum, quoniàm in tali caſu nullo modo poſſet ſecundus, tametſi ad ſuam vtilitatem id faceret, & citrà vllam æmulationem, & ità poſt *Iaſ. in d. l. quominùs num.* 85. *Ripam ibidem num.* 82. *verſic. tertiò intellige*, ac *Bald. in conſ.* 463. *col.* 1. *verſic. ſed ſi tu haberes lib.* 4. concludit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 89. *num.* 11. qui adducunt *tex. in l. venditor* 14. *C. commun. præd.*

75 Amplies principalem illatiònem, id neq; permitti in præiudicium habentis antiquius molendinum, computando antiquitatem à die, quo quis cœpit ædificare, non verò à die, quo alter perfecerit: quoniàm tametſi iſte ſecundus priùs perfecerit, non per hoc dicitur illi acquiſitum ius quòad antiquitatem ad hunc finem *Bart. d. l. quominus quæſt.* 5. *nu.* 10. argum. *l.* 3. *§. cùm igitur ff. de vi, & vi arm. l. cùm antiquitas C. de teſtam.* ſequitur illum *Tiraquell. de primogen. quæſt.* 17. *nu.* 5. *in* 12. *opinio.* ac *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 745. *nu.* 29.

76 Infer ſecundò, poſſe quempiam ædificare molendinum in ſuo, etiàm ſine licentia Baronis, ac habentis merum, & mixtum imperium *Peguer. deciſ. Cathalon.* 223. *per totam*, antè ipſum videtur voluiſſe *Annaſſin. in ſingul.* 35. vbi facit diffe-

ren-

Digitized by Google

rentiam inter aquam naſcentem in territorio Baronis, & aquam naſcentem in territorio alieno priuato, & dicit, quòad illam manantem in ſolo priuato licere, ac quòd ità fuit deciſum per Sacrum Conſilium, & ità ex his patet, conſtructionem molendinorũ, baptinderiarum, aliorumq; artificiorum eſſe liberam vaſallis Burgenſibus, non obſtante prohibitione ipſorum; cùm non habeant ipſi in dubio intentionem formatam de iure quòad prohibitionem præfatam, præterquàm in fluminibus publicis proprijs ipſorum Baronum, quorum aquæ vigore inueſtiturarum, ipſarumq; decurſus ſunt ipſorum propriæ, quapropter non poſſunt illæ ad hunc finem extrahi, ipſis inuitis, vt dixit *Capyc. d. inueſtit. feud.* §. *& cum molẽdinis*, ac *Viuius deciſ.* 266. notat *Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *nu.* 208. ac *pragm.* 14. *num.* 20. concordantes ad id quàmplurimos comperies apud *Theſſ. deciſ.* 16. *nu.* 2.

77 Verùm quod diximus, non licere in fluminibus publicis limita quòad molendina non tangentia alueum fluminis, qualia ſunt facta ſuper aquam cum tabulis concatenatis, de quibus plurima in Vulturno, Tyberi, Pado, alijſq; fluminibus magnis *Capyc. in inueſtit. feud. d.* §. *& cum fluminibus verſic. limita ſecundò*, *Capiblanc. de Baron. d. pragm.* 14. *num.* 23. vbi adducit *Franc. Marc. deciſ.* 270. *cum ſeq. par.* 2. Rurſùs quòad centimola, molendina cum miniſterio ventorum, quæ poſſe fieri per vaſallos poſt *Capyc. vbi ſupra* tradit *idem Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ſuper pragm.* 14. *de Baron. cap.* 86. *num.* 14.

78 Infer tertiò, non poſſe Baronem prohibere vaſallos, ne eant ad moliendum in aliena molendina, præterquàm in ſuũ, quemadmodùm nec etiàm ad coquendum panem, aùt ad moliendum oliuas, niſi in ſua furnum, vel tappetum, ſicuti concludunt communiter *Doctores* relati per *Theſ. d. deciſ.* 16. *num.* 2. ac per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 564. *nu.* 44. *&* 45. & nos habemus hoc expreſſum in Regno per *Regiam Pragm.* incip. *audiuimus*, quæ eſt 14. *ſub tit. de Baron.* de qua meminerunt etiàm *Gratian. & Theſ. locis cit.* niſi in caſu, quo Barones molendina,

79 furnos, tappetos, ac ſimilia haberent cũ particulari priuilegio iuris prohibendi, aùt haberẽt ius illud præſcriptum legitima præſcriptione, vel conſuetudine legitimè prẹſcripta, vt in calce dictæ *Reg. Pragm.* Ampliationes, & limitationes ad hanc illationem habentur apud *Theſ. d. deciſ.* 16. *per totam.*

80 Infer quartò ad caſum, ſuper quo conſultus reſpondit *D. Taſſonus in ſua alleg.* 9. inſerta in commentar. ad *Pragm. de antefato obſeru.* 4. *verſic.* 3. *num.* 259. *cum ſeqq.* quòd ſcilicèt qui habet ius, vel præſcriptionem ducendi aquam per territorium alienum pro duobus molendinis, non poteſt dilatare formam, vulgo *formale* ad finem ducendi maiorẽ aquarum quantitatem, & ſic pro alijs molendinis additis vltrà duo, vel vltrà præſcripta, mouetur ille bonis rationibus, quas cupidus lector ab eodem excipere poterit.

81 Infer quintò ad caſum, de quo apud *Lanar. conſ.* 2. *per totum*, vbi concludit, quòd molendina ædificata in ſolo proprio burgenſatico ex aqua feudali non dijudicabuntur burgenſatica ratione ſoli, ſed benè feudalia ratione aquarum feudalium, quæ ſolæ præponderant in molendinis, ac maioris pretij æſtimantur, vt per *ipſum*.

82 Infer ſextò, nàm facta venditione, vel donatione molendini, intelligitur etiàm facta de mola non dùm affixa, verùm parata pro renouandis veteribus, ac venire etiàm in illis alia lignamina pro eodem vſu deſtinata *Theſ. filius quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 84. *num.* 10. vbi dicit, cum iſta affirmatiua ſententia cenſuiſſe Senatum Pedemontanum.

Infer ſeptimò ad quæſtionem, ſiuè caſus reſolutionem apud *Monac. deciſ. Flo-*

83 *rent.* 57. *per totam*, vbi quærit, an qui tenetur ire ad molendum in molendino alicuius, liberetur ſoluta mercede ſolita debita pro molitura Domino illius molendini, ad quod ire tenetur, an verò teneatur præciſè, ità vt ſi fuerit indicta pœna, teneatur etiàm ad pẹnam indictã, ibiquè tradit fuiſſe deciſum, teneri omninò accedere ad moliendum in illo, tamet-

tametſi ex cauſa ſubdat, fuiſſe conuentum illum abſolutum à pęna, ea potiſſimum ratione mouetur, ad euitandum ſcilicet malum exemplum, quo inducerentur reliqui obligati, ſi renuere poſſent ſoluta mercede ſolita debita pro molitura. Et quæſtio iſthæc videtur cõſimilis illi, de qua apud *Capiblanc. de Baron. Pragmat. 16. num. 54.* vbi dicit, fuiſſe
84 deciſum in cauſa vertente inter Marchionem Lauri, & Vniuerſitatem, quòd pęnæ exactio ergà vaſallum Burgẽſem inobedientem parere recuſantem mandatis circa ſeruitia, ad quæ tenentur vaſalli Baronis, non excedat tarenum, niſi in caſu, quo inobedientia haberet aliquas alias qualitates aggrauantes, prout eſſet, quando vaſallus re vera ad ęmulationem renueret, contentus ſoluere tarenum, quoniam in tali caſu, ratione qualitatum aggrauantium, malique exempli teneretur ad pęnam maiorem.

85 Infer octauò, Molendina quandoque connumerari inter mobilia, quandoque verò inter immobilia. Mobilia dicuntur illa conſtructa ſuper flumina, quæ cùm ad inſtar nauium meent, remeant, ac ambulent, iure merito *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 44.* æquiparat illa nauibus. Immobilia appellantur illa facta tamquàm domus in terra, ſeù ripis fluminum, quibus adhęrent, prout immobilia appellat illa *Bald. in cap. contingit col. pen. verſic. quæro numquid mola de dolo, & contum.* extendens hoc ipſum etiam ad molas ipſius molendini in terra fixi, in terminis *Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 564. num. 1. cum ſeqq.* vbi *nu.* 9. quærit, ac reſoluit, an diiudicentur illa prędium vrbanum, quando verò ruſticum, quorum reſolutio deſeruiet ad plura.

86 Primò, an, & quando primus conductor præferatur ſecundo, ſi tantundem offerre vellet, diſtinguendo inter vrbana prædia, & ruſtca, vt apud *Afflict. in deciſ. 238. per totam* ad intellectum *l. ne cui C. de locat. & conduct.* ac *Cõſuetud. Neapolit.* inibi commemoratæ.

Rursùs ſecũdò, an in alienatione ipſorum requiratur decretum Iudicis in caſu, quo in alienatione bonorum immobilium illud requiratur.

87 Item & tertiò, an in venditione ipſorum habeat locum ius congrui, ſiuè retractus, tàm agnatitii, quàm conuentionalis, ratione aùt communionis, aùt propinquitatis loci, ac ad alia quamplurima ad id, de quibus aliqua apud *Gratian. diſcept. forenſ. d. c. 564. per totum*, aliqua alia ponuntur etiam per *Carpan. ad ſtat. Mediol. par. 1. cap. 417. nu. 42. cum ſeqq.* Et hæc quòad aquas, earundemque occaſione, quò etiam ad fontes, flumina, riuos, aquarumque decurſus, vti habentia cauſam ab ipſis aquis, quas, diximus, eſſe primo loco in fructu.

Infer nonò, quòd quia in fructu non tantùm aquæ ſunt, ipſarumque decurſus, verùm etiam artificia quæcumque, quæ ex ijs formantur, qualia ſunt molendina, baptinderia, tappeta, carteriæ, ferreriæ, aliaque id genus, quæ in fructu eſſe docent communiter *Doctores*, quemadmodùm ſunt etiam omnia alia quemcumque artificia, quę ex aquis formantur, iure igitur merito quemadmodum de omnibus fructibus ad *tex. in cap. nuncios de decim.* de prouen-
88 tibus ipſorum eſſe pariter ſoluendam decimam cauit *Alex. Tertius in cap. peruenit 5. extra de decim.* Quod ampliatũ extitit per *Celeſtinum Tertium* etiam quòad prouentus, qui percipiuntur ex molendino ad ventum in *c. ex tranſmiſſo 23. eod. tit. de decim.*

89 Ampliat ſecundò *Rebuff. de decim. q. 8. nu. 6.* & poſt ipſum *Moneta* in conſimili *tract. de decim.* etiam quòad molendinum, quod catena tenetur ſuper fluuium.

90 Item & tertiò quòad baptinderias, carterias, ferrerias, aliaque id genus, quæ ex artificio aquarum formantur, cùm non minor vigeat ratio de illis, quàm de molendinis, eò fortiùs, quia de illis fit expreſſa mentio in inueſtituris, vt patet apud *Capyc. in inueſtit. feud. verbo feudorum clauſula §. molendinis*.

SVMMARIVM.

1 *Piſcatio eſt in fructu.*
2 *Decima debetur de piſcatione, quemadmodùm etiã de venationibus, & aucupijs.*
3 *Piſcandi ius, ac vectigalia à piſcatoribus exigere reputatur inter Regalia Principum.*
4 *Piſcandi ius omnibus de iure competit in mari, & in fluminibus.*
*Amplia, vt liceat etiã in littore maris, nu. 9.*
*Quinimò etiam ante ædes alterius, nu. 10.*
*Limita tamen multis modis, nu. 12.*
5 *Piſcationis duplex genus, retibus ſcilicet, & hamo.*
6 *Viuaria, ſtagna, & piſcina differunt inter ſe.*
*Viuarium quid, ibidem.*
7 *Stagnum eſt quod continet temporalem aquam, quæ vt plurimum hyeme congregatur, nec fluit, nec refluit.*
8 *Piſcina eſt in quam piſces mittuntur humana induſtria, vt in ea nutriantur, & corrupto vocabulo piſcherias, aùt piſcarias appellamus.*
11 *Aquæ vſus tametſi poſſit prohiberi per Barones, non poterit tamen prohiberi piſcatio in illis.*
13 *Taxum, aùt aliam herbam non licet apponere in mari, vel in flumine pro capiendis piſcibus, & ratio, quarè.*
14 Affl. in Conſtit. Regn. Quicumque toxicum *aberrauit circa explicationem taxi, de quo in ea* Conſt.
15 *Taxi vires ſecundùm Matthiolum eſt exiccatiua, & adſtrictiua.*
16 *Taxi arbor adeò venenoſa, vt mortem inferat dormientibus, vel cibum tantùm capientibus ſub illa.*

## CAP. IV.

1 QVia in fructũ non tantùm ea ſunt, quæ ex re proueniũt, verùm etiã & illa, quæ propter rem, vt ſuperiori capite abundè inculcatum eſt, & ſic nõ tantũ aquæ, verum quæ ex aquis ortũ genus ducũt, idcircò in fructu eſſe piſcationes cauit *tex. in l. item ſi fundi* §. *aucupiorum ff. de vſufr.* probat alius *tex. in l. venationẽ 26. vbi gloſ. ff. de vſur. & in l. vſufructuarium* 68. *ff. eod. tit. de vſufr.* quos in id expedit *Gizzarell. dec. 34. n. 2.*

2 Eapropter igitur de piſcatione, vti in fructu, quemadmodùm etiam de venationibus ſoluenda erit decima Eccleſiæ in eo loco, in quo de conſuetudine receptum eſt, decimã eſſe ſoluendam, & ita poſt *Marian. Socin. ſen. in c. 1. nu. 12. de cler. venat.* concludit *Couar. in relect. cap. peccatũ de regul. iur. in 6. 2. p. c. 8. nu. 12.* ac *Sebaſtianus Medices in tract. de venat. p. 2. q. 21.*

3 Aduertendum eſt tamen in materia, ius piſcandi, ac vectigalia à piſcatoribus exigere inter Regalia Principum reputari in *c. 1. quæ ſint regal. in vſib. feud.*

4 De iure verò communi ius piſcandi omnibus competit in mari, & in fluminibus *l. 2. §. ſi quis in mari ff. ne quid. in loco publ.* ac in §. *flumina inſtit. de rer. diuiſ.*

5 Piſcationis genus duplex agnoſcunt *gloſ. Archidiac. Turrecrem. & Bellam. in c. eſt & aliud* 24. *q.* 1. Retibus primum, Hamo ſecũdum, & vtrumque accõmodãt, atque applicãt ad piſcationem demãdatam per D. Chriſtum Seruatorem noſtrum Petro, cæteriſque alijs Apoſtolis, vt ibi per eos.

6 Ad notitiam modò terminorum notãdum eſt, dari differentiam inter Viuaria, Stagna, & Piſcinas. De Viuarijs habetur in *l. vſufructuarius* §. *viuarijs ff. de vſufr.* & eſt terminus communis auibus piſcibus, & feris. Dicuntur Viuaria loca, in quibus includuntur aues, piſces, animaliaque fera ad victum humanum, eo animo ibi immiſſa, vt nutriantur, ſeligantur q; poſtmodùm ad mẽſarum delicias.

7 De Stagnis habetur in *l. 1. ff. vt in flum. publ. nauig. lic.* & ſunt illa, quæ continent temporalẽ aquam, quæ vt plurimũ hyeme cõgregatur, nec illa fluit, nec refluit.

8 Piſcina verò eſt illa, in quã piſces mittũtur humana induſtria, vt in ea nutriãtur *Couar. loco cit. d. c. 8. nu. 15.* poſt *Alex. in l. 3. §. Nerua num. 3. ff. de acqu. poſſ.* vbi *Doctores* etiam communiter, & eas corrupto vocabulo piſcherias, aut piſcarias vulgò appellamus.

Piſcationem itaq; oĩbus licere in mari, & in fluminibus cõcludunt *Doctores*, nedũ per iuris loca ſupra cit. verùm etiã per *tex. in l. venditor ff. communi præd.*

9 Am-

9 Ampliant, vt liceat etiam in lictore maris *l. nemo §. fin. l. riparum ff. de rer. diuiſ.* ea ratione, quia lictora maris ſunt communia, quemadmodùm & aer, ad *tex. in l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur.*

10 Subampliant hoc, vt liceat etiam antè ædes alterius, adeò vt ſiquis prohibuerit, teneatur prohibens actione iniuria-
11 rum *l. 2. §. ſi quis ff. ne quid in loco publ.* Quò fit, vt quàmuis vſus aquæ publicæ prohiberi poſſit per Barones, ſeù Feudatarios, vt ſupra dictum eſt, non poterit tamen prohiberi piſcatio in illis, nec per prohibitionem illam de vſu aquæ intelligitur facta de piſcatione, vt poſt *Iaſ. & Ripam in l. quominus ff. de flumin.* tradit Capiblanc. *ſuper* Pragmat. 14. *de Baron. num.* 211. Nec obſtabunt clauſulæ, quæ ordinariè apponuntur in inueſtituris, videlicet, *cum fontibus, riuis, aquis, aquarumque decurſibus, item piſcherijs, molendinis, ferrerijs, ſerris, baptinderijs, &c.* quia illæ intelliguntur, dummodò adſit de ijs priuilegium in ſpecie, vel cõſuetudo immemorabilis, quæ habeat vim priuilegii, vt cautum eſt per *Regiam Pragm.* 14. *ſub tit. de* Baronib.

12 Limites hoc tamen. Primò quando flumen eſſet priuatum *d. l. iniuriarum actio §. fin. ff. de iniur.*

Limites ſecundò, quando ius piſcandi eſſet prohibitum per Principem, vel alteri per eundem venditum, ad *tex. in d. cap. 1. quæ ſint regal. in vſib. feud.*

Limita tertiò, quando conuentio cõtracta eſſet cum vicino, ne liceret ante eius ędes piſcari *d. l. venditor ff. commun. præd.* vbi etiam *DD.* intelligendo id tamen quoàd flumina publica.

Limita quartò, quando conſuetudine inductum eſſet, ne liceret piſcari pro vſu priuato, ſed benè pro publico tantùm ad *tex. in d. l. venditor §. conſtat.*

Limita quintò, exiſtente immemorabili præſcriptione iuris prohibendi piſcationem, quæ talis eſſe debet, vt initii illius non adſit memoria hominum in contrarium, & ita has limitationes congerit *Sebaſt. Medices d. tract. de venat. piſcat. & aucup. par. 2. q. 21. nu. 6. cum ſeqq.* & antè ipſum *Capyc.* de quo non meminit *Medices in inueſt. feud. verſ. feudorum clauſulæ, verbo piſcherijs,* ijs adde aliam limitationem ſecundùm *D.* Rouitum *in Pragmat.* 1. *de aucup. & venat. ſub nu.* 5. *verſ. quid autem dicendum,* vt ſcilicet limitetur in caſu, quo reditus fluminis conſiſteret in captura piſcium, quoniam tunc benè poterit Baro prohibere, ne ibi vaſalli Burgenſes piſcarẽtur.

13 Aduertendum eſt inſuper in materia piſcationis, de qua in præſenti capite, cautum ſcilicet eſſe in Regno per *Conſtitut.* ipſius incip. *Quicumque toxicum,* nõ poſſe aliquem taxum, aùt aliam herbam in mari, vel in flumine apponere pro piſcibus capiendis, aliàs contrà facientes per annum cum ferris operibus publicis deputentur. Reddit rationem de hoc *Aſſl. ibidem in princ.* quia per prędicta corrumpuntur aquæ, itemque piſces redduntur infecti. Quò fit, vt homines comedentes de illis infirmentur, & beſtiæ de aquis bibentes reddantur nociuæ.

14 Circa explanationem iſtius taxi, de quo in præfata *Conſtit.* dicit *Affl. ibidem ſub num.* 2. eſſe illud arborem, ex qua proiecta in aqua piſces mortificantur, comprobat hoc authoritate *Plin. lib. 26. nat. hiſtor. cap. 6.* Cæterùm longè aberrat *Affl.* dicens, taxum iſtud, de quo loquitur *Conſtit. Regni* eſſe arborem, & ipſius lapſus ex *eodemmet* detegitur, dùm pro ſua ſentẽtia adducit *Plin.* relato *c.* 6. quo loci *Plinius* non loquitur de taxo arbore, ſed benè de taxo herba, quod latina lingua VERBASCVM, Italicè verò, ac vulgari idiomate TASSO BARBASSO. De eo etiam agit *Dioſcorides lib. 4. cap. 99. Creſcit illud in altitudinem trium, aùt quatuor palmorum, folia eiuſdem ſunt ſimilia folijs ſaluiæ, flores emittit galli, ſeù crocei coloris, auri æmulos.* Hæc ille, vbi *Andreas Matthiolus in ſuis commentar.* idem probat, dicens. *Eſt & aliud verbaſcum, ſylueſtre cognominatum, quod floribus conſtat aureis, & luteis.* De hoc verbaſco vbiq; habetur in campis tẽpore ęſtatis, circà quod in dies obſeruatur vnũ notabile: nàm ſi frondes auferantur ab eo; mox flores in terram cadunt.

15 Ipſius vires eſt exiccatiua, & adſtrictiua,



Digitized by Google

ua, vt tradit *idem Matthiol. vbi ſupra*, ac guſtu amara admodùm, & ob id propter eius amaritudinem inficiantur aquæ, piſceſque mortificantur.

Comprobare licebit hoc totum aduersùs *Affl.* ex eademmet *Conſtit. Quicumque toxicum*, ibi, *taxum etiam, vel herbas huiuſmodi, de quibus piſces mortificantur*, ex quibus colligitur, loqui *Conſtitutionem* illam de taxo herba, non verò de taxo arbore, vt patet ex dictione illa, *huiuſmodi*, ibi, vel *herbas huiuſmodi*, cuius quidem dictionis vis eſt repetere comprehenſa in præcedentibus cũ omnibus ſuis qualitatibus, ſecundùm *gl. in c. ſi Abbatem de elect. in 6. Bar. Pariſ. Mareſcot. Corne. Gratian.* & alii relati per *Gratum de dict. dict. 74. nu. 1.*

16 Fateor tamen, taxum arborem magis venenoſum eſſe, vt teſtatur de eo *Galen. ſimplic. medicament. lib. 8.* vbi ſic ſcribit, *Smilax, aùt taxus arbor eſt venenoſę facultatis*, & refert de eo *Plinius nat. hiſtor. lib. 16. c. 10. in fine*, apud Hiſpaniam in ſuis baccis lethale admodùm eſſe venenum; compertumque eſſe in Gallia, vaſa viatoria ex ipſo facta necem intuliſſe iis, qui in illis biberent, & in Arcadia eſſe tàm potentis veneni, vt ſi quis dormierit ſub ea, vel cibum cęperit, illicò moriatur. Et ſubdit, *ex hoc taxica fuiſſe appellata, quæ de præſenti toxica vocantur, quibus ſagittæ tinguntur ad celeriùs inficiendum.*

Venenoſitas illius ex eo colligi licet: nàm vbi apud *Hierem. cap. 11.* ſecundùm vulgatam literam habetur, *venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium*, alii legunt, *venite mittamus taxum in panem eius*, ad denotandum adeò potentis viris eſſe ad occidendum, vt ſi illud tetigerit tantùm panem, eradat aliquem de terra viuentium. Antidotum cõtra ipſum affert idẽ *Plinius loco cit.* cũ quo concordat *Matthiol. d. cõmentar. ad Dioſcorid. lib. 4. c. 75.* dicens, quòd ſi in ipſam taxi arborem clauus æreus adigatur, fiet innoxia.

## SVMMARIVM.

1 *Venatio, & aucupium ſunt in fructu.*
2 *Venatio, & aucupium tunc ſunt in fructu, quando fructus feudi, vel ſundi conſiſterent ex venationibus, & aucupÿs.*
3 *Venatio, & aucupium differunt inter ſe, vnde qui habet ius venandi, non dicitur habere ius aucupandi.*
*Differentia in quo conſiſtat, nu. 4.*
5 *Venatio, & aucupium ſunt probibita in territorÿs appatronatis clauſis.*
6 *Venatio antiquitùs in* Regno *erat computata inter regalia.*
*Non ſic hodiè, & propterea non niſi in Foreſtis* Regÿs *eſt probibita, vt ibidem.*
7 Banna, *quæ emanantur per* Barones *ſuper prohibitionẽ venationis vtrùm teneãt.*
8 *Venatio fuit introducta de iure gentium.*
9 *Princeps non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris gentium, & naturalis.*
10 *Venatio quemadmodùm & aucupari prohiberi non poteſt.*
11 *Scoppittæ nõ minus trium palmorum cuique permictuntur in Regno, extra tamen loca habitata.*
12 *Princeps ſecundùm opinionem aliquorum non poteſt prohibere venationem.*
*Contrarium tamen de iure verius, num. 13.*
14 *Intellectus ad* l. iniuriarum 13. §. fin. ff. de iniur.
15 *Princeps ex cauſa rationabili poteſt diſponere cõtra ius naturale, & gentium.*
*Et cauſa rationabilis dicetur ſola voluntas ipſius Principis ſtatuentis, nu. 16.*
17 *Princeps poteſt dominium alicuius auferre, & alteri concedere, licèt dominium ſit de iure gentium.*
18 *Volucres, feræ, & alia animalia non ſunt communia iure naturæ poſitiuè, & affirmatiuè, ſed negatiuè.*
19 *Iure naturæ multa ſunt licita, quæ poſtmodùm per legem humanam fuerunt prohibita, aùt attenta* Reipublicæ *vtilitate, aùt cauſa iuſta reſpiciente bonum regimen* Reipublicæ.
20 *Spes poteſt vendi, donari, & ad hæredes tranſmitti.*
21 Barones *non poſſunt prohibere eorum ſubditis venationem.*
*Fallit, quando conſuetudine acquiſiuiſſent ius prohibendi, nu. 22.*

Con-

*Contrarium tamen eſt de iure verius, etiam attenta conſuetudine, nu. 23.*

24 *Baroni facienti aliquem actum, aut exercenti aliquam iuriſdictionem, de qua non fuit inueſtitus, poteſt eidem quandoque reſiſti per ſubditos. remiſſiuè.*

25 *Barones exercentes merum, & mixtum imperium, altamuè iuriſdictionem, de qua non fuerunt inueſtiti, tenentur pœna vſurpatæ iuriſdictionis.*

26 *Regalium in conceſſione non omnia Regalia veniunt, ſed ea tantùm, quæ poſſunt conuenire Feudatario inueſtito.*

27 *Priuilegij verba in dubio ſunt intelligenda ſecundùm qualitatem perſonæ proferentis.*

28 *Baronibus ex clauſulis generalibus in inueſtitura poſitis, videlicet,* cum angarijs, perangarijs, furnis, tappetis, hoſtarijs, &c. *non dicitur acquiſitum ius ſuper illis, nec dicentur inductæ nouæ angariæ, aùt perangariæ, aùt ius prohibendi prædicta, ſed ea tantùm, quæ tempore priuilegiorum, & conceſſionum, aùt iuſto titulo, aùt præſcriptione erant inducta.*

29 *Intellectus ad* l. iniuriarum in princ. ff. de iniur.

30 *Magiſtratus intelliguntur ij, qui imperium, & poteſtatem habent.*

31 *Magiſtratus minores tempore Romanorum fuerunt ij, qui ſine imperio, & poteſtate erant.*

32 *Magiſtratuum appellatione in dubio veniunt maiores Magiſtratus.*

33 *Venationes vt poſſint prohibere Barones multa requiruntur.*

## CAP. V.

1 QVemadmodùm piſcatio, & piſcandi ius eſt in fructu, vt ſuperiori capite docuimus, ità etiàm venatio, & aucupium. De venatione loquitur *tex. in l. venationem 26. vbi gloſ. ff. de vſur. & in l. vſufructuarium 68. ff. de vſufr.* De aucupio verò patet in *l. ſi fundi §. aucu-*
2 *piorum ff. eod. tit. de vſufr.* intelligendo tamen, vt ſuperiori capite etiàm diximus, de piſcatione, quando fructus feudi, vel fundi conſtarent ex venationibus, & aucupijs, vt ex *d. l. venationem* cum conſentientibus per ipſum adductis deduci notabiliter *Gizzarell. deciſ. 34. nu. 2. in fine.*

3 Differunt verò ſpecie inter ſe venatio, & aucupium, & proindè non ſequitur, habeo ius venandi, ergò etiàm & aucupij: ſunt enim hæc ſeparata, & ex ſeparatis non eſt inferendum, ad *tex. in l. ſi maritus la prima C. de donat. int. vir. & vxor.* cum concordantibus cumulatis per *Gayll. de pignoration. obſeru. 24. nu. 4.* vbi ſpecificam hanc differentiam docet.

4 Differentia modò conſiſtit in hoc, ſecundùm *gloſ. in clem. 1. §. porrò à venationibus de ſtatu monac. & rubr. C. de venat. ferar. lib. 11.* quam recenſet *D. Rouitus ſuper pragm. 1. de aucup. & venat. num. 2.* nàm venatio in ſua propria ſignificatione dicitur de quatrupedibus, aucupium verò, & aucupatio de volatilibus.

5 Notandum eſt circà præfata, aucupationem, ſicuti & venationem eſſe prohibitam in territorijs appatronatis clauſis ex diſpoſitione *Regię Pragm. 1. de aucup. & venat.* ſuper qua notat *D. Rouitus nu.* 1. verbum illud vulgari idiomate ibidem prolatũ, ſcilicèt *andare à caccia* comprehendere capturã tàm ferarũ, quàm volatilium, & ſic adaptari illud ad vtramque ſpeciem, ad aucupium ſcilicet, & ad venationem.

6 Addas, quòd tametſi antiquitùs venatio fuiſſet computata inter regalia in nõnullis partibus Regni tempore Ferdinandi Primi, hodiè tamen non ſic, ſed tantummodò in foreſtis Regijs eſt prohibita venatio, vt tradit *Capyc. in inueſt. feud. verbo feudorum clauſulæ verſ. venationibus.*

Circà materiam venationis, & aucupij multæ poſſent excitari quæſtiones, ac notabiles, tùm concluſiones, cùm etiàm illationes, ſed quia de iſta materia nonnulli peculiares tractatus conſcripſere, inter quos *Sebaſtianus Medices de venat. per totum,* alijq; de quibus longa ſerie per *D. Rouit. d. pragmat. 1. de aucup. & venator. ſub nu. 4. verſ. reliqua ad materiam,* ero proindè contentus omiſſis omnibus alijs vnicam tantùm inquirere quæſtionẽ, illiuſq; reſolutionẽ, & eſt iſta.

Propter multitudinem Baronum, qui ſunt in Regno, & ferè omnium infeudato-

to-

Digitized by Google

torum de mero, & mixto imperio, & iuriſdictionibus etiam priuatiuè quòad D. Regem, ac redditibus, hoſpitijs, terris cultis, & incultis, montibus, vallibus, planis, paſcuis, herbagijs, ſyluis, vena-
7 tionibus, defenſis, &c. multotiès euenit, quòd Barones emittere faciunt per ſuos Officiales banna pęnalia in eorum locis, & terris infeudatis, vt nemo poſſit venari quocumque venationis genere, propter quod diſceptatur quotidiè in Regijs Tribunalibus de validitate dictorum bannorum, vtrùm ſcilicet prohibitio iſthæc fieri poſſit per Barones, & ſi eorum ſubditi, ſiuè vaſalli Burgenſes ligentur ea.

Pro vaſallis, quòd non poſſint prohiberi adducitur ratio, & legum authoritas. Ratio eſt, quia venatio fuit introducta de iuregentium *l.* 1. 2. *& 3. & l. quòd*
8 *in littore* 14. *ff. de acqu. rer. dom.* §. *feræ inſtit. de rer. diuiſ.* quibus in locis, præcipuè *in d. l.* 1. cauetur, quòd omnia animalia, quæ terræ, mari, cœloque capiuntur, ideſt ferę, beſtiæ, volucres, & piſces capientium fiunt, quæ autem iuris gentium
9 ſunt, & naturalis Princeps tollere non poteſt §. *ſed naturalia quidem inſtit. de iure nat. gent. & ciu. cap.* 1. *diſt.* 5. *& cap. fin. diſt.* 6. Hinc legitur in Diuina Scriptura *Geneſ. cap.* 6. Dominum Deum omnia animantia creaſſe in vſum, & cibum hominum. Corroboratur hoc ipſum au-
10 thoritate *Iuriſconſulti in l. iniuriarum* 13. §. *fin. ff. de iniur.* vbi formaliter inquit *Vulpianus, ſæpiſſimè reſcriptum eſſe, non poſſe quem prohiberi piſcari, ſed nec aucupari.* Hanc partem tutati ſunt priori loco *Hoſt. Ant. de Butr. ac Ioan. Andr. in cap. non eſt de decim.* quos ſecuti fuere *Iaſ. conſ.* 119. *lib.* 4. *Guiliel. Bened. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam nu.* 313. *de teſtam. Berous cõſ.* 81. *nu.* 30. *lib.* 1. *Boſſ. tit. de regal. num.* 42. *Afflict. in Conſt. Regni Scire volumus nu.* 13. *Dec. in conſ.* 196. *in cauſa inquiſitionis formatę, ac in conſ.* 270. *in caſu transmiſſo in princ. Tiraq. de nobilit. cap.* 27. *nu.* 140. *Rebuff. in l. vnica C. de venat. ferar. lib.* 11. *Bertrand. conſ.* 255. *lib.* 1. *num.* 8. *Caſſan. in Conſuetud. Burgund. in* Rubr. 13. §. 7. *nu.* 4. *Purpurat. conſ.* 535. *& cõſ.* 392. *lib.* 1. *Frãc. Marc. deciſ.* 530. *nu.* 16. *par.* 1. *Iacobin. de S. Georg. in inueſtit.* §. *& cum venationibus Cuiac. lib.* 4. *obſeruat. cap.* 4. *Andr. de Iſern. in cap. nemo retia de pace ten. & eius violat. in vſ. feud. Roland à Valle conſ.* 9. *lib.* 2. *Natta conſ.* 375. *Crauett. conſ.* 643. *lib.* 4. *& conſ.* 945. *lib.* 5. *Menoch. conſ.* 298. *nu.* 18. *lib.* 3. *Hieronym. Scurph. conſ.* 1. *centur.* 1. *Kirchou. commun. opin. centur.* 4. *cap.* 99. *Anna ſen. ſingul.* 59. *Grammat. deciſ.* 67. *num.* 9 *D. de Franch. deciſ.* 158. *num.* 7. vbi dicit, ſemper domi in cauſis grauaminũ inter Vaſallos, & Barones decreuiſſe, quòd non impediatur venatio, niſi cum ſcloppectis, & baliſtis ad ſagittam, rationibus, de quibus ibi, & quòd ſic ſimiliter decernere ſolebat *Præſes de Curte*, *& nu.* 14. dicit, eiuſdem ſententiæ extitiſſe Sacrum Cõſilium, quod placuit etiam *D. Rouito ſuper pragm.* 1. *de aucup. & venat. nu.* 4. qui tamen dicit, reformandum hoc eſſe quòad ſcoppittas non minus
11 trium palmorum, quæ cùm vigore *Regiæ Pragm.* omnibus permittantur extrà loca habitata, non eſt de quo dubitari poſſit, quin valeat quis cum ijs venari: licèt tamen ſuper hoc dubitandum relinquat. Hoc ipſum voluerunt etiàm *Niger ſuper cap. Regni Grauamina num.* 114. *& ſuper cap. Magiſtri foreſtarum num.* 15. *Capiblãc. de Baron. prag.* 14. *nu.* 27. *Petr. de pot. Principis fol.* 49. *Renatus Coppinus lib.* 1. *de iuriſdict. Andegauenſ. cap.* 33. *num.* 8. *Rodolphinus de ſuprema, ſeù abſoluta Principis poteſt. num.* 123. *& ſeqq. Theſ. filius quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 1. *&* 2.

12 Sunt qui receptiſſimam hanc conantur euertere, contrariam admittentes ſententiam, poſſe ſcilicet venationem prohiberi, de quibus hactenùs apud *Couar. in relect. cap. peccatum de regul. iur.* ſiue *in tract. de reſtit.* 2. *parte* §. 8. *num.* 1. apud *Gutierrez Canonic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. ac apud *Fachina. controuerſ. iuris lib.* 1. *cap.* 1. quibus adde etiam *Auendan. in tractat.* ab eo vulgari Hiſpanico idiomate confecto, intitulato *Auiſo de Caza, y Cazador. dubio* 5. *nu.* 4. & horum fuſiùs *Zoannettum in tractat. de empt. & vendit. ſub pacto de retrouend. à num.* 173. *cum ſeqq.*

Eo-

Digitized by Google

Eorum principale fundamẽtum conſiſtit in *cap. nemo retia de pac. ten. & eius violat. in vſib. feud.* cuius formalia verba ſunt hæc, *Nemo retia, aùt laqueos, aùt alia qualibet inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad vrſos, apros, vel lupos capiendos.*

Ego nodum iſtum valdè intricatum, extricandum puto, adhibita caſuum diſtinctione, quæ ad duo, quippè ad perſonas primò, ſecundò verò ad cauſas, dirigetur.

Et quòad primum aduertendum eſt, de duplici perſona diſceptari poſſe. Primò de perſona ſupremi Principis. Secundò de perſona inferioris Domini, ab eodem tamen Principe cauſam habente, & ſic de Feudatario, ſiuè in Regno de Barone.

13 Quòad Principem pertinet, quicquid autument cœteri, arbitror ego, poſſe ſupremum Principem generali lege ſuis ſubditis venationem prohibere, pręeuntibus mihi poſt antiquiores *Boſſ. tit. de regal. num. 42. Zoannetto d. tract. de empt. & vendit. à num. 178. cum ſeqq. Sebaſt. Medices tract. de venat. & aucup. quaſt. 5. Quintilian. Mandoſ. de inhibit. quaſt. 62. per totam, Laderch. conſ. 71. num. 9. lib. 1. Menoch. conſil. 901. num. 18. lib. 10.* ac alijs relatis per *Gutierrez Canon. quaſt. d. lib. 2. cap. 28. num. 1. ac Theſauro filio d. q. 22. lib. 2. nu. 1.*

Probat hoc *text. in d. cap. nemo retia*, in quo, vt retulimus ſuprà ad literam, inhibetur expreſsè, neminem poſſe ſua retia, aut laqueos, aùt alia quæcumque inſtrumenta tendere ad venationes capiendas, præterquàm ad vrſos, apros, aut lupos capiendos. Dicere autem, quòd *text.* ille loquatur de venatione in fundis priuatorum, vt poſt *Iſern. ibi numer. 31.* exiſtimabant *Grammat. d. deciſ. 67. num. 9.* ac *D. de Franch. d. deciſ. 158. nu. 5. & 6.* qui talem ad *contex.* illum intellectum accomodabant, eſt miſerabile refugium, meraq; diuinatio: cùm ex eo *text.* ſeligatur regula generalis prohibitiua quòad omnes caſus. Idque ſecernitur ex toto nigro illius *tit. de pace tenen. & eius violat.* in quo, vt obſeruari poterit, Federicus Cæſar legem ſtatuere volens, in eaque terminos præſcribere cupiens, quibus poſſet pax tueri inter ſubiectos in eius imperio, illiuſque violatores pœnis afficerentur, cauit inter cœtera, vt nemo quocumque venationis genere venari poſſet. Vndè ſicuti cœtera capita illius nigri, vti generalia extenduntur ad omnes, omneſq; ligant, ità pariter & iſtud.

Facillimè hoc ipſum comprobabitur, ſi oſtenderim, in nihilum vrgere in contrarium adducta per contrariæ ſententię ſectatores.

14 Et primò, non obſtat *tex. in l. iniuriarum 13. §. fin. ff. de iniur.* ſuper quo ijdem aduerſarij totum videntur eorum collocare præſidium, præſertim *Dec. in conſ. 196. nu. 2.* nàm loquitur *tex.* ille de prohibitione, quę fit per priuatum, non autem de ea, quæ fit per Principem, vel ſupremum Magiſtratum. Patet hoc, quia *Vlpian. lib. 57. ad edictum*, ex quo fuit deſumptus *contex.* ille proponit quæſtionẽ de eo, qui ab aliquo antè ædes ſuas piſcari prohibetur, & inquit, quòd quia mare omnium commune eſt, ac littora, ſicut & aer, proindè ſępiſſimè reſcriptum eſſe, non poſſe tali caſu prohiberi piſcari, nec aucupari. Benè verum poteſt prohiberi, ne ingrediatur fundum alienum. Format deindè quæſtionẽ, quid ſi vſurpatum eſſet, vt poſſit prohiberi, quaſi dicat (vt exponit *glo. ibidem*), quid ſi conſuetudine inducta eſſet prohibitio iſthęc, nè liceret antè ædes, vel prætorium alicuius piſcari, vtrùm vigore dictæ vſurpationis, ſiuè conſuetudinis afficeret prohibitio, & reſpondit, quòd non, ac quòd non obſtante ea vſurpatione, adhùc aduerſus prohibentem agi poſſet actione iniuriarum. Quòd verò *text.* ille loquatur de prohibitione facta per priuatum, non autem de ea facta per Principem, aùt Magiſtratum, vltrà præfata ſolidatur mihi ex eodem *Vlpiano ibidem* dicente, agi poſſe actione iniuriarum aduerſus prohibentem, quod non eſſet, ſi per Magiſtratum, & eò fortiùs per Principem fuiſſet facta, dùm idem *Vlpianus in eadem l. iniuriarum in princ. verſic. ſi quis quod decreto* de eo agens, qui ducitur ex eo, quòd decreto Iudicis non obtemperauerit, inquit, quòd non poteſt agere

agere actione iniuriarũ propter Prætoris præceptum.reddit rationem *glo.ibi*,quia authoritas maioris excuſat, adducit *tex. in l. quamquam ff.de aqu.pluu.arc.& in l. ſi quis vt libertate* 12.*ff.eod.tit. de iniur.*

Non obſtat ſecundo loco, quòd non poſſit Princeps tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis, & gentium, quoniam in contrariũ eſt *Doctorum* authoritas, qui pro-
15 cliuiùs in eam deſcenderũt ſententiam, poſſe ſcilicèt Principem ex cauſa rationabili diſponere contrà ius naturale, & gentium; cauſaque iuſta, & rationabilis ſatis de iure, ſufficienſq; erit ſola volun-
16 tas Principis ſtatuentis, ſecundùm *gloſ. in l. relegati verſic. ex aliqua cauſa*, vbi etiam *Bart.nu.*4.id expreſsè probat *ff de pęnis*. Sequitur modò ex relatis,quòd ſi
17 Princeps poteſt etiam dominium rei alicuius auferre, quod à iure gentium profluit, & alteri concedere, vt iure affirmãt *Iacobus de Rauenna,Petrus de Bellapertica,& Cynus in l.reſcripta col.*3.*verſic.in hac quæſtione, & col.*5.*verſic. quid dicemus C.de precib.Imper.offerend.*vbi etiam *Bald col.*3 *verſ.tertiò quærunt Doctores*, *idem Cynus in l. fin.colu.*4.*verſic.ſecundo caſu,& ibi Bart.Bald.*cęterique communiter *C.ſi contra ius,vel vtil.public.Innoc. Ioa.Andr.Ant.de Butr. Abb.* & alij communiter in *cap. quæ in Eccleſiarum extrà de conſtitut. Alexan. in l.more num.*11.*ff. de acquir.hæred.*ac in *conſ.*94.*viſis,& ſæpiùs recenſitis col.pen. verſic.ſed præmiſſis non obſtantibus lib.* 5. ergò multò magis de ijs diſponere poteſt,quæ nullius ſunt, ſed communia iure naturali exiſtunt, vt ratiocinatur *Couar.d.*§ 8.*num.*1. Rursùs id eò fortiùs concedendum eſſe in hoc caſu deducit *idem Couar. loc. cit.* & pro-
18 bat poſt eum *Fachin.d.lib.*1.*cap.*1.*controu. iur.* quòd feræ,volucres, & cętera animalia non ſunt communia iure naturæ poſitiuè,& affirmatiuè hoc eſt,vt omnium propria ſint communis dominij cauſa, ſed benè negatiuè,ex quo nullius ſunt, ac nullius dominio applicatæ, & propterea lex humana, & ſic Princeps poteſt ea vni potiùs,quàm alteri ex cauſa concedere. Subdit quod plus *idem Couar. loc. cit.* non valere argumentationem,iure naturali aliquid permiſſum eſt,
19 ergò non poterit illud per legem humanam prohiberi. Patet inſtantia,quia multa ſunt licita iure naturæ, quæ poſtmodùm per legem humanam, aùt attenta Reipublicæ vtilitate, aut iuſtiſſima cauſa reſpiciente eiuſdem Reipublicæ iuſtum, ac bonum regimen per legem humanã ſunt prohibita, ſed benè argumentatio tùnc eſſet bona, rectèque concluderet, quando diceretur, hoc iure naturæ prohibitum eſt, ergò lege humana permitti nòn poteſt.

Accedat pro cõfirmatione prædictorum ratio,quia quòd animalia,quæ cœlo,mari,terraq; naſcũtur capientium fiãt, cõſiſtit illud in ſola ſpe,ac fortuito euen-
20 tu, & proindè ſequitur, quòd licet ſpes vẽdi,donari,& ad hęredes tranſmitti poteſt *l.ſpem C.de donat.* §.*ex conditionali Inſtitut. de verb.obligat. l.ſi iactũ retis ff. de act.* nihilominùs non dicetur ea ſpes eſſe in bonis noſtris, quemadmodũ ſpes adeundæ hæreditatis *l. pretia rerum verſic.ſed nec hæredem ff.ad leg.falcid.Bald.in l.*2.*in fine ff.de iur.& fact.ignor.*Ratio rationis eſt illa, quæ deducitur ex *l. fideicommiſſo* §.*item ſi quis certam* vbi *gloſ. in verſic voluntatẽ ff. de legat.*3. ac ex *l.cùm hi in princ.*vbi etiam *gloſ.*1.*ff. de tranſact.* quia ſcilicèt multò minoris fiunt ea,quæ ſperamus, quàm ea,quæ poſſidemus. Et proindè ſi poteſt,vt ſuprà deduximus,nobis auferri dominium eorum, quæ poſſidemus per Principem, eò fortiùs poteſt eorum,quæ ſperamus,& ità ratiocinatur *Zoannettus loc.cit.nu.*179. Et hæc quòad prohibitionem in Principe.

Quò verò ad vaſallos Feudatarios, ſiuè Barones concludunt *DD.* communi-
21 ter,non poſſe ipſos prohibitionem indicere venandi ſuis ſubditis *Hoſt. in d.cap. non eſt de decim. Iacobin. in inueſt.feud. in verſ & cum venationibus,Boſſ. d.tit.de regal. num.* 42.vbi refert, Senatum Mediolanenſem non tolerare, quòd Feudatarij faciant proclamata de hoc *Ioan. Faber in* §.*flumina circà finem verſ. quid ergò de Baronibus Inſtit.de rer.diuiſ.Guid. Pap.deciſ.*514. vbi dicit,ſic ſeruari in Patria Delphinali *Dec.conſ.*196.*num.*2. vbi adducit *Anton. de Butr. & Ioan. Andr.* poſt *Hoſt.in d.cap.nõ eſt de decim.in verſ.*

*ſed*

Digitized by Google

*ſed quid ſi olim*, dicentes, quòd ſi Dominus facit ſtatutum, quòd nullus poſſit venari, in tali caſu non valet, quia dicitur inferre violentiam *Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num.* 150. *Caietan. in ſumma verbo venatio*, vbi dicit, Tyrannicam eſſe hanc propoſitionem, vtpotè contrà bonum communis libertatis, & vtilitatis, *Soto de iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 6. artic. 4. verſ. hoc autem*, qui dicit, non eſſe eandē rationē in Magnatibus ad cuſtodiendam ſui gratia, vitandamq; venarionem, quantam in Principe, etiàm ſi cum ſuis iuribus ea fuiſſet ſibi largita *Gutierrez canon. quæſt. lib. 2. d. cap. 28. num. 2. Capyc. in inueſtit. feud. verbo venationibus fol.* 105 *Grammat. dict. deciſ. 67. num. 11. D. de Franch. d. deciſ.* 158. *num. 1. cum ſeqq.* vbi teſtatur, ità deciſum in Sacro Conſilio, tàm decreto Regiorum Conſiliariorum domi, quàm decreto ipſius S. Conſilij, *Ann. ſen. ſingul. 59. D. Rouit. d. pragm. de aucup. & venat. n. 4. Theſ. filius d. q. 22. nu. 2. lib. 2. Capiblanc. de Baron. d. pragm. 14. numer. 27.* & cœteri omnes in hanc ſententiam communiter concurrentes, ferè nemine excepto.

Sunt qui limitant hanc communem in pluribus caſibus, de quibus longa ſerie apud *Gutier. d. cap.* 28. apud *Theſ. filium d. quæſt. 22. à num. 2. cum ſeqq.* ac apud *Fachneum d. lib. 1. controuerſ. iur. cap.* 1. qui multas conantur aſſignare cauſas, ac caſus adducere, in quibus
22 poſſit Feudatarius, ſiuè Baro prohibere venationem. Et inter eas connumerant, primò, quandò conſuetudine Feudatarij acquiſiuiſſent ius prohibendi, & ità poſt *Guid. Pap. Cuiacium, Nattam,* Rolandum *à* Valle, *& Caſſaneum* concludit *Theſ. filius loco citato num.* 8. vbi dicit, ſic ſemper cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, ſubdens inſuper, quòd ad cōſuetudinem prædictam inducendam ſufficiat vnicus actus prohibitionis, à quo ſubditi non reclamauerint, & huius ſententiæ extitit *Hoſtienſ. loco citat.* dicens, quòd debent cauere ſubditi, ſi faciunt Domini proclama, nè ſaltim de facto ſoluant pœnam, quem ſecuti fuere *Capyc. in d. inueſtit. feud. d. verbo venationibus, Grammat. d. deciſ. 67. num.* 13. vbi dicit, cautelam eſſe pro Baronibus, vt faciant edicta pœnalia, ad hoc vt vaſalli incidant in pœnam, & *Franc. Marcus deciſ.* 529. qui dicit, aliam etiàm dari è contra cautelam pro ſubditis, vt ſcilicèt à tali banno, ſeù proclamate reclament, voluerūt hoc ipſum etiàm *Anton. de Padilla in l. ſi quas actiones C. de ſeruit. & aqua*, ac *Medices d. tract. de aucup. q. 29. nu. 6.*

23 Cęterū, quicquid concludant relati, ego indiſtinctè teneo, non poſſe Baronesconſuetudine aliqua iuuari, ità vt ex ea poſſit ipſis acquiri ius iſtud prohibēdi. Hoc ſuadet mihi *tex. in d. l. iniuriarum 13. §. fin. ff. de iniur.* qui nullo modo cauillari poteſt, in quo expreſſis verbis inhibetur prohibitio, etiàm ſi vſurpatione, ſiuè (vt exponit *gloſ. ibi*) conſuedine ea inducta eſſet, ac proindè ea non obſtante actione iniuriarum teneri prohibentem.

Nec vrgebit, ſi ex aduerſo obijceretur id quod ſuprà dicebamus, *text.* ſcilicèt illum loqui de prohibitione facta per priuatum: Nàm patet ad id ſolutio, in nihilum ſcilicèt differre in hoc inferiorem Dominum, ſiuè Feudatarium ab ipſo priuato. Probat hoc mihi, quia ius iſtud prohibendi venationem non reſidet, niſi in perſona Principis, vt ſuprà deducebamus, conſentiuntq; omnes relati, qui negant ius iſtud omninò in perſona inferioris Domini. Et ob id cùm in Barone non reſideat, ſuccedit
24 iuris axioma illud, quòd faciendo aliquem actum, ſiuè exercendo aliquam iuriſdictionem, de qua non fuit inueſtitus, reputatur vti perſona priuata, ità vt iure licito eidem reſiſti etiàm poſſit, per ea quæ congerit *Afflict. in Conſtit. Regni Pacis cultum num. 78. cum ſeqq.* alipua tradit etiàm *Capyc. deciſ. 123. nu.* 2. & in Regno hoc videtur expeditum per *Regiam Pragmaticam 8. tit. de Baronibus*, qua inhibetur Baronibus, nè exer-
25 ceant merum, & mixtum imperium aliamuè iuriſdictionem, niſi quatenùs ei virtute ſuorum priuilegiorum, & legitimæ præſcriptionis liceat, & ſi secùs fecerint, ſubdit *eadem* Regia *Prag.* ipſos incurrere crimen vſurpatæ iuriſdictionis. Super qua *Pragmat.* eſt notandum

ibi, *niſi quatenùs id virtute ſuorum priuilegiorum, & legitima præſcriptione liceat*, vt ſcilicèt ex natura dictionis, &, cuius vis eſt copulare, requiri vtrumque copulatiuè, priuilegium ſcilicèt & legitimam præſcriptionem, non autem alternatiuè alterum tantùm.

Nec poſſent iuuari clauſula inueſtituræ, videlicèt, *& cum venationibus, ac regalijs*: nàm ad id occurro dupliciter. Primò, quia cùm ius iſtud ſit affixum oſſibus Principis, per ea verba, *& cum regalijs*, tanquàm generalia, non
26 veniet illud. Ratio eſt, quia in conceſſione regaliū non veniunt omnia Regalia, ſed ea tantùm, quæ poſſunt conuenire Baroni. Hinc fit, vigore dictæ generalis conceſſionis non poſſe Baronem cudere monetam, creare Notarios, & ſimilia. Ratio rationis eſt, quia ſunt Regalia, quæ concernunt ſupremā poteſtatem Principis, & proindè non venient ſub generali cōceſſione *l.* 1. *ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſdict.* Hinc etiam fit, verba generalia priuilegij in dubio eſſe intelligenda ſecundùm qualitatem perſonæ proferentis, & ex ea declarationem recipere, vt in proprijs terminis concludit *Paris de Puteo in tract. de ſyndic. tit. de exceſſib. Baron. cap.* 1. *num.* 8. Cùm igitur ius iſtud ſoli Principi ſpectet ratione ſuæ ſupremę poteſtatis, non poteſt illud dici translatum in inferiorem Dominum.

Secūdò, quia clauſula illa, *& cum venationibus* intelligitur quòad ipſos inueſtitos, vt ſcilicèt ipſis non poſſit prohiberi venatio à ſupremo Principe in locis ſibi infeudatis, non autem quòd ipſi, vigore dictæ clauſulæ poſſint alijs, & ſic eorum ſubditis prohibere venationem. Prohibitio namq; illa, de qua in *d. c. nemo retia*, tanquàm reſpiciens pácem publicā eſt generalis, & ligat etiàm ipſos inferiores Dominos, quādò igitur inueſtiuntur de venationibus, intelligitur, vt ipſi non poſſint prohiberi, non autem vt ipſi poſſint alijs prohibere.

Hoc ipſum videtur expreſſum in *Regia Prag. Caroli Quinti*, quæ eſt 16. incip.
28 *Ad aures noſtras tit. de Baronib.* per quā fuit declaratum, per clauſulas, de quibus in inueſtituris, & in priuilegijs, videlicèt, *cum angarijs, perangarijs, furnis, tappetis, hoſtarijs, &c.* non cenſeri inductas nouas angarias, & perangarias, ac nouas defenſas, aùt ius prohibendi aliorum furnos, tappetos, molendina, aùt alia in eadem clauſula contenta, ſed eas, & ea tantùm ſub tali clauſula cōprehendi, quæ tempore dictorū priuilegiorum, aùt conceſsionum, aùt iuſto titulo, aùt legitima præſcriptione erant in Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Caſalibus taliter conceſsio acquiſita per alios Barones, qui Ciuitates, Terras, Caſtra, & Caſalia ipſa tenuerunt, & taliter eſſe etiam declaranda priuilegia, & conceſſiones, & venditiones, ac donationes cum aſſenſu factas, & faciendas. Et legitima præſcriptio in his terminis intelligi debet iuxta formam *Conſtitutionis Regni Quadragenalem*, vt ſcilicèt non ſit minoris ſpatij centum annorum.

29 Rursùs nec aliud vrgebit contrà, quod ſimilitèr deducebamus ſuprà ex eadem *l. iniuriarum in princ.* ceſſare ſcilicèt actionem iniuriarum in Iudice duci mandante eum, qui ipſius Iudicis decreto non obtemperauerit propter Prætoris præceptum, & quòd propterea conſequenter propter contemptum Iudicis præceptum poſsit à ſubdito contrauenìente exigi pena contemptus: quoniam ad id reſpondetur, *text.* illum
30 non loqui de quolibet ius dicente, ſed benè de Magiſtratu, & Magiſtratus intelliguntur ij, qui imperium, & poteſtatem habent, & tales erant in Vrbe Roma, Conſul, Prætor, Præfectus Vrbi, ac in Prouincijs Proconſul, Præfectus Prætorio, Legatus Cæſaris, & alij omnes Prouinciam regentes *l.* 2. *ff. de in ius voc. l. ſed ſi per Prætorem §. hæc clauſula ff. ex quibus cauſ. maior.*

31 Et licèt fuiſſent antiquitùs etiàm minores Magiſtratus, qui ſine imperio, & poteſtate erant *l. nec Magiſtratibus ff. de iniur.* & tales erant municipales *l. ea, quæ ff. ad municipal.* Item Aediles, & Quæſtores, cæterique, qui præhenſionis poteſtatem non habebant, de quibus hactenùs apud *Gellium* 13. *Noct. Attic.* attamen dùm in iure fit mentio de Magiſtratibus, in dubio veniūt maiores, accepta potentiore ſignificatione vocabuli, vt argumento *l.* 1. *§. qui in perpetuum*

Digitized by Google

*tuum ff. ſi ager uectigal.* in proprijs terminis iure deducit *Coraſ. Miſcellan. iur. ciuil. lib. 3. cap. 6. num.* 1. & hi tales ad inſtar Principis iuris dicendi, ac animaduertendi facultatem habebant. Ceſſat hoc modò in inferioribus Dominis, & ſic in Feudatarijs, ſiuè Baronibus, qui nullam habent facultatem iuris condendi, nec animaduertendi, niſi in caſibus de iure ſibi permiſſis, quiuè & ſi valeant edicta pęnalia facere: attamen non in vniuerſum id illis conceditur, ſed tantùm in illis caſibus, in quibus eſt iiſdem facultas cognoſcendi impartita, non autem vt poſſint alterare pęnã de iure ſtatutam, nec imponere pęnam in caſu, in quo non reperitur de iure ſtabilita, aùt facere de non delicto delictum, cùm ea non niſi ad ſolum Principem ſpectent.

Et ex ijs commentitium omninò redditur quod ſtatuebant præfati *DD.* dicentes, per vnicũ actum poſſeſſionis, in quo partes acquieuerint, induci ius iſtud prohibendi: quia cùm in Baronibus non reſideat ius iſtud, ſemper, & vbiq; poterunt ſubditi reclamare, tanquàm à non habente iuriſdictionem ſtatuendi in hoc, quando ſaltim non fuerint Barones legitima præſcriptione ſuffulti.

33 Vt ergò poſſint Barones venationem prohibere multa requiruntur. Primò, quòd ſint in ſpecie infeudati de iure prohibendi, in tantum, quòd non ſufficiet clauſula illa, *& cum venationibus,* vt diximus ſuprà. Secundò, quòd Princeps inueſtiens fuiſſet in poſſeſſione prohibendi, vt probat *Boſſius dict. tit. de regal. num.* 42. poſt *Iacobin. de Sancto Georgio in ſua inueſtitut. dict. uerbo & cum uenationibus in fine*, vel ſaltim ipſe Baro, eiuſque prædeceſſores fuiſſent in dicta poſſeſſione prohibendi ſine contradictione. Et tertiò, quòd dicta conſuetudo, ſiuè poſſeſſio ſit munita tanto temporis ſpatio, quòd poſſit dici legitimè inducta, & hoc attentis tàm *dicta Regia Pragm.* quàm etiàm *d. Conſt. Regni Quadragenalem.*

Si verò tandem ſequi velimus communem *Doctorum* traditionem, quòd ſcilicèt poſſit ex cauſa Feudatarius, ſiuè Baro venationem prohibere, has cauſas reperiet facillimè quiſpiam apud *Gutierrez d. lib. 2. canon. quæſt. c.* 8. apud *Couar d. c.* 8. & fuſiùs apud *Theſ. filiùm d. q. for. 22. lib.* 2. apud *Fachineum controuerſ. iur. d. lib. 1. c. 1.* ac apud *Capiblãc. in ſuis pract. quæſt. ſuper prag. 14. de Baron. c.* 87. *per totum* ſufficit enim loca indicaſſe, illudque tantùm attigiſſe in materia, quod rectos iuris tramites reſpicit.

## SVMMARIVM.

1 *Paſcua ſunt in fructu, ac inter fructus computantur.*
*Intelligas tamen, qñ paſcua venderentur, nàm ſecùs ſi non venderentur, nu. 2.*
3 *Fœnum eſt in fructu, etiàm ſi fuerit illud immaturè cæſum.*
4 *Palea eſt in fructu.*
5 *Paſcua, fœnum, & palea in quo differant, ad hoc vt inter fructus computentur.*
6 *Paſcuorum, ſiuè iuris paſcendi materia frequens vbique, ac practicabilis.*
7 *Paſcuũ, & paſtio differũt inter ſe, & in quo.*
8 *Paſcuum duplex, publicum, & priuatum.*
9 *Compaſcuus ager qualis dicatur.*
10 *Mons, Colles, Valles, Planus, Pratũ, Saltus, Sylua, Foreſta, & Lucus differũt inter ſe.*
11 *Mons dicitur locus altus.*
*Dicitur mons à mouendo, ibid.*
12 *Colles dicitur à colendo, & eſt mediocris mons.*
13 *Mons, & Colles in quo differant ſpecificè inter ſe.*
14 *Valles eſt locus montibus, vel collibus circundatus.*
*Dicitur valles à vallo, vallas, idem denotante, quod circundare, ibid.*
15 *Planus idem eſt quod ęqualitas.*
*Ad conſtituendum planum requiritur, quòd ſit latus, ac quòd ſint eius partes æquales, hoc eſt, æqualiter planæ, ibid.*
16 *Pratum eſt locus, ex quo fęnũ percipitur.*
*Dicitur pratum, quaſi paratum ad fęnum percipiendum, ibid.*
17 *Saltus eſt locus incultus crebris ſyluis partim oppletus, in quo poſſint tñ pecora paſſcere, & æſtiuare, ſi aer loci patiatur.*
18 *Sylua dicitur latum nemus ſine clauſura, in quo non ſit flumen, ad differentiam Parchi, q muris, aùt palis includitur.*
19 *Parcha notabilia multa in Italia.*
20 *Sylua aùt cædua, aùt paſcua, & qualis vtraque.*



Digitized by Google

21 *Sylua cadua, & arbores quo tempore cadi debeant.*

22 *Arboribus inſcindendis, ad hoc vt ligna magis durent pro ædificijs, Luna tempus obſeruant Architecti.*

23 *Lunæ obſeruationem in lignis ſcindendis notat* Diuus Anſelmus in lib. de imagine mundi c.22.

24 *Foreſta eſt locus, in quo feræ includuntur, & in eo habet quis vſum venandi.*

25 *Foreſta, & Sylua differunt inter ſe: nàm foreſta dicitur latum nemus ſine clauſura, & ſinè aqua, Sylua verò dicitur vbi eſt flumen.*

26 *Lucus dicitur nemus arboribus denſum.*
*In quo differat Lucus à Sylua, ibid.*

27 *Iuris paſcendi ſeruitus habet cauſam diſcontinuam.*

28 *Seruitus quando dicatur habere cauſam continuam, quãdo verè diſcontinuam, quomodò dignoſcatur.*

29 *Seruitutes habentes cauſam continuam præſcribuntur ſpatio longi temporis, ſcilicèt decem, vel viginti annorum.*
*Seruitutes habentes cauſam diſcontinuam requirunt longiſſimum tempus, ac tantùm, cuius initij non ſit memoria hominum in contrarium, ibid.*

30 *Iuris paſcendi ſeruitutes an acquirantur per longiſſimum tempus, ſi Cuſtodes beſtiarum prohibeantur, nè paſcua ſumãt.*

31 *Iuris paſcendi ſeruitus an ſit realis, an verò perſonalis, ac quando vtraque.*

32 *Iuris paſcendi ſeruitus aùt eſt viuæ paſturæ, aùt vanæ paſturæ, & vtriuſque exempla.*

33 *Iure paſcendi conceſſo, vel eo quæſito, non extenditur illud ad fructus arborum.*

34 *Iuris paſcendi vigore etiam inter duas Viuerſitates communitatem habentes non poſſunt depaſci glandes, & alij fructus, qui ex arboribus percipiuntur.*
*Etiam ſi ex priuilegio fuiſſet conceſſum ius illud paſcendi, nu.36.*

35 *Herbarum locationis factæ alicuius prati vigore non veniunt fructus arborum exiſtentium intùs pratum conductum.*

36 *Paſcendi iuris conceſſionis factę vigore in aliquo territorio, etiam ex priuilegio conceſſo, non põt conceſſionarius depaſci facere glandes, & ſpicas, vti in fructu.*

37 *Ius paſcendi habens in aliquo territorio nõ dicitur habere ius pernoctandi in illo.*

38 *Iuris paſcendi in ſeruitute non includitur ius aquandi, vti diuerſum.*

39 *Communitas, ſiuè Promiſcuitas inter duas Vniuerſitates ad hoc vt valeat requiritur Regius aſſenſus.*
*Inducta tamen dicitur quemadmodùm & ſeruitus per ſpatium centum annorum, num.40.*

41 *Communitatem inter duas Vniuerſitates legitimè factã põt altera ex ipſis Vniuerſitatibus diſſoluere, ēt altera inuita.*
*Contrarium de iure verius, nu.42.*
Authoris *opinio circà id, nu.43.*

44 *Nemo tenetur ſtare in communione perpetuò.*

45 *Cõmunitas diſſolui poteſt altera ex Vniuerſitatibus inuita, quando Ciues vnius eſſent rixoſi, vel moleſti.*
*Item quandò paſcua nõ ſufficerent pro Animalibus Ciuium, & Baronis, nu.46.*
*Rurſus quandò Vniuerſitas grauata magno ære alieno pro ſatisfaciendis debitis vellet interdicere vſum etiam Ciuibus ipſius, nu.47.*

48 *Communitate contracta inter duas Vniuerſitates lignandi, & paſcendi, poſſunt communionem habentes incidere ligna etiàm pro ædificijs.*

49 *Cõmunitate inter duas Vniuerſitates inita gaudere, ac vti poteſt etiam Baro, & Officiales illius Terræ, qua ipſa potitur.*

50 *Communitate non obſtante an aliqua ex Vniuerſitatibus illam habentibus poſſit claudere partem ſui territorij, & facere in illo defenſam, ac probibere vſum paſcendi in ipſa vicinis habentibus dictam communionem.*

51 *Ius paſcendi ad hoc vt Vniuerſitas aliqua quærat in aliquo loco, oportet, vt Ciues illius paſcant ipſorum Animalia nomine Vniuerſitatis, vel de eius mandato, aùt ratihabitione: nàm aliàs non ſufficeret ſola probatio, quòd Animalia ſingulorum paſculauerint in territorio.*

52 *Ius paſcendi quæritur per Vniuerſitatem, quando decem, vel viginti homines ipſius Vniuerſitatis nomine illo uterentur ſpatio immemorabilis temporis.*

53 *Paſcui diuiſio quomodò fiat inter duas* Vniuersitates, *si altera ex ipsis haberet maiorẽ numerũ Animaliũ, & perſonarũ.*

*Quid*

Quid quandò fieret diuiſio paſcui inter Ciues, vtrùm per capita, an verò per æs, & libram ſit illa facienda, nu. 54.

55 Terra Zerbida, & inculta vtrùm poſſit reduci ad culturam in præiudicium habentis ſeruitutem iuris paſcendi in illa, diſcutitur articulus.

56 Seruitutem debens non poteſt quicquam facere, per quod ius ſeruitutis, ac liber ipſius vſus impediatur.

57 Communi re non poteſt quis vti ad alium finem, quàm ad deſtinatum in præiudicium tertij.

58 Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & proindè tantùm dicetur præſcriptum, quantum poſſeſſum.

59 Præſcriptio iuris paſcendi affirmatiui eſt diuerſa à præſcriptione iuris paſcendi negatiui, & in quo differant.

60 Authoris diſtinctio circa diffinitionem articuli, ſi terra Zerbida, & inculta poſſit reduci ad culturam inuito eo, qui habet ius paſcendi in illa.

61 Vniuerſitas aliqua ex duabus habentibus reciprocam communitatem iuris paſcendi an poſſit agros incultos colere, & in illis renouellare, ac mutare culturam in præiudicium iuris paſcendi.

Affertur diſtinctio per Authorem pro diffinitione articuli, ibid.

62 Neceſſitatis cauſa poteſt vna ex Vniuerſitatibus habentibus promiſcuitatem, & communionem iuris paſcendi reducere ad culturam totum territorium, in quo viget communio, ac promiſcuitas prædicta.

Tenetur tamen interim abſtinere à communione, & promiſcuitate, ne videatur locupletare cum aliena iactura, nu. 63.

64 Baro vtrùm poſſit impedire reductionem ad culturam locorum Zerbidorum domanialiũ Vniuerſitatis, prætextu, quòd habeat in illis vti Baro ius paſcendi.

65 Baro nullum dominium habet in paſcuis publicis illius territorij, intra cuius fines iuriſdictione vtitur, ſi paſcua fuerint Vniuerſitatis, & ſic locorum domanialium Vniuerſitatis.

66 Baro tametſi vti poſſit paſcuis locorum domanialium Vniuerſitatis, non tamen ius aliquod habet in illis vti Baro, ſed tantummodò vti ciuis, & incola.

Intelligas tamen, dummodò habitet in illa terra, cuius eſt Baro, quoniam ſi non habitaret, non poſſet vti paſcuis locorum domanialium Vniuerſitatis, n. 67.

Contrarium tamen quòad habitationẽ obſeruatur paſſim in Regno, nu. 68.

69 Baronis vſus non eſt indefinitus circa paſcua bonorum domanialium Vniuerſitatis, ſed limitatum, ita vt non poſſit in illa immittere maiorem numerum Animalium, niſi vt vnus, vel duo ex ditioribus ipſius Vniuerſitatis.

70 Vniuerſitas neceſſitate accedente poteſt vendere præuio Regio aſſenſu, ac conſenſu ciuium vſum nemoris, aliorumque locorum domanialium ipſius Vniuerſitatis.

71 Herbæ ſunt Domini illius territorij, in quo naſcuntur.

72 Spicæ cadentes in terra poſt ſegetes ſunt Domini illius territorij, cuius eſt meſſes.

73 Baro non poteſt ratione iuriſdictionis, & dominij immittere animalia ad paſcẽdum in terris proprijs appatronatis vaſallorum.

Et conſequenter à maioritate rationis nec illis fidare Animalia exterorum, nec quidem eo prætextu, quòd conſuetudine poſt ſegetes herbæ ad Baronem ſpectent nu. 74.

75 Particulares Domini poſſunt claudere ſuos proprios fundos, ac muris, ſiuè ſepe circundare, & prohibere in illis paſcua Animalium Ciuium, vel Baronis.

76 Ius paſcendi in Prouincia Hidruntyna ex præſcripta conſuetudine reſidet penes Barones, qui inibi poſſunt etiam vendere herbagium terrarum ſuorum vaſallorum ſecatis ſegetibus.

Amplia etiam in illis locis, in quibus ius fidandi de conſuetudine reſidet penès Baronem, nu. 77.

78 Barones poſſunt fidare Animalia exterorum in locis appatronatis campeſtribus vaſallorum.

Intelligas tamen, quando Barones ex priuilegio, vel præſcripta conſuetudine ius fidandi in illis acquiſiuiſſent, vt ſuprà nu. 77. & infra nu. 79.

80 Paſcua in dubio dijudicantur eſſe Vniuerſi-

Digitized by Google

*uerſitatis, non verò* Baronis.

81 *Bona exiſtentia intrà fines feudi in dubio an iudicari debeant feudalia, vel potiùs allodialia, & nu.*82.

83 Regula illa, *quòd quicquid eſt intra fines feudi dicatur feudale, quomodò intelligatur, & declaretur.*

84 Francigenæ, *ſiuè Galli in Gallia in dubio nullum præſumuntur habere prædium allodiale, ſiuè franchum.*

85 Feudale *dijudicabitur in dubio territorium exiſtens intra fines feudi, quando bona alia, ſiuè territoria omnia ſunt feudalia.*

86 *Viator tranſiens per terram poterit pro pabulo equi, quem ducit, quantum ſe extendit cum manu capere de herbis, & ſegetibus in via pro refectione ſui equi lapſi in itinere.*

87 *Animalia tranſeuntia de vno loco ad alium poterunt paſcua ſumere infra viginti quatuor horas diurnas, & ſic per vnum diem, & vnam noctem, dùmmodò non dent damnum in frugibus, tametſi malè hoc ſeruetur per Officiales Curiæ &* Baronum.

*Intelligas tamen, quando dicta Animalia venirent de longinquo per vnam, aùt duas dietas, nàm ſecùs ſi ducerentur ex vna contrata vicina, nu.*88.

89 *Fidā, & diffidā tenentur ſoluere Animalia paſcentia in alieno territorio vltrà territorium de iure præſcriptum.*

90 *Diffida dicitur pœna ſpreti mandati, & banni, quæ non excedit ratam debitam pro fida, ſed benè aliud tantum, quantum importat fida.*

*Intelligas tamen, dummodò ex contemptu nō fiat immiſſio Animalium in paſcuis vetitis, nu.*91.

92 *Diffida ad hoc vt exigi poſſit, oportet, vt præcedant banna de non immittendo Animalia in paſcua vetita.*

93 *Animalia intercepta pro pęna fidæ, & diffidæ non liberantur, niſi ſoluta priùs fida & diffida.*

*Et ſi habetur recurſus ad ſuperiorem ex cauſa immoderatæ diffidę, expediuntur prouiſiones, quòd facto depoſito alicuius certæ quantitatis per Iudicem* Superiorem *arbitrata, ac præſtita cautione de ſoluendo quid plus fuerit iudicatum, liberabuntur, aliàs non, num.*94.

95 *Pęna damnum dantis inter Ciues non debet excedere vnum Auguſtale.*

96 *Pæna vnica, an verò plures ſint ſoluendæ in caſu, quo plures tradiderint vni Paſtori cuſtodiendas pecudes, ſi Paſtor cum illis omnibus damnum dederit, & num.*97.

98 *Paſcua habent priuilegium tacitæ hypothecæ ſuper Animalibus, quę ſumpſerit paſcua.*

*Amplies, & declares, vt nu.*100.

99 *Pignorari in Sicilia ex cauſa damni immiſſi non tantùm poterunt vaccæ, verùm etiam eorum alleuia, non obſtante, quòd ex conſtitutione peculiari illius Regni prædicta Animalia vllo modo pignorari poſſint.*

## CAP. VI.

1 Paſcua in fructu eſſe, ac inter fructus connumerari patet ex *tex. in cap. commiſſum* 4. *extr. de decim.* vbi *Hadrianus Papa* ſcribens *Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo* decernit, ſoluendam eſſe decimam de paſcuis, quod vtique non eſſet, ſi inter fructus illa non computarentur, dum de fructibus omnibus caueţur eſſe illam ſoluendam in *c. nuncios extrà eod. tit. de decim.*

Declarat hoc tamen *Abb. in d. c. commiſſum ſub nu.* 2. & poſt ipſum Rebuff. *de decim. q.* 8. *nu.* 22. ac *Andr. Hiſpan. in conſimili tract. de decim. verſ. decimò fui interrogatus nu.* 1. fore illud intelligēdum,
2 quando paſcua venderentur, ſecùs verò ſi non venderentur, quoniam in caſu, quo non venderentur non habebit decimam de herbis non recollectis, & proinde non eſſet quærendum, ſint, nec ne in fructibus, dùm non fuerint illæ cęſæ, & à ſolo ſeparatæ, nec aliquod perceptum emolumentum, quorum alterum poſſet venire in diuiſione.

3 Amplia hoc etiā quòad fęnum, quod in fructu eſſe, tametſi immaturè illud cęſum fuerit, decernit *Paulus in l. ſi abſente* 55. *in fine ff. de vſufr.*

4 Amplia ſecùdò etiam quòad paleam, quam ſimiliter in fructu eſſe, ac inter fructus computari docent *Specul. in tit. de*

Digitized by Google

*de decim.*§.1.*num.*12.*circa finem, Bald. l. fin.col.*3.*ff.de condit.inſert.Roman.ſingul.* 555. incip. *palea*, eſt communis *Doctorum* traditio, de qua teſtatur *Gizzarell. deciſ.*34.*num.*4.eſt *tex.in l.fin.*§.*fin.C. de ſeruit.& aqua*, facit etiam alius *tex.in l.ſi vſufructuarius meſſem* 13.*ff. quib. mod. vſusfruct.amitt.* ſequuntur illos *Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.*106.*num.*11.cæterique frequentiùs.

5 Differentia modò inter præfata hæc eſt, quia compaſcua Sylua, teſte *Paulo in l.Sylua cædua* 30.*in fine ff.de verb. & rer. ſignif.* cùm illa ſit quæ paſtui pecudum deſtinata ſit, Pratum verò, ex quo fœnum illud ſit, in quo ad fructus percipiendos falce opus ſit, dictumq; ſit pratum, quia ad fructus capiendos paratum *l.pratum* 31.*ff.eod.tit. de verb.ſignif.* falx erit illa, quę faciet differre vnũ ab altero. Et proinde tametſi pratum ſecũdùm ſui naturam ſit illud, ex quo regulariter fœnum percipitur, ſi tamen falce illud non cædatur, non ampliùs fęnum, ſed paſcuum dicetur. Oportet igitur, quòd à ſolo ſeparetur, ad hoc vt fęnum dici poſſit, quia ſi nõ à ſolo ſeparatum, paſcuum erit non fęnum.

Declarat hoc *Paulus in d. l. ſi abſentem* 55.*in fine ff.de vſufr.* vbi diſertis verbis tradit, fęnum adhùc immaturè cæſum in fructu eſſe, ad denotandum, fęnum cædi oportere, ad hoc vt fœni denominationem recipiat, *idemque Paulus* clariùs *lib.*3.*ad Sabinum* tranſumptiuè in *l.ſi vſufructuarius meſſem* 13. *ff. quemadmod.vſusfruct.amit.* tunc in fructu fœnum eſſe concludit, cùm cæſum fuerit, quemadmodùm etiam vua cùm fuerit adempta, ac oliua cùm fuerit excuſſa. Quapropter per ſeparationem à ſolo factam dignoſcetur vnum ab altero, quoniam ſi herba cæſa fuerit, fœnum dicetur, ſi non cæſa, paſcuum.

6 Sed quia paſcuorum, itemque iuris paſcendi materia eſt valdè frequens, præcipuè in hoc noſtro Neapolitano Regno, eo fortiùs, quia inter clauſulas inueſtiturarum ponitur iſthæc, videlicet, *& cum paſcuis*, vt obſeruari licet apud *Capyc.in ſua inueſt.feud.uerbo & cum paſcuis*, immorari idcircò aliquantulum oportebit in hoc, tùm ad cognitionem differentium terminorum, cùm ad reſolutionem quamplurimarum quęſtionũ, illationumque vſu magis frequentium, & in ſubſellijs Iudicantium in ſupremis Tribunalibus pluries ventilatarum.

Verùm antequàm ad vlteriora progrediamur pro notitia differentium terminorum, vt dixi, eſt aduertendum, dari differentiam inter paſcuum, & paſtionem. 7 Paſcuum enim, à quo paſcua, paſcuorum in plurali dicitur locus, in quo animalia paſcuntur, ſiuè ager paſcuus ille ſit, ſiue pratum, ſiuè mons, ſiuè colles, & de eo habetur in *d.l.Sylua cædua* §. *fin.ff.de uerb.ſignif.in l.*1. *& toto tit. C. de paſcuis publ. uel priu. lib.*11. Paſtio verò ſignificat ipſum actum paſcendi, vt vtrũque colligi licet apud *Calepinum* in dictione, *paſcuum*, ac in dict. *paſtio*. Et de paſtione habetur in *l. ſi quis binas* 29.*ff. de uſufr.* ibi, *cùm ex multis ſaltibus paſtione fructus percipiantur*. Eſt benè verum, quandoque paſtionem, quemadmodùm, & paſcuum ſumi pro loco, in quo animalia paſcuntur, vt obſeruari licet in *l. inſtrumenta in fine ff. de fundo inſtructo inſtrum.legat.*

8 Paſcuum duplex eſt, publicum, & priuatum, vt in *rubr.* & per *totum tit.C. de paſcuis publ. & priu. d. lib.*11. *Caſſan. in Conſuetud.Burgund.tit.*13.§.3.*nu.*4. poſt *Capoll.in tract.de ſeruit. ruſtic.præd. tit. de ſeruit.iur.paſcendi nu.*4.

9 Compaſcuum agrũ conſiderauit *Lucas de Penn.in rubr.C.de fund.limotroph. nu.*1.*lib.*11.& dicit, eſſe illum, qui à diuiſoribus agrorum relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis, adducit *tex.in l. teſtatrix* §.1.*& ante finem ff. ſi ſeruit. vendic.* qui propriè vendicat ſibi locum in eo agro, in quo plures perſonæ, aùt communitates adinuicem habent ius paſcendi, de quo aliqua infra dicemus, quod à *Cicerone in Topicis* deſumptum teſtatur *Couarruu. variar. reſolut. lib.*1. *cap.*17.*nu.*11. *verſ.bis verò*, exiſtimans, illum eſſe, cuius paſcuum pluribus Ciuitatibus, aùt Oppidis commune eſt.

10 Datur item differentia (vt hoc non omittatur pro notitia terminorum) inter Montem, Collem, Vallem, Planum,

Pra-

Digitized by Google

Pratum, Saltum, Syluam, Foreſtam, & Lucum.

11 Mons dicitur locus altus *l. ſi ædes ff. de ſeruit. vrban. præd. Bar. in tract. de fluminib. ſiue Tyberiad. prima parte verbo agro nu.* 11. vbi intelligit de magna altitudine, & ſubdit ſecũdùm *Hugutionem*, *& Papiam* dici Montem, à mouendo per contrarium, ex eo, quia non mouetur, intelligendo tamen, non de ea immobilitate, quæ congruit vniuerſæ terræ, ſed benè quia non mouetur ſcilicet per culturam, ex eo, quia non colitur, cùm terra, quæ colitur benè moueatur.

12 Colles ſecundùm eundem *Bart. loco cit.* dicitur à colendo, & dicuntur colles, quaſi mediocres mõtes, quia coluntur. Vnde ſubdit, hanc dari differentiam in-

13 ter Montes, & Colles, quia Mõtes ſunt magnæ altitudinis, & communiter ſunt inculti. Colles verò ſunt mediocris altitudinis, & ſunt communiter culti. Colles, ſubdit *idem Bart.* eos intelligendos, qui habent propriam altitudinem non continuatam cum Montibus non habẽtibus maiorem altitudinem: quia ſi continuaretur cum Mõtibus, in tali caſu ſi eſſent culti dicerentur pendiciæ Montium. Benè verum, ſubdit *idem Bart.* in nonnullis locis, locum magnæ altitudinis, licet tamen cultum dici Montem, & è contrà locum paruæ altitudinis, licet incultum dici vallem, ac quòd diſtinguatur vnum ab altero altitudine, aùt cultura, aùt conſuetudine circumcolentium.

14 Valles dicitur locus montibus, vel collibus circundatus, & dicitur à vallo, vallas, quod idem eſt, quod circundare, & eſt locus planus, paruæ, ſeù mediocris magnitudinis ſecundùm *Bart. loco cit. nu.* 12.

15 Planus, teſte eodem *Bar. ibidem n.* 13. dicitur à Platos, Græcè, quod idem eſt, quod æqualitas. Vnde ad conſtituendum planum, ſubdit, duo requiri. Primò quòd ſit latus. Secundò, quòd ſint eius partes æquales, hoc eſt æqualiter planæ, in tantum quòd vna aliam nõ ſuperexcedat, taliſque, ſubdit, erit differentia inter Vallem, & Planum, quia ſi eſt magnæ latitudinis, tunc dicitur Planus, Si verò paruæ latitudinis, montibus, vel collibus circundatus, dicitur Valles.

16 Pratum dicitur locus ille, ex quo fœinum percipitur, nomenque iſtud ſortitur ex eo, quòd ſine opera ſit paratus. Vnde *Vlpianus in d. l. pratum ff. de verb. ſignif. Pratum* (inquit) *ex eo dictum, quòd paratum ad fœnum percipiendum*, id eſt ſine ſemine exponit *gloſ. ibi*, quæ *gloſ.* expoſitio redditur defectiua in iſtis noſtris Regionibus, in quibus Prata ſeminantur. Sic itaque dicitur Pratum ex eo, quòd paratum ſecundùm *Vlpianum loco cit.* ſiuè ſine ſemine illud fructus, & ſic fęnum producat, ſiuè cum ſemine. Et ex eo, quòd paratum, non licebit in eo paſcere *l. fi. C. de paſcu. publ.* explicat *gl. in d. l. pratum ff. de verb. ſignificat.* Quandoque tamen prata, & paſcua confunduntur, & pro eodem ſumuntur in *l. Seiæ S. tyranne ff. de fund. inſtr. inſtrum. legat.*

17 Saltus dicitur locus incultus crebris ſyluis partim cppletus, in quo nihilominus paſcere, & æſtiuare pecora poſſunt, ſi aer loci patiatur *Laurent. Valla in elegant.* 237. quem in id adducit *Felin. in c. Rodulphus nu.* 23. *de reſcript.* vbi inquit, *ſaltus verò ſylua inuia, ſiuè tranſeuntibus peruia, in quo paſci, & æſtiuare pecudes poſſunt, & hyemare, ſi aer loci patitur*, ſequitur illum *Capyc. in ſua inueſtit. feud. inverſ. ſylua, & Lucas de Penna in l.* 1. *nu.* 1. *C. de paſcu. publ. & priuat. lib.* 11. poſt *Iſidor. Ethymolog.* 14. inquit, quòd Saltus propriè ſint vaſta, & ſylueſtria loca, vbi arborem in altum ſalliunt, ſiuè itinera anguſta, & quaſi abſciſa inter Montes, ſiuè denſitas arborum alta, & ideò ſit vocata, quòd in altum ſalliat, & in ſublime conſurgat.

18 Sylua dicitur latum nemus ſine clauſura, in quo adeſt flumen, ad differentiam Parchi, quod muris, aùt palis includitur *Felin. loco cit. nu.* 21. adducit *Ioan. Andr. in cap. cùm dilecti de donat.* ijs adde *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de offic. Magni Seneſcalli nu.* 8. Et de iſtis Parchis muris incluſis adſunt notabilia in Italia, qualia

19 ſunt præcęteris Parchum Ducis Mediolani propè Papiam, in quo fuit captus Rex Franciſcus Primus Galliarum Rex, de quo meminit *Caſſan. in Cathal. glor.*

Digitized by Google

*glor. mundi par. 12. conſider. 65.* vbi ſcribens de celebri Caſtro, ſiuè Regia Domo extructa à Ioanne Galeatio in ſua Papieſi Vrbe, inter alias eiuſdem Caſtri præexcellentias dicit. *Eſt porta ſingularis, & eminens, qua ingreditur in Leporarium, Viuarium ſeù Conſeptum Principis, vulgò, Parcum, vbi ſunt tres domus excellentes pro ſolatio Principum, & in eo includuntur omnis generis animalia fera, & eſt longitudinis quinque milliariorum, & latitudinis duorum, & vltra, & ad vnum angulum illius Septi conditum eſt* Excellentiſſimum *Cænobium Carthuſienſium, & ibi in multis locis ſunt aquæ irriguæ, nemora, prata, & agri feraces, & fructiferi, quæ non ſunt modici reditus*. Hæc ille. Quæ loca, ſiuè potiùs eorum veſtigia, tamquàm quaſi penitùs diruta ego vidi de anno 1619. & iterum in anno 1624. in quibus pro deuotione petii Mediolanum veneraturus Corpus Sancti Caroli Borromæi Aduocati, & Protectoris mei, quod aſſeruatur in Archiepiſcopali Eccleſia dictæ Ciuitatis. De alio Parco quondam Ducis Ferrariæ ſcribit *Felin. loco cit.* quod ſimiliter dirutum notat *Additio ad ipſum ibi*, vbi adnotat alia duo Ducis Vrbini, quorum alterum eſt in Ciuitate Foroſemproniēſi, vulgò, *Foſſombruno*, alterum verò in terra Caſtri Durantis ſub ditione Ducatus Vrbini.

20 Sylua duplex eſt, cædua ſcilicet, & paſcua, Sylua cædua dicitur illa, quæ eſt habilis ad cædendum, vt inquit *gloſ. in l. Sylua cædua 30. ff. de verb. ſignif.* quàmuis ſeruius, teſte *Paulo d. l. Sylua cædua*, eam eſſe credat, quæ præciſa ex ſtipibus, aùt radicibus renaſcitur, quæ in idē tendunt. Sylua verò paſcua eſt, quæ paſtui pecudum eſt deſtinata. Hanc differentiam inter Syluam cæduam, & paſcuam obſeruauit etiam *Caſſan. in Conſuetud. Burgund. d. rubr. 13. nu. 3.* ac *Cepolla de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de montibus*.

21 Quo autem tempore ſyluæ, & arbores cædi debeant, *Caſſaneus d. rubr. decimatertia §. 3. num. 1.* ſcribit, quòd Sylua cædua ab æquinoctio autumnali, vſque ad Kalendas Ianuar. ceditur, maximè pro ædificijs, aùt nauigiis cōſtituendis, adducit in id *Franciſcum Patritium in lib. 7. de inſtit. Reipubl. tit. 5. de ſylua*, vbi
22 pariter notat, quomodò Architecti cōſiderant, & obſeruant Lunam in lignis ſcindendis, ne ſcilicet ſcindantur ligna pro architectura ante decimumquintū diem in vna arbore, & in materia flaccida ante vigeſimumquintum annum, & ſubdit, quòd arbores, & multa alia, qua alia ſunt Conchilia omnia ad Lunæ curſum augentur, ſeù decreſcunt.

23 Hanc Lunæ obſeruationem in lignis ſcindendis notat etiam *Diuus Anſelmus in lib. 2. de imagine mundi cap. 22.* vbi in hæc verba loquitur. *Notandum quòd ligna in decreſcente Luna, vel poſt Iulium, & Auguſtum menſem præciſa, à vermibus, termetibus, & carie manebunt illæſa.* Hæc ille *d. cap. 22.* quo loci docet etiam, quot horis Luna luceat, & in quo ſit ſigno.

24 Foreſta dicitur locus, in quo færæ includuntur, & habet quis in eo vſum venandi *gloſ. in d. c. cùm dilecti de donat.* vbi *Hoſtienſ. Ioann. Andr. & Cardin.* dicūt, quòd ſit nomen vulgare in Francia, & in Anglia, ſequitur illos *Felin. d. cap. Rodulphus de reſcript. num. 21.* vbi tradens
25 differentiam inter foreſtam, & ſyluam dicit, quòd foreſta dicitur latum nemus ſine clauſura, & ſine aqua, vbi verò eſt flumen dicitur ſylua, ſequitur illos *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. Magni Seneſcalli nu 8.*

26 Lucus dicitur nemus arboribus denſum. Et differt à ſylua in hoc, quia ſylua eſſe cædua ſolet, Lucus verò nequaquā, cùm ſit nemus voluptatis cauſa comparatum, & amenitate plenum *Felin. vbi ſupra nu. 23.* & dicitur Lucus ſecundùm *Seruium* à verbo luceo per antiphraſim, ex eo, quòd ibi non luceat: quoniam cùm arbores nullæ ibi cedātur, opacus, & ſine luce erit. Hæc omnia ſunt notanda præſertim in Regno propter formulas inueſtiturarum, quæ fiunt, vt plurimum, feudatariis, *cum montibus, vallibus, planis, paſcuis, nemoribus, herbagijs, ſyluis, &c.* de quibus apud *Capyc. in ſua inueſt. feud.* ad dignoſcendum, quid eorum alterum denotet.

His ſic breuiter pręcognitis, quia materia paſturæ, & paſcuorum, itemq; ſeruitutis iuris paſcendi eſt admodùm frequens in Regno, idcircò ad ornatũ præſentis capitis, in quo de ipſis ſumus pertractaturi, eſt aliquantulum immorandum, procedentes in eo pro maiori, & clariori declaratione per viam notabilium, ac iliationum,

27 Et primò nota, quòd ſeruitus iuris paſcendi habet cauſam diſcontinuam, vt poſt *Innoc Hoſtienſ. & alios in c. cùm Eccleſia in fine extrà de cauſ. poſſ. & propr et. in c. ad aures, & in c. de quarta de præſcription.* concludit *Guid. Papæ dec.* 516. *nu.* 1.

28 Ad dignoſcendum autem, quãdo ſeruitus aliqua habeat cauſam continuam, quando verò diſcontinuam, ponit regulam *Pract. Papienſ. in forma libelli in act. confeſſ. in verbo ſeruitus aquæductus nu.* 19. & 20. de mente *gloſ. in l. foramen ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* dicens, quòd aut in vſu ſeruitutis nullum intercedit factum hominis, & tunc dicitur habere cauſam cõtinuam, vel quaſi, exemplum tradi poteſt in ſeruitutibus luminum, ſtillicidij, alt iùs non tollendi, proſpectus, & ſimilium. Aùt verò in vſu ſeruitutis requiritur factum hominis, vt in ſeruitutibus itineris, actus, aquæ hauſtus, pecoris paſcendi, & ſimilium, & tunc dicitur habere cauſam diſcontinuam, ſeù interpellatam, ex eo quia non ſemper inſiſtit homo in exercitio ſeruitutis: nõ enim ſemper agit, non ſemper ambulat, & tranſit, non ſemper haurit aquam, non ſemper paſcit, & ſic de ſingulis.

Reſultat ex pręfatorum cognitione maxima vtilitas in materia præſcriptio-

29 nis ſeruitutis: quoniam in illis, quæ habent cauſam cõtinuam præſcribitur ſpatio longi temporis, ſcilicet decem, vel viginti annorum, ſicuti præſcribuntur & aliæ res immobiles, vt in *l. 2. C. de ſeruit. vbi Cyn. & alij in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vendic.* cum concordantibus adductis per *Pract. Papienſ. loco cit. d. n.* 20. In illis verò, quæ habent cauſam diſcontinuam non ſufficit longum tempus, ſed benè lõgiſſimum requiritur, & ſic cuius initii non extet memoria hominum in contrarium. Et ita concludunt communiter *Pract. Papienſ. loco cit. Guid. Papæ d. deciſ.* 516. *nu.* 2. vbi loquitur in indiuiduo de ſeruitute iuris paſcẽdi, *Caſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.* 13 §. 5. *gloſ.* 3. *n.* 1. fuit de mente *Cæpollæ in tract. de ſeruit. ruſtic. prædior. tit. de ſeruit. iur. paſcendi nu.* 24. *Dec. in conſ.* 483. *num.* 26. *Curt. iun. in conſ.* 174. *n.* 28. *Mynſinger. ſingul. obſeru. centur.* 4. *obſeru.* 53. vbi dicit, ſic fuiſſe iudicatum per Cameram Imperialem, ſicuti etiam iudicatum per Parlamentum Delphinale teſtatur *Guid. Pap. vbi ſupra,* alios congerit etiam *Lanar. in conſil.* 35. *num.* 1. quibus adde *Auendan. de exequ. mand.* Reg. *p.* 1. *c.* 13. *n.* 8. *Hieron. de Monte in tract. fin. regund. c.* 73. *nu.* 6.

30 Limita hoc, quando homines, ſeù Cuſtodes animalium cõtradixerint aduerſùs Cuſtodes beſtiarum illius loci, qui vtebantur paſcuis alienis, ne ſcilicet depaſcerentur eorũ animalia, quoniã tũc ne quidem per ſpatium prædictum acquireretur ſeruitus iuris paſcendi, ſecũdùm *Crauet. in conſ.* 292. poſt eum voluit *Tepat. var. concluſ. iur. tit.* 570. *c.* 7.

31 Secundò nota, quòd ſeruitus pręfata pecoris paſcendi (dicitur pecoris paſcẽdi loco generis, ex quo appellatione pecoris continentur omnia animalia quatrupedia, quæ gregatim veſcuntur, vt inquit *Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de ſeruit. iuris paſcendi c.* 9. *nu.* 2. per *tex. in l. legatis* §. *pecudibus ff. de leg.* 3. cũ concordãtibus per ipsũ adductis) eſt realis *Dec. d. conſ.* 483. *n.* 13. *Cæpoll. loco cit. n.* 2. *Pariſ. in conſ.* 27. *lib.* 1. *Couar. var. reſol. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 11. *Zaſius tit. de ſeruit. ruſtic. præd. col.* 3. *ac lib.* 1. *ſingul. reſponſ. c.* 11. *Ioannes Longouallius in repetit. l. imperium* 4. *p. ff. de iuriſdict. omn. Iud. Lanar. d. cõſ.* 35. *n.* 2. *Rendella de paſcu. p.* 3. *c.* 1. Eſt benè verũ, quòd quando quis pacto promiſit, vt liceat alteri in fundo ſuo pecora paſcere, in tali caſu ſeruitus illa erit perſonalis: licèt tamẽ ſit in rem, vt perbellè declarat *Cæpoll. loco cit. nu.* 2. per *tex.* iuncta *gloſ. in l. ſi quis binas ædes ff. de vſufr. in l. pecoris vbi DD. & in l. vt pomũ ff. de ſeruit.* ac per *tex. in l. Mela ubi gl. Bar. & alij ff. de alim. & cibar. leg.* & *Nos* aliàs tetigimus in noſtro *tract. de reſtitutor. interd. gloſ.* 6. *nu.* 6.

Deſeruiet inueſtigatio iſthæc quòad tem-

Digitized by Google

tempus ſimiliter inducendæ præſcriptionis, quoniam ſi ſeruitus iſthæc non eſſet realis, nõ requireretur vtique tempus immemorabile ad ipſam inducendam, ſed ſufficeret præſcriptio ordinaria, quemadmodũ cenſebãt poſt *Paul. de Caſtr. Aymon Public. in Conſuet. Aluern. tit. 25. art. 2.* ac *Aymon Crauett. conſ. 4. nu. 5.* dicentes, ſeruitutem iſtam eſſe perſonalem, non autem realẽ, contra quos iure inuehit *Couarruuias loco citat.* & eſt communis opinio contra ipſos, vt ſupra.

Nota tertiò, & ſatis ad propoſitum vnam diſtinctionem, quam ponit notabiliter *Caſſan. in Conſuetud.* Burgund. *rub. 13. §. 4. num. 4.* vbi diſtinguit ſeruitutem
32 iuris paſcendi in duo genera, dicens, quòd quædam ſit ſeruitus viuæ paſturæ, quę conſideratur eo tempore, quo ſunt glandes in lignis, & nemoribus; quo caſu, ſubdit, prohiberi eam ſolere à die Sãcti Michaelis, qui eſt 29. Septembris, vſque ad feſtum Sancti Andreæ, eò quòd eo tempore ſunt glandes in Syluis, Nemoribus, & Foreſtis. Quædam verò dicitur ſeruitus vanæ paſturæ, quæ eo tẽpore cõſideratur, quo nulli ſunt fructus ſuper terram, ſed omnes ſunt recollecti in lignis poſt feſtum Sancti Andreæ. Et ſubdit *ibidem nu. 5.* quòd ad hoc vt poſſit intercapiẽs habere emendam ſui dãni debet in ſpecie articulari, & probari, quòd tali tempore ſcilicet infra feſtum Sancti Michaelis, & Sãcti Andreæ fuerint animalia reperta: nam aliàs ſi non probaretur iſthæc qualitas, non poſſet ſequi cõdemnatio. Et hæc diſtinctio eſt commendãda in Regno propter prohibitiones, quæ, vt plurimùm, vigent, ne ſcilicet dictis temporibus viuæ paſturæ immitti poſſint animalia in foreſtis, nemoribus, & ſyluis, quæ in multis locis extenditur à die Dedicationis Sãcti Michaelis Archangeli, vſque ad diem Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, etiam quòd in illis habeant ius paſcendi, & aquandi in reliqua parte anni.

33 Infertur modò ex hoc notabili. Primò, nàm conceſſo iure paſcendi, vel eo quæſito vigore immemorabilis præſcriptionis, non extenditur illud ad fructus arborum, & ſegetum. Dicebat nàmque *Paris de Puteo de reintegr. feud. cap. reperitur conceſſio num. 10.* quòd ſi Dominus conceſſit alicui priuilegium, vt depaſcere poſſit in ſuo territorio ſine fida, non poterit eo caſu depaſci facere glandes, & ſpicas, quæ ſunt in fructu, hoc ipſum docet *D. Rouitus ſuper Pragm. de paſcuis in rubr. nu. 16.* adducit in idem *Caſſan. in Cõſuetud.* Burgund. *in loco* mox relato, & ſubdit ſic fuiſſe pluries deciſum per Sacrum Cõſilium iteratis vicibus in diuerſis caſibus. Et hoc ampliandum venit etiam inter plures communitates habentes promiſcuitatem iuris paſcendi inter ipſas, ſicuti adſunt quamplurimæ in Regno habentes inter ipſas communitates iuris paſcendi, & aquandi, quæ vulgò dicuntur, *ACQVA, ET HERBA COMVNE*, quoniam vigore
34 dictæ promiſcuitatis non poterunt depaſci facere glãdes, & alios fructus, qui ex arboribus percipiuntur, quemadmodùm non poterunt etiam depaſci facere herbam, quæ ad fructum capiendum eſt parata, prout ſunt prata, & mezzanę, ſic notabiliter deducit *idem D.* Rouit. *loco cit. num. 13.* vbi quoad prata adducit *tex.* iuncta *gloſ. in l. ſylua in fine*, iuncta *l. ſequ. ff. de verb. ſignific.* vbi ad literam id decidit *gloſ.* prædicta.

Amplia hoc ſecundo loco in caſu lo-
35 cationis factæ herbæ alicuius prati, quo caſu ſimiliter nõ venient fructus arborũ exiſtẽtium intus pratum *Rebuff. in l. pratum verſ. notandum eſt in fine ff. de verb. ſignif. D. Rouit. d. rubr. de paſcuis num. 14.*

Amplia hoc tertio loco, vt procedat
36 etiam in caſu, quando Dominus feudi conceſſiſſet alicui priuilegium, vt ſine fida poſſet depaſcere in ſuo territorio: quoniam eo etiam caſu non poſſet depaſci facere glandes, & ſpicas, eò quia ſunt in fructu *Paris de reintegr. feud. d. c. reperitur conceſſio nu. 10. D. Rouit. d. rubr. de paſcuis nu. 16.*

37 Infertur ſecundò, quòd qui habet ius paſcendi in aliquo territorio, nõ poteſt ex eo prętendere ius pernoctãdi in illo, itemque nec fructizandi *Lanar. conſ. 83. n. 7. Rendella d. tract. de paſcuis p. 3. cap. 8.*

38 Infertur tertiò, in ſeruitute iuris paſcendi non includi ius aquandi, tam-



Digitized by Google

quàm diuerſum ab eo, in tantum quòd qui poteſt paſcere in alieno territorio, non poterit in eo aquare: ea namque non vti ſynonima, ſed benè tamquàm diuerſa fuerunt conſiderata in *l.4. ff. de ſeruit.ruſtic.pręd.*ac *in l.Mela* §.*quidam libertis ff.de aliment.& cibar.legat.*deducit *D.Rouitus d.rubr.de paſcuis nu.9.* vbi ſub *num.12.*refert,ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium iunctis Regiis Conſiliarijs duarum Aularum.

39 Nota quartò in materia promiſcuitatis, ſiuè communitatis, quòd ad corroborandam illam inter duas Vniuerſitates ſuper aquis,herbis,paſcuis, & lignis requiritur Regius aſſenſus,aliàs ſine illo non valeret: contineret nàmque ſpeciem alienationis, quæ in feudalibus eſt prohibita abſque licentia Superioris per *Conſtit.*R*egni Cõſtitutionem diuæ memoriæ*, ac de iure feudorum per *cap. Imperialem de probib.feudi alien. per Feder.* notat *Campagna ſuper cap.*R*egni Pondus æquum nu.3.* probat hoc ipſum diſertis verbis *d. cap.Pondus æquum*. Eſt benè verum, quòd poteſt ipſa induci, quemadmodùm & ſeruitus iuris paſcendi

40 in agro alieno, de qua ſupra dicebamus per ſpatium centum annorum, ſiuè per immemorabile tempus, cuius initij non extet memoria hominum in cõtrarium, quæ immemorabilis habet vim,ac robur priuilegij,& aſſenſus,vt concludit *Affl. in deciſ.254.*vbi vtrumque probat, ſubditque *ibidem*, quòd propter quòd cõmunio prædicta ſine Regio aſſenſu eſt ipſo iure nulla, non currit præſcriptio, etiam ſi per octuaginta annos probaretur ſtetiſſe in ea:cùm per tale tempus nõ præſumatur Regius aſſenſus, ſed requiratur omninò præſcriptio centum annorum, aùt tanti temporis, cuius initii non extet memoria hominum in contrarium.Et proinde ex defectu Regii aſſenſus,vel alterius, quod habeat vim ipſius licebit quandocumque ab ipſa cõmunitate diſcedere.

Sed dubium inſurgit, vtrùm exiſtente cõmunitate,ſiuè præſcriptione prædicta Regio aſſenſu firmata,vel alterius,

41 quod habeat vim ipſius, vt ſuprà,poſſit vna ex Vniuerſitatibus, inter quas fuit ea inhita diſcedere ab ipſa altera inuita *Corne.conſ.48. quoniã in præſenti vol.3.* & poſt eum conſentientes, de quibus apud *Vrſill.ad Affl.d.deciſ.254.nu.2.*intrepidè concludunt, poſſe ad libitum voluntatis,non obſtante dicto Regio aſſenſu. Et pro ratione adducunt, quia nemo cogitur ſtare in cõmunione perpetuò,iis adde *D. de Franch.deciſ.301. nu.6.* poſt *Loffred.* quem ibi citat in *conſil.25.Auedan.de exequ.mand. Reg.1.p. cap.4.nu.20.verſ.in qua communione*, ac Koppen *deciſ. German.12. num.9. & 10.* quem in id citat *D. Rouit.ſuper d. rubr. Pragm.de paſcuis nu.* 18. hãc ſententiam probat etiam aliis relatis *Eſcobar de ratiocin.comput.7.num.1.* ſubdit *Vrſill. loco cit.* ſic paſſim, & indiſtinctè ſeruari in Regia Camera Summariæ, vbi quando vna ex Vniuerſitatibus non vult ſtare in communione,ad inſtantiam alterius Vniuerſitatis petentis diuiſionem ſtatim interponitur decretum, ſeparationem fieri debere.

42 Cæterùm *idem D. Rouitus* ſibi contrarius ſuper *Prag. 1.* §.*& cùm nec Comitibus ſub tit.de ſalar.eor. qui mitt.nu.31.* aduertit, non tranſire hoc ſine maximo dubio:quapropter *Affl.d. deciſ.254.* videtur contrarium ſubſtinere,ac ſentire, non poſſe ſcilicet Vniuerſitatem ab ea communitate diſcedere altera inuita, põderat *tex.in d.c.*R*egni Pondus æquum*, in quo eſt caſus, quòd communiones inhitæ inter communitates conuicinas cum Regio aſſenſu poſſunt diſſolui, quando vna ex dictis Vniuerſitatibus eſſet poſt communionem exhabitata, quo caſu propter inæqualitem reciproci ponderis ea Vniuerſitas,quæ eſſet diruta, non teneretur permanere in communione cum alia, quæ ſuos habet habitatores omnes. Vnde,ſubdit ipſe, diſſolutio communitatis nõ eſt ad libitum, ſed requiritur iuſta cauſa, & ſubdit, hoc eſſe cogitandum,quando caſus aduenerit.Et hæc opinio ſatis mihi arridet,licèt tamen ea diſertis verbis non probetur in *d.cap. Põdus ęquum*,in quo id tantùm ſtatuitur, iuſtam ſcilicet cauſam petiti receſſus à cõmunione fuiſſe, ex quo altera ex Vniuerſitatibus, inter quas fuerat



Digitized by Google

rat inhita promiſcuitas, erat exhabitata, nullumq; habebat habitatorem, qui poſſet nomine illius Vniuerſitatis exhabitatæ communitate vti, ſicuti vtebatur altera, quæ ſuos omnes habebat incolas. Et proindè cùm ceſſaret æqualitas, cauſareturque inæquale onus, ſequebatur, quòd claudicaret in vſu communio, & propterea ad rectum debebat illa æqualitas ordinata producere. Circà potentiam autem diſceſſus, ſi poſſet fieri cum cauſa, vel ſine, in *eo cap.* verbũ nullum, ne quidem minimum, ſed tantùm, quòd cauſa in eo propoſita coram Reginali Maieſtate fuerit iuſta. Et quamuis poſſet aduerſus iſthæc replicari, vt quid opus fuiſſet examinare cauſam, de qua in eo *text.* ſi poterat ad nutum receſſus à communione peti, & ad libitum voluntatis, reſponderi poteſt, quia non Vniuerſitas erat, quæ inſtabat pro ſeparatione communitatis, quæ propter defectum incolarũ nulla erat, nec nomen Vniuerſitatis merebatur, ſed Baro inſtabat; quapropter non poterat dici fuiſſe per eam propoſitam cauſam receſſus, & ſi id neceſſarium erat, cauſam ſcilicet proponere, illamq; probare, vel ſufficeret ſola voluntas, & ſic agitur de re inter alios acta.

43 Quicquid tamen ſit ex *d. cap. Pondus æquum*, placet aliundè opinio *D. Rouit.* idque mihi ſuadet, quia dùm Regius aſſenſus ſaltim præſumptus per immemorabile tempus operatur perfectionẽ, ac firmitatem promiſcuæ ſeruitutis, & communitatis, per quæ acquiritur Vniuerſitati ius ſuper ea, non poterit ob id abſque aliqua cauſa ſic ad nutum, & voluntatis ſolius libitum tolli ius illud quæſitum, & abſque aliquo facto ſuo, argum. *l. fin. ff. de pact. l. ſi poſt mortem §. fin. ff. de bon. poſſ. contra tab. l. ſicut C. de act. & obligat. l. id, quod noſtrum ff. de regul. iur. clem. conſtitutionem ad finem de elect.* eo præcipuè exiſtente veriſſimo iuris axiomate, quòd ea, quæ à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis.

44 Nec valet ratio, quòd nemo cogitur ſtare perpetuò in communione ex *l. ſi conuenerit* 14. *§. fin. ff. pro ſoc.* quia *tex.* ille aſſiſtit potiùs, quam reſiſtat huic noſtræ concluſioni: cùm in ea *l. Vlpianus* ſecundùm intellectum *Bart. ibidem*, & patet ex litera eiuſdem, id tantùm decernat, licere .ſ. à ſocietate diſcedere, illiq; renunciare, dũ tamẽ cauſa intercedat, vt quia ſcilicet conditio, qua ſocietas erat coita, non præſtatur, aùt quòd tàm iniurioſus, & rixoſus ſit ſocius, vt nõ expediat eum pati, ergò requiritur aliqua cauſa, & ita ijdem contrariæ ſententiæ ſectatores conuenire videntur, qui ad hoc vt Vniuerſitati liceat à communione diſcedere, ſemper addunt, quòd cum cauſa id fiat, vt patet ex iiſdem.

45 Suppoſito igitur, quòd cauſa requiratur ad infringendam communionem, inter cauſas prædictas videtur Prima aſſignari, quando altera ex Vniuerſitatibus, ſiue illius Ciues eſſent rixoſi, vel aliàs moleſti, vt ſuprà ex *d. l. ſi conuenerit §. fin. ff. pro ſocio.*

46 Secunda, quando paſcua non ſufficerent pro Animalibus Ciuium, & Baronis *Bertrand. & Couar.* relati per *D. Rouit. d. rubr. de paſcuis num.* 17. multos alios concordantes recenſet *Auendanus de exequend. mand. Reg. cap. 4. num. 21. verſ. immò plus dicerem*, quibus adde *Surd. de aliment. tit. 7. q. 9. nu. 6.*

47 Tertiam addebam cauſam ego in caſu ad me tranſmiſſæ conſultationis, quia cùm quædam Vniuerſitas reperiretur grauata magno ære alieno, obtinuiſſetq; Regium decretum interdicendi Ciuibus vſum paſcuorum Montaneæ, aliorumque locorum domanialium ipſius Vniuerſitatis, conquerebatur alia Vniuerſitas, non poſſe ſcilicet ex hoc ſibi interdici vſum promiſcuitatis, & communionis aquandi, & paſcendi, ſed quia cauſa prædicta pro ſe eximenda ab ære alieno, quo præmebatur erat ſatis ſufficiens, nedùm ad interdicendũ paſcuum, verùm etiam ad vendendum domanialia illius Vniuerſitatis, cùm tractaretur de ſatisfaciendo præcipuè Regiæ Curiæ pro functionibus Fiſcalibus, vt in indiuiduo profitentur *D. de Franch. deciſ.* 197. *& D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 10. *rub. de alienat. fieri ſolita bon. Vniuerſit. num.* 4. *&* 5. iure reſpondi, eſſe iſtam cauſam

ſuffi-

Digitized by Google

ſufficientem diſcedendi à dicta promiſcuitate,& communione.

Inferri poteſt ex ijs ad materiam promiſcuitatis prædictæ inter duas Vniuer-
48 ſitates. Primò,quòd Vniuerſitates, quæ habent communitatem lignorum,& herbarum poterunt incidere ligna, & arbores, ac ramos arborum, etiam pro ædificijs *Paris de feud. cap. & repetitur ſæpius verſic. an ſi vna*, per *tex. in l. hactenus* §. *fi. cum ſeq. ff. de vſufr. Campagna d. cap. Pondus æquum num.* 8. vbi ſub *num.* 9. concludit, id intelligendum fore ciuili modo, ac arbitrio boni viri, adducit *Petr. de Anchar. in conſ.* 17. *verſus finem, & Angel. Aret. inſtitut. de ſeruit. in princ. in glo. continet*, quo loci concludit, quòd qui habet ſeruitutem, debet facere, & vti ciuiliter, ità vt fructus fundi ſeruientis non offendat.

49 Infer ſecũdò, quòd poterit dicta promiſcuitate, & communitate vti etiam Baro, ac Officialis illius Terræ, quæ ipſam habet *Campagna loco cit. nu.* 12.

50 Infer tertiò, poſſe alteram ex communitatibus, inter quas eſt promiſcuitas iuris paſcendi claudere ex cauſa partem aliquam territorij, facereq. in ea defenſam, & conſequenter prohibere in illa vſum paſcendi vicinis habentibus communionem, & ità poſt *Auendan. de exeq. mand. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. ac poſt *Mexiam de taxa panis concluſ.* 5. *nu.* 80. concludit *D. Rouit. ſuper prag.* 1. *de ſalar. tor. qui mitt. nu.* 30.

Eſt verum, quòd *D. Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ad Prag.* 11. *de Baron. cap.* 79. *num.* 2. *circà finem cum ſeqq.* contrarium expreſsè ſubſtinet, non poſſe ſcilicet aliquam ex Vniuerſitatibus, inter quas eſt communio facere defenſam in præiudicium alterius, ac quòd cùm caſus obtigiſſet in Sacro Conſilio, ſic fuerit deciſum, mouetur multis medijs, ex quibus videtur illud peculiarius, quia ſcilicet hoc interdicitur per *Regiam Pragm.* 11. *ſub tit. de Baron.* qua inhibetur, ne fiant nouæ defenſæ ſine conſenſu omnium illorum, qui in territorio ius communionis habent.

Iis tamen non obſtantibus non puto recedendum ab opinione *D. Rouit.* aliorumque, de quibus ſuprà: cùm rationes *D. Capiblanc.* videantur reſpicere vniuerſalitatem territorij, quando ſcilicet altera ex Vniuerſitatibus vellet prohibere ius paſcendi in toto territorio, quo caſu non poſſet, vt infrà dicemus. Et *Regia Pragmat.* per ipſum allegata, loquitur de Baronibus, quibus inhibetur, ne faciant nouas defenſas, quæ *Regia Pragmatiua* non debet, nec poteſt extendi ad alios, quàm ad Barones, de quibus loquitur, & ſic ad Vniuerſitates ex diuerſitate rationis inter vnum, & alterum caſum. Ratio diuerſitatis ea videtur, quia in Barone ſemper præſumitur impreſſio, ac aliquid facere ad æmulationem, non ſic in Vniuerſitate, in qua præſumitur iuſta cauſa prohibendi, qua intercedente, nedùm poteſt in aliqua parte prohibere, verùm etiam in toto territorio, non obſtante cõmunione, vt infrà dicemus. Ceſſante verò cauſa, qñ Vniuerſitas aliqua id faceret ad æmulationẽ, prout erat in caſu per *D. Capiblanc.* relato, vtique iure ſubſtineri poterit opinio ipſius, ac deciſio S. Conſilij deſuper relata. Et tametſi contrarium etiam, & ſic iuxtà tradita per *D. Capiblanc.* appareat etiam deciſum per Senatum Dolanum apud *Griuell. deciſ.* 66. *num.* 14. de qua nullus ex his meminit, hoc tamen euenit, vt *ipſemet* declarat *ibidem* ſub *num.* 22. quia agri illius Vniuerſitatis, quæ limitationem fieri poſtulabat, non erant Vniuerſitatis, ſed benè priuatorum, ac ſingulorum, qui tunc non aderant cauſæ.

51 Ad hoc autem vt Vniuerſitas quærat ius paſcendi in aliquo loco, neceſſe eſt, quòd homines illius paſcant eorum animalia nomine Vniuerſitatis, & de eius mandato, vel ratihabitione, oportuno tẽpore facta, in tantùm, quòd non ſufficiet probare, animalia ſingulorum paſculaſſe in dicto territorio, ſiuè loco *Bart. in l. ſicut* §. 1. *ff. quod cuiuſq; vniuerſit. nom.* vbi *Paulus de Caſtr. Cum. conſ.* 158. *numer.* 4. *Ripa reſponſ.* 101. & 114. *num.* 3. *Crau. conſ.* 292. *num.* 1. *Lanar. conſ.* 83. *num.* 6. declarat notabiliter *Capolla*, de quo non meminit *Lanar. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de ſeruit. iur. paſc. cap.* 9. *num.* 22. adde *Virg. Boccat. ſuper Conſtit. Marchiæ gloſ.* 6.

Digitized by Google

*gloſ.6.num.*68. *Carpan.ad Stat.Mediol. par.2.cap.*490.*nu.*8. *Hieronym.de Monte in tract. de fin.regend.cap.72.per totum*, *D.Rouit.in conſ.30.nu.11.par.2. Loſaum de iure* V*niuerſit.par.3.cap.16.*

52 Et nota ad hoc vnum notabile, quod poſuit *Capolla loco cit.nu.*26.quòd quando decem, vel viginti vnius Vniuerſitatis ſinguli vſi ſunt aliquo nemore tempore immemorabili, licèt videatur acquiſitum ius illis ſolis: attamen ſi ipſi vſi ſunt nomine Vniuerſitatis, & tanquàm de Vniuerſitate, ipſi Vniuerſitati ius quæritur, quod iuribus comprobat, & rationibus, de quibus per *eum*, cui addendi ſunt *Bellon.conſ.49.nu.5.cum ſeqq.* vbi loquitur tàm de præſcriptione iuris paſcendi,quàm etiam piſcandi, lignandi, & cœterorum, ac *Auendan. de exequ. mand.* Reg *d.parte prima cap.*12.*nu.*9. *&* 10.*cum ſeqq.*

Quæ autem requirantur de iure, ad hoc vt tales communiones ſubſiſtant inter duas Vniuerſitates, adeundus eſt *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt.ad Pragm.* 11.*de Baron.cap.*80.*nu.*1.

53 In caſu verò duarum Vniuerſitatum habentium vſum paſcuorum in aliquo loco vtrũ poſſit peti diuiſio per alteram ex iis habentem minorem numerũ pecudum & perſonarum, ac quomodò facienda ſit diuiſio, deducit notabiliter *Theſ.deciſ.*71. *&* 72. qui quòad primum *d.deciſ.*71.concludit,etiam in vſu habere locum *titul.cõi diuidundo*,& quòd proptereà poſſit peti diuiſio,quòdue ita cenſuerit Senatus Pedemontanus, & quòad ſecundum *d.deciſ.*72.cõcludit, æqualiter debere fieri diuiſionem, & ſic pro medietate, non autem attento numero animalium, & perſonarum, & quòd ità ſimiliter cenſuerit idem Senatus Pedemõtanus in pluribus caſibus, quod poſt *eum* voluit etiam *Menoch. de arbitrar. iudic.caſu* 245.*num.*15. tametſi contrarium videatur ſentire *Eſcobar de ratiocin. computat.*7.*nu.*6. cum quo videtur concordare, diſtinguendo tamen *Coſta de ratione ratæ quæſt.*159.*num.*4. vbi tacito *Eſcobar* nomine vtitur iiſdem medijs per *Eſcobar* cumulatis.

54 Rursùs,quomodò fiat diuiſio paſcuorum inter Ciues, ſi ſcilicet per capita, aùt verò per æs, & libram, adeundus eſt *idem Menoch.d.caſu* 245.*per tot.*vbi in eo reſidet, arbitrio ſ. Iudicis hoc fore terminandum, quod notandum eſt etiam in caſu, quando locus aliquis domanialis Vniuerſitatis, ſiuè zerbidus, & incultus,ſiuè etiam laboratorius eſt reducendus ad culturam, & diuidendus inter ciues.

Poſtquàm autem aliquis acquiſiuit ius paſcendi, vel ligna ſcindendi in alieno territorio aùt conuentione, aùt præſcriptione, aùt pacto, vtrum mutari poſſit ius paſturæ inuito eo, qui ius habet, vtrumuè terra zerbida, & inculta poſſit reduci ad culturam in præiudicium habentis ius,& ſeruitutem in ea, anceps eſt quæſtio,in quam diuerſimodè itum eſt.

Pro negatiua, quòd non poſſint ij,qui tenentur ad ſeruitutem, rumpere,& arare, & ſic ad culturam reducere territorium, in quo eſt conſtituta ſeruitus iuris paſcendi,ſteterunt *Capolla in tract. de ſeruit. ruſtic.præd. tit. de ſeruit. iuris paſcendi num.*40.*Auendan.de exequ.mand. Reg.parte prima cap.*4.*nu.*20. *Roder.Suarez allegat.*15.*nu.*10.*Couar.pract.quæſt. cap.*37.*nu.*6.*ac var. reſolut.lib.*1.*cap.*17. *num.*11.*verſic.ſed & quoties Caſſanæ.ad* C*onſuetud.Burgund.rubr.*13.§.3. *num.*4. *Lanar.in conſ.*35.*num.*2.*Hieronym. de Monte de fin.reg.cap.*6. *num.*14. *Carpan. ad Stat.Mediol.parte* 2.*cap.*490.*nu.*9.

56 Mouentur ij omnes vnica ratione, quia qui tenetur ad ſeruitutem non poteſt quicquam facere, per quod ius ſeruitutis, ac liber ipſius vſus impediatur. adducunt in argumentum multa iuris loca pro confirmatione dictæ rationis. Primò *tex. in l.ſeruitus* §.*ſi ſeruitus* §.*fin. & l.ſi domus ff. de ſeru. vrb. præd.* in quibus habetur, quòd ſi fuerit conſtituta ſeruitus ſtillicidij, non licebit Domino ſeruientis areæ ibi ædificare, vbi caſſitare cœpiſſet ſtillicidium.Secundò in *l.ſi eo loco* 9.*ff.ſi ſeruit. vendic.*vbi ſi tu ædificaueris in eo loco, per quem mihi iter debeatur, poſſum intendere, ius mihi eſſe ire,agere,&ſi probauero,inhibebo opus tuum. Tertiò in *l.Sabinus ff. comm.diuidundo*,quo loci cauetur,quòd nec etiam

re

Digitized by Google

57 re communi vti licet cum præiudicio tertij, niſi ad vſum deſtinatum. Quartò relictis alijs in *l. ſi manifeſtè, & in l. altius C. de ſeruit. & aqua*, in qua, vt deducit *Suarez d. allegat.* 15. *n.* 10. eſt caſus, quòd in meo poſſum facere, quod volo, niſi faciam id, per quod impediatur ſeruitus conſtituta. Quoniam tunc factum erit deſtruendum.

Contrariam tamen affirmatiuam ſententiam ſectatus eſt *Crauetta in cõſ.* 292. *num.* 4. ibiq; intrepidè ſubſtinet, poſſe Dominum fundi ſeruientis reducere ad culturam locũ, in quo debetur paſcuũ. Mouetur multis probabilibus rationibus, quas breuiter tangam: quoniam eæ plenius ab *eodem* excipi poterunt. Primò, quia talis præſcriptio ſeruitutis intelligitur, terminis, & rebus ſic ſtantibus, prout erant tempore præſcriptionis, & ſic intelligitur præſcriptio, ſtantibus ſic paſcuis, ſecùs ſi reducatur ad culturam. Secundò, quia præſcriptio eſt
58 ſtricti iuris, & proindè tantum dicetur præſcriptum, quantũ poſſeſſum, & conſequenter præſcriptio, & conſuetudo cùm ſint facti non recipiunt extenſionem perſonarum, nec actuum. Vndè licèt ſit præſcriptum ius paſcendi, ſtantibus paſcuis incultis, non per hoc videtur extendenda talis præſcriptio, vt prohiberi etiam poſſit à cultura paſcuorum. Rationem diuerſitatis ſubdit, quia alia videtur præſcriptio iuris affirmatiui depaſcendi, & alia iuris negatiui, nè paſcua colere liceat. Ratiò rationis eſt, quia ali-
59 qua requiruntur in præſcriptione iuris negatiui, quæ non ſunt neceſſaria in iure affirmatiuo. Patet inſtantia, quia vt præſcribatur ius negatiuum, hoc eſt, vt non liceat paſcua colere, videtur neceſſaria prohibitio, ne colatur, aùt laboretur, ac ꝙ tali prohibitioni conſenſerit aduerſarius, aùt acquieuerit per tempus ſufficiens ad præſcribendum, adducit *tex. in l. qui luminibus ff. de ſeruit. Cyn. Bart. & Alexand. in locis per eum relatis.* hoc requiſitum non proponitur præceſſiſſe, ergò non poterit prohiberi reductio paſcuorum ad culturam. Tertiò, patientia in acquiſitione ſeruitutis iuris paſcendi fuit limitata ad cauſam depaſtus; extendi igitur non debet ad cauſam prohibitionis culturæ: cùm non poſſit patientia illa extendi vltrà actum, in quo præſtita ea fuit. Et ità ex his concludit *Crauetta loco citat.* non poſſe ſcilicet prohiberi reductionem ad culturam, non obſtante præſcriptione iuris paſcendi. *ibidemque idem Crauetta* notabiliter reſpondet ad contraria, quibus mouentur affirmatiuæ ſententiæ ſectatores ad affirmandum, poſſe prohiberi culturam, & cum *eodem Crauetta* concordant *Ariſmin. Tepat. var. concluſ. iur. tit.* 570. *cap.* 9. ac *Coſta de ratione ratæ quæſt.* 159. *nu.* 8. *cum ſeqq.*

Non me latet, *Couar. d. cap.* 37. *pract. obſeruat. num.* 6. & 7. aduertiſſe pro concordia fore obſeruandam diſtinctionem adhibitam per *Cæpol. loco citat.* quòd ſcilicet, ſi conſtiterit expreſsè, quid fuerit præſcriptum, aùt cautum iure conſtitutionis ſeruitutis, pacti, ſocietatis, vel alterius cuiuſcunque, & tunc illud ſit obſeruandum. Si verò non conſtat, & ſic ſumus in dubio, tunc recurrendum ſit ad coniecturas, quibus tandem ceſſantibus de mente *eiuſdem Cæpollæ* dicit, quòd non poſſit per culturam agrorum impediri paſtus, ea ratione, de qua ſupra, quia ſcilicet nihil poteſt fieri in præiudicium ſeruitutis, quæ debetur ad paſcẽdum. Et quàmuis *ipſe ibidem* aliquos ſtatuat caſus: attamẽ in quinto caſu cõcludit, quòd ſi quæſtio diffinienda ſit, abſque aliquo præſumptionis adminiculo concludit, non poſſe agros ad paſcendum deſtinatos proſcindi, nec coli noua cultura, aùt vitiùm plantatione, per quæ impediatur ius paſcendi, quod impediri non poteſt, ad tradita per *Cæpoll.* in loco per eum relato.

60 Ego verò pro reſolutione præfatæ quæſtionis aliter diſtinguendum fore puto. Nàm aùt agimus de ſeruitute iuris paſcendi expreſſo pacto conſtituta, & tunc verior ſit opinio negatiua, quòd non poſſit locus, in quo pacto, & conuentione eſt conſtitutum ius paſcendi reduci ad culturam, per quam impediatur paſcuum pacto, & conuentione promiſſum, & ità intelligenda fore iura adducta per *Doctores* præfatæ negatiuæ ſen-

Digitized by Google

ſententiæ, qua concludebant,non poſſe aliquid fieri, per quod impediatur ius ſeruitutis, & ſic pariter expreſsè ſentire videtur *Crauett. loc. cit.* vbi in reſponſione ad contraria fatetur,ea ſibi locum vendicare in ſeruitute expreſsè conſtituta, nō autem in ea, quæ tacitè eſt conſtituta ex patientia Partis:cùm tacitum non ita extendatur,ſicuti expreſſum ex *glo.in clem. ſæpè in verbo partibus de verb.ſignif. Abb. in c.quoniàm cōtra col.fin. de probat.Paul. de Caſtr.in conſ.334.viſa appellatione col. 3.circa medium lib.1.Alex. & alijs in l.1. §.1.ſuper glo.in verb.ſi quis ff.quod quiſq; iuris.* Aùt verò agimus de ſeruitute iuris paſcēdi acquiſita per præſcriptionē ſufficientem ad illam inducendā, & eo caſu, quia conſtitutio illa ſeruitutis eſt tacita, quæ colligitur ex patientia depaſcendi, quæ patientia reſtringi debet ad ſuos limites,ſtāte paſcuo inculto,& in tali caſu verior ſit affirmatiua *Crauettæ* ſētētia,nō poſſe.ſ.prohiberi reductionem ad culturam,rationibus,de quibus ſupra,ad quas nullus ex contrariæ ſententiæ negatiuæ ſectatoribus aduertit, quinimò, quod plus,omnes incitato *Crauetta* proceſſerunt in reſolutione huius quæſtionis,aùt quia forſitan ipſum non viderunt, aùt quia diffidebant reſpondere vrgentibus rationibus per ipſum adductis.

Ratio differentiæ inter vnum, & alterum caſum,præſcriptę.ſ.ſeruitutis,& cōſtitutæ pacto, aùt conuentione patet ex ſupradictis, quibus addi poteſt, quia in expreſſa conſtituta ex pacto, aùt conuentione, ſemper præſumitur vigere aliquod, per quod ſit illa ſeruitus antidoralis, & ideò non mirum, ſi nihil contra ipſam innouari poſſit.

Infertur modò ex his ad aliud, quid.ſ. concludendum ſit in caſu duarum Vniuerſitatum, quarum agri ſūt cōpaſcui, & cōmunes quoàd paſtū:licèt tamen quò-
61 ad iuriſdictionem,& alia ſint omninò diſtincta: vtrùm.ſ.poſſit altera ex ijs agros hactenùs incultos colere,& in illis renouellare, ac mutare culturam in præiudicium, & læſionem iuris paſcendi.

Et in hoc reſpondendum erit cum diſtinctione.Nàm aùt agitur de reducendo ad culturā totum territorium, ſuper quo adeſt communitas, & promiſcuitas iuris paſcendi,& eo caſu non poſſit,quoniàm alioquin videretur ſocietas leonina,quæ eſt improbata de iure in *l.ſi non fuerit ff. pro ſocio*,ac ſequeretur inæqualitas, dùm vna ex ipſis vellet reducere ad culturam ſuum territorium, & cōſequenter denegare in illo paſcuum alteri, ſuper quo ex promiſcuitatis iure, & viciſſitudine tenetur, & vellet è contrà poſtmodùm vti alterius paſcuo. Aut verò agitur de reducendo partem tm̄ territorij,& tūc poſsit, argumento eorum, quæ ſupra diximus, .ſ.alterā ex Vniuerſitatibus habentibus inter ipſas communionem,& promiſcuitatem iuris paſcendi facere aliquam defenſam, & in ea prohibere vſum paſcendi:quoniàm ſi poteſt facere defenſam,& in ea prohibere vſum paſcui, poterit è
62 cōtra multò fortiùs partem etiam illam ad culturam reducere. Eſt benè verum, quòd ſi ex cauſa, putà neceſſitatis, vtilitatis,aùt alterius iuſtæ vellet reducere totum territorium ad culturā, vtiq; poſſet, ſicuti in ſimili ſuprà ēt cōcluſimus, poſſe .ſ.ex cauſa à cōmunione, & promiſcuita-
63 te recedere.Verùm ex cauſa culturę tenetur abſtinere à cōmunione,& promiſcuitate, ad hoc nè videatur locupletari cum aliena iactura. Et in hāc ſententiam videtur inclinare etiā *Auendan.* qui pro contraria ſtetit *de exeq.mand.Reg.par.1. c.2.nu.29.verſ.ſi tñ,* vbi dicit, ꝙ ſi creuit Populus, & neceſſe eſt agricultura pro frumētis colligendis,eſt adeundus Rex, & ipſe præſtabit licentiā arandi ſine magno incōmodo paſturæ,& quòd iſtud ius arandi cōcedi debet ex publica neceſſitate. Subdit poſtmodùm *in ſeq.verſic.*id procedere ēt ſi intrà limites illorū territoriorū vicini alterius populi habeat ius, vel ſeruitutem paſcendi:qm̄ propter neceſſitatem propriā ciuium datur hoc ius, & facultas arādi in talibus terminis,vt in *l.præſes C.de ſeruit.& aqua.*Hoc ipſū voluit *Suar.d.alleg.15.in fine,*vbi limitando concluſionem illā, quòd non poſſit arari territoriū,in quo eſt præſcriptum ius paſcendi,dicit,illud reſtrictionem recipere, quando pro neceſſitate ciuium id fieret, adducit in id *Alberic.in c.dilecti de arbitr.* vbi loquitur de his, qui ex conſuetudine habent ius lignandi in Monte alterius Vniuerſitatis, & dicit, quòd ſi Vniuerſi-



Digitized by Google

tas indigeret, poſsit prohiberi contra conſuetudinem.

64 Sed inſurgit ex his dubium, quod pendet in facto, vtrùm.ſ.poſsit Baro impedire reductionem ad culturam locorum herbidorum domanialium Vniuerſitatis, eo pretextu, quia in eo ſibi competit vſus, & ius paſcendi vti Baroni.

65 Et antequàm ad illius reſolutionem aſcendamus eſt pręmuniendū, *Baronem* nullum habere dominium in paſcuis publicis illius territorij, intrà quod iuriſdictione vtitur, ac vti poteſt; intelligendo tamen de paſcuis publicis locorum domanialium Vniuerſitatis: quoniam illa ad Vniuerſitatem pertinent, & ſub eiuſdem Vniuerſitatis dominio cenſentur *l. in tãtum §. Vniuerſitatis ff. de rer. diuiſ. l. omnes C. de oper. public. l. duumvirum C. de decurion. l. omne territoriũ C. de cēſib.* cēſuit notabiliter per dicta iura *Cou. pract. quaſt. c. 37. n. 1.* poſt *Bertrãd.* & alios, quos ibi cu-
66 mulat. Et quãuis poſsit ipſe Baro vti paſcuis prędictis: hoc tñ nō poterit vti *Baro*, & Dominus habens iuriſdictionē in illis, ſed benè vti habitator, & incola illius loci, vt patet ex traditis per *D. de Franch. deciſ.* 197. *in princ.* in tantùm, quòd concludit eo loci *Couar.* poſt eundem *Ber-*
67 *trand. in loco* ibi per eum relato, id fore intelligendum, ſi tamen ibi *Baro* inhabitet, quod autumauit etiam *D. Tappia lib. 4. de iure Regni de communi territor.* de
68 quo meminit *Rendella de paſcuis part. 3. c. 4. verſus finē.* Licet tamen iſtud de habitatione non ſit vſu receptum in Regno, in quo *Barones* vtuntur paſcuis locorum domanialiū Vniuerſitatis, in qua habent iuriſdictionem, etiam ſi actualiter
69 non inhabitent. Hic tamen vſus *Baronis* nō eſt indefinitus, ſed debet eſſe moderatus arbitrio boni viri, iuxtà territorij, & paſcuorum qualitatem: iuxtà quod eſt vſu receptum, & in dies per S. C. practicatum, ac diffinitum, ſicuti refert *Freccia de ſubfeud. lib. 2. author. 46. poſt. num.* 4. ex doctrina *Alberici in l. Imperatores ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & in l. ſi teſtatrix §. fin. ff. ſi ſeruit. vendic.* ac *Beltran. conſ.* 75. *col.* 2. *lib.* 3. deciſumq; per Sacrū Conſilium refert *Anna ſenior ſingul.* 80. ac poſt eos *D. Rou. ſuper Prag. de paſcu. in rubr. nu.* 7. vbi dicit, quòd quotidiè fiunt prouiſiones in conſimilibus grauaminibus vaſallorum, non poſſe *Baronē* in domanialibus Vniuerſitatis tenere animalia in exceſsū, ſed tantùm æquali quantitate ad numerum vnius, vel duorum ciuium diuitum eiuſdem Vniuerſitatis, quod etiam in Hiſpania apud Hiſpanorum Auditoria ex forenſi vſu receptum teſtatur *Couar. loco cit. d. nu.* 1. *verſic. eſt denique.*

Hoc modò poſito ſi maior pars ciuiū cōſenſerit ex cauſa ſup reductione prędicta, vtiq; nō poterit *Baro* de ea cōqueri pręt textu dicti vſus, & proindè nō obſtãte ipſius *Baronis* contradictione poterit procedi ad culturã dictorū paſcuorū domanialiū Vniuerſitatis, patet ex hoc traditis per *D. de Frãch. d. deciſ.* 197. *per totã,*
70 in qua ſubſtinet, q ex cauſa neceſsitatis accedente cōſenſu maioris partis ciuiū pōt Vniuerſitas vendere vſum nemoris, & aliorum bonorū domanialium ipſius, in quibus habet *Baro* vſū vti primus ciuis, non obſtante ipſius contradictione, & adducit deciſiones S. C. deſuper factas, ſequitur ipſum remiſsiuè *Capibl. de Baron. prag.* 11. *n.* 16. ac *D. de Pōt. in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 10. *rubr. de alienat. fieri ſolita bonor. Vniuerſit. nu.* 5. vbi extēdit id etiam ad alienationem perpetuam, nō tãtùm temporalem, ſubdens, quòd cùm omnia conſiſtant in neceſsitate vrgenti ex publico beneficio eiuſdem Vniuerſitatis, ea proindè exiſtente, debet præferri vtilitas publica priuatæ, & ità ferè quotidiè obſeruamus, Vniuerſitates pro ſoluēdis debitis, alijſq; eiuſdem vrgētibus neceſsitatibus vendere ipſius loca domanialia, præcedentibus conſenſu maioris partis ipſius, ac Regio decreto pro conualidatione venditionis. Vndè ſi pōt res domanialis Vniuerſitatis exiſtente neceſsitate perpetuò alienari, ergò fortiùs poterunt ipſius Vniuerſitatis domanialia reduci ad culturã, quemadmodū paſsim etiã in multis Vniuerſitatibus obſeruatum ambigimus. Et hoc videtur etiam de mente Couar. qui *d. c. 37. pract. quaſt. nu.* 4. de mēte *Capoll.* per eū relati diſtinguit agrum, in quo habeat quis ſeruitutē iuris paſcendi, vel alio titulo abſoluto, ab illo agro, in quo habeat ius paſcendi vti in-

cola,

Digitized by Google

cola, Ciuis, vel habitator. Et quàmuis priori caſu teneat, nõ poſſe Dñm reducere illum ad culturã, in ſecũdo tñ concludit, quòd poſſit Dominus agri illum colere, ſeminare, plantare vites, aliaſq; arbores, etiam ſi impediat paſturam.

71 Quintò principaliter nota, quòd herbæ, quæ naſcũtur ſunt Domini illius territorij, in quo naſcuntur *Petr. de Antibolo in tract. de munerib. & honor.* §. 1. *nu.* 192. *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 46. *nũ.* 9. vbi adducit *tex.* quem dicit à nemine ad hoc allegatum in *l. qui fundum* §. *fundi venditor ff. de contrahend. empt. & vẽdit.* ibiq; ſubdit, nihil referre, an ex ſtipula herba nata ſit: cùm ſufficiat, quòd in agro meo ſit natã *Couar. pract. quaſt. c.* 37. *n.* 2. *verſ. quartò conſtat*, vbi adducit pro confirmatione rationẽ ex *l. qua ratione*, & *in l. adeò* §. *fin. ff. de acquir. rer. domin. l. ſolum* §. 1. *ff. de rei vendicat.* ſequitur illos *D. de Franch. deciſ.* 301. *nu.* 1. *Capiblanc. de Baronib. prag.* 11. *nu.* 3. *Tepat. var. concl. iuris tit.* 570. *c.* 3. vbi in id adducit *Papon. lib.* 13. *tit.* 2. *areſt.* 1.

72 Amplia hoc etiam in ſpicis in terra cadentibus poſt ſegetes, ac in herba, quæ ex dictis ſpicis in terra cadentibus naſcitur, idem *Frec. loc. cit. nu.* 7. *in fin. & nu.* 8.

73 Et ex his eſt aduertendum, non poſſe Baronẽ ratione ſuæ iuriſdictionis, & dominij immittere animalia ad paſcendum in terris proprijs vaſallorum, quæ vulgariter appatronatæ dicuntur, vt rectè monuit *Frec. loc. cit. nu.* 5. quoniàm cùm ſint eæ propriæ vaſallorum, non autem Vniuerſitatis, & ſic ſunt ſingulorum Dominorum ipſas poſſidentium, vendicat ſibi locũ in illis *tex. in l. Diuus ff. de ſeruit. vrban. prȩd.* qua cauetur, vt poſſint ipſi alios prohibere ab ingreſſu, aliàs inuito Domino id facerent, tenerẽturq; actione iniuriarum *l. iniuriarũ actio* §. *pen.* iuncta *l. ſeq. ff. de iniur.* cum concordantibus per eum cumulatis, qui ſub *n.* 7. ſubdit, quòd cùm caſus obtigiſſet, fuit per S. C. ad relationem ipſius prouiſum, quòd pendẽte lite, donec aliter fuiſſet prouiſum inſtructo proceſſu auditis Partibus, non immitterentur animalia per Baronem, ſiuè eius Baiulos in terris Particulariũ appatronatis, ac quòd poſtmodùm pro illius decreti obſeruantia fuit pȩna exacta, cùm per Officiales d. Baronis fuiſſet cõtrouẽtum.

74 Amplia, vt neq; minùs poſsit in dictis locis, & territorijs Particulariũ appatronatis fidare animalia exterorũ, quinimò nec ẽt eo prætextu, ꝙ conſuetudine pòſt ſegetes illæ herbæ ad ipſũ Baronẽ ſpectẽt, idem *Frecc. loc. cit.* ac *nu.* 11. vbi refert in facto, lite ſimiliter pendente Baronem abſtinuiſſe, probat *Capiblanc. de Baron. d. prag.* 11. *nu.* 20. vbi dicit, hoc fuiſſe ſopitum per Sacrum Conſilium in eadem cauſa allegata per *Frecc. vbi ſupra.*

75 Amplia ſecundò, vt poſsint particulares Domini claudere ſuos proprios fundos, & muris, vel ſæpe circundare, & de hoc eſt *text.* ad literam in *l. per prouincias C. de ædific. priuat.* quem probat in id *D. Rouit. d. rubr. de paſcuis nu.* 28.

76 Limita hoc primò, in Prouincia Hydruntina, in qua, vt refert *Frec. loc. cit. nu.* 11. quem ſequitur *D. Rouit. ſup. Prag.* 1. *de Off. Baiul. nu.* 13. ac *Rendell. de paſc. par.* 2. *c.* 5. ex præſcripta conſuetudine ius fidãdi remanſit apud Barones, qui poſſunt inibi vendere herbagium terrarum ſuorum vaſallorum ſecatis ſegetibus.

77 Limita ſecũdò, vbi ex cõſuetudine antiqua legitimè probata Barones haberẽt ius fidandi, ẽt in locis proprijs ipſorũ vaſallorũ, quȩ cõſuetudo viget in multis locis, & ſubſtinetur ex traditis per *Frec. loc. cit.* & talis cõſuetudinis probatio incumbit præciſè Baroni: cùm in dubio vaſalli habeant pro ipſis ius ſcriptũ in dictis locis proprijs appatronatis, & interim lite pendẽte ſuper dicta cõſuetudine allegata debet Baro abſtinere, vt ſupra diximus.

78 Limita tertiò, in locis appatronatis, apertis tñ, & cãpeſtribus, in quibus contendit *D. Rou. in d. prag.* 1. *de Off. Baiul. nu.* 13. *vſq. ad nu.* 18. nõ poſſe prohiberi herbarum depaſtum, ampliatq; id ẽt quòad animalia exterorum fidatorũ à Barone, quæ nec pariter poterũt arceri, & expelli à Dominis dictorum territoriorũ appatronatorum, apertium. ſ. & campeſtrium: quàmuis tamen herbæ in illis naſcentes eorũ propriæ ſint, illaſq; vẽdere poſsint: quoniã aliàs eſſet per indirectũ defendere dicta territoria aperta, & cãpeſtria, & conſequenter facere nouas defenſas,

G 2 quod

Digitized by Google

quod eſt in Regno prohibitum per *Regiam Pragmaticam primam* §. *& cùm nec Comitibus de ſalar. eor. qui mittunt.*

79 Cœterùm intelligas præfata, quando effectualiter Baro haberet ius fidãdi ſaltim ex conſuetudine præſcripta, vt ſupra de iure requiſito in dictis locis appatronatis: quoniam ſi non muniretur Baro priuilegio, aùt probabili conſuetudine, id non admitteretur de iure, & ità intelligenda erit *Regia Pragmat.* prædicta, ab *eodem Domino* allegata, & ponderata, quæ loquitur de illis locis, in quibus eſt alteri præſcriptum, acquiſitumque ius depaſcendi aùt præſcriptione, aùt pacto, & conuentione, & in illis in præiudicium ipſorum habentium ius non poterunt fieri nouæ defenſæ, quod eſt diuerſum à caſu noſtro: ſecùs tamen quãdo Baro non haberet ius fidandi in territorijs prædictis: quoniàm tunc nõ poſſet fidare animalia exterorum in illis, in quibus ne quidem ipſe depaſcere poſſet eius animalia, vt ſupra dicebamus, & nõ militat in eo diſpoſitio *dicta Regia Prag.* quàmuis tamen ipſe depaſcere poſſet eius animalia in dictis locis apertis, & campeſtribus, vti ciuis, & incola, in caſu quando ciues depaſcerent, in quo articulo quid de iure concludendum ſit, vtrum ſcilicet poſſit Dominus dictorum territoriorum, locorumq; propriorum prohibere etiam conciues, alioſq; habitatores, & incolas, nè immittant propria animalia in eos agros ad paſcẽdum herbam illic ſua ſpontè natam, adeundus eſt *Couar.* ſupra commemorato loco *pract. quaſt. cap. 37. nu. 2. cum ſeqq.* Non tamen prohiberi poſſent ipſi Domini dictorum territoriorum dicta loca campeſtria, & aperta ſæpis munire, ac muris circundare ad eorum libitum, attenta diſpoſitione *d. l. per prouincias C. de ædific. priuat.* non obſtãte, quòd aliàs extiterint ea campeſtria, & aperta.

Sed ſubintrat in hoc reſolutio alterius
80 dubij ad effectum cognoſcendi, vtrùm poſſit, nec nè Baro fidare animalia exterorum, cuius ſcilicet præſumantur paſcua in dubio, vtrũ Baronis, an verò Vniuerſitatis, & in hoc recepta eſt ſententia, vt in dubio paſcua ſint Vniuerſitatis, non autem Baronis, & ità in indiuiduo profitentur *Crauett. conſ. 154. nu. 1.* adducit *text. in* §. *vniuerſitatis inſtitut. de rer. diuiſ. Couar. pract. quaſt. d. cap. 37. num. 1. Flamin. de Rubeis, Menoch. Gaſpar. Loct. Bouadilla, Borrelius*, & alij relati per *D. Rouitum d. rubr. de paſcu. nu.* 8.

Nec refragatur illis in Regno clauſula inueſtiturarum, quæ quotidiè fiunt de ſtylo, *cum montibus, collibus, vallibus, planis, paſcuis*, &c. quoniam eſt id abſolutum ex *Reg. Prag.* 16. *ſub tit. de Baron.* qua cautum eſt, clauſulas prædictas procedere de antiqua conſuetudine huius Regni citerioris Siciliæ, & proindè non eſſe intentionis Regis inueſtientis, vt conceſſio prædicta aliquid inducet contra concedentis intentionem, nec eſſe eiuſdem Domini Regis intentionem, per eas nouas inducere angarias, perangarias, nec nouas defenſas, aùt ius prohibendi aliorum furnos, tappetos, molendina, aùt alia in eadem clauſula contenta, ſed eas, & ea tantùm ſub tali clauſula, & conceſſione comprehendi, quæ tempore dictorum priuilegiorum, ac cõceſſionum, aùt iuſto titulo, aùt legitima præſcriptione erant in Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & Caſalibus taliter conceſſio acquiſita per alios Barones, qui Ciuitates, Terras, Caſtra, & Caſalia ipſa tenuerunt, taliter priuilegia, & etiam conceſſiones, & venditiones, & donationes cum aſſenſu factas, & firmatas, faciendas etiam, & firmandas.

81 Itemq; nec ſuffragatur eidem regula illa, quòd quicquid eſt intrà fines feudi, dicitur feudale *c. omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7 *Andr. de Iſern. in cap.* 1. *de controu. feud.*
82 *inter maſc. & fęm.* probant *Hoſtienſ. in cap. nimis de iur. iur.* cœteriq; frequẽtiùs poſt eos.

Primò, quia in dubio bona, & iura nõ debẽt dijudicari feudalia, ſed potiùs allodialia *Affli. deciſ.* 277. *nu.* 6. *Cacheran. deciſ.* 26. *nu.* 13. *Natt. conſ.* 514. *n.* 26. *Rolãd. cõſ.* 46. *nu.* 39. *vol.* 3. alijque, quos in terminis cumulat in numero copioſo *Maſcard. de probat. concluſ.* 79. *à nu.* 5. *vſq. ad nu.* 7. quem pro omnibus allegaſſe ſufficiat, vbi etiam de communi, frequentiori *Doctorum* calculo magis recepta teſtatur.

ter. Et ratio eſt, quia de iure primæuo omnis terra libera eſt, & ſic in dubio ſẽper eſt præſumenda, niſi contrarium probetur, vt conſiderat etiã *Afflict. deciſ.* 267. & poſt eum *Hieron. de Monte fin. regund. cap. 96. n. 6. Clarus* §. *feudum quæſt.* 18. ac *Bellonus conſ. 10. nu. 9.*

83 Secundò, quia regula prædicta, quòd ſ. quicquid eſt intrà fines feudi cẽſeatur feudale, intelligitur quòad iuriſdictionẽ, nõ autem quòad dominium, ad not. per *Hoſt. in c. ſi diligenti de præſcript. in princ. ibidemque per Anton. de Butr. num. 9. & Abb. nu. 2. ac per Lanar. in conſ. 2. num. 1.* prout ſic intelligendum eſſe tex. in *d. c. omnes Baſilicæ* ex *Specul. in tit. de feud.* §. *quoniam verſ.* 14. deducit *Affl. d. dec.* 267. *num.* 5. vbi hoc, quod de Rege ſtatuunt Doctores præfati, extendit *ipſe* etiam ad Barones, ex ea iuris regula, quòd idem iuris eſt de toto quòad totum, quod de parte quòad partem *l. quæ de tota ff. de rei vendicat.* cum alijs concordantibus, & quòd ità iteratis vicibus fuit per Sacrum Conſilium deciſum, quemadmodùm iudicatũ etiam per Senatum Mediolanenſem teſtatur *Clarus d.* §. *feudum q. 18. in fine, & Affl. d. deciſ.* 267. ſecutus eſt *Bellonus in conſ. 10. num. 11.* vbi plurimos in id citat.

Alio modo interpretatur regulã illã, quòd ſcilicet quicquid eſt intrà fines feudi cenſeatur feudale *D. de Ponte in conſil.* 11. vt ſcilicet intelligatur Barone poſſidente, non autem in dubio, quando vaſallus burgenſis, vel tertius poſſidet, quem ſecutus eſt etiam *Capibl. inc. de Baron. prag.* 11. *nu.* 40. licèt tamen aliter conſuetudine ſit inductũ apud Fràcigenas: cùm in dubio in Gallia nullum prædium præſumatur eſſe allodiale, ſinè francum, & ità deciſum refert *Maynar. deciſ. Tholoſ.* 35. *lib.* 4. *per totam* aduersùs *Virum damnatæ memoriæ in Conſuetud. Paris. tit. 1. de mat. feud.* §. 46. *num.* 4. *cum ſeqq.* eiuſdem ſectatores affirmatiuam tuentes.

83 Limita tamen iſtud, quando omnia alia bona exiſtentia intrà fines feudi, vel Caſtri eſſent feudalia, quoniàm tunc in dubio eiuſdem naturæ cenſerentur reliqua pariter feudalia, niſi contrariũ probaretur, fuit originale dictum *Andr. de Iſern. d. cap.* 1. §. *quidam tamen de controuer. inter maſc. & fœm.* quem ſecuti ſunt permulti, de quibus apud *Maſcard. de probat. d. concluſ.* 79. *nu.* 17. vbi per totam concluſionem declarat, quando cenſeatur in dubio res allodialis, aùt feudalis, & apud *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ.* 91. *num.* 62. vbi ipſe quoque ponit per totã multas præſumptiones, ad dignoſcendum, quando dicatur res allodialis, quando verò feudalis, ad quos recurri in tempore poterit, quibus addendus eſt *Andr. Gayl pract. obſeru. lib. 2. obſeru.* 69. *num.* 6. ſecùs tamen è conuerſo, quando reliqua bona eſſẽt allodialia, quæ exiſterẽt intra fines feudi: Quoniam tunc eiuſdẽ etiam naturæ cenſerentur reliqua, & ſic pariter allodialia, & libera, vt dixit in ſpecie *Andr. de Iſern. dict.* §. *quidam tamen.*

Alias limitationes ad regulam illam, quando bona exiſtentia intra fines feudi dicantur feudalia congerit *Maſcard. de probat. d. concluſ.* 79. *à num.* 13. *vſque ad finem.*

Nota ſexto loco vnum ex *text. in cap.*
86 *vnico* §. *fin. de pace tenend. in vſib. feudor.* quòd ſi quis tranſiens per terram voluerit pabulare ſuum equum, impunè ipſi equo porrigere poterit quantum propinquiùs iuxta viam ſtãs in loco poterit amplecti ad reparationem, & refectionem dicti ſui equi lapſi ex itinere; quinimò q; eidem liceat vti etiam herba, & viridi ſylua, ſine tamen vaſtatione aliqua pro ſua commoditate, & neceſſario vſu.

Super quo context. infert *Andr. de Iſern. in fi.* adeſſe in Regno particularem Conſtitutionem, de qua in *Conſtitution. Regn. Cùm per partes Apuleæ*, cuius vigo-
87 re permittitur animalibus trãſeuntibus de vna contrata ad aliam, vt per 24. horas diurnas, & ſic per vnam diem, & vnã noctem poſſint ſumere paſcua in terris alienis, dummodò tamen non dederint damnum frugibus; quàuis tamen id malè ſeruari per Officiales Curiæ, & Baronum teſtatur idem *Andr. ibid. num.* 43. De dicta *Conſtitutione* agit *Afflict. deciſ.* 290. *in princ.* vbi etiam *Vrſillus ad eum num.* 1. intelligit, illam habere locum, quando

Digitized by Google

quando animalia venirent de vna contrata ad aliam per vnam dietã, vel duas vt in *d. Conſtit.*ſecùs tamen ſi oues, vel alia animalia de vna contrata vicina ad aliam fuiſſent ducta, & per trãſitum per vnam dietam ſumpſerunt paſcua.

89 Quando verò ſumerent paſcua animalia vltra terminum prædictum, tenerentur ſoluere Domino territorii fidam, 90 & diffidam, quæ diffida dicitur pœna ſpreti mandati, & banni, pro qua non exigitur tota pœna in banno contenta, ſed ſolùm aliud tantum, quod importat fida, & ita vſu receptum eſt, vt teſtatur poſt *Frecc.Capiblanc. de* Baron. *Prag.*11. *nu.*82.

91 Hoc tamen limitat *Frecc. de ſubſeud. lib.*2.*author.*46.*nu.*3.quando ex propoſito, & cõſultò fuiſſent animalia immiſſa, quo caſu dicit grauiorem eſſe culpã, & conſequenter pro ratione culpæ debere pęnam commenſurari, argum. *l.capitalium* §.1.*ff.de pęn.*ſubditque ibidem, per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum, habendam eſſe rationem de modo immiſſionis, de numero animaliũ, de qualitate immittentium animalia, ac de pluralitate immiſſionis, quod autumare videtur etiam poſt alios, quos allegat *D.* R*ouitus in Pragm.*1.*nu.*2.*de offic.Baiuli*, vbi id ampliat etiam in caſu, quãdo quis non immitteret, ſed tantùm ſimpliciter patiatur, & prohibere poſſet animalia ſua ingredi fundum alienum poſt *Fabr. Aret.*Boer.*Caſſan.*& alios, quos ibi adducit *ſub nu.*2.

92 Et ad conſtituendam pœnam diffidæ oportet, quòd pręcedat bannum de non immittendo animalia in paſcua vetita, vt patet ex traditis per *Afſl.d.deciſ.*290.vbi tenet, expirare banna prædicta per deceſſum, aut mutationem Officialis, qui ea emanare fecit.

93 Et hæc fida, & diffida eſt omnino ſoluenda per Dominum animalium interceptorum, in tantùm, quod animalia nõ erunt liberanda, niſi ſoluta prius dicta fida, & diffida, ſecundùm *Capyc. deciſ.*45. ſequitur illum *D. Rouit. loco citato nu.*4. Nec eſſet audiendus, ſi offerret cautionem de ſoluendo dictam fidam, & diffidam, ſed debet fieri actuale, ac reale depoſitum de ipſis *Capiblanc. de Baron. d. Pragm.*11.*nu.*85. quàmuis tamen ſecùs ſit, quando ageretur de refectione damni, quod eſſet illiquidum: quoniam tunc ſufficeret cautio, vt declarant prędicti *D. Rouit.& Capiblanc.loco cit.*

94 Et ex his inoleuit in praxi, quòd quãdo intercapiũtur animalia, & Domini dictorum animalium haberẽt recurſum ad ſuperiores pro immoderata fidæ, & diffidæ petitione, expediuntur prouiſiones, quòd facto depoſito alicuius certæ quantitatis per ipſum ſuperiorem Iudicem arbitratæ ſecũdùm numerum animalium interceptorum, & præſtita cautione de ſoluendo quid plùs fuerit iudicatũ, animalia intercepta excarcerentur, & cõſignentur ipſorum Dominis, ne macerentur in Stabulo.

Et hæc omnia reſpectu animalium exterorum. Reſpectu verò animalium ciuium aliter cautum eſt per R*egiam Pragm.primam de offic.Baiuli*, per quam 95 diſpoſitum eſt, quòd pœna Baiulorum non excedat vnum Auguſtale, conſtito de damno, ſaltim per vnum teſtem, & iuramentum inuentoris, niſi tamen animalia Pars ipſa in manu haberet, quo caſu ſtatur eiuſdẽ Partis aſſertioni cum iuramento. Extendit id etiam, quando animalia Officialis ſolùm haberet in ma-96 nu, quoniam eo etiam caſu ſtabitur dicto eiuſdem. Et pœna non poterit excedere quantitatem damni: quinimò ſi dãnum excederet vnum Auguſtale, pœna nihilominùs non excedet Auguſtale, ac quòd ad pœnæ exactionem non poſſit procedi per Baiulum, niſi fuerit ſatisfactum priùs de damno ſibi illato.

Vtrùm autem poſſit Baro per banna alterare pęnam Auguſtalis, vide C*apiblanc.in pract.quæſt.ſuper Prag.*8. *de Baron.c.*45.

Cætera ad materiam *d.* R*egiæ Pragm.* notabiliter, more ſuo, habentur per *D. Rouitum in commentarijs ad illam.*

97 Vnum tamen hoc loco nõ omittam, quòd ſcilicet ſi plùres tradiderint vni Paſtori cuſtodiendas pecudes, & Paſtor damnum immiſerit, quomodo delictum illud immiſſi pecoris ex propoſito in paſcuis alienis ſit puniendum, an ſcilicet

vnica

vnica tãtùm mulcta pro omnibus ſoluẽda, an verò tot mulctæ, quot ſunt Domini animalium, notabiliter id declarat *Griuell. deciſ. Dolana* 148. *per totam*, vbi tenet, non vnicam tantùm mulctam fore ſoluẽdam, ſed benè tot mulctas, quot ſunt Domini animalium.

98 Aduertendum eſt tandem ad aliud in hac materia paſcuorum, quòd qui paſcua locant habet hypothecam cum prælatione ſuper animalibus, quæ ſumpſerunt paſcua *Ioan. Bapt. Coſta de retro tract. c. 9. caſu* 1. *num.* 12. alios congerit *Giurba deciſ. Sicil.* 40. *nu.* 1. qui *n.* 2. dicit, pro paſcuis expignorari etiam poſſe 99 vaccas, earumque alleuia, quæ nõ dùm compleuerunt annum, non obſtante lege particulari illius Regni cauente, ne ea aliquo modo pro quacumque cauſa expignorari poſſent.

100 Extendit idem *Giurba nu.* 5. hanc hypothecam etiam contra anteriores creditores, cum declaratione tamen, dùmmodò nominatim venditum ſit fœnum, aùt locata prædia in alimenta horum animalium.

Extendit ſecundo loco ſub *nu.* 10. dicens, non ceſſare hypothecam, etiam ſi fuerint animalia ablata à loco, vbi ſumpſerunt paſcua.

## *SVMMARIVM.*

1 *Decima, ac ius decimandi differunt inter ſe.*

2 *Decima quatenùs in eſſe deducta, ac vti differens à iure decimandi dicitur fructus iuris decimandi, ut dicitur eſſe in fructu.*

3 *Laici ex diſpenſatione Pontificia ſunt capaces decimarum, tametſi non iuris decimandi.*

4 *Decimas, & primitias reſeruauit ſibi Deus in ſignum vniuerſalis dominij dati homini omnium ab ipſo creatorum.*

5 *Decima reſeruata à Deo in ſignum vniuerſalis dominij dati homini, nullo vmquàm tempore fuit nec deſtituta, nec immutata.*

6 *Decimam ſi homo negare auſerit iraſcitur Deus, ac vindictam contra negantem ſumit; inſertque iram, indignationem, maledictionem, famen, & penuriam.*

7 *Decimas debitas reddens multa bona conſequitur.*

8 *Conductor ſi non ſoluerit decimam, non liberabitur à ſolutione penſionis rei conductæ propter ſterilitatem, in pœnam non ſolutæ decimæ.*

9 *Decima eſt bonorum omnium licitè quæſitorum pars decima Deo data, conſtitutione diuina debita.*

10 *Decima tametſi ſit pars decima fructuũ, conſuetudine tamen induci poteſt, vt ſit minor pars, quàm decima, & ſic aùt de viginti, aùt de triginta, & ſic de ſingulis.*

11 *Curatus, vel alius, ad quem de iure ſpectat decimarum perceptio, ſi agat ad decimas petitorio iudicio, tametſi decima ſit pars decima fructuum, lite tamen pendente per modum prouiſionis prouideri ſolet, vt detur ei de quatraginta vnum, & ſic quarta pars decimæ.*

12 *Decima aut eſt laicalis, aut* Eccleſiaſtica.

13 *Decima laicalis eſt illa, quæ datur Principi laico, vel* Eccleſiaſtico *ratione temporalis dominij, aùt vaſſallis, ſiuè feudatarijs ab ipſis infeudatis.*

14 *Decima laicalis debetur non intuitu Sacramentorum, ſed in ſignum ſupremi dominij.*

*Et decima iſthæc laicalis dabatur etiam tempore* Romanorum, *vt ibidem.*

15 *Decima Eccleſiaſtica fuit à Deo inſtituta in veteri teſtamento pro ſubſtentatione Sacerdotum, & Leuitarum.*

16 *Decima Eccleſiaſtica vti genus conſiderata diuiditur in quatuor illa genera decimarum, quæ fuerunt olim in lege veteri.*

17 *Decima Eccleſiaſtica vti ſpecies conſiderata diuiditur in perſonalem, & realem.*

18 *Decima perſonalis debetur de acquiſitis ex induſtria, artificio, aut contemplatione perſonæ.*

19 *Decimæ prædiales ſunt, quæ debentur ex fructibus perceptis ex re, vel ex prædio.*

20 *Decima mixta eſt, quæ mixtim debetur, partim ex re, partim ex induſtria perſonæ.*

21 *Decima laicalis, ſicuti in* Eccleſiaſtica *cõſuetu-*

ſuetudine inducitur, vt ſit minor pars decimæ, putà vigeſima, trigeſima, & vltra, ita pariter conſuetudo operatur in dicta decima laicali, verùm vt fiat pars maior decima.

22 Barones non habent eorum intentionem fundatam de iure percipiendi decimas ex prædijs exiſtentibus intra fines feudi, vel Caſtri.

23 Terra omnis iure primæuo libera eſt.

24 Decima laicalis prædialis debita Baroni à ſuis vaſallis, exportari debet eidem Baroni in ſuis horreis, non autem in areis conſignari.

Limita, quando adeſſet conſuetudo in contrarium, prout viget in multis partibus Regni, nu. 25.

26 Decimator, aùt alius quilibet, qui decimandi ius habet, poteſt prohibere Domino territorij, ex quo decima debetur, ne exportentur fructus decimabiles, donec fuerit facta deſcriptio, ac ſolutio decimæ.

27 Iurari in litem poteſt contra fraudantes decimas, tàm Eccleſiaſticas, quàm laicales, per habentes ius percipiendi illas.

28 Conſuetudine non poteſt induci, vt quis valeat exportare fructus decimabiles, ante partitionem factam ex cauſa iuris decimandi.

29 Decimator ad euitandas fraudes poteſt deputare Cuſtodes ad cuſtodienda victualia, & fruges, ex quibus decima debetur.

30 Dominus fructuum ſi decimator recuſaret ire, vel mittere hominem ad faciendam partitionem vtrùm poſſit illos exportare abſque partitione non facta.

31 Pœna qualis irrogetur aduersùs Dominum fructuum decimabilium, ſi illos aſportauerit, vel abſtulerit in damnum Baronis, aùt Parochi, quibus debebatur decima cum diſtinctione, & nu. 33.

32 Pœna fraudantium decimas, aùt terragia, conuentione, aùt ſtatuto minorari poteſt.

34 Fraudans gabellas vtrùm teneatur in foro poli ad reſtitutionem, remiſſiuè.

35 Viator, aùt alius forenſis pertranſiens non ſoluta gabella de mercibus, & bonis, quæ portat, quæ pœna puniatur.

36 Releuium fraudantes tenentur ad duplicatum releuium quantitatis fraudatæ.

37 Fraudans gabellas, terragia, aùt decimas, ſi in fraganti fuerit captus, vtrùm puniatur ad amiſſionem bonorum tantùm fraudatorum, an etiam iumenti, currus, alteriuſuè generis animalium, cum quibus portabat fraudatas merces.

38 Decima quo iure fuerit introducta.

39 Actio qualis detur pro decima.

40 Authoris diſtinctio circa actionem debitam pro decimis.

41 Decimarum ſolutio an ſit præceptum ceremoniale, an verò morale, ſiue iudiciale.

42 Actio cōtra debitores decimarum vtrùm detur pro rata, an verò in ſolidum.

43 Debitores decimarum, tametſi à principio teneantur actione perſonali pro rata, attamen ſi condebitor non ſoluerit ratam ſuam, remanet adhùc ſoluens obnoxius ſolutioni alterius partis ſui condebitoris non ſoluentis.

44 Actio realis pro decima datur in ſolidum contra perceptores fructuum, ex quibus decima debebatur.

45 Hypothecaria actio ſemper, & vbique datur in ſolidum, non autem pro rata, in caſibus, pro quibus competit.

47 Hypothecaria actio competens pro decima datur in ſolidum ſuper illis tantùm bonis, ex quibus debebatur decima, non autem ſuper alijs bonis non decimabilibus.

47 Hypothecaria actio competens pro decimis differt ab hypothecaria competente pro alijs cauſis: nàm iſta in ſolidum ſuper bonis debitoris, illa verò pro decimis datur in ſolidum ſuper bonis tantùm decimabilibus, non verò ſuper non decimabilibus.

Amplia hoc etiam quoad hypothecariam debitam pro collectis, emphyteuſi, liuellarijs, & ſimilibus, quæ datur in ſolidum tantùmmodò ſuper bonis emphyteuticarijs, talliabilibus, & liuellarijs, non verò ſuper alijs bonis non ſubiectis, nu. 48.

49 Decima ex quibus bonis debeatur, recenſentur multi caſus.

50 Decima debetur non tantùm de allodialibus, verùm etiam de feudalibus.

Amplia

Digitized by Google

*Amplia etiam quòad bona liuellaria, ſiuè emphyteutica recepta ab exemptis à ſolutione decimarum, nu. 51.*

*Amplia, vt iſti tales teneantur ad integram decimam, non verò ad dimidiatam, nu. 52.*

53 *Decima debetur de palea, eò quòd palea eſt in fructu.*

*Item debetur de agnis, & aliorum animalium fętibus, nu. 54.*

55 *Decima debita ex fœtibus animalium tradi debet in tempore, quo animalia non indigent lacte materno.*

56 *Decima debita ex fętibus animalium, debetur etiamſi tempore belli, aùt alterius incurſus animalia fęta aufugerint in alium locum non ſubditum, ibique pepererint.*

57 *Decima debetur etiam de noualibus, ac nouis introitibus.*

*Item de columbis, & auibus exiſtentibus, ac incluſis in columbario, nu. 58.*

*Rurſùs debetur etiam de militia, & ſic de ſtipendio, quod datur militibus, ſiuè ſtipendiarijs, nu. 59.*

*Declarando tamen in caſu, quando militia fuerit iuſta, & ſic bellum iuſtum, nàm ſecùs ſi iniuſtum, nu. 60.*

61 *Decima debetur de lucris, quæ proueniunt Aduocato, & Procuratori ex aduocatione, & procuratione.*

62 *Decimarum ſolutioni omnes ſunt obnoxij, niſi expreſſim reperiãtur exempti.*

63 *Clerici tenentur de iure ad ſolutionem decimarum, & tenentur non tantùm ſoluere decimas ex bonis patrimonialibus acquiſitis ab ipſis, verùm etiam tenentur facere oblationes in Eccleſia in caſibus, in quibus laici tenentur, nu. 64.*

*Non obſtãte, quòd collegialiter viuãt, n. 65.*

*Item non obſtante, quòd prædia ſint dotalia* Eccleſiæ, *ibidem.*

*Fallit quòad inſeruientes in illis Eccleſiis, quibus decima debetur, nu. 66.*

*Rurſùs quòad* Eccleſias *regulares, & collegiatas, quæ priuilegio Summi Pontificis ſunt facta immunes à ſolutione decimarum, nu. 67.*

68 *Iudæi, & Sarraceni ad decimarum ſolutionem tenentur de prædialibus, nõ obſtante, quòd ſacramẽta illis non adminiſtrentur.*

69 *Decimarum ſolutioni non ſunt obnoxij qui peculiari priuilegio fuerunt facti exempti, vt Camaldulenſes.*

*Item Moniales Sanctæ Claræ, Ciſtercienſes, Templarij, & Hoſpitalarij, num. 70*

*Rurſùs omnes alij Religioſi quòad animalia, quæ ipſi nutriunt: nàm pro ipſorum fętibus non tenentur ad decimas, n. 71.*

*Item Societas Ieſu, eiuſdemque Patres, ac quatuor Ordines militares, videlicet S. Ioannis Hieroſolymitani, Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, nu. 72.*

73 *Decimæ quo tempore ſolui debent, cum diſtinctione.*

74 *Solutionem decimarum poteſt Curator anticipatim petere, vbi caſus repentinus, vel neceſſitas imminens expoſcit.*

75 *Decimarum cognitio ad quem ſpectet.*

76 *Iudex Laicus in caſu adſtrictionis debitorum decimarum, ad illarum ſolutionem ſit Iudex competẽs, tametſi quòad illarũ ſiue petitorium, ſiuè poſſeſſorium non ſit competens, & qualiter procedat, declaratur remiſſiuè.*

77 *Decima cui debeatur, cum diſtinctione inter decimas perſonales, & prædiales vt ſcilicet perſonales debeantur ei Parocho, à quo quis ſacramenta percipit, prædiales verò ei, in cuius territorio ſita ſunt prædia.*

*Niſi tamen aliter conſuetudine fuerit inductum, nu. 78.*

79 *Parochianus tenetur ſoluere decimam, ne dùm de fructibus, quos percipit intra territorium, verùm etiam de illis, quos percipit extra territorium, ſi de hoc extet conſuetudo.*

80 *Parochianus habitans infra annum intra fines duarum Parochiarum, cui ex iſtis Parochis teneatur ſoluere decimã.*

81 *Parochianus habens plura domicilia in pluribus Parochijs tenetur ſoluere decimam ei Parocho, intra cuius fines habet principale domicilium.*

*In caſu verò, quo inhabitauerit domum ſitam in medio duarum Parochiarum inſpiciendus erit ſitus ianuæ, & ſi habuerit plures ianuas, erit attendenda ianua anterior, & nobilior, num. 82.*

83 *Decimarum cauſa eſt inappellabilis.*

*Intelligas quòad effectum ſuſpenſiuum, non verò quòad deuolutiuum, nu. 84.*



Digitized by Google

*Item limites, quando lis eſſet inter duas Eccleſias circa perceptionem decimarum, num.85.*

*Rursùs limites in caſu, quo laicus prætenderet exemptionem ex capite priuilegij, aùt pacti, aùt conceſſionis, nu.86.*

*Item quando appellaretur à non admiſſione exceptionum in iudicio decimarum propoſitarum, nu.87.*

*Limites tandem, quando eſſet appellatum ab exceſſu, quo caſu fieret appellabilis quòad vtrumque, tàm ſcilicet quòad deuolutiuum, quàm quòad ſuſpēſiuum finem, nu.88.*

89 *Præſcriptio an detur aduersùs decimas, cùm diſtinctione, ſi quòad totam, an verò ſi quòad quotam decimæ.*

90 *Decima ſi in aliquo loco non ſoluitur, eſt, quia antiquitùs communitates ſe tranſegerunt, & aſſignauerunt corpus ſtabile perpetuum, & firmū, ſiuè introitus, & reditus firmos perpetuos, ex quibus poſſet Rector Parochialis ſe ſubſtentare vice decimarum.*

91 *Decimę prædiales ſi non fuerint petitæ tēpore collectionis fructuum, non poſſunt poſtmodùm amplius peti, eò quòd cenſentur remiſſæ.*

*Et proinde ceſſante interpellatione non poſſunt peti præteritæ decimę, ſed tantùm futuræ, nu.92.*

*Intelligas tamen quòad decimas reſpicientes petitorium, non verò quòad illas, quæ reſpiciunt poſſeſſorium, quando decimæ ſunt certæ, nu.93.*

94 *Laicus an poſſit recipere in feudum ius decimādi, cum diſtinctione, an ſ. ſi ante, vel ſi poſt Concilium Lateranenſe.*

95 *Exemptionem à ſolutione decimarum ſolus Summus Pontifex concedere poteſt.*

*In tantum, quòd exemptionē iſtam nō poterit cōcedere aliquis Eccleſiaſticus Prælatus, imò ne quidèm Imperator, nu.96.*

97 *Decima eſt ius vniuerſale reſpiciens totum territorium, & proinde qui percipit decimam ex vna parte territorij, habet intentionem fundatam ſuper iure percipiendi in toto territorio.*

98 *Decimandi ius qui habet in vno territorio, ex quo ſolum frumentū percipitur, extēditur etiā ad alios fructus, qui perueniunt ex illo territorio per mutationē cōditionis agri, vice primorum fructuū.*

99 *Parochus ſi non habet ſufficientes decimas ad viuendum, & excipiendum hoſpites, debet habere congruam portionem ex alio reditu, non obſtante præſcriptione, & conſuetudine in contrarium.*

100 *Decimæ prædiales debentur abſque deductione expenſarum factarum in recolligendis fructibus.*

*Amplia, vt neque deducendum ſit ſemen, quod ſeminatur, nu.101.*

102 *Decimas non ſoluens eſt in cōtinuo peccato mortali, & proindè non poteſt, nec debet abſolui à Confeſſore, niſi facta priùs ſolutione decimarum.*

103 *Decimas ſubtrahens, aùt impediens excommunicatur.*

*Quinimò priuatur etiam Eccleſiaſtica ſepultura, ibid.*

104 *Compenſatio nō admittitur in decimis.*

*Et proindè nō poteſt impediri prætextu alicuius debiti, aut diſtributionis non factæ candelarum in die Purificationis* Beatæ *Marię Virginis, ibid.*

105 *Tranſactio inhita per Vniuerſitatem cum Rectore Parochiali ſuper ſolutione decimarum, non poteſt ab ipſa Vniuerſitate infringi, eo prætextu, quòd nō interuenerit in illa Regium decretum.*

106 *Decima debetur etiam ex fructibus cōbuſtis, ac vinetis inciſis.*

107 *Parrochiani tenentur ad oblationes ſolitas fieri Eccleſiæ in illis diebus, in quibus de conſuetudine inductum eſt, vt eæ erogentur.*

*Amplia, vt adſtringantur ad ipſas ſub pęna peccati mortalis, nu.108.*

*Intelligas tamen quòad oblationem in genere, non verò in ſpecie quantitatiua, nu.109.*

*Excipias tamen pauperes nihil habentes, ibid.*

## CAP. VII.

1 TAmetſi decimādi ius ſecundū propriā, genericamq; ipſius ſignificationē appareat, nō poſſe illud diiudicari in fructu eſſe, cùm ius tantū ſit percipiēdi fructus ad ratā decimæ, ex quo tamē decimæ ſecūdùm communem *DD.* diffinitionem, eſt bonorum omnium licitè quæſi-

quæſitorum pars decima, quæ quidem pars decima debetur de omnibus fructibus, ad *tex. in c. nuntios extr. de decim.* iure igitur merito, ſi conſiderabimus illam quatenùs perceptã, aùt deductam ad ratam decimæ, fructũ appellabimus, ac in fructu eſſe diiudicabitur, ſicuti infra, ceù fructum venire illam in diuiſione ipſorum facienda inter plures, atque diuerſos apparebit.

Hanc differentiam inter ius percipiẽdi decimam, ac decimam ipſam adnotauit *gloſ. in c. peruenit in verbo laicalibus* 1. *q.* 3. *eadem gloſ. in cap. quoniam in verbo non licere* 16. *q.* 1. alia conſimilis *gloſ.* &
2 valdè ad propoſitum in *c. quamuis de decim.* quibus in locis decimam quatenùs in eſſe deductam, ac quatenùs differentem à iure percipiendi illam, fructum eſſe decimarum, ſiuè iuris decimandi, & conſequenter in fructu eſſe affirmant, exemplo tradito de vitulo, qui fructus eſt decimarum, non verò iuris decimandi, iure igitur concludendum eſt, decimas eſſe in fructu.

3 Proficiſcitur ex hoc vnum: quoniam tametſi laici ſint incapaces iuris decimãdi, fiunt nihilominùs capaces ex cõceſſione Põtificia perceptionis decimarum, ceù fructuũ iuris decimandi, vt obſeruari præcæteris licebit apud *Capell. Tholoſ. deciſ.* 439. vbi *Aufrer.* notabiliter ad illam, ac apud *Guid. Papæ dec.* 288. diſtinguendo tamen tempora, an ſcilicet ante Concilium Lateranenſe, an verò poſt, vt infrà dicemus.

His peroratis, ex quibus apparet, decimam eſſe in fructu, ac in diuiſione fructuum venire, ſupereſt, vt decimarum materiam ſatis frequentem, ſi non pleno, breui ſaltim ſtylo pertractemus ad ornatum præſentis capitis.

Verumtamen antequàm ad vlteriora progrediamur quoàd ipſius originem ſpectat, eſt aduertendũ, quod Plaſmator hominis Deus, ante cuius Maieſtatem omnia cõtremiſcunt, ac ſub quo curuãtur, qui portant Orbẽ, iuxta illud *Iob c.* 9. poſtquã initio ex nihilo creauit omnia. *In principio creauit Deus Cœlum, & terrã Geneſ. c.* 1. plaſmauitque etiam hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum, & fœminas creauit eos *d. c.* 1. *Geneſ.* dedit illi dominium omnium, quæ ſub Cœlo ſunt, dicens, *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cœli, & vniuerſis animãtibus, quæ mouentur ſuper terram*, rursùſq; ibidem, *Ecce dedi vobis omnem herbam afferẽtem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quę habentur in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam*. In
4 ſignum tamen huius vniuerſalis dominii reſeruauit ſibi de ipſis decimas, & primitias *cap. tua il* 2. *c. cùm non ſit* 33. *de decim.* tradunt *Doctores* communiter in *cap.* 1. *de decim. in* 6. vbi in ſpecie *Franc.* communem dicit, & poſt eos ſic tradiderunt *Boer. deciſ.* 236. *Capyc. deciſ.* 20. *num.* 5. *Viuius*, *Benincaſa*, & alii relati per *Monet. in tract. de decim. cap.* 1. *q.* 4. *nu.* 4.

Inſinuatum hoc ambigimus Dei pręcepto *Exod. c.* 22. ibi, *Decimas, & primitias tuas non tardabis afferre*, item *Leuitic. c.* 27. ibi, *omnes decimas terræ, ſiuè de pomis arborum, ſiuè de fructibus Domini ſunt, & illi ſanctificantur*.

Pro huius diuini decreti executione non tantùm Sanctus ille Patriarcha Abraham dedit Deo decimas ex omnibus, vt *Geneſ. cap.* 14. probat *Apoſt. ad Hæbr. c.* 7. *in princ.* verùm cuncti etiam tàm antiquæ, quàm nouæ legis viri, tamquàm neceſſarium præceptum ad iuſtificationem ſunt imitati, vt de Pharіſæo illo patet apud *Luc. cap.* 18. dicente, *Ieiunabis in Sabatho decimas do omnium, quæ poſſideo*: quàmuis tamen ex alio, quippè propter ſuperbiam, & ambitionem ſuam non deſcenderit iuſtificatus in domum ſuam. Et tametſi iure gentium ius naturale illud, quo cuncta erãt communia, quoue quicquid calcabat pes meus, meum erat, immutatum cernamus, adeò vt iure gentium prædicto diſtincta fuerint dominia, agris termini poſiti, diſcretæ gentes, regna condita, ædificia collata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, cõductiones, obligationes inſtitutæ *l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iure*, non fuit tamen
5 præſtatio iſthæc decimarum, & primitiarum Deo debita in ſignum. dicti

vniuerſalis dominij, quaſique pro cenſu, & iure ligij, ſiuè vaſallagij inſtituta pro cunctis, quæ à Deo recepta poſſidentur, & ſub lege iſta impartita, in aliquo aùt deſtituta, aùt immutata, ſed remanſit, in tantum quòd ſi quando-
6 que ceſſauerit homo, aùt ſi adhùc ceſſare audeat ab ipſorum præſtatione, iraſcitur contrà illum Deus, infertque in eundem iram, indignationem, maledictionem, famem, & penuriam, vt tradit *Diuus Hieron. ſuper Malach. cap. 3.* de quo tranſumptiuè in *cap. reuertimini* 16. *quæſt.* 1. *Quia mihi* (inquit *Diuus Hieron. loco cit.*) *non reddidiſtis decimas, & primitias, idcircò fame, & penuria maledicti eſtis.* Audiamus id clariùs ab eodem *Malach. dict. cap. 3. Et dixiſtis, in quo configimus te? in decimis, & in primitijs. Et in penuria maledicti eſtis vos, & me vos configitis gens tota, inferte omnem decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas Cœli, & effudero vobis benedictionem vſq; ad abundãtiam, ac increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructus terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro dicit Dominus exercituũ.* Hæc Sanctus ille *Propheta in loco cit.*

Cùm igitur reſeruauerit ſibi Dominus Deus decimas, & primitias in ſignũ vniuerſalis dominii cunctorum omnium ab ipſo creatorum, hominique traditorum, iraſcaturque adeò ipſemet Deus contra reddere recuſantem, vt inferat maledictionem, famem, & penuriam, eò quia vltra præuaricationem Diuini præcepti, patitur homo, bonorũ, & fructuũ terræ indigentiam, venientque locuſtæ, & bruchus, vt comedat fructus eorum, & tandem, quia quod non datur Chriſto, datur Fiſco, vt vulgò circumfertur, tradiderunt poſt *Archidiac. in cap. 1. de decim. in 6. Affl. in Cõſtitut.* Regni *Quanto cæteris nu.* 13. *ac Viuius deciſ. 4. nu. 68.* ſicuti è contra, qui debitas reddit Deo
7 primitias, & decimas, multa conſequitur bona, quæ cumulat *Ioan. Andr. in d. c. 1. de decim. in 6.* & poſt eum *idem Affl. loco cit. d. nu.* 13. videlicet. Primò ſanitatem corporis. Secundò vbertatem fructuum. Tertiò remiſſionem peccatorũ. Quartò dona cæleſtia, adducunt *tex. in*
8 *cap. decimæ* 16. *q.* 1. per quem ſic voluit etiam *Guid. Pap. deciſ.* 266. *num.* 3. vbi ponit etiam vnam notabilem illationem, videlicet, quòd licèt conductor non teneatur ad ſolutionem penſionis propter ſterilitatem, tenebitur tamen ſi non ſoluerit decimam in pœnam non ſolutionis decimarum, ſecutus *Geminianum d. c. 1. de decim. in 6.* qui dat etiam cautelam, vt cauti ſint Aduocati opponere contra tales, quòd ipſi non ſoluerint decimas, bona igitur erit, perfectiq; Chriſtiani partes integras illas Deo referre propter tot ab ipſo in hominem collata beneficia, ac ad ſubterfugiendum diuinum iudicium, pęnam, & gehennam, & recognoſcendo illum tamquàm Dominum de omnibus, quæ recepit in temporalibus, euitet maledictionem, ac bona temporalia conſequatur, & ęterna.

Et quia materia iſta decimarum eſt admodùm perplexa, ac diuerſimodè lõgo ſtylo à *Doctoribus* pertractata, tùm in peculiaribus tractatibus, tùm etiam obiter, ac in diuerſis locis, cùmq; materia ſit valdè frequens, nec inutilis, libebit proinde aliqua afferre in hoc, breui tamen ſtylo, adeò vt nõ particularẽ tractatũ facere videamur, ſed ea tãtummodò ponere, quæ quotidiano vſui in foris videtur magis fręquẽtata, & cõtrouerſa.

Pro cuius clariori intelligentia ſtatuẽda aliqua pro periodis arbitror, ne confuſè procedere videamur, ex quorũ, ac illationum, concluſionemq; ex iis emergentium reſolutione vniuerſæ tractationis abſolutio depẽdet. Et primò, quid ſit decima. Secundò, quotuplex ſit. Tertiò, quo iure debeatur, quouè fuerit iure introducta. Quartò, quæ actio detur pro cõſecutione decimarũ. Quintò, de quibus debeatur decima. Sextò, qui teneãtur ad decimas; & qui nõ. Septimò, quo tempore ſolui debeant decimæ. Octauò, ad quem ſpectet decimarum cognitio. Nonò, cui debeatur decima. Decimò, vtrùm cauſa decimarum ſit appellabilis. Vndecimò, vtrùm decimæ poſſint præſcribi, & quanto tempore illæ præſcribantur. Duodecimò, vtrùm decimæ poſ-

Digitized by Google

poſſint concedi laicis in feudum. Et tandem decimotertiò, quis poſsit concedere immunitatem, & exemptionem à ſolutione decimarum.

9 Et quòad primum, decima eſt bonorum omnium mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo data, conſtitutione Diuina debita *Hoſtienſ. in ſumma tit. de decim. Rebuff. ſimiliter de decim. quæſt. 4. Viuius d. deciſ. 4. num. 48*, probat paucis tantummodò immutatis; quæ re vera non mutant ſubſtãtiam huius diffinitionis *Monet. in tract. de decim. cap. 2. quæſt. 1. num. 1.* vbi alios adducit, ibidemque verba omnia huius diffinitionis examinat, ad quem recurrere quiuis poterit, qui terminorum intelligentiam adipiſci deſiderat.

Cœterùm aduerſus hanc communiter amplexam diffinitionem videtur refragare vnum, videlicet, non eſſe ab omnibus receptum, Decimam eſſe de iure Diuino, ſicuti dicemus infrà in reſolutione tertij quæſiti, ac proindè non reddi abſoluta verba illa diffinitionis in calce ipſius, ibi, *Diuina conſtitutione debita.* Quicquid tamẽ ſit de illis, ſufficit pro nunc indicaſſe, quòd ſit pars decima bonorum omnium licitè quæſitorum Deo data, nàm de veritate dicemus infrà ſuo loco.

Eſt itidem aduertendum, quòd licèt de iure decima ſit decima pars, vt ſupra in diffinitione probauimus; cõſuetudine
10 tamen induci poteſt, vt decima poſſit minui, & ſic vt ſoluatur ea de ſumma, & quantitate vltrà decem, putà de viginti, vel triginta, & ſic de ſingulis, vt declarabimus infra in nono quæſito, vbi dicemus, poſsit, nec nè decima præſcribi, & quanto tempore, ac vtrùm ſi quota tantùm decimæ, an verò tota decima, ſiuè ius percipiendi, & exigendi decimam.

11 Obſeruandum inſuper circà iſtud ad vnum multùm notabile in praxi, ſcilicèt quòd quãuis decima, vt diximus ſupra, ſit pars decima: quando tamen agit Curatus, vel alius, ad quem ſpectat ius percipiendi decimas petitorio iudicio pro decimis, ſolet lite pendente per modum prouiſionis Curato illi agenti, ad hoc vt viuere poſſit decerni decima de quatraginta vnum, & ſic quarta pars decimarum, & hoc, ſaluis iuribus quòad integram decimam, vt adnotauerũt *Gratian. deciſ. Marchiæ* 100. *nu.* 7. *& Anton. Faber in eius Cod. Fabr. tit. de ſacroſ. Eccleſ. definit.* 24. vbi ſic quotidiè in eo Senatu Sabaudo ſeruari teſtatur, adducit in id *Rebuff. in præfato tract. de ſentent. prouiſional. nu.* 30. vbi idem per Senatum Pariſienſem iudicatum extitiſſe refert, eaq; potiſſimùm ratione id euenire tradit *Faber loc. cit.* quia vt plurimùm inualuit cõſuetudo vbiq; præſertim in Italia, vt minòr portio, quàm pars decima debeatur pro decima, & ſic plerumq; vigeſima, & proindè ſi lite pendente maior pars, quã quatrageſima decerneretur eueniret abſurdum præcipuum, quia ſcilicèt maior eſſet prouiſionalis, quàm diffinitiua condemnatio.

Quòad ſecundum, quotuplex ſcilicet
12 ſit decima, *Theſaurus filius quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 86. num. 2.* in duo diſtinguit genera dicens, quòd alia ſit laicalis, alia verò Eccleſiaſtica, laicalem verò ibi-
13 dem ſub *numer.* 4. dicit, eſſe illam, quæ Principi laico, vel Eccleſiaſtico ratione temporalis dominij, ac Vaſallis, cæteriſq; Feudatarijs debetur ab hominibus, ſub-
14 ditiſq; non intuitu Sacramentorum, ſed benè in ſignum ſupremi dominij, quod & antiquitùs etiam tempore Romanorum viguiſſe, qui decimas inter vectigalia Populi Romani connumerabant ibidem teſtatur, ſubdens, quòd de hac decima laicali locutus eſt *Baldus in loco ibi* per eum commemorato. Et de hac decima laicali competente etiam Baroni locuti ſunt *D. de Franch. deciſ.* 117. *& deciſ.* 124. *per totas, ac Anna ſenior alleg.* 94.

15 Eccleſiaſtica verò decima eſt illa, quæ à Deo fuit inſtituta in veteri teſtamento pro ſubſtentatione Sacerdotum, & Leuitarum, quam poſtmodùm ad Sacerdotes fidei Chriſtianæ poſt Sacroſanctæ Eccleſiæ fundamentum eodem iure, & cum iiſdem priuilegijs fuiſſe translatam teſtatur ibidem *num.* 2. quo loci ſubdit, etiam iſtam Eccleſiaſticam decimam deberi Parocho, qui adminiſtrat Sacramenta in loco, videlicet Baptiſmum, Pœnitentiam, Euchariſtiam, Extremam vnctionem,

ctionem,

Digitized by Google

ctionem, ac mortuos ſacris mācipat Sepulturis.

16 Eccleſiaſticam autem decimam *Moneta in relato tract. de decim. cap. 3. quæſt.* 1. arbitratur, poſſe dupliciter conſiderari, videlicèt, vti genus, & vti ſpeciem, & quòd vti genus diuidatur ea in illa quatuor genera decimarum, quæ fuerunt olim in lege veteri, de quibus *ipſe ibidem* per totam quæſtionem diſcurrit, ac de quibus loquitur *tex. in cap.* 1. *extra de decim.* Vti verò ſpecies ex *Rebuff. de decim.*

17 *quæſt.* 3. *num.* 28. *& Tyndaro in conſimili tract. de decim. in princ. ex Diuo Thoma* 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 2. *Couar. lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 17. *nu.* 2. *ex Soto, Hiſpan.* ac cæteris per ipſum adductis diuidit decimas

18 in duas ſpecies, in perſonalem ſcilicèt, & realem, ſiuè prædialem. Perſonales decimæ ſun t quæ debentur de acquiſitis ex induſtria, artificio, vel contemplatione perſonæ *cap. ad Apoſtolicæ, vbi glo. extra de decim. & cap. decimæ* 16. *quæſt.* 1. Inter iſtas connumerantur pecuniæ ex negotiatione, vel bello acquiſitæ. Connumerant alij inter perſonales decimas, venationes, piſcationes, & aucupia, inter quos eſt *Innoc. in cap. non eſt in poteſtate de decim.* & alij per *Monetam loc. cit. nu.* 8. adducti.

19 Prædiales, ſeù reales decimæ ſunt illę, quæ debentur de fructibus perceptis ex re, vel ex prædio, quales ſunt triticum, vinum, oleum, & ſimilia, & de his loquitur *tex. in cap.* 1. *& in d. cap. ad Apoſtolicæ de decim.* loquuntur *Rebuff. d. tract. quæſt.* 3. *num.* 32. *ac Hoſtienſ. in eius ſumma tit. de decim.* §. *quot ſint eorum ſpecies*. Addunt alij, vt *idem Hoſtienſ. loco cit.* à quo habuerunt *Rebuff. d. quæſt.* 3. *nu.* 33. *Nauar. in manual. cap.* 21. *num.* 29. *Niger in cap. Regni Volumus nu.* . *Zerola in praxi Epiſcop. tit. de decim. num.* 2. & cœteri fre-

20 quentiùs, tertiam decimarum ſpeciem, quam mixtam appellant, & eſt illa, quæ debetur de rebus, quæ partim ex re, partim ex induſtria capiuntur, & inter has connumerant venationes, piſcationes, & aucupia, ex eo, quia in illis pręualet perſona, & præualet etiam res, cùm in terra, & aqua viuant, & gignantur, connumerant etiam fœtus animalium, aliaq; permulta, vt per eos, ad quos me remitto, ſciens, cùm noſtri inſtituti extiterit ſemper ea tantùm inſerere, quæ non reſpiciunt totalem terminorum examinationē, qui ſatis ſunt noti Tyronibus, Prouectis, ac in Forenſi paleſtra verſantibus.

Et quia hoc in loco incidimus in decimam laicalem, quæ iure debetur Dominis temporalibus Supremis in ſignum ſupremi dominij, quod in re exiſtente in locis ſibi ipſis ratione præfati temporalis dominij ſubditis habent, pro ſubſtentandis publicis expenſis, & conſequenter vaſallis, Feudatarijs, de præfatis ab ijſdem infeudatis, quos in Regno Barones appellamus, non abs re ad aliqua inferendū putaui, quæ ſunt multùm vtilia, & in praxi valdè neceſſaria in materia decimæ ipſis debitæ, quorum occaſione ſecundùm contingentiam facti variæ fuerunt editæ deciſiones.

21 Et primò, quòd quemadmodùm conſuetudine inductum eſt, vt decima prædialis Eccleſiaſtica ſit immutata ſm̄ conſuetudinem loci, vbi percipitur, vt .ſ. alibi percipiatur decima, alibi vigeſima, alibi trigeſima, non autem maior pars decima fructuum, qui percipiuntur ex re, ſuper qua Prælatus Eccleſiaſticus, vel Curatus, aùt quilibet alius, qui ius decimandi habet, ſic pariter in decima laicali prædiali conſuetudine eſt inductum, vt aliquando ea ſit minor pars decima, & ſic duodecima, vigeſima, & ſic de ſingulis, aliquandò verò, & hoc frequentiùs, vt ſit maior pars decima, & ſic octaua, ſeptima, ſexta, & deinceps ſecūdùm morem Regionis *Anna ſen. in repetit. rubr. de vaſallo decrep. ætat. num.* 65. *cum ſequentib.* & ità videmus in dies obſeruari; nam ab aliquibus Baronibus exigitur pro decima octaua pars, vt præcisè in mea patria in territorijs feudalibus Baronis ex conceſſione cum Regio aſſenſu, alibi decima, vt in multis locis conuicinis, alibi verò ſexta vſq; ad quintam, immò vſq; ad medietatem ſeminis, & hoc iure vtimur.

22 Secundò, quòd Barones non habent in dubio eorum intentionem fundatam de iure percipiendi decimam ex prædijs exiſtentibus intrà fines Feudi, vel Caſtri, ra-

ratio eſt, quia in dubio bona non debẽt dijudicari feudalia, ſed potiùs allodialia *Afflict.deciſ.*277.*num.*6. *Cacheran.deciſ.* 26.*num.*13. *Natta conſ.*514.*num.*26.*Roland.conſ.*46.*num.*39.*vol.*3. cæterique permulti, quos in numero copioſo adducit in terminis *Maſcard.* quẽ ſufficiat pro omnibus allegaſſe in *tract.de probat. concluſ.*79.*à nu.*5.*vſq.ad nu.*7. vbi etiam de communi, frequentioriq; calculo *Doctorum* magis recepta teſtatur.

23 Et ratio eſt: quia de iure primæuo omnis terra libera eſt,& ſic ſemper in dubio præſumenda eſt, niſi contrarium probebetur, vt conſiderat etiam *Afflict.deciſ.* 267.& poſt eum *Hieronym. de Monte in tract.de finib.reg.cap.*96.*num.*7.*Clarus in* §.*feudum quæſt.*18.& *Bellon.in d.cõſ.*10. *nu.*9.

Nec ad hoc valet regula illa, quòd quicquid eſt intrà fines feudi dicitur feudale *cap. omnes Baſilicæ* 16.*quæſt.*7.*And. de Iſern.in cap.*1.§. *quidam tamen de controu.feud.int. maſc.& fœm.* probat *Hoſtienſ.in cap. nimis de iure iur.* cæterique frequentiùs poſt eos, quia regula illa quòad iuriſdictionem, nõ autem quòad dominiũ intelligitur, vt diximus ſupra in *cap.*6. *nu.*83. vbi alias etiam tradidimus intelligentias,& limitationes ad regulam illã, præcipuè quando reliqua bona eſſent allodialia, quæ exiſterent intrà fines feudi: quo caſu eiuſdem naturæ cenſerentur, & ſic pariter allodialia, & libera ea, de quibus controuerteretur, vt voluit *Andr.de Iſer.in d.*§. *quidam tamen.*

24 Infertur tertiò, quòd decima prædialis prædicta competens Baroni à ſuis vaſallis pro re feudali debet eidem Baroni in horreis ſuis proprijs conſignari, non autem in areis, idque intuitu reuerentię, quæ eidem Baroni debetur per vaſallos ad inſtar decimę Eccleſiaſticę debitę Sacerdotibus, ſeù Curatis, quæ debet in horreis proprijs Curatorum conſignari ſecundùm *gloſ. in cap. reuertimini* 16.*q.*1.*in verbo in horreo,& in cap.decima ead. cauſa quæſt.*7.*verſic.horreum,* *Couar.variar.reſolut.lib.*1.*cap.*17.*nu.*8.*verſ.octauò ex his colligi poteſt*, concordantes alios adducit *D.de Franch.deciſ.*124.*nu.*1. quibus addendi ſunt *Viuius deciſ.*4.*num.*32. *Burſat.in conſ.*50.*num.*10.*volu.*1.*Ferron. in ſuis commentar.tit.*8. *de feud.& iure emphyt.*§.22.*& ſeqq.verſic.ſic decimas lib.*2.*Carpan.ad Stat.Mediol cap.*389.*par.*2. *num.*11. ità in puncto principalis illationis voluit *Paris de Puteo de reintegration. feud.cap.*33.incip. *fuit magna quæſtio per totam*, quem ſecutus fuit *D. de Franch.* tametſi referat, punctum non fuiſſe deciſum *d.deciſ.* 124. *num.*2. vbi limitare
25 iſtud videtur ex multorum placitis, quos *ibidem* copioſè adducit, quando in contrarium eſſet conſuetudo, & ità diuerſimodè ſecundùm diuerſam conſuetudinem locorum vidi obſeruari. Nàm in aliquibus locis, & præcipuè in mea patria vaſalli ducunt decimas ſuis ſumptibus vſque ad horrea Baronis, in alijs verò locis, & permultis ipſi Barones mittunt eorum propria animalia vſque ad areas, & loca, vbi fructus colliguntur ad illas capiendas.

Infertur quartò, quòd decimator, ſiuè is, cui ſpectat ius percipiendi decimas, qualis eſt Dominus temporalis pro decima laicali ſibi competente, vt ſupra, ac qualis eſt etiam Parochus, vel quicumq;
26 alius, qui ius iſtud decimandi habet poteſt prohibere Domino territorij, ex quo debetur decima, ne exportentur fructus, donec fuerit facta deſcriptio, & ſolutio decimæ ipſi ſpectantis, fuit originale dictum *Specul.in tit.de decim.*§.*fi. vbi Ioan. Andr.in addit. ad eum*, quem ſecuti ſunt *idem Ioan. Andr. Ancharan.* & cæteri omnes communiter in *cap.ex parte il ſecondo extra de decim.Guid. Pap. Luc.de Pen.Couar. Rebuff.D. de Franch.& Theſ. fil.in locis per nos relatis ſuprà in cap.*2.*nu.*17. quibus adde *Tiraquell. de retract. lignag.*§.1.*gloſ.*7. *nu.*39. vbi extendit hoc, ſiuè ampliat ad quemcumq; habentem partem in fructibus ratione decimæ, cõ-
27 tra quos iure inductum eſt, vt per præfatos poſſit iuuari in litem in caſibus prędictis, prout præcisè in Sacerdote,& Dominis ex cauſa decimæ tàm laicalis, quã Eccleſiaſticæ dixit *Plotus in tract. de iure iur.in litem* §.4.*num.*13. ratione doli, in quo tales eſſe dicuntur, ſecundùm *Bald. Crauett.*& alios, quos ibi adducit.

28 Amplia, hoc licere etiam præfatis, nõ ob-

Digitized by Google

obſtante qualibet conſuetudine in contrarium, eo quòd tamquàm præbens anſam furandi, ac parandi fraudes, non erit ſeruanda, quemamodùm non obſtante illa, competere tale ius prohibendi concludunt communiter *Doctores* præfati, & in ſpecie *D. de Frãch. deciſ.* 117. *num.* 1. *Viuius deciſ.* 4. *num.* 39. vbi deciſionem in caſu contingenti affert.

29 Amplia ſecundò, vt poſſit talis decimator ad euadendas fraudes deputare etiam Cuſtodes ad cuſtodiẽdum victualia, & fruges, ex quibus decima debetur, per *tex. in l. ſi ità §. dominus proprietatis ff. de vſu, & habitat.* concludunt *Frec. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 12. *in princ. Foller. in cap. Regni Itẽ ſtatuimus, quòd Prælati num.* 14. *D. Præſes de Franch. d. deciſ.* 117. vbi ſic iudicaſſe refert ad fauorem cuiuſdã Epiſcopi, qui erat in poſſeſſione exigendi decimas *Viuius d. deciſ.* 4. *num.* 40. *ac Annaſen. allegat.* 94. *num.* 8. vbi, & in numeris ſequentibus loquitur de decima debita Baroni, quæ vulgariter, & cõmuni vocabulo dicitur *Terraggio* in Regno noſtro, ſecundùm *Annam ſen. in rubr. de vaſallo decrep. ætat. nu.* 66. quod vocabulum etiam apud Francigenas, ſiuè Gallos viget, qui decimas præfatas, aùt terragium, aùt complanctus appellant, vt obſeruari poteſt apud *Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §.* 1. *glo.* 7. *nu.* 33.

30 Sed dubium inſurgit ex propoſitis, quòd ſi decimator, vtputà Baro, vel quilibet alius, ad quem ſpectat ius decimandi recuſaſſet ire, vel transmittere hominem ad faciendam deſcriptionem fructuum, & ad percipiendam quotam, ſibi pro decima ſpectãtem, vtrùm poſſit Dominus fructuum illos aſportare abſque alia deſcriptione, ſiuè partitione non adhùc facta. Et *D. de Franch. d. deciſ.* 117. *num.* 2. refert, quòd Sacrum Conſilium ſolet prouidere, quòd ſi facta denunciatione temporis, vel diei ipſi Baroni, vel eius Aerario non tranſmitteret hominem, liceat vaſallis, nè meſſis, vel fruges amittantur, ſiuè corrumpantur triturare, & colligere meſſem, alioſque fructus, pro quibus decima deberetur, hoc idem voluit *Theſ. filius d. quæſt.* 9. *num.* 2. *lib.* 1. vbi ſubdit vnum, quod fuit ab alijs relictum intactum, videlicèt de tempore, quo expectandus ſit decimator, vt ſcilicèt quòad fruges expectandus ſit per duodecim horas diurnas, quò verò ad vinum per biduum, quibus elapſis, ac monito decimatore, ſi recuſet, liceat impunè reducere fructus relicta decima in agris, & quòd ità cenſuerit Senatus Pedemõtanus, quod valdè notandum contra aliquos Barones, qui ad æmulationem ex cauſa odij concepti contra vaſallos ſuos, procraſtinant mittere decimatorem ad faciendam menſuram, & partitionem, ad hoc vt fructus, ac fruges corrũpantur ex ſuperueniente intemperie, & pluuia, & hoc ego habui quandoq; in facto, & ſum teſtis in cauſa propria, ſed perſonas non nomino.

31 Sed qua pœna plecti debet qui non accerſito decimatore fructus abſtulerit, vel eos in totum, aùt in partem ſubtraxerit in damnum Parochi, Baronis, vel alterius, ad quem ſpectat ius decimandi? Si loquimur quòad fraudantes decimas Eccleſiaſticas, hoc non habemus expreſſum de iure, ſed tantùm *Doctores in cap. ex parte il ſecondo de decim. ac Guid. Pap. deciſ.* 285. *Couar. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *verſic. octauò ex his colligi, Lucas de Penna in l.* 2. *C. quando, & quib. quarta pars deb. lib.* 10. *Rebuff. de decim. quæſt.* 5. *num.* 23. *D. de Franch. deciſ.* 117. *ac Theſaur. filius quæſt. forẽſ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 1. qui alios cumulat dicunt, quòd poteſt prohiberi, nè exportẽtur fructus, ac quòd poteſt ijs inhiberi, etiã ſub pœna excommunicationis, quòd deducant ex *tex. d. cap. ex parte il ſecondo*, qua autẽ pœna afficiantur, ſi contrafecerint, præfati *Doctores*, & cæteri, quos hùcuſque viderim non aperiunt.

Ego tamen crederẽ, hoc decidi poſſe ex *text. Regiæ Pragmatic.* 2. *in princ. ſiuè ex Bulla Papæ Honorij in ea inſerta ſub rubr. de Cleric. ſeù Diac. ſaluat.* vt ſcilicèt pœna ſit dupli pro decimis, & alijs iuribus, quæ perſonis, vel Eccleſijs debentur, quibus ſecundùm ordinationem præmiſſam ſolutum non fuerit. Nec referret, ſi ex aduerſo obijceretur, quòd pœna iſta dupli ſpecificè in ea *Pragmat.* contra tales fraudantes non aperiatur: quo-

Digitized by Google

quoniam dùm ſtatuitur in ea, vt ſub pœna dupli, qui ad decimas tenentur, debeant eas integraliter ſoluere, ex quo ſi fructus, ex quibus debetur decima ſubtraherẽtur, ſiuè in totum, ſiuè in partem non fieret ſolutio integraliter, tacita eſt coniectura, vt idem ius ſit ſtatuendum, eademque pœna inhibenda in vtroque caſu, contra .ſ. non ſoluentes integraliter, & contra ſubtrahentes: cùm vnum, idemq; ſit, nec credo poſſe reddi rationẽ differentiæ inter vnum, & alterũ caſum. Et proindè crederem etiam in præſenti caſu, (ſtante quòd nihil, vt dixi, reperitur ſtatutum expreſsim, nec tacitè in vtroq; iure) non poſſe iure ſubſtineri corruptelam, quam in aliquibus locis obſeruari vidi, vt.ſ. puniatur fraudãs Eccleſiaſticas decimas in amiſsione omniũ fructuum, de quibus ſolui debebat decima, & non fuit ſoluta, & ſic fraudata, non autem in duplo quotæ ſpectãtis pro iure decimę: nam cùm certa pęna ſit de iure præfixa, non poteſt augeri, nec alterari ab inferioribus Principe, qui eam indixit, ſecundùm *Afflict. in prælud. Conſtitut. Regni quæſt. 6. num.* 5. vbi concordantes cumulat, & poſt eum probat *Niger in cap. Regni Inter ſubiectos num.* 12. prout in ſpecie de inferiore Principe Eccleſiaſtico dixit *Felin. in cap.* 1. *col.* 1. *&* 2. *extrà de reſcriptis*, quem ſecutus eſt *Boſſius tit. de pœnis nu.* 26.

32 Fallit tamen iſtud, quando ſtatuto, vel conuentione aliud inductum fuiſſet, prout hîc in patriã mea, in qua ex conuentione inter meos Prędeceſſores Curatos cum meis Parochianis circà ſolutionem decimarum fuit ſpecificè ſtatuta pœna ducatorum ſex contrà Parochianos decimas fraudantes, quæ conuentionalis pœna iure validatur per ea, quæ voluerunt in ſimili *Doctores* de pœna impoſita per ſtatutum, quòd ſcilicèt ſit ea obſeruanda, etiam ſi eſſet exorbitans à pœna impoſita de iure, vt eſt obſeruare ſecundùm magis communem *DD.* opinionem apud *Bald. in l. data opera num.* 19. *cum ſeqq. C. qui accuſ. non poſſ. Viuium commun. opin. in verbo Statutum imponens, & Clarum lib.* 5. *recept. ſent. §. fin. quæſt.* 85. *verſic. debet etiam* cum cœteris per *ipſum* cumulatis.

33 Quò verò ad fraudantes decimas laicales debitas Dominis ratione tẽporalis dominij, vt ſupra, hoc ſimiliter non reperi in ſpecie adhùc tactum ab aliquo ex omnibus, quos hùcuſq; legerim. Crederèm tamen, quòd deberent tales illis pœnis ſubijci, quibus de iure ſubijciuntur qui fraudãt gabellas, collectas, & vectigalia, contra quos iure ſancitũ eſt, vt puniãtur amiſſione omniũ bonorum, vel merciũ, ex quibus deberet ſolui gabella, collecta, vel vectigal, & non fuit ſoluta, per ea, quæ in proprijs terminis voluit *Guid. Pap. deciſ.* 572. & ſic in amiſſione fructuum, ex quibus debebatur decima, ſiuè terragium: cùm nulla poſſit reddi differentiæ ratio inter decimas, & gabellas, ſiuè collectas, & vectigalia, quin pęna ſtatuta in iſtis, deberet minui, vel augeri in illa.

Et ex hoc àduertendũ eſt, malè faceres aliquos Barones, qui prætendentes, ſuos vaſallos Burgẽſes poſuiſſe os in Cęlũ, ſi quandoq; contingerit, quòd fraudauerint terragiũ (vt cõi vocabulo loquar) non contenti punire illos in amiſſione fructuum, ſiuè victualiorum, ac frugum, ex quibus debebatur decima, iuxtà à nobis ſupra exarata, quærũt eos punire, & effectualiter puniunt, ſiuè mulctant in confiſcatione omnium bonorum, aut ſaltim maioris partis ipſorum, quod eſt deteſtabile, & inhumanum. Nec deſunt aliqui, qui ſine deprehenſione vlla, & fragrantia delicti examinant vnum, aut duos, qui deponunt, ſe vidiſſe, quòd illi tales ſubtraxerint, vel cœlauerint fruges, ſiuè victualia ante factam deſcriptionem, ac partitionem, & in fraudem terragij, & quod peius, ſubducũtur multoties aliqui inquiſiti ſub præmio gratiæ de delictis, de quibus inquiruntur ad talia deponenda, & ex eorum dictis, quibus fore credendum ſtatuunt, ſicuti Euangelio, formant inquiſitiones contra pauperrimos ſubditos, à quibus excoriant poſtmodùm, nè dicam temporalem ſubſtantiam, verùm etiam cutem vſque ad ſanguinem; quod quantum ſit abhominabile, & deteſtabile apud Deum, dignoſcetur in alio ſæculo,



Digitized by Google

quando manifeſtari illos oportet antè Tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſsit, ſiuè bonum, ſiuè malum, iuxtà illud *Apoſt. 2. Corinth. cap.* 5.

34 Vtrùm autem fraudantes gabellas teneantur etiam in foro poli, ac ad reſtitutionem, adeundus eſt *Menoch. de arbitr.*
35 *Iudic. lib. 2. caſu* 397. *per totū*, vbi multos *DD.* cumulat, & decidit etiam alium articulum, videlicèt, qua pœna puniatur viator, ſiuè forenſis, ſi pertranſierit non ſoluta gabella de mercibus, & bonis per ipſum inuectis.

Fallit tamen iſtud, & limitationem recipit, ſeù reſtrictionem, niſi aliter fuerit conuentione inductū inter vaſallos Burgēſes, & Feudatarios, ſiuè Barones, quibus laicalis decima debetur, vt in mea patria, in qua ex capitulatione inhita inter Ciues, & Baronem cum Regio aſſenſu cautum eſt, vt fraudans decimas laicales, ſiuè terragium, non teneatur niſi ad duplum terragium, ſiuè ad duplum quotæ, quæ debetur ex quantitate fraudata, ad inſtar illius, quod cauetur in *dicta Regia Pragm.* 2. *de cleric. ſeù diacon. ſaluat.*
36 quòad decimam Eccleſiaſticam, vt diximus ſuprà, quod ſtatutum ambigimus etiam in fraudantibus releuium, contrà quos iure inductum eſt, vt teneantur ad duplicatum releuium, tametſi fuerit olim ſtatutum, vt perderent Feuda, vt in *cap. Regis Roberti*, de quo teſtantur *Ayellus de iure Adohæ num.* 71. *&* 72. *Grammat. deciſ.* 103. *nu.* 221. *D. de Franch. deciſ.* 121. *nu.* 15. *& deciſ.* 425. *nu.* 1. alijq; longa ſerie cumulati per *Capanum de iure releuij par.* 1. *quæſt.* 1. *nu.* 14.

37 Sed ponamus caſum, quòd fuerit quis in fragranti deprehenſus cum fraude, nùm ſit iſte talis puniendus quòad amiſſionem fructuum tantùm, vt ſuprà, an etiam iumenti, vel currus, aùt alterius generis animalium, cum quibus fraudatas merces geſtabat. Et quicquid ſit de iure ex doctrina *Salyc. in l. cùm proponas C. de naut. ſœnor.* cum concordantibus allegatis per *Annam ſeniorem in ſing.* 225. *per Boer. in deciſ.* 178. *nu.* 27. *cum ſeqq. Petrum de Rauenna ſingul.* 853. ac per *Ariſminum Tepatum variar. ſent. iur. tit.* 368. *cap.* 2. Qui dixerunt, talem puniendum in amiſsione vtriuſq;, fructuū videlicèt, & iumentorum, ſiuè animalis, vel currus: attamen de conſuetudine in hoc noſtro Neapolitano Regno non punitur, niſi in amiſsione bonorum, de quibus fuit facta fraus vectigalium, & gabellarū, vt teſtatur præfatus *Anna ſenior d. ſingul.* 225. qui licèt loquatur in fraudante pedagia, & vectigalia, idem quoq; iuris eſt ſtatuēdum in fraudante decimas; cùm, vt ſuprà diximus, non poſsit quòad hoc aſsignari differentiæ ratio inter vnū, & alerū caſū.

Verùm contrà *Annam loco cit.* videtur obſtare fortiter *tex. in cap. Regni* incip. *Item prædicti* 83. *in ordine ſub Rubr. quòd non capiantur vaſcella, iumenta, ſiuè prohibita, &c.* vbi apertè diſponere videtur, quòd vaſcella portantia merces prohibitas ſunt ſimùl cum mercibus, & perſonis in eis repertis Curiæ ſine diminutione aſsignanda. Niſi dixerimus, *cap. prædictum* non facere caſum, nec vrgere contrà, ex eo, quia & ſi diſponatur in eo, vt vaſcella, & merces prohibitæ conſignētur Curiæ per capientes, nō per hoc ſequitur, ꝙ vtraq; ſint Curiæ applicanda, & conſignatio totalis prædicta inſinuari forſitàn petitur ad finē, vt cognoſcatur de idemtitate rei quòad pœnam infligendam cōtrà extrahentes merces prohibitas; vel quòd loquatur de mercibus, omninò aſportari prohibitis, hìc verò nō agitur de rebus omninò prohibitis aſportari, ſed benè, quòd liceant aſportari ſoluta gabella, aùt datio, ſiue vectigale, & quòd proinde caſus ſit differens, cogita tamen, quia pro opinione *Ann. ſen.* vbi ſupra, ac pro cōi obſeruantia, de qua ipſe teſtatur ſtat etiam *Rip. in tractat. de peſte in titul. de remed. ad conſeru. vbert. nu.* 130. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum prohibet aſportationem frumenti ſub pęna confiſcationis eiuſdem, non venient in confiſcatione ſaccus, plauſtra, & animalia, ſiue naues, quibus exportantur frumentum, vel alia vetita merx; adducit in id in terminis *Bald. & Salyc. in l.* 3. *C. de nautic. fœnore*, de *Ripa* meminit *Baiard. ad Clarum* §. *fin. quæſt.* 82. *num.* 80. *&* 81. & hoc quòad ſecundum, quotuplex ſcilicet ſit decima.

38 Quòad

Digitized by Google

38 Quòad tertium,quo iure fuerit introducta decima, ſiuè quo iure illa debeatur, fateor quidem,hanc eſſe vnam de magis arduis quæſtionibus, quæ diſcutiantur tàm à *Doctoribus* vtriuſq; facultatis, quàm etiã inter ſacros Theologos. Aliqui enim diſtinxerunt decimas prædiales à decimis perſonalibus, & quòad decimas prædiales ſtatuerunt illas tàm iure Diuino, quàm etiã iure naturæ debitas, inter quos extiterunt *Hoſtienſ. in ſumma tit.de decim.§. & verũ q.7. Felin. in c. cauſã circà principium extrà de præſcript. Cardinalis*, qui cõmuniter hãc re-receptã teſtatur in *c.1.extrà de decim.Archidiac. Ancharan.*& cœteri ferè omnes, præſertim *Frãc.in c.1.de decim.in 6.Abb. in c.in aliquibus circà finem eod. tit.de decim.Alex.in conſ.60.lib.4.* Quò verò ad perſonales dixerũt præfati DD. in locis citatis iure tantùm poſitiuo eas deberi, nõ aũt iure Diuino,vel naturali.Qm̃ verò vagare circà examinationẽ iſtius, quemadmodùm controuerſi, ità & difficillimi articuli,paruæ,aùt fortè nullius eſſet vtilitatis,ideò breuiter in eo me expediam, ſtatuendo,veriorẽ opinionem in hoc articulo eſſe illam,quam præcęteris ſubſtinuere duo illa fulgentiſſima,doctiſſimaq; ſimùl Hiſpaniarũ ſydera *Didacus Couar.* ac *Fernandus Vaſquius*, ille *c.ſ.variar. reſolut.lib.1.cap.17.num.2.*hic verò *illuſtr. controuerſ. lib.2. cap.* 89. *num.*1. ſibi ipſis præeuntibus omnibus ferè ſacris Theologis,præſertim *D.Th.2.2.q.87.art.1.*vbi etiam doctiſſimus *Caiet. Diuò Anton. in eius ſumma par.2.tit.4.c.3.§.5.eod.D.Th. quodlibeto 2.art.8.Alex.de Ales in 3. par. ſummæ q.51.membr.6.art.1.* cum cęteris alijs latiſſimè cumulatis per *Monetam in tract.de decim.c.1.q.2.per totam*, vbi diſputando ad partes quæſtionem, in hac quoq; ipſe reſidet, & à quo excipi poterunt *DD.* etiam oẽs, qui alteram ex præfatis opinionibus ſunt ſecuti; nã ibi penè omnes cumulat,qui quidem præcitati *DD.* pro veritate huius articuli inueſtiganda tria tempora diuerſa diſtinxerunt. Primũ ſcilicet tempus veteris teſtamenti antè aduentum Domini Ieſu Chriſti in carne mortali.Secundũ aduentus Chriſti, & ſic tempore, quo ipſe Dominus Chriſtus in humanis agebat. Tertium verò tempus poſt eiuſdem Domini noſtri ſeruatoris Chriſti mortem.

Quòad primum tempus dixerunt,decimas quaſi Diuino iure fuiſſe inductas, & debitas ex veteribus præceptis, de quibus in antiqua lege, & de quibus ſigillatim apud eos.

Quò verò ad ſecundum tempus,aduentus ſcilicèt Chriſti in carne paſſibili, tale præceptũ de decimis perſoluendis nullatenùs expreſſum reperiri, nec apud *Euangelia*, nec in *libro Actuum Apoſtolorum*,nec alibi in nullo ex locis noui teſtamenti: tametſi perfunctoriè in aliquo ex ipſis de decimis fiat mentio.

Quò verò ad tertium tempus,poſt ſcilicèt mortẽ Chriſti dixerunt,præceptum de decimis perſoluendis non fuiſſe, nec eſſe illud ceremoniale, ſed benè iudiciale, & ſic eas Pontificia tantùm lege, ac humano iure indictas extitiſſe,ad ſimilitudinem tamen,imaginem,imitationemque Diuini iuris, quod antè aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti in carne viguit, quodq; iàm abierat, ac euanuerat per aduentum eiuſdem Chriſti, ac promulgationem Euangelicæ legis, non autem ad imitationem Diuini iuris quod idem Chriſtus in ipſa lege Euangelica, ac in nouo teſtamento nos docuit, nobiſq; obſeruandum illud præcepit:cùm in eo teſtamento nullum reperiatur de hoc expreſſum præceptum, quemadmodùm pluribus palpabilibus, ac inconuincibilibus rationibus comprobat *idem Couar. loc.cit.nu.2.verſ.prætereà decimas*, extendens *ibidem* hoc nõ tantùm quòad perſonales, verùm etiam quòad prædiales decimas, multorum Theologorum authoritate ſuffultus aduersùs Canoniſtas contrariũ ſentientes, de quibus hactenùs apud eũdẽ,quibus addẽdus eſt *Gutierrez canonic. quæſt.lib. 2.cap.21.per totum*,præſertim *nu.* 9. *cum ſeqq.* vbi doctiſſimo, ac pleniori ſtylo articulum excutit, illum ad partes diſputando,ſinguliſq; contrariæ ſententiæ authoritatibus reſpondẽdo,de quo meminit ẽt *Gratian.deciſ. Marchiæ* 100.*n.*2. *in addit.* tametſi *ibidẽ idem Gratian.* cõtrarium cũ Canoniſtis aduerſus Theologos



Digitized by Google

gratis tamen ſentire videatur, nihilum, de nouo addendo, nulliſque aùt peculiari iure, aùt noua ratione vſus.

39 Quòad quartum, quæ actio detur pro decimis *Gloſ. in cap. tua nobis 26. in verbo tributa verſ. ſed qua actione extr. de decim.* dixit, dari pro ea triplicem actionem, ſecundùm triplicem *DD.* ſententiam, quos *ibi* refert. Prima opinio voluit, dari pro ea actionem confeſſoriam, ea ratione, quia decima eſt ſpecies ſeruitutis. Secunda opinio dixit, dari rei vendicationem. Tertia tandem opinio ſtatuit, dari conditionem ex canone.

Has opiniones conciliare videtur *Hoſtienſ. ibid.* dicens, ꝙ ſi agatur inter duas Eccleſias de proprietate iuris decimandi, tunc agi debet confeſſoria actione, ſi verò cõtra debentem ſoluere, ſubdiſtinguit, nã aùt ſcilicet decima eſt ſeparata, vel ſaltim fructus percepti, & tunc dixit, dari rei vẽdicationem. Aùt ſecundò, fructus non ſunt ſeparati à fundo, & tunc peti, ac agi debet cõtra debentem conditione ex canone, ſiuè, vt inquit ipſe, conditione declarata ex canone, intelligit tamẽ hoc ſecundum ſubdiſtinctionis caput, quando. ſ. agit iure adipiſcendi ex lege Canonica; nàm quando debetur, decima ex conſuetudine, tunc dicebat, debere agi cõditione ex lege conſuetudinaria approbata per legem Canonicã.

Aliter, relata priùs hac *Hoſtienſis* opinione diſtinguere videtur *Abb. in d. cap. tua nobis nu.* 11. quòd aùt. ſ. decima eſt in dominio Eccleſiæ, quia. ſ. Eccleſia ſit in actuali poſſeſſione decimas percipiendi, & tunc detur pro ea, vel rei vendicatio contra detentorem fructuum, vel actio perſonalis contrà non ſoluentem. Aùt eſt tãtummodò debita Eccleſiæ, & tunc poterit Eccleſia vniuerſalis agere conditione ex lege Diuina, Eccleſia verò particularis conditione ex Canone.

Aliter videtur diſtinguere *Rebuff. in tract. de decim. quæſt. 9. per totam.* Aliter etiam *Moneta d. tractat. de decim. cap.* 8. *quæſt. 2. nu. 27. vſq. ad num.* 41. faciendo plures concluſiones iuxtà morem. Aliter ẽt alij, de quibus hactenus apud eoſdem.

40 Quoniam verò nullus ex relatis in eorum diſtinctionibus omnes comprehendit caſus in materia, puto proindè ego, fore principaliter diſtinguendum cum *Abb. loco cit.* quòd aùt ſcilicet decima eſt in dominio Eccleſiæ, & ſic Eccleſia eſt in poſſeſſione illam exigendi, & tunc ſint aliqui ſubſtinguendi caſus.

Primus caſus eſt, quando agitur contra debentes decimas, & tunc concludendum ſit, dari pro illis duplicem actionem, perſonalem. ſ. & realẽ, ſiuè rei vendicationem. De actione perſonali loquitur *tex. in cap. peruenit, in cap. nuncios, in cap. dilecti, & in cap. non eſt in poteſtate*, ac alibi etiam paſſim *de decim.* patet in *Reg. Pragm. 2. ſub tit. de cler. ſeù diacon. ſaluat. in princ.* ex quibus apparet, poſſe diſtrictione Eccleſiaſtica compelli debentem decimas ad illas perſoluendas. De actione reali, ſiuè de rei vendicatione habetur in *cap. cùm non ſit circà finem eod. tit. de decim. & in cap. cum moderamine*, ac in *cap. reuertimini 16. quæſt.* 1. voluerunt expreſsè *gloſ. in d. cap. tua nobis verſ. tributa, ibidemq. Abb. nu.* 11. *&* 12.

Secundus caſus eſt, quãdo agitur cõtra illum, ad quem peruenerunt fructus, de quibus debetùr decima, & non fuit ſoluta, & tunc datur aduersùs eum rei vendicatio, ſiuè realis actio, vt dicit *Abb. in d. cap. tua nobis num. 12. verſ. aduertendum*, vbi concludere videtur, eſſe in electione Eccleſiæ, aùt agere rei vendicatione contra detentorem fructuum, ex quibus debetur decima, vel actione perſonali, & ſic condictione ex lege contra eum, qui debebat ſoluere.

Tertius caſus eſt, quando agitur contra poſſeſſores bonorum, de quibus debetur decima, & non fuit ſoluta. Et in hoc caſu aduersùs poſſidentes prædia prædicta agi poterit hypothecaria actione, quam quidem hypothecariam dari aduersùs poſſeſſores dictorum prædiorum, ac conſequenter prædia prædicta eſſe tacitè pro decimis hypothecata iure autumauerunt poſt *Ioan. Andr. & Abb. in cap. cùm homines de decim.* ac poſt *Feder. de Senis in conſ.* 81. communiter *Doctores*, vt obſeruari poterit apud *Neguſant. de pignor. 4. membro 2. partis numer.* 126. *Carpan. de Stat. Mediol. cap. 389. nu. 12. parte 2.*

Quar-

Digitized by Google

Quartus caſus eſt, quando agitur aduerſus ſpoliãtem aliquem de facto poſſeſſione decimandi, & tunc agendum eſt remedio poſſeſſorio recuperãdç ſpoliato competenti, ex not. per *tex. in c. ad decimas de reſtit. ſpoliat.* remedio *c. reintegrandæ 3. q. 1.* vt concludit *Rebuff. d. tract. q. 9. nu. 2.*

Quintus caſus eſt, quando agitur aduerſus turbantem ſuper poſſeſſione decimandi, & tunc datur interdictum vti poſſidetis, ſeu retinendæ, ſecundùm *Rebuff. loco cit. nu. 3.* ex traditis per *Angel. Fabr.* & cæteros *Doctores in §. retinendæ inſtit. de interdict.*

Sextus caſus eſt, quando agitur inter duas Eccleſias ſuper proprietate iuris decimandi, & tunc agitur confeſſoria actione, ex eo quia de iure incorporali eſt quæſtio, ſecundùm *Hoſtienſ. & Abb. in d. c. tua nobis, & Rebuff. loco cit. nu. 12.* Aùt verò decima (& ſumus in ſecundo principali diſtinctionis capite per *Abb.* relato) non eſt in dominio Eccleſiæ, ſed tantùm eſt eidem debita, & tunc ſubdiſtinguendi ſunt illi duo caſus, quos ſubiicit *Abb. loco cit. num. 13. circa finem*, quòd aùt ſcilicet loquimur de Eccleſia vniuerſali, & tunc agendum ſit ex lege diuina. Aut verò eſt Eccleſia particularis, quæ agit, & tunc agi debebit conditione, ex canone. Subdit *ibi* rationem *Abbas*, quia canon tribuit Eccleſiæ particulari, ius autem diuinum Eccleſiæ vniuerſali, & hanc diſtinctionem amplectuntur Canoniſtæ ferè omnes.

Quoniam verò ex traditis per nos ſuprà in reſolutione præcedentis quæſiti diffinitum fuit cum Theologis, decimas etſi in veteri teſtamento fuiſſe de iure diuino inſtitutas, attamen ex nouo teſtamento, ſolutionem ipſarum non eſſe præceptum ceremoniale, ſed tãtùm iu-
41 diciale, & ſic ex præcepto authoritate Pontificia indictas, proindè declarãdam puto hanc ſubdiſtinctionem *Abbatis* in hoc ſecundo principali ſuç diſtinctionis capite, vt ſcilicet tàm ſi agat Eccleſia vniuerſalis, quàm ſi particularis, ſemper agi debeat conditione ex canone, non autem ex lege diuina, quæ nullum indixit expreſſum præceptum in nouo teſtamẽto poſt eius aduentum in hunc Mũdum in carne paſſibili, & mortali ſuper decimarum præſtatione: licèt tamen de iure diuino in veteri teſtamento eas debitas obſeruemus, vt ſuprà indicauimus ex doctrina ferè omniũ Theologorum. Hæc omnia ſunt notãda, quoniam nullus ſic ad plenum diſtinxit, imò nulla diſtinctio hactènus ab alio poſita comprehendit omnes caſus in materia, ſicuti hæc.

42 Elicitur modò ex ſupra relatis, ceù pro corollario quæſtio non aſpernenda, vtrùm ſcilicet detur actio in ſolidum, vel pro rata contra debitores decimarum. Fateor ſiquidem, quæſtionem iſtam à nemine obſeruatam ex omnibus, quos hactenùs viderim. Ego tamen pro reſolutione aliquos puto diſtinguendos eſſe caſus. Quòd aùt ſcilicet agitur actione perſonali, & tunc non in ſolidum detur, ſed pro rata contra plures conuentos, vel condemnatos, quod eò fortiùs erit diffiniendum, ſi agendum erit contra plures hęredes, qui non niſi pro portionibus hæreditarijs conueniri poterunt, & hoc ex generalitate *totius tit. C. ſi plures vna ſent.* & probatur argum. *tex. in l. reos §. cum tabulis ff. de duob. reis* cum
43 concordantibus. Hoc tamen declarationem recipiet, vt à principio non poſſint conueniri, nec cogi debentes decimas in actione perſonali in ſolidum, ſed pro parte: attamen ex poſtfacta per aliquem de ipſis ſolutione ſuæ partis, ſiuè quotæ non liberabitur à ſolutione alterius reſidui ad conſocium ſpectantis, eo etenim non ſoluente idem ipſe qui ſoluit pro ſua parte remanebit obnoxius ſolutioni alterius partis ſui cõdebitoris, vt ex multorum placitis iure quidem (tametſi in materia emphyteutici canonis, à quo nõ facio diſſimilem decimam propter cõuenientiam actionis vtrique communis) probat *Polydor. Ripa ſingul. obſeru. 14. nu. 5. & 6.*

44 Aut ſecũdò agitur ad decimas actione reali, & tunc detur in ſolidum contra perceptores fructuum, ex quibus debebatur decima, exemplo eius, quod ſtatuitur in canone emphyteutico, caſu, quo, vt diximus, decima conuenit ſecundum

eundùm magis communem, ac à maiori *Doctorum* calculo canonizatam opinionem *gloſ. in l. communi diuidundo in verbo confundentur ff. commun. diuid.* de qua teſtatur *Clarus in §. emphyteuſis q.8. verſ. quæro, Affl. deciſ.153. num.3. Ripa d. obſeru.14. num.6. ac Parlador. rer. quotidian. lib.2. cap. fin. par.4. §.1. num.19.* vbi adducit etiam *tex. in l. cùm poſſeſſor. ff. de cenſib.*

45 Aut tertiò agitur actione hypothecaria, & tunc concludendum ſit, dari in ſolidum, ratio eſt, quia actio hypothecaria ſemper, & vbique in eo caſu, quo competit, præſtatur inſolidum, non autem pro rata *l.1. C. ſi vnus ex pluribus hæred. cred. vel deb. Neguſ. in tract. de pignor. 1. membr. 8. partis num.48.*

46 Intelligas tamen, velim iſtud, vt iſthæc hypothecaria detur tantummodò ſuper prædiis, de quibus debebatur decima, & non fuit ſoluta, nõ autem in vniuerſum, & inſolidum ſuper quibuſcumque bonis debitoris decimarum, quæ vel poſſedit, vel de præſenti poſſidet. Differt enim hypothecaria iſthæc, quæ datur

47 pro decimis ab hypothecaria debita in alijs caſibus, de quibus abundè per *Neguſ. d. tract. de pign. in 4. membr. 2. partis per totum*, & quorũ nos aliquos recenſuimus in noſtro *tract. de reſtit. interd. gloſ.12. nu.6. cum ſeqq.* quoniam tametſi in cæteris caſibus præſtetur ea ſuper omnibus bonis debitoris inſolidum, reſpectu tamen decimarum pręſtatur tantummodò ſuper prædijs, de quibus debet ſolui decima, & ita intelligendi ſunt *Doctores* allegati per *Neguſ. d.4. membro 2. partis num.126.* quod extendendum

48 etiam ambigimus in hypothecaria debita pro collectis: itemque in debita ſuper bonis emphyteuticarijs, ſeù liuellariis pro iuribus laudimiorum, & annuorum canonum, ac ſimilibus, in quibus bona tãtummodò iſtis oneribus, & præſtationibus ſubiecta veniunt in hypothecaria, non autem in vniuerſum, nec inſolidum cætera bona debitoris, quod eſt notandum, quia aliquis forſitan cõtrarium reſponderet prima facie, dùm pro indubitato ponitur, dari actionem hypothecariam pro decimis, vectigalibus, canonibus, & ſimilibus. Hoc ipſum ex profeſſo voluit *Hodierna in addit. ad Surd. deciſ.311. num.2.* poſt hæc ſcripta viſus.

49 Circa quintum, de quibus bonis debeatur decima, quæſtio iſta tametſi ampla, & profunda, ſolui tamen poteſt ex diffinitione decimæ, quam ſupra probauimus, dùm ex cõmuniori diffiniuimus, quòd decima ſit omnium bonorũ mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo data, vt ſcilicet decima regulariter debeatur de omnibus bonis mobilibus licitè quæſitis, quod probant præcæteris *tex. in c. nuncios, in c. ex parte il 2. & c. non eſt extra de decim. & in c. quatrageſima de conſecrat. diſt.5.* ſed quia multi caſus fuerunt in controuerſiam reuocati circa bona, ex quibus debeatur, nec nè decima, ideò libebit nõ omnes ſubnectere, ſed aliquos tãtùm ex ipſis præcipuos, ac qui aliquam ſunt quandoque paſſi difficultatem, inhęrendo quòad reliquos regulæ generali affirmatiuæ circa omnes, ſi aliud in contrarium iure non ſtatuatur.

50 Et primò debetur decima, nedùm de allodialibus, verùm etiam de feudalibus, emphyteuticariis, & liuellariis *Pariſ. in conſ.101. nu.29. vol.1.* cum concordantibus adductis per *Martam in deciſ. Piſana 66. nu.3.* prout de feudalibus reperi in quibuſdam *Apoſtillis* manuſcriptis ad *Affl. in Conſtit. Regni Quanto cæteris* ſic fuiſſe deciſum per Regiam Cameram Summariæ in cauſa Marchionis Lauri cum Archipræsbytero eiuſdem Terræ, per quam fuit præfatus Marchio condemnatus ad ſolutionem decimarum de re feudali, non obſtante, quòd de illis ſolueret releuium Regiæ Curiæ. Et de liuellariis, ſiuè emphyteuticariis loquitur *Marta d. deciſ.66. per totam*, vbi ex-

51 tendit id, etiam ſi tales liuellarii acceperint ad liuellum, ſeu in emphyteuſim à perſonis exemptis à ſolutione decimarum authoritate Pontificia, quales erant præcæteris Camaldulenſes, de quibus controuertebatur in ea: Nam etſi ii authoritate multorum Summorum Pontificum, præſertim Leonis Decimi, & Pauli Tertii, eorundemque priuilegio exem-

Digitized by Google

exemptionem obtinuerint à ſolutione decimarum ampliſsimam, ita vt de quibuſcumque eorum poſſeſsionibus vbilibet conſtitutis, quæ tàm ipſi Camaldulenſes colunt, quàm etiam coli faciũt ab aliis, non poſſit qui ius decimarum habet, primitias, decimas, quarteria, aùt alia iura quocumque nomine nuncupata exigere; attamen iure fuit per *eundem loco citato* diffinitum, priuile-
52 gium iſtud non extendi ad recipientes ab ipſis eorum territoria ad liuellum, rationibus, de quibus per *eum*, qui (quod plus) extendit hoc, vt teneantur tales liuellarii ad integram decimam, nõ autem ad medietatem, ad quam tenerentur coloni ſimplices, ad partem colentes, ea præcæteris ratione, quia dominium vtile per talem contractũ transfertur totaliter in illos, nec penès concedentes aliquid remanet, niſi nudum directum dominium, pro cuius rationis ſolidatione adducit quamplurimos *Doctores*, de quibus apud *eundem ibidem nu.* 5. 6. 7. & 8. Et hæc quæ de liuellarijs dicta ſunt, communia ſunt etiam in emphyteuticariis; cùm re vera, vt obſeruari poterit apud omnes, nulla intercedit notabilis differentiæ ratio inter contractus liuellarios, & emphyteuticarios.

53 Secundò debetur decima, nedùm de frumento, ordeo, ac alijs victualibus, ſeu frugibus, verùm etiam de palea, ea ratione, quia palea eſt, in fructu ſecundùm *Abb. in cap. peruenit extra de decim. Crau. in conſil.* 21. *vol.* 1. *Roman. ſingul.* 555. cum aliis congeſtis per *Annam ſeniorem in ſingul.* 142. qui ſic deciſum per Sacrum Conſilium refert, ac alios etiam addit *ibidem Anna filius in addit. ad eundem*.

54 Tertiò debetur decima de agnis, & aliorum animalium fętibus *Hoſtienſ. in ſumma tit. de decim. nu.* 3. *verſ. quòd ſint.* Sed cadit dubitatio circa tempus ſolutionis iſtarum decimarum animalium, quo ſcilicet tempore ſint ſoluendæ. Et *D. de Franch. deciſ.* 114. quem ſecutus eſt
55 *Viuius deciſ.* 4. *nu.* 70. voluit, debere tradi, quando animalia non indigent lacte materno, adducit in id *Oldrad. conſ.* 236. ac *Andr. Hiſpan. in tract. de decim. q.* 14. *nu.* 5. licèt referat, caſum non fuiſſe deciſum.

56 Sed quid ſi metu belli, vel alterius incurſus animalia fęta aufugerint in alium locum non ſubditum eius proprio Parocho, vel Sacerdoti, & ibi pepererint, cui ſcilicet debeatur decima de dictis fętibus, vtrùm ſcilicet Sacerdoti, vel decimario, è cuius finibus dicta animalia aufugerunt, vel ei, in cuius territorio pepererunt. Et Bal. *Alber. Caſtr. & cęteri in l. huiuſmodi* §. *legatum ff. de legat.* 1. quos ſecutus fuit etiam *Boer. deciſ.* 13. *nu.* 54. dixerunt, deberi ei Sacerdoti, vel decimario, è cuius territorio aufugerũt, non autem ei, intra cuius fines partus ediderunt. Et hoc extendunt etiam ad Gabellarios, vt per *eos ibidem*, nec alia ratione, niſi quia in hoc locus conceptionis potiùs, quàm partus eſt in conſideratione. Et ex hoc credo inoleuiſſe etiã axioma illud Neapolitanorum, qui ad hoc vt gaudeant eorum filij ciuilitate Neapolitana, dicunt, ſufficere quòd ſit conceptus in illa Ciuitate, licèt tamen poſtmodùm mulier, quæ ibi concepit, alibi, & ſic extrà illam pariat.

57 Quartò debetur decima de noualibus, & nouis introitibus *c. quoniam cùm contingat de decim. Anton. de Butr. in c. commiſſum num.* 4. *verſic. & quamquàm eod. tit. de decim.* cum concordantibus adductis per *Martam deciſ. Piſana* 66. *num.* 2.

58 Quintò debetur decima de columbis, & auibus exiſtentibus, ac incluſis in columbario, quemadmodùm poſt *Abbatem, Innoc.* eſſe *DD. omnes in c. non eſt de decim.* concludit *Auendan. in tract.* vulgò inſcripto *Auiſo di Caza, y Cazadores* 8. *dubia num.* 3. *in allegationibus fol.* 24. ſecundùm impreſſionem Neapolitanam.

59 Sextò debetur decima de militia, hoc eſt de ſtipendio, quod datur militibus, ſeù ſtipendiariis *Abb. in d. cap. non eſt num.* 4. vbi rationem addit, quia tale lucrum eſt perſonale, & de eo proinde tamquàm perſonali debetur decima. Declarat hoc tamen *ibidem idem Abb.*
60 dùmmodò bellum, in quo tales milites, ſeù ſtipendiarii militant ſit iuſtum, non verò iniuſtum, ex eo, quia militantes in

bello

bello iniuſto, illicitum reciperent ſtipendium, & de illicitis non debet ſolui decima, ſecũdùm notata per *eundem Abb. in cap. ex tranſmiſſa nu. 3. per tex. ibidem extra de decim. ac per Affl. in Conſtit.* Regni *Quanto cæteris nu.* 14. vbi ponit multas concluſiones, quando bona dicantur illicitè, & malè acquiſita in materia ſolutionis decimarum, & quando non, & præcipuè *num.* 16. agit de nouis vectigalibus, & impoſitionibus, quæ imponuntur à Regibus, & à Principibus ſæcularibus, & concludit, quòd non debeatur de illis decima tamquàm de malè oblatis, quando tales nouæ impoſitiones ſunt contra Deum, & iuſtitiam.

61 Septimò debetur decima de lucris, quæ proueniunt aduocato, & Procuratori ex eorum aduocatione, & procuratione, & ita ex not. per *gloſ. Barthol. Brixienſ. in c. decimæ* 16. *q.* 1. *ac per gloſ. in c. paſtoralis*, ibique communiter *Doctores extra de decim.* concludit *Affl. in d. Conſtit. Regni Quanto cæteris nu.* 31.

Cæteros caſus circa res, ex quibus debeatur, nec ne decima ponunt *Hoſtienſ. in ſumma tit. de decim.* §. *de quibus*, & poſt eum *Doctores* omnes, tàm in ſummis, quàm in lecturis, & præcipuè *Affl.* ſuccinctè tamẽ in *d. Cõſt. Quãto cęteris nu.* 29. quos cõſulere quiſpiam poterit, nàm pręfati per nos adducti hactènùs in materia, tamquàm principaliores, & qui aliquam ſunt quandoque paſſi difficultatem.

62 Circa ſextum, qui teneantur, nec ne ad decimas, concluſio erit in hoc faciẽda vniuerſalis affirmatiua, omnes ſcilicet ad eas teneri, niſi expreſsè reperiantur iure, vel priuilegio ab illarum ſolutione exempti. Probatur axiomatis iſtius vniuerſalitas in *c. à nobis extra de decim.* de quo meminit *Guid. Pap. deciſ.* 266. *in princ.* vbi refert deciſum, teneri ad decimarum ſolutionem etiam Caſtellanos pro illis poſſeſſionibus, quas tenent ſub nomine Delphini, & ſic Barones etiam de feudalibus, ex cuius dictis colligitur veritas illius, quod ſupra dicebamus, deberi ſcilicet decimam etiam de feudalibus.

63 Ampliatur primò, vt procedat etiam in Clericis, qui ſimiliter ad decimarum ſolutionem tenentur *c. nouum genus de decim.* licèt tamen id nouum genus exactionis eſſe ex eo, quia nuſquàm in lege Domini cautum reperitur, Leuitas à Leuitis decimas exegiſſe, teſtatur ibi Summũs Pontifex, vbi rationem addit, dicens, illam deberi à Clericis in recompenſam laborũ, quos accipiunt Curati in miniſtrando iiſdem ſpiritualia miniſteria.

Hanc ampliationẽ tribus modis ſubampliat Reuerendiſsimus *Ioannes Franciſcus Leo Epiſcopus Theleſinus in ſuo Theſauro fori Eccleſiaſtici c.* 27. *num.* 53. *cum ſeqq.*

64 Subampliat primò, vt non ſolùm teneantur Clerici ad decimas de bonis patrimonialibus, ac de aliis ab iiſdem acquiſitis, verùm etiam teneãtur etiam facere oblationes in caſibus, in quibus laici offerre debent.

65 Subampliat ſecundò etiam in Clericis collegialiter viuentibus. Et tertiò, quòd teneantur ad decimas etiam de prædijs dotalibus Eccleſiæ.

66 Sublimitat autem primò, vt non procedat in Clericis inſeruientibus Parochialibus Eccleſijs, quibus decimæ de-
67 bentur. Et ſecundò in Eccleſiis Regularibus, & aliis Collegiatis, quæ priuilegio Summi Pontificis ſunt factæ immunes ſpeciali priuilegio à ſolutione decimarum per cotas, quas in vnaquaque ex præfatis ſubampliationibus, & limitationibus adducit, quas breuitati conſulentes hìc inſerere omiſimus, remittẽdo cupidum Lectorem ad *eundem*.

68 Amplia ſecundò principaliter etiam in Iudæis, & Sarracenis, qui pariter ad decimarum ſolutionẽ tenentur, loquendo tamen de prædialibus tantùm, non obſtante, quòd iiſdem ſacramenta non miniſtrentur *cap. de terris de decimis, Oldradus conſ.* 91. *ac Rebuff. in tract. de decim. q.* 5. *nu.* 11. *&* 12.

69 Limitatur autem concluſio præfata principalis, ac regula in omnibus aliis, qui peculiari priuilegio fuerunt facti exempti à ſolutione decimarum, inter quos ſunt Fratres Camaldulenſes, quorum meminit, ipſorumque priuilegia, refert *Marta deciſ. Piſana* 66. *per totam*.

Item

Digitized by Google

70 Item Moniales ordinis Sanctæ Claræ. Item Ciſtercienſes, Templarij, & Hoſpitalarij de prædiis ſuis, quos propriis manibus, ac ſumptibus colunt, vt in *cap. ex parte il 1. & in cap. licet de decim.* & habetur per *Monetam d. tract. de decim. cap. 5. quæſt. 1. num. 10. cum*
71 *ſeqq.* qui *d. num. 10.* ampliat hoc ad omnes alios Religioſos, qui non tenentur ad decimas de nutrimentis animalium, hoc eſt de animalibus, quę ipſi nutriũt; ſecundùm *gloſ. in clem. 1. in verbo animalibus de decim.* Nec etiam de hortis
72 eorum, per *tex. in cap. ex parte il primò eod. tit. de decim.* Item Societas Ieſu, eiuſdemque Patres. Item quatuor Ordines militares, videlicet, Sancti Ioannis Hieróſolomytani, Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, de quibus, perſunctoriè tamen mentionem fecit *Gutierrez in tract. de gabell. quæſt. 92. num. 36. ac Ioan. Franc. Leo d. cap. 27. num. 63. cum ſeqq.* vbi affert multas Rotæ Romanæ deciſiones concernentes perſonas præfatas, priuilegio à decimarum ſolutione exemptas, & præcipuè ſi præfata priuilegia exemptionis extendantur etiam ad bona, & prædia acquirenda poſt conceſſionem priuilegii, & tandem habetur in *Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, aliorumque Mendicantium edito per Alphonſum de Caſarubios cum addit. Fratris Hieronymi à Sorbo Cappuccini in verbo decima fol. 266. cum multis ſeqq.*

Circa ſeptimum, quo tempore ſint ſoluendæ decimæ, *Regia Pragmat. 2. ſub tit. de cleric. ſeu diacon. ſaluat.* videtur diſtinguere inter decimas perſonales, &
73 prædiales, & ſtatuit, quòd perſonales decimæ ſint perſoluendæ in die Pentecoſtes, prædiales verò eo tempore, quo colliguntur fructus, ex quibus decima perſolui debet. De iure autem Canonico quoad decimas prædiales nihil immutatum reperitur, ſed conuenit illud cum iure noſtro Regni ex diſpoſitione *dicta Regia Pragmatica*, vt ſcilicet ſolui debeant tempore, quo colliguntur fructus, ſicuti patet *in cap. cùm homines, vbi gloſ. Abb. & cæteri de decim.* Quò verò ad perſonales pugnant inter ſe *Doctores*: nàm aliqui, vt *Cardin. in cap. paſtoralis quæſt. 16. eod. tit. de decim. ac Rebuff. in d. tract. quæſt. 12. num. 4.* Dixerunt, ſtatim deberi, alii verò, vt *gloſ. in cap. reuertimini 16. quæſt. 1. in verbo annus, Abb. in cap. peruenit num. 3. eod. tit. de decim.* cum concordantibus adductis per *Viuium deciſ. 4. num. 36. ac per Monet. d. tract. de decim. cap. 6. quæſt. 2. num. 11.* dixerunt, regulariter ipſas deberi in fine anni. Et hæc opinio vti crebrior, & communior amplectenda erit,
74 niſi tamen aliud caſus ſuadeat, vel neceſſitas expoſcat ex perſona Parochi, ſiuè Rectoris indigentis, qui ſi deberet expectare anni terminum, ſiuè finem, de facili poſſet periclitari, vt conſiderabant præfati *Cardin. & Hoſtienſ. locis citatis*, idque eò fortiùs, quando maior pars introituum Eccleſiæ conſiſteret in decimis perſonalibus, vt in multis locis: Quoniam ſi tunc cogeretur expectare finem anni, tàm Eccleſia reſpectu diuini cultus, cæterorumque perneceſſariorum pro manutentione, & reparatione eiuſdem, quàm etiam idem Rector detrimentum paterentur, vt cernitur in dies; & certum eſt de iure, in iſtis caſibus, ac (quod plus) etiam in caſibus, quando non ſufficerent decimæ ad ſubſtentationem Eccleſiæ, & Rectoris poſſe cogi Parochianos ad aſſignandum Rectori congruam portionem, vt infra dicemus.

75 Circa octauum, ad quem ſpectet decimarum cognitio, tametſi *Doctores* diuerſimodè conati fuerint quæſtionem iſtam terminare, & ſignanter diſtinguentes concernentia petitorium decimarum, à reſpicientibus illarum poſſeſſorium, vt ſcilicet in petitorio Eccleſiaſticus ſit merus, & abſolutus Iudex, per *tex.* quem adducunt omnes *in clem. diſpendioſam de iudic. in cap. literas de iuram. calumn.* cum concordantibus adductis per *Gayll. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 28. num. 1.* vbi allegat etiam *Pract. Papienſ. in forma libelli declinat. iuriſdict. in verbo nec fuiſſe*, quos ſecuti ſunt etiam quàmplures



Digitized by Google

longa ſerie cumulati per *Monet. dicto tract. de decim. cap.8. quaeſt.1. num.1.* in poſſeſſorio verò ſit illarum cognitio mixti fori,ac quòd proindè vterque, tàm ſcilicet ſæcularis, quàm Eccleſiaſticus Iudex circa poſſeſſionem decimandi ſit Iudex competens, vt obſeruari præcæteris poterit apud eundem *Gayll. loco cit.* attamen quia decimarum cognitio, tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio eſt quid ſpirituale, & in ſpiritualibus articulis nequidèm in poſſeſſorio Iudex ſęcularis habet ius aliquod cognoſcendi,proinde concluſiuè ſtatuendum cenſeo, decimarum cognitionem, tàm in petitorio,quàm in poſſeſſorio ad merum Eccleſiaſticum Iudicem ſpectare, præeuntibus mihi quamplurimis *Doctoribus*, quorum aliquos poterit quiſpiam obſeruare apud *Gratian. diſcept. forenſ. lib.2.cap.*238. vbi per totum ponit nonnullas concluſiones in materia, *Martam in tract. de iuriſdict. par.2. cap.*43. ſimiliter *per totum*, vbi ipſe quoque nonnullas concluſiones format, & reſoluit, & hoc de iure communi, tamen de iure Regni qualiter procedat, videatur *Cāp. in cap. volumus nu.2.& in c. item ſtatuimus quòd Comites ſub nu.9.*

76 Limita tamen concluſionem præfatam in caſu adſtrictionis debitorum decimarum ad illarum ſolutionem: quoniam tunc,ex quo articulus iſte adſtringendi debitores decimarum ad ſolutionem nihil continet ſpiritualitatis, ſed tantùm cognitio iſthæc eò tendit,an ſcilicet ſoluerit, nec nè debitas decimas qui ad illas tenetur, ac ad conſtringendum tantùm debitorem ad illarum ſolutionem, tunc vterque,tàm ſcilicet Eccleſiaſticus,quàm ſæcularis Iudex fieret competens *Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib.3. cap.19. num.95. Couar. pract. quaeſt. cap.35. num.2. verſ. ſecundo* cum cæteris adductis per *Gratian. d. cap.*238. *num.*82. quod nos habemus etiam in Regno expreſſum per *Regiam Pragmat. in d. Pragmat.2. de cleric. ſeu diacon. ſaluat.* tàm in *princ. eiuſdem*, quàm *infra in* §.1. ibi *ad requiſitionem perſonarum, quibus debetur, per Iuſtitiarios Prouinciæ compellatur, &c.*

77 Circa nonum,cui debentur decimæ, *Doctores* videntur diſtinguere in hoc caſu decimas perſonales à prędialibus. Et de perſonalibus dixerunt,eas deberi ei Eccleſiæ Presbytero, ſiuè Parocho, aut Rectori, à quo quis ſacramentorum alimoniam ſuſcipit. Prædiales verò decimas, ſiuè Reales deberi ei Eccleſiæ ſtatuerunt, in cuius territorio ſita ſunt prædia *c. quoniam eod. tit. de decim. c. fin. de paroch.* vbi etiam *gloſ. in verbo prædiorum*, quæ adducit in argum. *tex. in c. ſi quis laicus* 16.*q*.1.

78 Limitat tamen iſtud,quando aliud cōſuetudine diù obtenta fuerit obſeruatum, prout eſt *tex. in d. cap. ad Apoſtolica extra de decim.* in quo apertè ſtatuitur, quòd ſi Parochiani in alia Parochia ſoluerint,quàm in ea,in qua eorum incolatum faciunt, obſeruandum erit id,quod per conſuetudinem diù obtentam fuerit introductum.

Infertur modò ex ſupra relatis ad plura pro maiore iſtius notabilis declaratione,ſiuè quæſiti reſolutione.

79 Infertur primò, quòd teneatur quis ſoluere decimam, nedum de fructibus, quos percipit in territorio, vbi incolatum ducit, verùm etiam de illis, quos percipit extra territorium, præſertim quando de hoc extaret conſuetudo, prout iure firmauit *Viuius deciſ.*4. *num.* 63. qui poſtmodùm *num.*64. ideò fortiùs procedere concludit, quando de dictis fructibus non ſolueretur decima alteri Eccleſiæ extra territorium, & ſic in eo, vbi colliguntur, prout ſic pluries iudicatum per Regium Collaterale Conſilium in diuerſis caſibus teſtatur, ac per ipſummet vti Delegatum ab eodem Regio Collaterali Conſilio, ſubdens inſuper, præfatam eius ſententiam fuiſſe per Sacrum Conſilium confirmatam, referente Domino *Vincentio de Franchis*, tunc temporis Regio Conſiliario, & cauſæ Commiſſario.

80 Infertur ſecūdò, quòd ſi aliquis Parochianus infra annū habitaret in diuerſis domibus ſitis in diuerſis Parochijs, quēadmodū in dies cernimus in locis,& oppidis, in qbus sūt plures Eccleſię Parochiales,

chiales, quæ habent ſuos fines diſtinctos per quarteria, ac per domos, non autem per familias, vt eſt præcipuè in mea patria, tunc ei Eccleſiæ, & ei Parocho, ſiuè Rectori tenebitur ad decimas, intra cuius Parochiæ fines pro maiore anni parte inhabitaret, quemadmodũ poſt *Diuum Antonin. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Calderin. Federic. de Senis*, & cæteros, quos copioſè adducit colligitur ex *Menoch. in conſ. 398. nu. 16. & 17. lib. 4. ac in tract. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 88. per totam*, quẽ ſecutus eſt etiã *Moneta d. tract. de decim. cap. 8. quæſt. 2. nu. 18.*

81 Infertur tertiò, quòd ſi quis habuerit plura domicilia in pluribus Parochiis, ei Eccleſiæ, ſiuè Rectori tenebitur ad decimas, in cuius Parochia principale domicilium habuerit *Azor. inſtitut. moral. lib. 7. c. 35. q. 14.* ac *Rebuff. de decim. q. 6. num. 2.*

82 Infertur quartò, quòd tametſi alicuius domus ſit in cõfinio duarum Parochiarum, vtrique debeatur decima perſonalis, ſecundùm *gloſ. & Doctores in cap. licet 16. q. 3. Innoc. & cæteros in c. ſuper eo de Paroch.* attamen ſi dubitetur, in qua Parochia ſit domus illa, inſpiciendus erit ſitus ianuæ, ſiue oſtii, prout ex *Bart. in l. quod conclaue ff. de damn. infecto* concludit *Rebuff. d. q. 6. nu. 4.* qui (quod plus) ſubdit, quòd ſi domus illa haberet duas ianuas, ſiuè duo oſtia, illa ianua erit attendenda, quę erat anterior, & nobilior, adducit in argum. *tex. in l. cùm in diuerſis ff. de relig. & ſumpt. funer. & in l. quæritur ff. de ſtatu homin.*

83 Circa decimum, vtrùm ſcilicet cauſa decimarum ſit appellabilis. Regula eſt generalis negatiua, ſententiam ſcilicet latam in cauſis decimarum non admittere appellationem, & ſic eſſe illã inappellabilem *c. tua nobis in fine*, ibi, *appellatione remota, de decim. gloſ. in cap. fin. §. quoties 2. quæſt. 6. alia gloſ. in clement. diſpendioſam de iudic. Speculat. in tit. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 48. & num. 256.* vbi alios adducit, *Ioan. Franc. Leo in Theſ. fori Eccleſiaſt. cap. 27. nu. 42. Maceratenſ. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 76. num. 4. Moneta in tract. de decim. cap. 8. num. 58.* vbi infinitos cumulat.

Limitant modò, ſiuè intelligunt *Doctores* regulam iſtam multis modis.

84 Intelligunt primò quòad effectum ſuſpenſiuum, non autem quòad deuolutiuum, vt obſeruari præcæteris poteſt apud *Marcheſan. in tract. de commiſſion. cap. 4. num. 15. & 25. par. 2.* quo loci dicit, commiſſionem, quæ ordinariè decernitur per Signaturam in cauſis appellationis decimarum fieri cum clauſula, ſine retardatione ſolutionis decimarum, & de *Marcheſ.* mentionem faciunt *Moneta, & Leo locis ſupra cit.* Quod etiam obſeruatum cernimus, ac deciſum per Regiam Audientiam Apuleæ apud *Viuium deciſ. 73. num. 2.* præcedente tamen cautione de reſtituendo in caſu retractationis ſententię, vt moris eſt in Regno in cauſis, quæ non admittunt appellationem, vel reuiſionem, niſi quòad finem deuolutiuum tantùm, non vero ſuſpenſiuum, in quibus non proceditur in cauſa appellationis, vel reuiſionis, niſi executa priùs ſententia, præuia cautione prædicta.

85 Intelligunt ſecundò *Doctores*, quando lis eſſet inter Eccleſiam, & laicum debitorem decimarum, ſecùs tamen quando duæ Eccleſiæ litigarent inter ſe circa perceptionem decimarum, ſecundùm *Hoſtienſ. in d. cap. tua nobis in fine verbo appellatione remota, vbi Doctores omnes de decim.* cum cumulatis per *Gratian. deciſ. Marchiæ 100. num. 4. & 5.*

86 Intelligunt tertiò, quando prætenderet laicus ſolam præſcriptionem, vel conſuetudinem non ſoluendi decimas, ſecùs tamen, quãdo prætenderet exemptionem ex capite priuilegii, aùt pacti, vel conuentionis, ſecundùm tradita in *d. cap. tua nobis, & in cap. multiplici vbi Abb. & Doctores omnes de decim.* per *Gratian. d. deciſ. 100. num. 4.* & voluit poſtremò *Rota in Cordub. decimarum 2. Decembris 1605. coram Pamphilio*, de qua *Rotæ deciſione* meminit *Moneta d. tract. de decim. cap. 8. nu. 59. & 60.* alios adducit *Theſ. filius q. forenſ. 86. nu. 12. lib. 3.*



Digitized by Google

Limitant inſuper quartò, atque intelligunt, & declarant *Anguiſ. conſ.72. ac Ruginell. in tract. de appellat. §.2. cap.3.*
87 *nu.*256. regulam iſtam, quandò appellaretur à non admiſſione exceptionum in iudicio decimarum propoſitarum, quo caſu dixerunt, admitti appellationem, non obſtante, quòd cauſa ſit decimalis.
88 Limitat itidem eandem *Maceratenſ. d.reſol.77. nu.*11. quando ſcilicet fuiſſet appellatum ab exceſſu, quo caſu quòad vtrunque effectum, tàm ſcilicet deuolutiuum, quàm etiam ſuſpenſiuum dixit, appellationem admitti, ſecutus *Baldum in l. terminato C. de fruct. & lit. expenſ. Contard. Menoch. Turrett. ac Lancellottum in locis* ibi per ipſum cõmemoratis.

Aliis tandem modis limitat eandem regulam *Ioan.Franc.Leo d. cap.*27. *à nu.* 43. *cum ſeqq.* de quibus per *eundem*, ad quem lectorem remittimus.
89 Circa vndecimum diſtinguunt *Doctores* ferè omnes, quòd aùt ſcilicet loquimur de tota decima, aùt de eius tantùm quota, & quòad primã, & ſic quòad totam dixerunt, non poſſe vllo modo laicos, nec omnes alios Eccleſiaſticos, qui decimas ſoluere tenentur allegare præſcriptionem à iure non ſoluendi, etiam ſi immemorabili, ac centum annorum præſcriptione ſuffragarentur ita *Rebuff. d.tract. de decim. q.*13. *nu.*5. *Guid. Papæ dec.*284. *Abb. Felin. Innoc. & cæteri in c.quibuſdam de decim.*

Rationem addit *Theſaur. filius quæſt. forenſ. lib.3. q.*86. *n.*10. quia non ſoluendo quis decimas, peccat, & ſic dicitur ſemper in mala fide, & proinde ſemper durat obligatio ſoluendi quòad eum, qui ad illas tenetur: licèt tamen intermittatur exactio quòad recipere debẽtem, qui ſucceſſoribus propter non receptionem nullum affert præiudicium: Vndè cùm ſit in mala fide, non debet ſuffragari præſcriptione, quę & ſi longiſſima, & mille annorum non vendicat ſibi locum contrà malam fidem, & hæc ratio ante *ipſum* fuit de mente *Guid. Papæ d. deciſ.*288. vbi teſtatur, ſic pariter ſeruari in patria Delphinali.

Quò verò ad quotam decimæ concludunt præfati Doctores ſupra allegati, eam præſcribi poſſe *Rebuff. d. q.*13. *nu.*57. & 58. *Triuiſan. deciſ.*29. *num.*15. *Moneta de decim. c.*5. *q.*5. *num.*105. vbi alios congerit, *Theſ. filius d. q.*86. *nu.*11. *ac Guid. Pap. d. deciſ.*284.

Sunt qui contendunt etiam, totam decimam præſcribi poſſe, ſicuti & quotam, inter quos *Couar. var. reſolut. lib.*1. *cap.*17. *num.*10. *Vaſquius illuſtr. controuerſ. lib.*2. *c.*89. *nu.*10. cum cæteris congeſtis per *Monetam d.c.*5. *num.*105. quibus addi etiam poteſt *Theſ. filius loco cit.* vbi alios allegat, præſertim *Rotam* Rom. *deciſ.*471. *lib.*3. *in nouiſſ.* licèt tamen per incuriam Impreſſoris reperiatur allegatio ſub *nu.*477.

Verùm aduertendũ eſt, præfatos *Doctores* intelligendos eſſe, vel de præſcriptione cum titulo à Summo Pontifice, qui poteſt de iure cõcedere exemptionem à ſolutione decimarum, vt infrà dicemus, aùt de ipſius conſenſu. Vel tãdem de exemptione totali à quodam genere fructuum, in quo, ſecundùm præfatos poteſt totalis præſcriptio allegari, vt ſentire etiam videtur *Nauar. in manuali c.*21. *nu.*30. Et talis fuit contingentia facti in Rota Romana, vt eſt videre in *d.deciſ.*471. in qua prætendebatur præſcriptio, ſiuè cõſuetudo non ſoluendi decimas de oliuis tantùm. Et proinde nõ mirum, ſi Rota admiſit probationes circà hanc libertatem non ſoluendi decimas de dictis oliuis, & ita videtur paſſim in toto Orbe ſeruari. Nàm videmus indiſtinctè, in omnibus locis ſolui decimas, ſed vt plurimùm non de omnibus fructibus; cùm in vno loco ſoluatur de vno genere, in alio verò de alio diuerſo genere fructuum. Et ſi fortè in aliquibus locis cernatur conſuetudo nõ
90 ſoluendi decimas de nullis fructibus, aùt frugibus, id prouenit, quia antiquitùs Communitates, ſeu Vniuerſitates ſe tranſigerunt, & aſſignauerunt aliquod corpus ſtabile perpetuum, & firmum, aùt introitus, ſeù reditus firmos perpetuos, ex quibus Rector Parochialis poſſet ſe commodè ſubſtentare vice decimarum, prout præcisè in Ciuitate Bononienſi, eiuſque toto agro, nàm fuit per ipſam ratione decimarum aſſignatum

tum

Digitized by Google

tum Archiepiſcopo Bononiẽſi Caſtrum Centi, & Caſtrum Plebis. Item in Archiepiſcopatu Taurinenſi, in quo etiam vigore tranſactionis fuit aſſignatum certum quid pro decimis, prout de vtroque teſtatur *D. Ioan. Franc.* Leo *in Theſauro fori Eccleſ. par. 2. c. 27. tit. de decim. nu. 11.* quod etiam in Ciuitate Neapolis obſeruatur, vbi ſimiliter non ſoluuntur decimę de fructibus, quos Neapolitani percipiunt, ex eo, quia ſimiliter antiquitùs ſe tranſigerunt cum olim Archiepiſcopo tunc temporis, & illi aſſignauerunt pro iure decimarum præteritarum, & futurarum Turrim Octauæ, vulgò dictã *TORRE DEL GRECO*, vt adnotauit *Afflict. in Conſtitut. Regn. Quantò cæteris num. 11.* & poſt *eum Zerola in ſua praxi Epiſcop. in verb. decimæ* in reſponſione ad ſeptimum quæſitum.

91 Ex relatis infertur modò ad vnum valdè notabile in praxi, quòd ſcilicet ſi decimæ prædiales non fuerint petitę tẽpore collectionis fructuum, non poterunt poſtmodùm de cætero amplius peti, ex eo quia videntur tacitè remiſſæ, vt voluit notabiliter *Archidiac. in c. 1. de decim. in 6.* & poſt *eum Rota* Rom. *deciſ. 1. ſub tit. de decim. in antiquis, Balbus in tract. de præſcript. 1. par. 5. partis principalis q. 7. nu. 9. fol. 351. in paruis, & Antonius Faber in eius Cod. tit. de Sacroſ. Eccleſ. definit. 66.* vbi ſic deciſum teſta-
92 tur, qui proindè ſtatuerunt, tùnc demùm decimas præteriti temporis deberi, quando fuerint illæ petitæ: ceſſante autem interpellatione, non debeantur, niſi à die, ſiuè tempore petitionis, ac interpellationis, quod voluit etiam *Felin. in cap. ſi autem col. 4. circa medium extra de reſcript.*

93 Verùm intelligendum hoc puto de decimis incertis, ac reſpicientibus petitorium, ad quas non dùm fuit quis condemnatus, nec obſtat contra ipſum aliquod poſſeſſorium de præterito, quia ſi decimæ ſint certæ, vel vigore conſuetudinis, vel trãſactionis, vel iuris ſcripti, aùt rei iudicatæ, vtiquè ego crederem, nec forſitan abs re, quinimò iure quidem præfata ceſſare, ea ratione, quam adducũt *DD. de* Rota *d. deciſ. 1. de decim. in antiqu.* vbi etiam in incertis decimis videtur contrarium ſtatuere, quia in caſu, quo decimæ debentur, nedum ſine petitione debentur, verùm etiam vſque ad horrea Eccleſiæ deferri debent, vt diximus ſuprà. Et proinde non eſt opus aliqua interpellatione, dùm ſine petitione creditoris ſunt ſoluendæ, & adducit *Innoc. in c. ſignificante de pignor.* ac in argum. *tex. in l. Iulianus §. offerri ff. de action. empti* cum concordantibus per *eoſdem ibidem* relatis. Corroboratur hoc etiam, quia aliàs ſequeretur abſurdum notabile ex malitia debitorũ, qui numquàm ſpontè ſoluerent, ad finẽ, vt quando poſtmodùm fuerint interpellati, excipiant, & denegent ſolutionem de præterito.

94 Circa duodecimum indubitata eſt apud omnes, ac firma concluſio, quòd ſi tractetur de cõceſſione facta ante Concilium Lateranenſe iuris decimandi laicis, vtique talis conceſſio de iure ſubſiſtit. Poſt verò Concilium Lateranenſe prædictum prohibitum eſt expreſsè per illud, poſſe ius decimandi in feudum laicis concedi *cap. prohibemus, ibique Ioan. Andr. & Abb. de decim. c. cùm & plantare de priuileg.* Rebuff. *de decim. q. 13. n. 78. cum ſeqq. Curt. iun. de feud. par. 2. q. 8. Couar. var. reſol. lib. 1. c. 17. nu. 5. verſ. præter hac, Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 6. c. 86. num. 3.* vbi multos congerit, *Fachinaus controuerſ. iur. lib. 7. c. 72.* cæterique frequentiùs, qui ſtatuunt etiam, quòd ſi reperiatur conceſſum laicis ius decimãdi, & neſciatur, ſi conceſſio illa fuerit facta ante Concilium Lateranenſe, vel poſt, cenſendum erit in dubio fuiſſe poſt Concilium Lateranenſe præfatum *Berous* qui cæteros cumulat in *conſ. 21. nu. 15. & 16. lib. 1. Menoch. d. præſumpt. 86.* vbi ponit modum faciendi probationes in hoc caſu, ac in *conſ. 291. nu. 43. & Rota Romana in vna Taurinenſi decimarum,* de qua per *Monet. in tract. de decim. c. 5. q. 3. nu. 59.*

Amplia id etiam, ſi tale ius decimandi fuerit ad Eccleſiam reuerſum, non obſtante quòd tractetur de re ſolita infeudari, ſecundùm magis communem opinionem *Doctorum*, de quibus teſtantur tàm



Digitized by Google

tàm *Menoch.* quàm *Fachina. locis citatis*, in quibus reſpondent omnibus argumentis, & rationibus *Doctorum* contrarium ſtatuentium.

Subamplia hoc etiam, ſi tales decimæ retrodonentur Eccleſiæ à laicis, ex eo quia reaſſumunt primæuam naturam, vt fuit pluries in diuerſis caſibus, & iteratis vicibus reſolutum per Rotã Romanam, de quibus per *Monetam d. cap. 5. quæſt. 3. num.* 71.

95 Circà decimum tertium, ac poſtremum concludendũ eſt, ſolum Summum Pontificem, non autem alios quoſcumq; Eccleſiaſticos Prælatos poſſe concedere exemptionem à ſolutione decimarũ, tàm Eccleſiaſticis, quàm etiam laicis *cap. ſuggeſtum, cap. ex multiplici, cap. à nobis, & cap. fin. extrà de decim. Couar. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 9. *Rebuff. de decim. quæſt.* 5. *num.* 28. *quæſt.* 13. *nu.* 31. ac 103. *Viuius in tract. commun. opin. in verbo priuilegium, ac in verbo conſuetudo*, cœteros alios conſentientes adducit *Moneta de decim. d. cap.* 5. *quæſt.* 2. *nu.* 46. ijs addendus eſt *Anton. Faber in eius Cod. tit. de Epiſcop. & Cleric. definit.* 1. *tàm in corpore, quàm in allegat. num.* 2. vbi adducit *Summam Syluest. in §. decima nu.* 5. ac *Rebuff. loco cit.*

96 Amplia hoc nedùm in quolibet Eccleſiaſtico Prçlato, vt ſupra, verùm etiam in Imperatore, Rege, aut aliquo alio ſæculari Principe, regalia habentibus in ſuis dominijs, qui nè quidem poterunt cõcedere laicis immunitatem à ſolutione Eccleſiaſticarum decimarum *Niger in cap. Regni*, Et *quia nuper num.* 8. vbi refert ſic deciſum per Regiam Cameram Summariæ inter Capitulum Ciuitatis Campaneæ, ac eiuſdem Marchionem.

Expediti modò de propoſitorũ quæſitorum reſolutione, aliquas ſtatuendas duximus notabiles illationes, in materia vtiles, vſu in foris frequentes, ac in praxi admodùm proficuas.

97 Infertur primò, decimas eſſe ius vniuerſale reſpiciens totum territorium, & propterea qui decimam percipit in aliqua parte territorij, habet ſuam intentionem fundatam de iure, & dicetur eſſe in quaſi poſſeſſione totius territorij, ſi alius nõ extiterit in poſſeſſione iuris decimandi in illa parte, de qua controuertitur *Crauett. de antiquit. temp. part.* 4. *nu.* 57. *Butr. in cap. fin. num.* 57. *verſic. & aduertendum extrà de cauſa poſſeſſ. & propriet. Corſett. in addit. ad Abb. in cap. bonæ il ſecondo num.* 4. *verſic. etiam ius poſtulandi de poſtulat. prçlat. Marta deciſ. Piſana* 66. *nu.* 17. vbi *à nu.* 14. multa ad id, & ad propoſitum cumulat.

98 Infertur ſecundò, quòd qui eſt in poſſeſſione iuris decimãdi in agris vnius territorij, ex quo ſolum frumentum per priùs colligebatur, tunc etiam ſi Dominus agri conditionem illius rei mutaret, dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione decimãdi fructus, qui vice primorum colliguntur in eodem territorio, non tãtùm quòad fructus conſuetos *cap. in tua de decim.* quem ad hoc allegant *Abb. & Anton.* cœteriq; communiter *ibi, Balbus de præſcript.* 2. *part. tertiæ partis princip. quæſt.* 2. *nu.* 17. *verſ. pariter qui præſcripſit, Couar. pract. quæſt. cap.* 37. *num.* 5. *Rota Romana deciſ.* 17. *nu.* 10. *par.* 2. *in nouiſſ.* vbi exemplificat de millio, quod loco frumenti ſeminatum fuit, vt ſcilicèt de eo pariter millio debeatur, ſicuti de frumẽto, quod per priùs erat conſuetum ſeminari *Rebuff. de decim. quæſt.* 14. *nu.* 18. *Ioa. Franc. Leo in Theſ. fori Eccleſ. cap.* 27. *num.* 61. vbi adducit exemplum de agro, qui arari, & grano ſeminari ſolebat, ſi poſtmodùm quis in eo vineam plãtauerit, vel ad pratum illum deduxerit, aut Oriza in eo ſeminauerit, vel arbores ſeruerit, ac tandẽ *Anna ſenior allegat.* 94. *per totã* vbi *nu.* 12. refert ſic deciſum per Regiã Camerã Summariæ fauore cuiuſdam Baronis, prætendentis tales decimas ratione mutationis conditionis rei, de qua per priùs decima eidem Baroni ſoluebatur, ac fuiſſe dictum, decimas deberi de omnibus fructibus, tàm inferioribus, quàm ſuperioribus, vini ſcilicèt, & olei, qui percipiuntur ex territorio decimali.

99 Infertur tertiò, quòd ſi decimæ non ſufficiunt Rectori ad honeſtè viuẽdum, ac excipiendum hoſpites, conſulendum eſt eidem, vt habeat congruam portionem ex alio reditu, vel decimas ſufficientes, non obſtante quacumque conſue-

Digitized by Google

ſuetudine, vel præſcriptione *Achill. de Graſſ. deciſ. 3. ſub tit. de decim.* ac *Anton. Faber in eius Codic. tit. de Epiſc. & Cleric. definit.* 1. qui ſic diffinitum teſtatur per Senatum Sabaudum, facit *Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 12. de reform. in fi.* à præfatis non ponderatum, nec allegatum. Rationem addit *idem Faber loco cit. in allegat. nu.* 7. dicens, non ſufficere præſcriptam eſſe conſuetudinem, ſi conſuetudo talis non ſit etiam rationabilis, adducit *text. in cap. vlt. extrà de conſuetud.* ac *glo. in cap. ecce ego dico in fine diſtinct.* 95.

100 Infertur quartò, quòd decimæ prædiales ſunt ſoluendæ, ac debentur abſq; aliqua deductione expenſarum in recolligendis fructibus *cap. non eſt, vbi Abb. & DD. omnes de decimis*, *idem Abb. & cæteri in cap. cùm homines eod. tit. Paulus de Caſtro in l. fructus ff. ſolut. matrimon. Capyc. in deciſ.* 20. *num.* 5. vbi extendit id etiam ad perſonales decimas *Tiraquell. de retract. lignag. §. is fructus nu.* 10. cum cęteris cumulatis per *Viuium deciſ. 4. nu.* 1. poſt quos addēdi ſunt *Rebuff. de decim. quæſt.* 11. *num.* 3. *Soto de iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. 4. art. 2.* ac *Gutierrez in tract. de gabell. quæſt.* 52. *num.* 4. quod ampliandum eſt etiam in tributis, & cenſibus, quæ nō ſunt deducenda, ſed benè ſoluēda poſtquàm fuerit ſoluta decima Eccleſiaſtica, & ea non minuunt in aliquo decimam *cap. cùm non ſit, vbi Doctores omnes de decim. cap. tua nobis il ſecondo eod. tit. de decim.* quod eſt notandum, quia ego habui in facto proprio cum meis Parochianis, qui prætendebant in computationem decimæ Eccleſiaſticæ mihi debitæ eſſe deducendam decimam laicalem Baroni debitam, qui tandem acquieuerūt meis dictis, quibus capaces, & pacatos illos reddidi, ac vanam eſſe eorum prætenſionem.

101 Ampliat id ſecundo loco *Afflict. in Conſtit. Regn. Quanto cæteris num.* 26. vt neque deducendum ſit ſemen, quod ſeminatur in terra, adducit *Goffred. de Trano in loco ibi per eum cit.* ac *tex. in cap. tua nobis in princ. vbi etiam Innoc. Abb. & cæteri communiter de decim.*

102 Infertur quintò, quòd non ſoluens decimas eſt in continuo peccato, & proindè non poterit, nec debet abſolui à Cōfeſſore, niſi ſoluta priùs decima, prout ex *Doctoribus* omnibus ſuper *cap. prohibemus de decim.* adnotauit *Viuius deciſ. 4. num.* 66. videtur ſentire *Nauar. in manuali cap.* 21. *nu.* 32. ponderando verba *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat.* ibi, *qui decimas aut ſubtrahunt, aut impediunt excommunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plenè reſtitutione ſecuta abſoluantur.*

103 Adde (quod plus eſt), talem non ſoluentem decimas poſſe etiam Eccleſiaſtica ſepultura priuari *Rebuff. de decim. quæſt. vlt. num.* 16. *Andr. Hiſpan. in tract. ſimiliter de decim. quæſt. 2. nu. 8.* ac *Moneta in cōſimili tract. de decim. cap. 8. quæſt. 5. num.* 74. vbi rationem adducens dicit, quòd ex quo talis propter non ſolutionem decimarum eſt in continuo, & notorio peccato, vt ſupra, ideò ad inſtar eorum, qui in continuo, & notorio peccato moriuntur debeat Eccleſiaſtica ſepultura priuari, argum. *tex. in cap. pro obeuntibus, vbi gloſ.* 13. *quæſt.* 2. cum concordantibus per eundem adductis.

Intelligas tamen hoc, velim, de non ſoluentibus decimas reſpicientes poſſeſſorium, tàm quòad totam, quàm etiam quòad quotam, quia ſi alibi vigeret conſuetudo non ſoluendi decimas, tametſi conſuetudo iſta non excuſetur, nec tollat ius in totum, vt ſupra tetigimus in reſolutione vndecimi quæſiti, vbi diximus, decimas non poſſe totaliter præſcribi, ſed tantùm quòad ipſarum quotam: attamen conſuetudo iſthæc excuſaret à peccato, vt poſt *Diuum Thomam*, & ferè omnes Theologos concludunt *Archidiac. in cap. quicumq; il primo 16. quæſt.* 7. & poſt eos *Henricus Boich in cap. peruenit num. 7. de decimis*, *Nauarrus in manuali cap.* 21. *num.* 20. *Io. Franc. Balb. de præſcription. par. 5. quæſt. 7. num. 6. fol.* mihi 350. *in paruis*, ac *Caroc.* qui alios citat *in deciſ.* 111. *nu.* 4.

104 Infertur ſextò, in decimis nō admitti compenſationem, & proindè non poſſe debitorem decimarum denegare illas prætextu alicuius, quod ſibi debetur *glo. in cap. decimæ in verbo tributa 16. quæſt.* 1. *Euerard. in ſua topica in loco à tributo*

ad

*ad decimas Rebuff.* poſt multos, quos cumulat in *tract. de decim. quæſt. vlt. num. 19. ac Moneta in conſim. tract. de decim. cap. 8. quæſt. 4. num. 61.* quod eſt notandum contra recuſantes ſoluere decimas aliquo prætextu, & præciſè eo prætextu, quòd non fuerint ſibi distributæ candelæ in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, cùm non debeat vigore talium prætentionum denegari illarum ſolutio, ad quas præciſè tenentur, & ita voluit etiam *Paulus Squillant. in tract. de priuileg. cleric. cap. 3. num. 16.* poſt hæc ſcripta viſus, qui adducit pariter in id *Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſolut.* 517.

105 Infertur ſeptimò ad caſum pulcherrimum propoſitum per *Minad. in conſ. 14. in princ. vſq; ad nu.* 11. vbi iure contendit, tranſactionem inhitam per Vniuerſitatem cum Rectore Parochiali ſuper ſolutione decimarum nõ poſſe poſtmodùm ab eadem Vniuerſitate infringi eo prætextu, quòd non interuenerit ſuper ea Regium decretũ, ea ratione præcæteris ex multis, quas ibi cumulat, quia compoſitio ſuper decimis eſt valida, nec reperitur prohibita, quinimò ea permiſſa videtur, & proindè ex dicta compoſitione, ſiuè tranſactione potiùs non inducitur aliqua noua obligatio circa illarum ſolutionem; ſed deſignatur tantummodò modus ſoluendi id, quod debetur: cùm decimæ omni iure Eccleſiæ debeantur.

106 Infertur octauò ad id, quod notabiliter voluit *Abb. in cap. commiſſum num. 4. de decim.* deberi ſcilicet decimas etiam ex fructibus combuſtis, ac vineis inciſis. Hoc autem quomodò intelligatur, adeundus eſt *Abb. loco cit.* Et hoc eſt notandum, quia de facili euenire poteſt, prout ego aliàs habui in facto, verùm non in proprijs terminis, nec in cauſa propria decimæ Eccleſiaſticæ, ſed benè in cauſa decimæ laicalis debitæ Baroni, illamq; iure reſolui ſecundùm tradita per *Abb. vbi ſuprà.*

Pro coronide autem, & complemento huius materiæ decimarum notandum eſt ex diſpoſitione *Regiæ Pragmat. 2. ſub tit. de Cleric. ſeù Diac. ſaluat.* ibi, *& ſi ali-*
107 *qua ſint, quæ certis diebus perſolui conſueuerunt, die debita perſoluantur*, quòd ſcilicet quilibet de Populo tenetur ad oblationes fieri ſolitas Eccleſiæ in illis diebus, in quibus conſuetudine inductũ eſt, vt eæ erogentur, & cum dicta *Regia Pragmatica* concordat conſimilis *text.* vndè illa deſumpta fuit in *cap. Regni Volumus.*

108 Super quo eſt aduertendum, nedùm iſtos tales teneri ad dictam oblationes, verùm etiam peccato mortali adſtringi, quãdo nõ offerũt in Miſſa in illis diebus, in quibus ſolitum eſt offerri, ſi talis conſuetudo inoleuit à decem annis citrà, vt obſeruari præcæteris poterit apud *Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 86. art.* 1. apud *Doctores* oẽs, præſertim apud *Abb. in Rubr. extrà de Paroch. & alien. Paroch.* apud *Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 17. nu.* 3. apud *Nauar. in manuali cap. 13. num.* 19. cœteroſq; frequentius, qui tamẽ declarant iſtud duobus modis.

109 Primò quòad oblationẽ in genere, non autem in ſpecie quantitatiua, cùm circà quantitatem ſit arbitrarium offerre debentibus, vt ſcilicet offerant aliquid quid velint.

Et ſecundò, vt excipiantur nihil habentes, nam ij non ligantur culpa aliqua non offerendo, ſi nihil habeant, quod offerre valeant.

## *SVMMARIVM.*

1 *Gabella, & ius gabellæ differunt inter ſe, ſicuti genus, & ſpecies.*

2 *Gabella dicitur eſſe in fructu, verùm fructus eſt rei incorporalis.*

3 *Fructuum appellatione tametſi iuxtà ipſius propriam ſignificationem veniat id, quod in terra coaleſcit, naſcitur, & renaſcitur, veniunt tamen reditus etiã omnes, & prouentus.*

4 *Reditus, & prouentus orientes ex rebus, ſiuè iuribus incorporalibus licèt non renaſcantur ijdem numero, renaſcuntur tamen ijdem genere.*

5 *Collecta, tributum, cenſus, vectigal; indictum, ſuperindictum, aliaq; id genus dicuntur eſſe in fructu.*

6 *Gabella in genere ſumpta comprehendit omnem exactionem publicam.*

7 *Gabella ſecundùm communem vſum lo-*

*quen-*

quendi ſumitur quandoq. pro vectigalibus, & è contrà vectigalia pro gabellis.

8 Gabellæ, & vectigalia reputantur, & connumerantur inter regalia.

9 Gabellas, & vectigalia ſolus Princeps habet imponendi facultatem.

Poteſt tamen Princeps poteſtatem, ac facultatẽ imponendi alteri concedere, nu. 10.

Conceſſio tamen, & facultas debet eſſe ſpecifica, ita vt non ſufficiat generalis conceſſio regalium, nu. 11.

12 Gabellas, & vectigalia non poſſunt imponere Barones in eorum Terris, & Baronijs, licèt habeant in illis merũ, & mixtum imperium.

13 Gabellarum, & vectigalium impoſitio eſt prohibita Vniuerſitatibus, & Communitatibus Superiorem recognoſcentibus.

14 Decretum concedendum Vniuerſitatibus, ſiuè licentia imponendi gabellas debet fieri cauſa cognita.

15 Gabellas, & vectigalia imponere poteſt Princeps non recognoſcens Superiorem, habenſq. iura Imperij, vt ſunt in Italia Dux Sabaudiæ, Dux Mediolani, Dux Mantuæ, & alij.

Item imponere etiam poterunt Ciuitates liberæ non recognoſcentes Superiorem, vt in Italia, Venetię, Ianua, & Luca, n. 16.

Rurſus amplies quoad Ciuitates, Terras, & Communitates non liberas, quę preſcripta conſuetudine quæſierunt facultatem gabellas, & vectigalia imponendi, num. 18.

17 Ciuitates, & Communitates non liberæ poſſunt ſibi ipſi imponere collectas, tametſi non gabellas abſq. permiſſu Principis, & nu. 36.

19 Gabellarum ſubbaſtatio debet fieri in præſentia Officialis.

20 Gabellarum impoſitor ſubbaſta non liberatur à ſua impoſitione per ſubbaſtationem, ſiuè impoſitionem factam ab altero, præcipuè ſi ſecundus ille impoſitor non eſſet ſoluendo.

Intelligas tamen, vt ibidem.

21 Gabellarum conductor ſi non ſoluerit intandis, & terminis præfixis, poterit ab ipſo auferri gabella.

22 Gabellarum conductor antiquus an præferatur ſecundo, ſi tantundem offerat quantum ſecundus.

23 Gabellarum conductori ſit remiſſio mercedis propter peſtem, ſterilitatem, aut aliud id genus, & conſequenter poterit ob id facere præuentionem, ad finem vt ſibi caſſetur inſtrumentum, vel vt fiat remiſſio.

Ad hoc tamen vt iuridicè fiat præuentio, ſi de conductione fuerit cõfectum inſtrumentum, aut obligatio, oportet obtinere priùs abſolutionem à iuramento, ac præſtare cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, nu. 24.

Et ſi renunciauerit cum iuramento præuentioni, non admittetur ad illam, vt ibid.

25 Gabellarum in impoſitione facienda per Vniuerſitates non liberas præuio decreto maior pars præiudicat minori.

26 Pęnæ ſunt in fructu, & ſpectãt ad emptores redituum, & fructuum, & propterea poterũt Conductores illarum remittere, & tranſigere.

27 Gabellariorum libri vtrùm fidem faciant, cũ diſtinctione inter Gabellarios à publico conſtitutos, & emptores gabellarũ.

28 Gabellarum cõductores quia poſſunt ſcribere, vel non ſcribere pro eorum arbitrio diudicãtur improbatæ fidei, ac dicuntur canes publici, eorumq. nomẽ eſt odioſum Deo, & hominibus, ac vt plurimùm procedunt ſine iuſtitia, & colore iuris.

29 Exempti, ac immunes à ſolutione gabellarum, ac vectigalium vtrùm teneantur denunciare, ita vt ſi nõ denunciauerint incidant in commiſſum.

30 Gabellarum, & vectigaliũ exactor utrùm teneatur dicere uiatori, ut ſoluat, ac utrũ non ſoluendo incidat uiator in commiſſum, ſi non fuerit requiſitus.

31 Collectarum munus vtrùm ſit reale, an uerò perſonale.

32 Collectarũ impoſitio fuit dicta peræquatio, eò quia per illam peræquantur homines, ſecundum facultates eorum.

33 Collectarũ munus eſt extraordinarium.

34 Collectarum ſpecies tres dantur in Regno

35 Collectæ, quas ſibi ipſis Vniuerſitates non liberæ imponunt cenſentur neutro iure, hoc eſt neq. Regales, neq. Baronales.

37 Collecta imponenda uoluntariè prò faciendo honorem alicui Principi, uel Cardinali, aut alteri imponi debet prout Ciues ſunt in concordia.

38 Collecta imponenda pro utilitate publica imponitur per æs, & libram.

L    Falli

Digitized by Google

*Fallit, quandò imponitur pro aliquo ſeruitio perſonali, quoniàm tunc per capita deberet fieri impoſitio, nu. 39.*

*Et hoc etiam, quandò imponeretur pro ſoluendo ſalarium Officialibus, nu. 40.*

*Quando tamen imponitur pro refectione pontium, & viarum, aut pro facienda reparatione, & fortificatione, aliiſq; id genus, tunc per as, & libram erit facienda impoſitio, nu. 41.*

42 *Collecta regulariter in dubio eſt imponenda per as, & libram.*

43 *Collectarum impoſitio cognita fuit antiquitùs, etiam tempore Romanorum.*

44 *Tributũ originẽ ſũpſit à Populo Romano.*

45 *Tributum vndè fuerit dictum latè examinatur.*

46 *Cenſus eſt præſtatio tributi, ſiuè annua penſio, quæ datur de fructibus rerum immobilium.*

47 *Collecta, & cenſus licèt ſint diuerſa, quandoq. tamen vti ſinonyma fuerunt conſiderata ab antiquis Iureconſultis.*

48 *Vectigal ſecundùm propriam ipſius ſignificationem eſt illud, quod præſtatur ex rebus, quæ vehuntur.*

49 *Vectigalia exigentes, ac pedagia tenentur tenere loca tuta, aliàs tenentur de robaria. Excuſantur tamen in aliquibus caſibus, vt ibidem.*

50 *Indictum ſignificat idem, quod tributum, canon, & ſimilia.*

51 *Indictio vndè originem traxerit, & cur ita dicta.*

52 *Superindictum dicitur id, quod imponitur, quando aliqua prædia ſunt deſerta ex cauſa. ſ. reparationis damni, quod peruenit Fiſco, aut alteri imponenti.*

*Quæ autem Terræ teneantur contribuere in caſu Terrarum impotentiũ, ſi dictæ Terræ impotentes alleuiarentur, nu. 53.*

54 *Fiſcus eſt immunis à præſtatione omniũ vectigalium.*

*Etiam in caſu, quo ipſe venderet alteri ius vectigalis, nu. 55.*

56 *Vniuerſitates vendentes gabellas alicui priuato ad inſtar Fiſci ſunt immunes à præſtatione illarum.*

57 *Gabellas, & vectigalia ſoluere tenentur emẽtes fructus prædiorum Fiſci, tametſi Fiſcus venditor ſit immunis.*

*Amplia etiam in emptoribus à Fiſco, vel à Principe pro rebus, quas ipſi reuendent, vel aliò tranſportant, nu. 58.*

59 *Barones licèt ſint immunes pro fructibus Feudi, ità vt non teneantur pro illis ſoluere gabellas, & vectigalia, non erunt tamen pro eorum parte immunes coloni partiarij, aut conducentes pecunia ab ipſo Barone bona Feudalia.*

60 *Collectæ ſolui debent de Feudalibus, ſiuè de Subfeudis redititijs Baroni, quæ poſſidentur per priuatos.*

61 *Gabella non tenentur ſoluere Officiales in eo loco, in quo habent officium.*

62 *Doctores, Medici, aliiq; profeſſores literarum ſunt immunes de iure ab omnibus muneribus publicis, & ciuilibus, licèt tamen aliud obſeruetur de facto.*

63 *Patres habentes duodecim filios ſunt immunes à gabellis, collectis, aliiſq; oneribus, & muneribus quibuſcumque.*

64 *Ambaſciatores, ſiuè Legati ſunt immunes à gabellis pro rebus, quas vehunt.*

65 *Præſides Prouinciarum, ac Rectores Terrarum ſunt immunes pro rebus, quas aduehunt, & reuehunt pro vſibus ſuis.*

66 *Gabellã ſoluere nõ tenentur inuehẽtes res, quæ pro eleemoſyna pauperib⁹ elargiũtur.*

67 *Gabellas, & vectigalia non tenentur ſoluere quicũq; aſportãtes res pro vſu ſuo.*

*Amplia ẽt ad vehẽtes pro vſu Reipubl. n. 68.*

69 *Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à quibuſcumq; muneribus, gabellis, & vectigalibus.*

*Ipſorum immunitas quò iure procedat, ibid.*

*Amplia tàm quòad clericos conſtitutos in ſacris, quàm quòad conſtitutos in minoribus, & ſic de prima tonſura, nu. 70.*

*Rursùs amplies etiam ſi ſpontè promiſerint ſoluere collectas, & gabellas, aut alias impoſitiones, nu. 71.*

*Amplies etiam vt procedat pro rebus, quas faciunt mutata forma, nu. 72.*

## CAP. VIII.

DIfferentiã illã, quã initio *praeced. cap.* intercedere demõſtrauimus inter ius decimandi, & decimam, ita vt illud genus ſit, iſta verò ſpecies comprehenſa ſub illa, ac ꝙ iſta vti ſpecies exiſtat eiuſdẽ fructus, & ſic quòd decima fructus ſit iuris decimandi, obſeruare nunc etiam opor-

Digitized by Google

1 oportet in materia, de qua agemus in præſenti capite, inter ius.ſ.gabellæ,& gabellam, adeò vt ius gabellæ ſtet loco generis, gabella verò vti ipſius ſpecies cōſideretur, ſitque illa pariter fructus iuris gabellæ, ſicuti decima iuris decimādi, & conſequēter proindè cùm veniat illa in diuiſione fructuum inter diuerſos faciēda, in caſu, quo in eſſe deducta cōſideretur, vti cōſiſtens in ſpecie quātitatiua, ac numerali, iure merito affirmabimus, eſſe illam in fructu, ac fructum eſſe, nō naturalem, cùm nihilùm in ipſa operetur natura, non induſtrialem, eò quòd induſtria hominis in ea conſideretur tātummodò circà perceptionē, ſed benè ciuilē, iuxtà cōmunē ex *Bart.* fructuū diſtinctionem, de qua ſuprà in *cap.2.huius primæ partis*
2 diſſeruimus. Diximus ergò, eſſe illā in fructu, ac fructū exiſtere, verùm fructū rei, ſiuè iuris incorporalis, in quo fructus ēt nomine cōſideratur omne totū, ꝙ ex illo prouenit; qm̄ tametſi fructus appellatione iuxtà propriā ipſius ſignificationē illud ſolū veniat, ꝙ in terra coaleſcit, naſci-
3 tur, & renaſcitur, iuxtà *Pauli* reſponsū in *l.arbores 65.§.quicquid ff.de vſufr.ac in l. diuortio §.ſi vir ff.ſolut. matrim.* attamen appellatione fructuū veniūt, ac in fructu ſunt non tantùm fructus naturales, qui in terra coaleſcunt, naſcuntur, & renaſcuntur, verum etiam reditus omnes, & prouentus, vt patet ex *l.fin.ff. de vſur.&*
4 *in l.fructus 72.ff. de regul.iur.* Quibus in locis agit *Iuriſconſ.* de facultate pignorādi, & decidit, illā in fructu eſſe. Et hoc ꝗ licèt reditus, & prouētus orientes ex rebus, ac iuribus incorporalibus nō renaſcantur ijdem numero, renaſcuntur tamē genere, quemadmodū ſubtiliter videtur diſtinguere *Bart.in l.fin.ff.ſolut. matrim.* quem ſequuntur *ibid. DD.* communiter.

5 Extendendum eſt hoc ipſum quòad collectas etiam, tributum, cenſum, vectigalia, indictum, & ſuperindictum, aliaque id genus, quæ eandem genericam, & ſpecificam admittunt differentiam, vt ſcilicèt ſint ius, & fructus, quatenùs ius non dicantur fructus, cùm ſint tantùm ius exigēdi fructus, vti verò ſpecies, collecta ſit fructus iuris collectandi, tributum iuris exigendi tributum, & ſic de ſingulis, quæ tamen in fructu eſſe, & fructum exiſtere ſuprà memoratorum iurium eſt in confeſſo apud omnes.

6 Notes tamen, de gabella primùm ſermonem inſtituiſſe, ac de iure gabellæ, quia gabella conſideratur vti genus, & vti tale conſiderata, largèq., & generaliter ſumpta comprehendit omnem exactionem publicam *Bertacchin.in tract.de gabell.in princ. Couar. in regula peccatum part.2.§.3.poſt principium de regul.iur.in 6.* alijq; relati per *Gutierrez in tract. de gabell.quæſt.1.nu.12.*

Quia igitur materia gabellarum, collectarum, vectigaliū, & ſimilium eſt valdè frequens, & quotidiana, præſertim in Regno iſto Neapolitano, in quo propter exceſſus, tàm ordinariarum ſolutionum, quæ fiunt Regiæ Curiæ pro fiſcalibus functionibus, quàm etiam extraordinariarum, aliarumq; multarum annuarum, & menſtruarum impoſitionum ad rationem focularioum, ſiuè fumantium, quæ excreuerunt, ità vt peruenerit ſolutio vſque ad ſummam ducatorum quinq; annuorum pro quolibet foculario, ſiuè fumante, connumeratis in ijs ordinarijs, & extraordinarijs ſolutionibus, propter quas quæq; Vniuerſitas cogitur imponere quolibet anno ſuis ciuibus indictum etiam, ac ſuperindictum, idcircò non eſt mihi prorsùs inutile viſum ſequentia in materia exarare, quæ ſunt magis vſu frequētia, cùm propter vaſtitatem materiæ nō pateat totalitèr diſſerendi campus de cunctis circà materiam iſtam gabellarum, collectarum, & vectigalium, ex quo ſuper ea multi *Doctores* peculiares tractatus conſcripſere.

Et in primis aduertendum eſt, dari plures ſpecies, ſiuè gradus impoſitionum, ſeù ſolutionum debitarum, tùm ratione perſonæ, cùm ratione rerum, quæ quandoque vti diuerſæ, multoties verò vti æquiuoca, ac ſinonyma fuerunt per veteres, ac Neotericos Iuriſprudentes conſideratæ. Datur enim in primis gabella, Secundò collecta. Tertiò tributum. Quartò cenſus. Quintò vectigal. Sextò. Indictum. Septimò ſuperindictum, & tametſi aliæ etiam impoſitionum ſpecies vltrà prædictas fuerint conſideratæ, & poſitæ per *Caſſan.in Conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 4. verbo*


Digitized by Google

*indire ſub num.* 1. *verſic. aduerte etiam* quippè Archimandiam, Theolonicam, Portorium, Pedagiū,& Guidagium, vbi declarat quid alterum eorum ſignificet: attamen quia vſu frequentiores ſunt ſuprapoſitæ, ideò de illis ſolis (breuiter tamen diſſeremus) nam aliorum declarationem cupidus lector ab eodem *Caſſaneo* excipiet.

7 Quò igitur ad primum, quippè ad gabellam pertinet, eſt aduertendum, illā ſecundùm communē vſum loquendi ſumi quandoq; pro vectigalibus, & vectigalia è contra pro gabellis, eſſeque illa æqui-

8 uoca, vt adnotauit *Bertachin. de gabell. in prælud. col.* 1. Reputantur vtraq; inter regalia, de quibus in *tit. quæ ſint regalia c.* 1. *verſ. vectigalia, vbi Andr. de Iſern. ac omnes alij Feudiſtæ* notāt,& præter *Feu-*

9 *diſtas Iacob. Rebuff. in l.* 1. *C. de exactor. tribut. lib.* 10. Quò fit, vt ſolus Princeps habeat facultatem imponendi gabellas, & vectigalia. Inferior enim Principe non

10 poteſt *l. vectigalia, vbi Salyc. in princ. C. noua vectigal. inſtitut. l. non ſolent, & l. fin. C. eod. cap. ſuper quibuſdā* §. *prætereà, ibiq; etiam gloſ. & Doctores extra de verb. ſignif.* niſi tamen eidem per ipſum Principē concedatur: eſt ſiquidèm ipſi Principi facultas attributa alteri concedendi *ad tex. in d. cap. ſuper quibuſdam*, notant *Bart. in l. ſi publicanus* §. *in omnibus ff. de publican. Speculat. in tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* §. 1. *verſic. quid de colligentibus, Bertacchin. de gabel.* 2. *quæſt. primæ partis*, cœteriq; paſſim.

11 Verùm tametſi poſſit Princeps alteri concedere, conceſſio tamen iſthæc debet eſſe ſpecifica,& ſic, vt in ſpecie,& nominatim ipſa concedatur, nam per generalem conceſſionem regalium factam per Principem Feudatario non cenſetur tradita facultas imponendi gabellas, & vectigalia, fuit originale dictum *Luc. de Penna in l. contra publicam col.* 5. *verſ. & finaliter quæritur C. de re milit. lib.* 10. concordat *Cuman. conſ.* 161. *in fine*, alios refert *Rota Roman. deciſ.* 29. *numer.* 1. *parte prima in nouiſſ.* & pleniùs alijs articulum excutit *Marta deciſ. Piſana* 160. *per totam.*

12 Amplia, vt neq. poſſint Barones, licèt habeant merum, & mixtum imperium in ſuis Terris,& Baronijs gabellas,& vectigalia imponere in illis, vt patet ex traditis per *eundē Mart. loc. cit.* vbi (quod plus) loquitur de inueſtitis ab Imperatore de mero, & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione, ante *ipſum* veluit *Capyc. in inueſt. feud. in verbo feudorum clauſula verbo gabellis verſ. gabellas ſolus Princeps*, vbi alios in id citat.

13 Amplia ſecundò etiam ad Vniuerſitates, ſiuè Cōmunitates ſuperiorem recognoſcentes, quæ ſimiliter non poterunt ſine permiſſu, licentia,& authoritate Superioris *l. vectigalia, ibique DD. C. noua vectigal. inſtit.* cum concordantibus adductis per *Capyc. loco cit.* & de-

14 cretum ſuper permiſſione, & licentia interponi debet cauſa cognita, vt tradit *Minado. deciſ.* 14. *num.* 1. & ità paſſim quotidiè obſeruatur in Regio Collaterali Conſilio, per quod in conceſsione aſſenſus ſuper venditione gabellarum facienda per Vniuerſitates Regni, ac permiſsione ſemper expetitur cauſæ cognitio ad finem examinandi, an fuerit illa iuſta, vtilis, ac expediens Vniuerſitati petenti.

15 Limita modò primò quòad Principes non recognoſcentes Superiorem, ſed habentes iura imperij in ſuis Ducatibus, quales ſunt præcæteris in Italia Dux Sabaudiæ, Dux Mediolani, Dux Mantuæ, & alij, prout de Duce Sabaudiæ ſcribit *Cacheran. deciſ.* 155. *per totam*, de Duce Mediolani, & Mantuæ agit *Cur. iun. in conſ.* 1. *conſ.* 61. *conſ.* 100. *conſ.* 168. *nu.* 22. & *conſ.* 219. *num.* 17. & de alijs Ducibus reſpectiuè agunt *Doctores* relati per *Cacheran. d. deciſ.* 155. *num.* 1. *ac Marta d. deciſ. Piſana* 160. *num.* 18. in qua limitat, & iure quidèm quòad alios inferiores Dominos inueſtitos ab Imperatore, vt ſuprà etiam diximus.

16 Limita ſecundò quòad Ciuitates liberas non recognoſcentes Superiores, vt ſunt præcisè in Italia, Venetiæ, Ianua, & Luca, quæ, ex quo poſt pacem factam Conſtantiæ habent ſaltim de facto merum, & mixtum imperium, obtinuerunt, vt imponere poſsint gabellas, pedagia, & vectigalia, ſecundùm *Ioan. Andr. & Abb.*

Digitized by Google

*Abb. Panormit. in cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* notat *Syluester in ſumma verbo gabella 3. num. 2.* iis adde *Capyc. deciſ. 148. nu. 4. ac Minſynger ſingular. obſeruat. 29. nu. 3. centur. 5.*

17 Limita tertiò quòad collectas, quas Ciuitates, & Communitates non liberæ poſſunt ſibi ipſis imponere, ſecundùm *Angel. post gloſ. in Auth. quib. mòd. nat. effic. legit. §. ſi quis igitur il 2. eundem Angel. & alios in l. quarta §. actor ff. de re iudic.* adnotauit *Capyc. d. inueſtit. feud. d. verſ. gabellas ſolus Princeps in fine.*

18 Limita quartò quòad alias Ciuitates, Terras, & Communitates non liberas, quæ præſcriptione, & conſuetudine quæſierunt facultatem imponendi gabellas, præſcriptione ſcilicet longiſſimi temporis, cuius initii non ſit memoria hominis in contrarium, atque vſum, & obſeruantiam infra dictum longiſſimum tempus, quæ habeant vim conceſſionis, & priuilegii, nàm etiam in his, quæ ſunt reſeruata Principi acquiri tale ius, poſt alios, quos ibi cumulat voluit *Capyc. in inueſt. feud. d. verbo gabellis verſ. gabellarum ius*, voluit etiam *Syluest. in ſumma d. verbo gabella 3. num. 3.* prout in ſpecie etiam de iure exigendi vectigalia, quòd ſcilicet poſſit per conſuetudinem acquiri, poſt alios, quos recenſent tradunt *Guid. Pap. deciſ. 498. nu. 2. ac Minſynger. d. obſeru. 29. cent. 5. nu. 6.*

Infertur mòdò in materia gabellarũ, vti frequentiorum aliis impoſitionibus. Primò, quòd ſubhaſtatio gabellarum
19 debet fieri in præſentia Officialium *l. 1. vbi Bald. C. noua vectigal. imponi nõ poſſe*, & tunc ſi in ſubhaſtatione illarũ aliquis impoſuerit, non poterit poſtmodùm pœnitere, niſi tamen alteri Vniuerſitati expediat. Et hoc adeò, quòd ſi aliquis alius
20 offerat, non liberabitur à ſua impoſitione, præcipuè ſi primus nõ eſt ſoluendo, & ita *Cepoll. in cautel. 37. poſt Bald. in conſ. inibi per ipſum allegato*, quem ſequitur etiam *Caſſan. de gabell. nu. 22.* qui tractatus reperitur impreſſus *in fine commentar. ad Conſuetud. Burgund.* Hoc tamen intelligendum puto in caſu, quo poſterior impoſitio non fuerit approbata, quoniam ſi fuerit illa admiſſa, & per Tubittam, ſiuè Banditorem fuerit impoſitio ſecunda proclamata, vtique credo, quòd liberetur primus.

21 Infer ſecundò, quòd ſi conductor gabellarum non ſoluerit in tandis, & terminis præfixis in conductione, poterit ab ipſo auferri gabella, ad *tex. in l. vectigalia §. nondùm ſolutus, vbi Bart. & DD. ff. de publican.* alios congerit *Bertacchin. de gabell. 2. par. q. 13.* adde *Ariſminum Tepat. variar. concluſ. iur. tit. 362. cap. 11.* poſt *Petrum de Rauenna*, quem ibi adducit in *ſingul. 852.*

22 Infer tertiò, quòd licèt in conductione prædiorum fiſcalium vẽdicet ſibi locum diſpoſitio *l. congruit*, iuncta *l. ſequ. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* in quibus diſponitur, quòd ſi antiquus conductor velit tantundem ſoluere, quantum offert ſecundus, non poſſit repelli à conductione, ac quòd per dictas *leges* in hoc ſolo caſu fuerit correcta diſpoſitio *l. nè cui C. locati*, qua cauetur, neminem cogi locare alteri inuitum, vt patet ex traditis per *D. de Frãch. deciſ. 406. per totam*, ac per *Gizzarell. deciſ. 5.* ſimiliter per *totam*, qui tradunt, cenſuiſſe Sacrum Conſilium, diſpoſitionem ſcilicet *d. l. ne cui* facere regulam generalem, *tex.* verò in *d. l. congruit* facere limitationem ſpecialem in ſolis prædiis fiſcalibus: attamen deciſum fuit per Sacrum Conſilium, non computari inter prędia fiſcalia gabellas, & conſequenter præferri nouos conductores illarum veteribus; tametſi antiqui tantundem offerant, vt deciſum tradit *Gizzarell. loco cit. in fine*, extendens hoc ipſum etiam ad gabellas fiſcales, ac quòd ita practicetur, & obſeruetur per Regiam Cameram Summariæ, per quam auferuntur ſemper gabellæ ab antiquis conductoribus, niſi plus offerant, quicquid dixerit *Lucas de Penna inibi* per *ipſum* allegatus. Vtrùm autem è contrà poſſit Fiſcus cogere veteres conductores ad iterum conducẽdum in caſu, quo non inueniat conductorem, eſt *tex. in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de publican. & vectigal.* vbi deciditur, quòd ſic, pro veritate eſt adeundus *Gutierrez de gabell. q. 140. per totam*, aliqua etiam ponit *Ioſeph Mele in addit.*

*ad*

Digitized by Google

*ad Gizzarell. d. deciſ.5.num.6.* vbi notat, plura debere cócurrere, ad hoc vt vendicet ſibi locum diſpoſitio *d.§.qui maximos*.

23 Infer quartò, nàm quàmuis in locatione gabellarum habeat etiàm locum remiſſio mercedis propter guerram, peſtem, ſterilitatem, aùt alia id genus, argum. *l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis ff. locati, & l. licet, vbi DD. C. eod.* & conſequenter admitti conductoré ad faciendam præuentionem, quæ nihil aliud eſt, niſi prąuenire locatorem ad caſſandum inſtrumentum, aùt ad remittendã mercedem, iuxtà caſum aùt ſterilitatis, aut guerræ, aut alterius, remedio *l. diffamari C. de ingen. manumiſſ.* cum concordanti-

24 bus; attamen non admittitur conductor aduersùs obligationem, aùt inſtrumentum liquidum ex diſpoſitione *Regiæ Pragm.* niſi obtenta priùs abſolutione à iuramento, ac prąſtita cáutione de ſoluendo debitum, & pœnam, quæ pœna eſt ducatorũ ſexaginta erga Fiſcum, vt decernit *Regia Pragm.* incip. *Malitijs ſub tit. de præuent. moder.* Et ſi in inſtrumento cóductionis cum iuramento renunciauerit cóductor præuentioni, vtique non admittetur ad illam, quoniam in tali caſu non obſtante abſolutione à iuramento, ac cautione præſtita de ſoluendó debitum, & pœnam, poterit procedi ad incuſationẽ, & liquidationem, vt deciſum per Sacrum Conſilium tradit *D. de Franch. deciſ.670. in fine*, qui *ibidem ſub num.3.* dicit, poſſe præuentioni prædictæ renunciari.

Infer quintò, in impoſitione gabellarum facienda per Vniuerſitates non liberas, præuio tamen Regio decreto, &

25 aſſenſu attendendũ eſſe id, quod maior pars elegerit, in tantum, vt etiam aliis contradicentibus illud ſit obſeruãdum, vt decidit *Capyc. deciſ.148. in 2. dubio nu. 5. & 6.* qui tamen id reſtringere videtur, dummodò ſit vtile, & neceſſarium. Vnde non ſine cauſæ cognitione præcedente eſt interponendum Regium decretum, vt ſuprà etiã tradidimus ex *Minad. deciſ.14. nu.1.*

26 Infer ſextò, quòd cùm pœnæ ſint in fructu, vt ſuprà etiam diximus, ſpectant illæ ad emptores redituum, vt tradit *Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. num.4. & in l.1. nu.10. C. de fruct. & lit. expenſ.* tradit *Peregr. de iure Fiſci lib.6. tit.2. num.42.* propterea igitur pęnæ indictæ contra fraudantes gabellas ſpectant ad Affictatores gabellarum, & vectigalium, niſi tamen aliud fuerit actum, & hoc ſiue fuerint conceptæ pœnæ per verba multiplicatiua, vt putà in duplum, vel in triplum, ſiuè aliter, quarè poterunt tales Affictatores pœnas prędictas remittere, tranſigere, & aggratiare, & ita notabiliter tradit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.970. nu.27. cum ſeqq.* qui *ibidem nu.26.* ampliat etiam quòad res, quæ incidunt in commiſſum, vt ſcilicet ſpectent illæ etiã ad Datiarios, & Affictatores datiorum, & gabellarum.

Infer ſeptimò, intercedere maximam differentiã inter Gabellarios à publico cõſtitutos, & Affictatores, ſiuè Condu-

27 ctores gabellarum circa fidem præſtandam, nec nè eorũ libris, quoniam quòad Gabellarios à publico conſtitutos ad exactionem gabellarum fides eorum libris præſtatur, & ita intelligẽdi ſunt *Bar. & Bald. in l. quædam §. nummularios ff. de edend. Iaſ. in repetit. l. admonendi num. 112. ff. de iure iur. Riminald. iun. in conſ. 334. nu.26.* aliique relati per *Maſcard. de probat. concluſ.837. ac per Surdum deciſ. 336. nu.1.* quorum dicta intelligunt etiã *Socin. in conſ.208. nu.2. verſ. tertiò ex libris vol.2. ac Maſcard. d. tract. de probat. concluſ.975. num.41.* vt habeant locum quòad concernentia eorum officium, ac quòd extrà non probent. Quò verò ad Affictatores gabellarum, datiorum, vectigalium, & ſimilium nulla pro ipſis erit fides adhibenda eorum libris, fuit originale dictum *Anton. Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de libris mercat. gl.2. nu.39. fol. 457.* quem ſequitur *Nicolaus Genua de ſcript. priu. lib.4. tit. de libris ration. gabellar. nu.18. pag.229.* hoc ipſum voluit *D. de Ponte* qui tamen de *Sola*, nec de aliis infra citandis nó meminit *de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §.8. num.23. cum ſeqq.* iis adde *Girondam de gabell. par.4. nu.33. cum ſeqq. ac Gutier ſimiliter de gabell. q.163. num.21. & 22.* Ratio poteſt

col-

Digitized by Google

28 colligi ex dictis præfatorum, aliorumq; nàm *Sola loco cit.* ſcribit, id procedere, quia poſſunt tales ſcribere, vel non ſcribere pro eorum arbitrio; *Gutierrez* ſubdit, tales conductores gabellarum non præſumi bonos viros, ſed eſſe eorum nomen odioſum Deo, & hominibus, adducit in id *Frãciſcum Lucam in tract. de Fiſco, & eius priuileg. par. 4. nu. 3.* addit *de Amat. d. deciſ. Marcb. 35. n. 16. cum ſeqq.* Gabellarios conductores regulariter nõ eſſe homines omni exceptione maiores, ſed vt plurimùm homines peruerſos, vulgò canes publicos nuncupatos, procedẽtes de more ſine iuſtitia, & colore iuris, adducit etiã ad hoc *Ludouic. concl. vnic. de gabell. & Ancbar. conſ. 264. præmittendum in fine*, quò fit etiam, vt in dubio ſit contrà ipſos pronunciandum, vt teſtantur *Crauett. in conſil. 239. circa præſentem in fine, ac Becc. in conſ. 96. viſo proceſſu in fine.*

29 Vtrùm verò immunes, & exempti à ſolutione gabellarum, & vectigalium teneantur profiteri, & ſic denunciare Gabellotis, & Exactoribus vectigaliũ, & ſi propter non denunciationem factam incidant in commiſſum; diſſentiunt inter ſe *Martus Antonius de Amat. d. deciſ.* Marchiæ 35. *per totam, & Gratian. deciſ. eiuſdem* Rotæ 148. *nu.* 21. *cùm ſeqq.* tametſi alter non faciat mentionem de altero. *Gratianus* enim *loco cit.* affirmat, incidere in commiſſum, *Amatus* verò negat, vterque adducit pro ſe *Doctores* decidentes articulum in propriis terminis. Veritas ſeligi poterit tùm ex eorum dictis, cùm ex *Doctoribus*, quos allegant, vt ſcilicet ſi dolo id fecerint, incidant, ſi verò citra dolum, non incidant.

30 Vtrum etiam Exactor vectigaliũ teneatur dicere viatori, ſolue, quãdo tranſit cum mercibus, & aliis, pro quibus ſoluitur vectigal, an verò incidat in cõmiſſum non ſoluẽdo, *Gutierrez de gabell. q. 3. num. 46. & 47.* tenet, quòd non incidat, & dicit, hoc eſſe intelligẽdum quòad omnia vectigalia, & gabellas impoſitas contrà importantes, & exportantes, inferentes, vel extrahentes merces vetitas, vel permiſſas cum ſolutione vectigalis, adducit in id *Doctores* concordantes, de quibus per *eum*, quod eſt notandum valdè in praxi, & hæc quòad gabellas.

31 Quò verò ad ſecundum, quippè ad collectam, diſſerunt *Doctores*, eſſe illam munus patrimoniale, quod imponitur perſonę pro rebus *gloſ. in l. reſcripto §. fin. in verbo incolis ff. de muner. & honor. Alex. cõſ. 52. viſis his, quæ in themate circa finem vol. 5. Catell. Cotta in memor. ſuis in verbo collecta in princ.*

Verùm eſt aduertendum, collectam nõ eſſe onus merè reale, ſed benè mixtum, cùm imponatur illa ciuibus, & incolis ratione bonorum *d. l. reſcripto in fine ff. de muner. & bonor. Theſ. deciſ. 116. num. 3. Sebaſt. de Neap. ſuper cap.* Regni *Item ſtatuimus, quòd poſſeſſiones nu.* 7. vbi dicit, non eſſe obligata ipſa bona, ſeù prædia ad collectas, ſed benè homines teneri pro prædiis ſecundùm poſſeſſionem, ſiuè quantitatem bonorum, & rerum.

Hinc fit (ſubdit *idem Sebaſt. loco cit.*) quòd tales collectæ imponuntur æqualiter, tàm diuitibus, quàm pauperibus, ex eo quia imponuntur ſecundùm quãtitatem patrimonii, adducit *tex. in l. 1. in fine C. de apoc. publ. lib. 10. vbi gloſ. in verbo inopes* cum multis alijs cõcordantibus per *eum* adductis, *ibique* ſubdit etiam, quòd collecta quantùm ad conſiderationem quantitatis bonorum dicitur munus reale, quantùm verò ad obligationem dicitur perſonale: imponitur enim perſonæ pro rebus, & proptereà reſpectu huius admixtionis vtriuſque, realis ſcilicet, & perſonalis qualitatis dicetur onus mixtum:

32 Quò fit etiam, collectarum impoſitionem fuiſſe dictam peræquationem, quia ex ea peræquantur homines ſecundùm facultates, & quilibet pro ea tenetur iuxta vires facultatis, ad not. in *l. ſancimus C. de aduocat. diuerſ. iudic.*

33 Collectarum item munus eſt extraordinarium, vt concludit *Firman. in tract. de gabell. in proœm. col. 2.* & remiſſiuè ad *eum Boſſius tit. de vectigal. num. 7.* vbi declarat etiam, quomodò collecta licèt ex regula ſit munus ordinarium poſſit fieri extraordinarium, ijs addi poteſt *Niger in cap. Regni Porrecta num. 67.* vbi



Digitized by Google

afferet rationem dicens, id prouenire, quia collectæ non habent certam, & determinatam formam, ſed imponuntur ſecundùm æſtimum, & ſecundùm occaſionem neceſſitatis.

34 Collectarum in Regno tres ſunt ſpecies ſecundùm *Capyc. in inueſt. feud. in verbo collectis fol.* mihi 116. Nàm aliquæ ſpectāt ad Baronem, aliquæ ad Regem, aliquæ tandem neutro iure cenſentur.

Diuidit inſuper *Capyc. loco cit.* collectas ad Baronem ſpectātes in duas ſpecies, in cōtinuas ſcilicet, & diſcontinuas. Et inter continuas connumerat collectas Sanctæ Mariæ, ac ſimiles; quas Barones per diuerſa anni tempora exigunt in multis partibus Regni, circà quarum exactionem videnda eſt *deciſio D. de Franch.* 56. *per totā, & nu.* 5. quo iure debeantur, & quanto tempore iuri percipiendi illas præſcribatur.

35 Prętermiſſis modò duabus primis collectarum ſpeciebus, cùm non curemus de illis agere in præſenti noſtro tractatu, ad illam tertiam collectarum ſpeciem deueniēdo, quæ neutro iure cenſentur, dixit *Capyc. loco cit.* eas eſſe, quas Vniuerſitates ſubditæ ſibi ipſis imponunt pro ſubeundis oneribus, vel ſoluendis debitis Vniuerſitatis, adducit in id *tex. in l.* 4. §. *actor, vbi Imola, & cæteri ff. de rei ven-*

36 *dicat.* quo loci quęrit etiam, vtrùm Vniuerſitates non liberæ, ſed habentes ſuperiorem poſſint ſibi ipſis imponere collectas ſine permiſſu Principis. Et quàmuis *Bartolus in l.* 1. *C. de mulier, & in quo loc. mun. lib.* 10. *nu.* 24. diſtinguendo inter Ciuitates liberas, & non liberas, & ſic ſubditas concludat, quòd liberæ tantùm poſſint imponere collectas ad libitum, ac quomodò ſibi ipſis placuerit, & quòd non liberæ non niſi neceſſitatis cauſa poſſint eas imponere ex *tex. in l. omnes de oper. publ.* concludit tamen ipſe *Capyc. loco cit.* ex mente *Lucæ de Penna in l. fin. C. ex quib. muner. lib.* 10. quòd Vniuerſitates non liberæ poſſint non tātùm ex cauſa neceſſitatis, verùm etiam ex cauſa magnæ vtilitatis ſibi collectas imponere, in nihilum refragante *cap. Regni* incip. *Item, quòd Iuſtitiarij, & Iudices,* quod eſt 38. in ordine, per quod inhibetur impoſitio collectarum in Regno ſine ſpeciali permiſſione Regis: quoniam limitant diſpoſitionem illius *cap.* præcitati *Doctores* in caſibus neceſſitatis, & magnæ vtilitatis.

Vtrùm autem collectæ iſtæ debeant imponi ab Vniuerſitate per æs, & librā, ideſt per facultates patrimonij cuiuslibet, aùt per capita perſonarum, vel tandem per focularia, ſiuè fumantia, *Doctores* videntur in hoc diſtinguere plures caſus, inter quos eſt *Bartolus in l.* 4. §. *actor ff. de re iudic.*

37 Primus caſus eſt, quando tractatur de collecta, quæ voluntariè imponitur, putà pro faciendo honorem alicui Principi, vel Cardinali, & ſimilibus, & in hoc caſu debent ciues diſtribuere inter ſe, prout ſunt in concordia *Petrùs de Vbaldo in tract. de collect. nu.* 13.

38 Secundus caſus eſt, quando collecta imponitur pro vtilitate publica, vtputà pro ſoluendis ſtipendiis militum conducendorum ad ſeruitia communia, aùt pro emēda Terra, aut Caſtro, Ciuitate, vel quando imponitur pro neceſſitate publica, vtputà pro ſoluendis debitis contractis per Ciuitatem ex cauſa contractus, vel ex cauſa maleficii, & tunc in præfatis caſibus eſt imponenda per ſolidum, & libram *idem Petrus de Vbaldo loco cit. num.* 14. ex *Baldo in l. etiam C. de execut. rei iudic.* per *tex. in l. reſcripto* §. *fin. ff. de muner. & honor.* adducit in idem *tex. in l. omnes verſ. pro viribus C. de muner. publ.* cum cæteris concordantibus adductis per *eum ibi*, hoc idem voluerunt *Bar. in l. nè quid ff. de incend. ruin. & naufrag. Felin. in cap. grauem de ſent. excommunicat. Vincent. Herculan. in l. ſi ſe non obtulit. in princ. num.* 42. *ff. de re iudic. Niger in cap. Regni Porrecta nu.* 114. & *num.* 118. *Franciſcus de Claperijs in centur. cauſar. fiſcal. cauſa* 14. *q.* 1. *num.* 4.

39 Tertius caſus eſt de collecta, quæ imponitur pro aliquo ſeruitio perſonali, putà quia debeat ire ad exercitum, & fuerit facta compoſitio de hoc, & tunc collecta debet imponi per capita *Bar. d.* §. *actor num.* 3. *Niger loco cit. nu.* 14. Diſtinguas tamen iſtud ſecundùm *Petrum de Vbald. loco cit. nu.* 19. & 20. quòd aùt

primum

Digitized by Google

primum ſeruitium iſtud eſt iniunctũ per capita, videlicet, vt quilibet debeat ire ad exercitum de perſona. Aut verò ſecundò fuit iniunctum per focularia, ſiuè per fumãtes; ſcilicet quòd vnus de qualibet familia debeat ire, vel ad rationem tot pro quolibet centenario foculariorum, vt annis propè elapſis in caſu ordinationis tũc temporis factæ per D. Ducem Aluæ Proregem huius Regni, per quem fuit iniunctũ Vniuerſitatibus Regni, vt quęlibet mittere haberet ad exercitum D. Regis vnum pro quolibet centenario foculariorum, item in alia ordinatione facta per D. Comitem de Monte Regio de anno 1632. ſimiliter de mittendo, & armando certum numerum militum iuxtà taxam pro occurrentibus neceſſitatibus ſuæ Catholicæ Maieſtatis, & obſeruatum quoque ambigimus in erectione nouæ militiæ, vulgo dictæ *del battaglione à piedi*, quæ fuit inſtituta per Cardinalem de Granuela tunc Regni Proregem, quę adhùc viget in viridi obſeruantia de eligendis quinque pro quolibet centenario foculariorum per Vniuerſitates Regni, vt in *Pragm. 2. ſub tit. de militib.* & tunc quòad primùm caſum debet fieri contributio per capita, ſi fieret compoſitio, ſecundo verò caſu per focularia, ſiuè per fumantes, vt clariùs *ibidem* per *eundem nu.* 25.

40 Quartus caſus eſt, quando tractatur de ſoluendo ſalarium debitum Officialibus, & tunc collecta imponenda pro eo, imponi debet per capita *Alex. in conſil.* 68. incip. *Et viſo col. 2. vol. 2.*

41 Quintus caſus eſt, quando tractatur de imponenda collecta pro refectione pontium, & viarum, aùt fluminum, aùt pro faciẽda munitione, & fortificatione Terræ, vt de præſẽti in cõtributione ordinata per D. Proregẽ pro fortificatione Ciuitatis Capuæ, & tunc debet imponi pro quãtitate patrimonii, & ſic per æs, & libram *Alex. loc. cit. & Niger d.c. Porrecta n.* 115.

Hoc amplia etiã in impoſitione, quæ fit pro hoſpitatione militum, tàm pedeſtriũ, quã equeſtrium grauis, & leuis armaturæ, vt videmus quotidiè obſeruari, & ſtatutũ cernimus in patentibus literis, quæ expediũtur ordine D. Proregis pro tẽpore in Officio Scribæ Portionis Regni, per quas ordinatur, vt contributio, & ſolutio facienda pro hoſpitatione militum, vigore dictarum patentium literarum debeat fieri per æs, & libram.

42 Sextus caſus eſt, quando ſumus in dubio, & tunc in dubiis caſibus collecta regulariter, & ſemper eſt imponenda per ęs, & libram, ac ſecundùm vires patrimonii *Bartol. in l. 4. §. actor ff. de re iudic. Bald. in l. 1. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomine, Petr. de Vbald. loc. cit. nu. 22. Niger d.c. Regni Porrecta num.* 114.

Prefati caſus ſunt ſummoperè notandi, tàmquã practicabiles, cùm quotidiè excitentur quæſtiones in materia impoſitionis collectarum extraordinariarũ ex cauſa aliqua, putà cõtributionis pro hoſpitatione militũ grauis, & leuis armaturę, itemq; pro ſubuentione militũ Tribunalis Cãpaneæ, aliarumque, quæ in dies decernuntur ad rationẽ foculariorũ, & diuites poſſidẽtes bona talliabilia ſẽper exclamãt, fieri debere impoſitionẽ habita rationẽ foculariorũ, iuxta ordinẽ, è cõtra verò clamitãt pauperes per vicos, & plateas debere fieri ꝑ æs, & librã, ad hoc nè iudicẽtur pares cũ diuitibus poſſidẽtibus bona, vt in pręſẽti circa impoſitionẽ tareni vnius pro quolibet foculario ſingulis mẽſibus ex vna parte, itẽ granorũ octo, rurſus granorũ ſeptẽ menſatim ſoluendorum, quoniam ex præfatorum diſtinctione, ac reſolutione percipiet facillimè quiſpiã, qualiter ſit facienda partitio, ſi per focularia, ſeu fumantia, ſiuè per ęs, & libram in quocumque caſu occurrenti.

43 Collectarum impoſitio nõ eſt noua. Nàm impoſitio functionũ fiſcaliũ vigebat etiã tempore Romanorum, quo tẽpore, vt inquit *Bald. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* ſoluebãtur viginti ſex denarii pro quolibet fumãte, allegat *gl. in l. ager §. 1. ff. de verb. ſignif. Capyc. in inueſt. feud. in verbo collectis verſ. tẽporibus verò fol.* 118. Et poſt eũ tacito ipſius nomine *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. de regal. impoſit. §. 8. n.* 35. vbi dicit, quòd collectæ iſtæ ſoluebãtur etiam ante tempora Impera-

torum, & ſoluebãtur per fumãtes, adducit *Bar. in l. 4. §. actor ff. de re iudic. Bald. in l. etiam C. de execut. rei iudic. & Alberic. in l. fin. § fin. ff. de bon. damnat.* Et hæc quòad collectas in genere.

44 Quò verò ad tertium, quippè tributũ eſt aduertendum, quòd vocabulũ iſtud, tributũ, originem ſumpſit à Populo Romano, vt notat *Marta in tract. de iuriſdict. p. 4. caſu 11. numer. 1.* quo loci aſſerit, tributum fuiſſe dictum à tribus gentibus, exquibus conſtabat Populus Romanus.

45 Verùm fallitur *Marta* (pace eius dictũ velim) cùm vocabulũ iſtud, tributũ, multò ante Romanorũ tempora impoſitũ, ac exactũ cernamus ex multis locis Sacræ Scripturæ, præſertim in *libro Geneſ. c. 49.* ibi *factuſq; eſt tributis ſeruiens*, item *Deutoronom. c. 20.* ibi *ſi quando acceſſeris ad oppugnandã Ciuitatẽ, offeres ei primũ pacẽ ſi receperit, & aperuerit tibi portas cunctus Populus, qui in ea eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo*, item *1. Reg. c. 17. Domum patris eius facies abſque tributo in Iſrael*, item *2. Regum c. 8. & c. 20.* ac in alijs permultis locis Sacræ Scripturę.

Concludendum eſt propterea, ethymologiã vocabuli iſtius deſumptam extitiſſe à verbo, tribuere, quod ſignificat idem, quod dare, & dicitur tributum, quaſi datum, prout hodie in Regno largitio, quæ fit Potentiſſimo, ac Catholico Domino Noſtro Regi, aùt ſingulis tribus annis iuxtà ſolitum, aùt aliàs ſecundũ vrgentes neceſſitates ipſius Domini Regis, puta ex cauſa belli, vel publicæ lętitiæ dicitur donatiuũ à verbo donare, ex eo quia nulla pręcedente neceſſitate tradendi, & ſoluendi originem ſumpſit in Regno, ſed tantũ ex mera liberalitate vaſallorum erga eorum Dominum, tametſi poſtmodùm ex curſu tẽporis donatiua iſta ſint effecta quaſi neceſſaria, vt videtur ſentire *D. Freccia in tract. de ſubfeud. lib. 2. author. 3. nu. 26.* quapropter licèt tamen neceſſaria ex curſu temporis effecta fuerit hæc largitio, adhùc tamen dicitur donatiuum. Non ſecùs de tributo, quod originem deſumpſiſſe iure contendimus à verbo tribuere, idem denotante, quod, dare, ex eo quia quemadmodum etiam donatiua originem traxerunt voluntariam, ac ſpontaneam à Populis erga eorum Dominos, & Monarcas, licet tamen poſtmodùm largitio illa neceſſariam pepererit traditionem ex curſu temporis, ita tributa voluntariam habuerunt originem, quæ poſtmodùm neceſſariam ſibi parauerunt præſtationem: prout in ſimili dicebamus etiam in *præced. cap.* de oblationibus, quæ fiunt in Eccleſia certis diebus, quæ licet à principio fiant voluntariæ ex parte offerentis, ex curſu tamen temporis fiunt neceſſariæ, ita vt quilibet de Populo perſoluere debeat die debita, quæ certis diebus perſolui conſueuerunt, vt expreſsè declarauimus, ac definiuimus ſuprà. Et expoſitio iſthæc à nobis deſuper tradita de tributo videtur de mente *gloſ. in rubr. C. de ann. & trib. lib. 10.* vbi inquit, dici tributũ quicquid tribuitur, ſed ſpecialiter quod Principi datur.

Nec videtur refragari *Vlpiani* locus *in l. ager 27. ff. de verb. ſignif.* quo loc ſcribit, tributum dici à contributione, ex eò, quòd militibus tribuatur. Primò quoniam *Vlpianus ibi* non poſuit verbum iſtud, tributum, vti genus, ſed benè vti ſpeciem denotantem idem, quod ſtipendium, quod quidem ſtipendium conſideratur reſpectu militum, ac quòd pro eo etiam tributi vocabulum poteſt vſurpari. Secundò, quia fauet potiùs noſtræ expoſitioni, quàm aduerſetur, dùm dicit *Vlpianus*, dici tributum à contributione, quaſi fateri videatur, idem eſſe, quod tribuere.

Vel dicamus, dici tributũ à tribubus, quemadmodùm obſeruauit *Varro*, eò quia pecunia, quæ Populo imperata erat, ſoluebatur tributim à ſingulis pro portione cenſus.

Vel tandem, vt inquit *Feſtus*, tributũ dicitur, quia ex priuato in publicum tribuitur, vt obſeruari poterit apud *Calepinum dictione, tributum*, & poſt *eum* tacito nomine apud *Foller. ſuper Pragm. de cenſibus in gloſ. huiuſmodi cenſus ſuper rebus n. 2. fol.* mihi 300. *in paruis*, tributum verò conſideratur reſpectu capitis, & reſpectu agrorum *gloſ. in rubr. C. de annon.*

&

*& tribut.* reſpectu capitis,vt habetur *in l. fin.ff.de cenſib.* reſpectu agrorum, vt *in d. l.1.d.tit.C.de annon.& tribut.* vbi *gloſ. in verbo annonas* exponit, annonas, ideſt tributa.

46 Quò verò ad cenſum,cenſus erit præſtatio tributi,vel annua penſio, quæ datur de prouentibus rerũ immobiliũ,prout colligitur ex *tex. in c. quæſitum in fine 1.q.3.* Hinc aduertendum eſt,cõtractum cenſualem eſſe, quando quis concedit omne ius, quod in re habet, licèt ſibi præſtari debeat certa penſio, ad differẽtiam illius, qui concedendo rem,ius aliquod ſibi in ea reſeruet:nam eo caſu dicetur emphyteuſis,ita notabiliter diſtinguit *Bar.in l.1.§.hic titulus nu.4.ff.de publican.& vectigal.*.

47 Notandum eſt inſuper, collectã quãdoque appellari cẽſum.Et vti ſinonyma *Vlpianus* conſiderauit cenſum, tributũ, collectam,& publicã penſitationem in *l. ætatem ff. de cenſib.* & habetur per *Ioan. de Plat.in l.1.§.1. in verbo pendant ff. de public.vbi etiam Bar.*ac *Alex.in addit.ad eundem*,& ſic pariter obſeruatum cernimus ab Herodianis illis interrogãtibus Chriſtum,ſi liceret dari cenſum Cęſari, vel nõ,*vt Matth.c.22.*tametſi diſtinguere hæc duo,cenſum ſcilicet, & tributum videatur Chriſtus apud eũdem *Matth. c.17.*dicens,*Reges Terræ, à quibus accipiunt tributũ,vel cenſum?* loquẽdo per alternatiuã,vel, quæ denotat diuerſitatẽ.

Diuerſitatem inter tributũ,& cenſum docet *Gutier.de gabell.q.1.n.5.*dicẽs,illa differre ratione materię,& finis,nàm tributũ de Terrę naſcẽtibꝰ in ſubſidiũ Regis,&Reipublicę cõtribuitur,cẽſus verò eſt de capite ad profitendũ ſubiectionẽ.

48 Vectigal ſecundùm ipſius ſpecificã ſignificationem eſt illud, quod præſtatur ex rebus,quę vehuntur *gloſ.in rubr.C.de vectigal.& commiſ.* quod hodie cõmuni vocabulo vocatur pedagiũ,alibì gabella, & eſt octaua pars illius, quod vehitur *l. ex præſtatione C.eod.tit.de uectigal.& annon.* Differt vectigal à tributo, & cenſu, fine, & materia, quia vectigal eſt illud, quod ſoluitur pro rebus,quæ vehuntur, vnde dicitur vectigal à vehendo,tributũ eſt illud,quod ſoluitur ratione ſoli ab eo, qui illud poſſidet, cẽſus verò,vt ſuprà diximus,ſoluitur de capite, vt colligitur ex traditis per *Gutier.d.q.1.de gabell.num.4. cum ſeqq.*

49 Nota in hoc vnum,quòd habẽtes ius exigendi vectigalia, ac pedagia adſtringũtur tenere itinera tuta, in tantũ quòd teneãtur de robaria ibi facta *Bald. in l.1. §.conuenticulas 3.col.de pace firm.& in c. 1.§.Abbatiſſa de his, qui feud. dare poſſ. Bar.in l.ne quid 2.col.ff.de incend.ruin.& naufr.* ac *Hoſtienſis*, & alii relati per *Capyc.in ſua inueſt.feud.verbo gabellis verſ. colligentes pedagia*,iis adde *Eſcobar de ratiocin.c.25.n.26.*poſt *Ioan.de Plat.*quem ibi allegat *in l.1. C. vt ruſtic. ad null. obſequ.*intelligit tamen iſtud *Eſcobar*, quãdo reditus eſſent ſufficiẽtes ad has impenſas. Excuſantur tamen in caſu, quo apparebit,non adeſſe in illis defectum in faciendo quod tenebantur *idem Capyc.ibi* per cotas,quas adducit.

50 Indictum,ſiuè indictio,ſi attendamus genus illius ſignificat idem, quod tributum,canon,& ſimilia. Exactionis .n.genus eſt, quod indicebatur antiquitùs perſonis pro patrimonio, & ſic pro rebus.Si verò attendamus indictionem ſicuti ſpeciem,differret ea à tributo, & ſimilibus.Nàm indictio erat temporanea, & indicebatur ea pro quindecim annis diuiſis in tria luſtra, & quodlibet luſtrũ faciebat,prout adhùc etiã facit,ac conſtituit terminum quinque annorũ, & ſic in primo luſtro,hoc eſt in primo,ſeù pro primo quinquennio fiebat ſolutio in auro, in ſecundo fiebat in argento, pro tertio verò,& poſtremò fiebat in ære, vt declarat notabiliter *gloſ.in rubr.C. de indict.lib.10.* & magis clarè *Lucas de Penna in l. indictiones C. de annon.& tribut.* Et ſic etiam de præſenti, quando imponitur aliquod onus extraordinarium fit impoſitio per tot annos, per tot menſes,aùt per tot dies, vt obſeruamus in decimis Papalibus, quæ ſolent quandoque imponi, prout de præſenti fuerunt impoſitæ ex cauſa vrgentium neceſſitatum Sanctæ Eccleſiæ per determinatum tempus, ac annis retrò elapſis per tres annos erogandæ ſex decimæ, hoc eſt, binæ pro ſingulo quoque anno.



Digitized by Google

Et iſta impoſitio tẽporanea vocatur indictio, ſiuè indictum, quæ imponitur quandoque propter neceſſitatem, quãdoque verò propter vtilitatem, ita vt cauſa non faciat variare terminum.

51 Et ex hoc, vt dicit *Bar.d.rubr.C.de indict. lib.*10.traxit originem connumeratio indictionis, quę ponitur quotidiè in inſtrumẽtis, quæ indictio finitis quindecim annis incipit de nouo, vſque ad alia tria luſtra, & ſic poſtmodùm ſemper continuatur.

52 Superindictũ differt ab indicto, quia indictum ponitur pro aliqua cauſa, putà feſtiuitatis, neceſſitatis, vel vtilitatis, vt ſupra, ſuperindictum verò quando aliqua prædia ſunt deſerta, vt colligitur ex §.*verùm aliquando in Auth. de collator.* Et ſic ſuperindictum dicitur illud, quod ponitur ex cauſa reparationis damni, quod prouenit Fiſco, vel alteri imponẽti. Dat exemplum *Lucas de Penna in d. rubr.C.de ſuperindicto lib.*10.quando aliquod Caſtrum, Villa, Terra, vel locus eſt diminutus numero incolarũ, ita vt propter diminutionem Ciuiũ non poſſit ferre, neque ſubire onera Fiſcaliũ functionum, quoniam tunc de ordine Superioris, putà Domini Proregis in Regno, vel Regiæ Cameræ cũ delegatione fit alleuiatio onerum, & id, quod ei diminuitur, ſuperimponitur aliis Terris, Villis, & Caſtris, aùt cõuicinis, aùt magis potẽtibus, ad hoc nè Regia Curia ſit in damno. Et hoc dicitur ſuperindictum, quod quandoq; etiam diebus noſtris obſeruatũ fuit in Regno, in quo diremptio, ſiuè diminutio, quæ fuit facta Terris impotẽtibus, fuit partita poſtmodùm pro rata focularioriũ inter alias Terras diuites, ſiuè potẽtes Regni, ad hoc nè diminueretur integra quãtitas annua debita Regiæ Curiæ ex cauſa functionum fiſcalium. Quæ diremptio, ſiuè alleuiatio, ſeù (vt vulgò) diſgrauatio iure cõcedi debet Terris inualidis, ſiuè impotentibus, vt colligitur ex *tex.in §.ſi verò aliquando in Auth.de collator.& in l.omne C.de cenſib. & cenſit. lib.*10. *ac in l. quod fundus C. de omni agro deſer.lib.*10.cum concordantibus.

53 Quid autẽ ſeruetur hodiè in alleuiatione, ac diſtributione facienda ex cauſa alleuiationis Terrarũ impotẽtium, & quæ Terræ contribuere habeant, & debeãt ex cauſa dictæ alleuiationis, ſi. ſ. ſolũ Terræ vicinæ, vt dicebat *Luc.de Pẽna loco cit.* vel ſi etiã omnes aliæ Terræ Regni, adeundus eſt *D.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg. tit.*4. *de regal. impoſit.* §.1. *per totum.*

His ſic modò præmiſſis, quæ videbãtur omninò neceſſaria, tã pro generica, quàm pro ſpecifica terminorum intelligẽtia, deueniendo propriùs ad materiã, ac ponendo regulam, quòd ſcilicet omnes teneãtur ad gabellas, vectigalia, &c. ſi non reperiuntur expreſsè de exemptione in iure priuilegiati, dico, quòd perſonæ, quæ ad collectas, & ſimiles pręſtationes non tenentur, ſunt præcæteris.

54 Primò Fiſcus, qui ab omnium vectigalium præſtationibus eſt immunis *l.locatio*, aliàs incipit *licitatio* 9.§.*Fiſcus ff.de public.& vectigal.gl. in l. ſi publicanus* §. *de rebus in verbo munificum eod. tit. Capyc.in inueſt.feud. in verbo gabellis verſ. Fiſcus fol.*116.

Amplia hoc primò etiam in rebus fiſcalibus, vt inquit *gloſ.ibidem.*

55 Amplia ſecundò etiã in caſu, quo Fiſcus, aùt Princeps vẽderet ius vectigalis, ſiue gabellæ priuato, vtputà gabellę ſalis, vini, frumenti, & ſimilium: Quoniã ſi tunc Fiſcus emeret, & cõtraheret, & pro ea emptione, & cõtractu priuatus teneretur ſoluere gabellã, non tenebitur tamen ipſe Princeps ſoluere Conductoribus dictorũ vectigaliũ, & gabellarũ *Dyn. Bar.Paul.de Caſtr.& cæteri in d.*§. *Fiſcus Bal.& Salyc.in l.emptor C.de hæred.vend. Boer.deciſ.*213.*nu.*1. *ac alij* cumulati per *Peregr.de iure fiſci lib.*6.*tit.*5.*n.*24. quod

56 ſubampliant etiam in Vniuerſitate, quæ venderet gabellã, aùt vectigalia, nàm & ipſa quoq; quemadmodùm & Fiſcus nõ teneretur ad illarũ ſolutionẽ, vt tenent *Doctores* præallegati, qui ampliãt id etiã ſi Princeps emeret cauſa mercimonij, & vltra eius vſum *Ruin.conſ.*89.*n.*1.*vol.*1. argum. *tex.in l. legatis* 63. *in princ. vbi Bar.ff.de leg.*3. Contrariũ autem in caſu ampliationis principalis ſentiit *Rolandus conſil.*61.*num.*23.*vol.*4. De veritate tamen dictæ ampliationis videas *Doctores*

ſupra

Digitized by Google

ſupra allegatos, qui de communi teſtantur, ac *Peregrin. loco citat. d. nu.* 4. videas etiam *Capyc. in ſua inueſtit. feud. d. verbo gabellis in verſ. Fiſcus fol.* 116. *ac Parlador. rer. quotid. cap.* 3. §. 1. *num.* 32. *cum ſequentibus fol.* 67.

57 Limita tamen iſtud in ementibus de fructibus prædiorum Fiſci, quoniam iſti tales non erunt immunes pro fructibus prædictis emptis, licèt tamen ſi eſſent illi penès Fiſcum, nullo vectigalium iure pro ijs Fiſcus obligaretur *d. l. licitatio* §. *fin. vbi etiam gloſ.*

58 Hoc etiam amplia in emptoribus à Fiſco, vel à Principe pro rebus, quas ipſi reuendunt, vel aliò tranſportant *Bart. Paul. de Caſtro*, & cœteri communiter in *d. l. licitatio* §. *mercatores*, *Guid. Pap. deciſ.* 208. *in princ. Bertacchin. de gabell. in* 7. *parte princ. col.* 5. *verſic. ſed quid in emente Pract. Pap. in tit. forma ſuper ſolutione pedagiorum in gloſ. ceciderunt in commiſſum num.* 7. *Tiraquell. de retract. lignag. gloſ.* 13. §. 1. *num.* 12. vbi infinitos iuxtà morem cumulat, qui extendunt hoc ad ementes à quocumque alio exempto, etiam ſi ab Eccleſia, licèt tamen vendentes ſint immunes à ſolutione. Et hoc eſt notandum, quia quandoque ego habui in facto in cauſa cuiuſdam Baronis cum Vniuerſitate: prætendebat enim Baro, quòd ex quo erat ipſe immunis à gabellis, fierent etiam emptores ab ipſo immunes à iure vectigalis debiti Vniuerſitati, ſeù Conductori ab ea, & hoc eò magis conabatur contendere Baro præfatus, quia ipſe tali pacto, immunitatis ſcilicèt à iure vectigalis vendiderat, propter quod aliàs tenebatur ipſe Baro exburſare, ſiuè reſtituere poſtmodùm quod ipſe receperat ab emptoribus, qui ſub tali pacto contraxerant tamquàm alteri debitum (Bone Deus) in quantam iniquitatem, & perniciem videntur duci Barones aliqui huius ſæculi (pace aliorum ſit dictum) quærentes innumerabilibus modis opprimere ſuos miſerrimos vaſallos Burgenſes, ac vſurpare iura pauperum, viduas, pupillos, & miſerabiles perſonas, inſcij etiam, quòd quandoque Deus etiam in hoc ſæculo punit illos iuxtà eorum demerita, quemadmodùm euenit in iſtomet caſu, in quo paulò poſt Baroni tanquàm decocto fuit vendita Terra ad inſtātiam creditorum, & Caſtaldus ipſius, qui hæc talia perpatrabat fuit de nocte interfectus, & domus, ac facultates ipſius penitùs extinctæ, illuminet Dominus mentes hominum ad benè agendum, præcipuè circà concernentia iura populorum.

Poſthæc ſcripta reperi idem reſponſum per *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ſuper pragmat.* 12. *de Baron. cap.* 85. *num.* 11. vbi ſub *num.* 15. *in fine* dat cautelam pro Baronibus. Hoc etiam in ſimili refert deciſum *D. Rouitus in deciſ.* 71. in qua affert deciſionem Regiæ Cameræ Sum-

59 mariæ, quòad fructus Feudales, qui percipiuntur ab alio, quàm à Barone Feudatario, vt ſcilicèt ſi Affictatores colunt bona Feudalia nummis, tunc ſoluere teneantur gabellas pro omnibus fructibus, quos percipiunt, ſi verò colunt ad partem fructuū, in tali caſu ſola pars fructuum ſpectans Baroni Feudatario erit immunis, pro alia verò parte fructuū tenetur ad ſolutionem, non obſtante quòd fructus illi percipiantur ex re Feudali, ex qua deciſione ſubdit fuiſſe deciſum articulum, vt ſcilicèt immunitas cōceſſa Baronibus pro fructibus feudalibus in Dohanis Regni non comprehendat eorum Affictatores.

Et ex relatis ſuprà eſt etiam aduertēdum ad vnum notabile, quod ſimiliter quandoq; ego habui in facto, videlicèt quòd & ſi vigore *cap. Regni Porrecta*, ibi, *excluſis ab ipſo appretio, &c.* non debeant apponi in appretio bona Feudalia, nec debeant de illis ſolui collectæ, ſed tantùm de bonis, quæ poſſidentur in Burgenſaticis, vt inquiunt *D. de Franch. deciſ.* 197. *Lucas de Penna in l. cùm Diuus C. de omni agro deſerto lib.* 10. *ac Capiblanc. de Baron. pragmat.* 12. *num.* 7. attamen intelligunt iſtud *Doctores* de bonis Feudalibus, quæ poſſidentur per ipſum *Baro-*

60 *nem*, pro quibus præſtatur feudale ſeruitium, ſiuè adhoa Regiæ Curiæ, ſecùs tamen pro alijs bonis Feudalibus redititijs ipſi *Baroni*, vulgò Subfeudis, nàm de illis ſolui debēt collectæ, deducto tamen onere reditus, ſiuè cēſus, ac debent bo-

na

Digitized by Google

na illa feudalia redditítia Baroni apponi in appretio,ſicuti cœtera omnia alia bona non feudalia ciuium,quemadmodùm ſic etiam de bonis Eccleſiæ, quæ conceduntur in emphyteuſim reſpectu illius vtilis dominij, quod recipit emphyteuta, ita *Niger ſuper d. cap.* Regni *Porrecta num. 66. Liparulus ad Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regal. nu. 56. verſ. feudatarij*, vbi allegat *Lucam de Penna in l. agros col. 2. verſic. tertiò quæritur C. de fund. limitroph. ac* Capyc. *in ſua inueſtit. feud. in verb. collectis verſ. bona, quæ reddunt* Curiæ, quod fuit etiam de mente *Anna ſen. in ſingul. 92.* vbi loquitur de feudo non quaternato, ibiq; nonnullos alios citat, & nouiſſimo loco voluit *Zappull. ſuper Pragmat. 5. de admin.* Vniuerſit. *§. 5. num.* 17.

61 Secundò non tenentur ad gabellas Officiales in eo loco, in quo habent officium *Bart. in l. athletæ §. gentium ff. de excuſat. tut. Franc. Marc. deciſ. 425. parte 2. &* Capyc. *in inueſt. feud. d. verbo gabellis verſic. Officiales fol. 116.* vbi ſubdit, quòd ne quidèm in tranſitu ſoluere debent pro arneſijs, & rebus, quas ſecùm deferunt pro ſuo vſu, adducit *tex. in l. publicanus §. de rebus, vbi gloſ. & Bart. ff. de public. & vectigal.* A quibus autem muneribus fiant exempti Sindicus, Electi, & alij Adminiſtratores Vniuerſitatum, & ſic an durante tempore adminiſtrationis ſint exempti, & immunes à datijs, & alijs impoſitionibus extraordinarijs, quæ imponuntur inter Ciues, decidit *D. Rouit. in deciſ. 70. per totam.*

62 Tertiò ſunt immunes à gabellis, collectis, &c. Medici (Archiatri præſertim) ac alij quicunque profeſſores literarum. item Doctores legum vnà cũ vxoribus, & filijs, nec non & rebus, quas poſſident in eorum Ciuitatibus ab omni functione, & ab omnibus muneribus, vel ciuilibus, vel publicis, item quòd neque in Prouincijs hoſpites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati, in tantùm quòd ſi quis eos vexauerit, pœna arbitrio Iudicis plectatur, ſũt formalia verba *tex. in l. Medicos C. de profeſſor. & medic. lib. 10.* per quem ſic docent *Cagnol. in proœm. Digeſt. §. hæc autem tria num. 8. & 9. Ripa conſ. 1. num. 9. tit. de muner. & honor. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 379. Theſ. filius quæſt. forenſ. lib. 1. q. 93. nu. 1. & 2. ac Coſta de rat. rata quæſt. 236. num. 9.* vbi extendit immunitatem iſtam ad omnes impoſitiones, collectas, taleas, gabellas, & datia quæcumque, etiam pro molitura grani. Et licèt hiſcè noſtris temporibus priuilegium iſtud in deſuetudinem abierit, Papiæ tamen, ſeù Ticini quòad profeſſores publicos, tàm Legalis ſcientiæ, quàm aliarum artium, ipſi omnes gaudent priuilegio iſto immunitatis, vt refert *Coſta d. quæſt. 236. per totam.* Et ego dùm fui Papiæ de anno 1619. & iterùm de anno 1624. volui de hoc informari, & comperi, quòad dictos publicos Profeſſores eſſe adhùc illud in viridi obſeruantia, & de dicto priuilegio conquerebantur aliqui Profeſſores publici, qui non poſſidebant bona talliabilia, eò quòd ipſius vigore denegabantur ipſis ſtipendia, & ſalaria publica pro lecturis, & qui nihil habebant talliabile ſortiebantur eandem fortunam, & ſic profitebantur ſub ſpe futuræ, nimiumq; dilatæ mercedis.

63 Quartò ſunt immunes à gabellis, & collectis patres habentes duodecim liberos. Et hoc tàm pro patrimonialibus, quàm pro perſonalibus muneribus, nulla habita diſtinctione, ſi fuerit Decurio, vel ſi priuatus, quod eſt illud, in quo vim conſtituebant *Doctores*, quemadmodùm pluriès cenſuiſſe Senatum Pedemontanum teſtatur *Theſ. deciſ. 267. num. 4.* vbi infinitos congerit *Doctores* teſtãtes de hoc, quem ſufficiat pro omnibus allegaſſe, qui etiam *ibidem* axioma iſtud multis ampliationibus, & limitationibus exornat, ita vt ſuperuacaneũ videatur aliquid afferre; cùm omnia *ipſe* tàm accuratè congerat, caſuſq; omnes contingentes in iſta materia immunitatis præfatæ patris habentis duodecim liberos per modum regulæ cũ ſuis ampliationibus, & limitationibus ſic refertè cumulet, vt potiùs viderer ab eo tranſcribere, quàm aliquid de nouo afferre, addendus eſt etiam *Theſ. filius in addit. ad eundem ibidem*, vbi alias quoque permul-

Digitized by Google

multas, & nouas ſubnectit ampliationes, aliaque etiam ponit, quæ cùm paſſa fuiſſent in eo Senatu difficultates, per noua arreſta fuerunt deciſa, ac ſtabilita, vidēda eſt quoque in materia *deciſio D. de Franch.* 259. *per totam*, vbi multa ipſe quoq; excutit in materia, & ex profeſſo præcæteris diſputat, an immunitas iſthęc proſit etiam matri duodecim liberorum.

64 Quintò ſunt immunes à gabellis Ambaſciatores, ſiuè Legati pro rebus, quas vehunt *l. à Legatis, vbi Salyc. & alij* C. *de vectigal. gloſ. in l. ſi publicanus* §. *de rebus ff. de publican. & vectigal.* ac Franc. *Marcus deciſ.* 425. *par.* 2.

65 Amplia hoc etiam in Rectoribus Terrarum, & *Præſidibus Prouinciarum* pro rebus, quas aduehunt, & reuehunt pro vſibus ſuis, iuxtà *text. in d.l. ſi publicanus* §. *de rebus.*

66 Sextò ſunt immunes à gabellis inuehētes res, quæ pro eleemoſyna pauperibus elargiuntur, quemadmodùm in materia gabellæ farinæ Ciuitatis Neapolis deciſiſſe Regium Collaterale Conſilium refert *D. Thoro in compend. deciſ.* Regni *par.* 2.. *in verbo gabella an debeatur.*

67 Septimò eſt immunis quicumque pro rebus, quas aſportat pro vſu ſuo, vt poſt *Borrell. de Magiſtr. edict. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 26. profitetur *Dominus Rouitus ſuper Pragmat. de vectigal. in rubr. num.* 21. ante ipſos decidit *Guid. Pap. in deciſ.* 4.

68 Octauò fiunt immunes vehentes pro vſu Reipublicæ, vt deciſum refert *Franc. Marc. in deciſ.* 41. *par.* 2.

Nonò, cœteris prætermiſsis, nam de perſonis permultis, quæ à vectigalium, gabellarum, & collectarum præſtatione ſunt immunes abundè habetur apud *Lucam de Penna in l.* 1. *C. de muner. patri-*
69 *mon.* ac per alios paſsim, ſunt immunes à gabellis, collectis, & alijs quibuſcumq; exactionibus Clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, eorumque immunitas procedit triplici iure. De iure ſcilicèt Diuino, de iure Ciuili, & de iure Canonico. De iure Diuino probatur primò in *lib. Geneſ. cap.* 47. ibi *ſubiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti vſq. ad extremos fines eius, præter terram Sacerdotum, &c.* & deindè mox in *eod. cap.* ſubditur, *ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti Regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem, abſq. terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* Probatur ſecundò *Eſdræ lib.* 1. *cap.* 7. vbi in Epiſtola Artaxerſis Regis miſſa ſuis Miniſtris formaliter habetur, *Vobis quoque notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, Nathineis, & Miniſtris domus Dei huius, & vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos*, & tandem, cœteris prætermiſsis, de quibus abundè apud *Gutier. in tract. de gabell. quæſt.* 92. *à num.* 9. *cum ſeqq. uſque ad nu.* 22. vbi ex profeſſo diſputat, ſi immunitas iſthæc Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis conceſſa ab exactionibus, gabellis, collectis, alijſq; laicalibus præſtationibus, ſit de iure Diuino, an verò de iure poſitiuo, probat *tex. Sacri Concil. Trident ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* vbi teſtatur, immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus eſſe conſtitutam.

De iure Ciuili probatur per text. in *l. placet, vbi Bald. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iſern. in cap.* 1. §. *extraordinaria collatio in princ. quæ ſint regal. Bart. in l.* 1. *nu.* 29. *& nu.* 38. *C. de mulier. & in quo loco, Ann. ſen. in allegat.* 13. *num.* 1. *Beſſius tract. de Principe, & eius priuileg. nu.* 174. cæteriq. paſſim.

De iure Canonico probatur per *tex.* in *cap. quamquàm de cenſib. in* 6. *& in clem. præſenti eod. tit.* & tandem probatur per *Regiam Pragmaticam* 2. *ſub tit. de cleric. ſeu diacon ſaluat.* §. 6. incip. *Item, quòd Clerici*, in qua diſertis verbis cauetur, Clericos, qui clericaliter viuunt in collectis, & exactionibus alijs quibuſcumque nec pro bonis Eccleſiaſticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitimè obtingentibus cum alijs teneri.

70 Amplia hoc primò tàm in clericis cōſtitutis in ſacris, quàm etiam conſtitutis in minoribus, & de prima tonſura, vt expreſsè ſtatuitur in *dicta Regia Pragmat.* & ea circumſcripta voluerunt *Guid. Pap. deciſ.*

Digitized by Google

*deciſ.* 383. vbi ſic deciſum refert, *Bertacchin. de gabell.* 7. *parte numer.* 12. *Couar. pract. quæſt. cap.* 31. *num.* 9. vbi alios adducit.

71 Amplia ſecundò, etiam quòd Clerici ſpontè promiſerint ſoluere collectas, & gabellas, prout fuit in caſu propoſito per *Annam ſen. in allegat.* 13. *per totam*, vbi *num.* 11. refert ſic fuiſſe deciſum per Regium Collaterale Conſilium.

72 Amplia tertiò, vt nè quidèm teneatur Clericus ſoluere pro rebus, quas facit mutata forma, vtputà ſi Clericus emeret ſericum, & faceret ex eo caligas, vel lanam, & faceret ex ea pannos, aut papyrum, & faceret ex eo libros, aut ſimilia, ſecundùm *Abb. in conſ.* incip. *caſus, ſuper quo vol.* 2. ac *Zerol. in eius praxi Epiſc. in verbo clericus* §. 9. vbi ſubdit rationem, quia hæc non dicitur negotiatio, quæ tunc dicitur, quando eandem rem non mutata forma venderet, allegat *text. in cap. eÿcientes* 88. *diſt. Abb. in cap. fin. de vita, & honeſtat. cleric.* ac *Nauar. in eius manuali cap.* 27. *num.* 128. ſunt tamen qui hoc procedere declarant, aliquibus concurrentibus. Primò, quando Clericus id faceret manibus proprijs, ſecùs verò ſi per manus mercennariarũ perſonarum. Secundò, quando lucrum illud eſſet ordinatum ad finem prouidendi ſuis neceſſitatibus, non verò ad cauſam lucri, & cupiditatis, & Tertiò, dummodò artificium illud non reddatur inhoneſtum, ſeù illicitum ratione rerum, quas conficeret, vtputà ſi conficeret chartas luſorias, taxillos, arma bellica, & ſimilia, aut faceret artificium ſordidum, & immundum, ità notabiliter declarat *Proſper de Auguſtino in addit. ad Summam Bullar. Quarant. verbo vectigal. in verſic. difficultas verſatur*, adde *Genuenſ. in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap.* 75. *per totum*, ex quo multa alia elici poterunt.

Circà tamen materiam iſtam, quando dicatur Clericus negotiari, & quæ ſibi permiſſa, vel prohibita ſunt de iure ad finem, quãdo teneatur, nec nè, adeundus eſt *Gutierrez in tract. de gabell. quæſt.* 93. *per totam*, nàm ibi optimè more ſuo ſcribit, huic adde etiam *d. Genuenſ. in d. praxi Archiepiſcop. Neap. cap.* 75. *per totum.*

Alias ſubampliationes, & limitationes ad hanc regulam fauore Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarũ circà exemptionem à collectis, vectigalibus, alijſq; laicalibus impoſitionibus excipiet cupidus lector ab *eodem Proſpero de Auguſtino loco ſuprà relato.*

## SVMMARIVM.

1 *Capitaneum conſtituere in Terra, vel Baronia eſt fructus iuriſdictionis Feudi, principaliſq. illius fructus.*

*Dicitur fructus maturus Feudi, quia poſt conſtitutionem, & electionem dicitur perceptus, & conſumptus, nu.* 2.

3 *Capitanei conſtitutio eſt de Regalibus, ſicuti etiam Magiſtratuum.*

4 *Barones, & Feudatarÿ quicumq. dicuntur Iudices Ordinarÿ ſuorum vaſallorum.*

5 *Barones in Regno habent iuriſdictionem in domanio, non verò in exercitio, exercitium enim illius ſpectat ad Capitaneum, & propterea non poſſunt de per ſe dicere ius in cauſis vaſallorum.*

6 *Barones non poſſunt cauſas ſuorum vaſallorum ſeparatim delegare, modò ſcilicèt vni cauſam vnius, modò verò alteri cauſam alterius.*

7 *Barones non poſſunt reſcribere ſuis Officialibus, dicentes, facias ſic, vel ſic.*

8 *Barones non poſſunt reſcribere ſuis Officialibus, vt in cauſa, quæ iure ordinario tractanda eſt procedat ſine ſcriptis, & figura iudicÿ.*

9 *Barones antiquitùs habebant ſolam cognitionem cauſarum ciuilium, & mixtum imperium, & communicatio meri imperÿ fuit illis facta per Regem Alphonſum Primum de Aragonia.*

10 *Iuriſdictio cauſarum ciuilium antiquitùs exercebatur per Baiulum, qui habebat cognitionem vniuerſalem omnium cauſarum ciuilium, tàm ſi agebatur actione perſonali, tàm ſi reali, & tàm ſi de parua, quàm ſi de magna quantitate ageretur.*

11 *Baiulus hodiè cognoſcit de damnis datis, & de ſumma infrà duos Auguſtales, & ſic de carolenis triginta infrà.*

12 *Baiulus vtrùm cognoſcere poſſit de liquida-*

Digitized by Google

*datione inſtrumentorum, remiſſiuè.*

13 *Præcedere quis habeat, an Officialis ciuilis, an verò criminalis in locis, in quibus vterque conſtituitur, remiſſiuè.*

14 *Capitaneus, ac Officialis quilibet debet eſſe annalis, & ſic per annum ſolum exercere.*

15 *Officialis finito anno debet parere ſindicatui.*

16 *Baro non poteſt infrà annum remouere Officialem ab ipſo conſtitutum pro exercitio iuriſdictionis, niſi ex iuſta cauſa per Sacrum Conſilium approbata.*

*Et hoc etiam ſi ipſe Officialis conſentiret, & ſic ſi eſſent concordes Officialis, & Baro, nu.17.*

18 *Officialis durante anno non poteſt remoueri ab officio, etiam ſi peruenerit Terra ad alium nouum Dominum.*

19 *Barones tenentur de proprio dare prouiſionem Officiali ab ipſis conſtituto.*

20 *Barones nullam habent iuriſdictionem contrà Officialem ab ipſis deputatum pro regimine iuſtitiæ, quemadmodùm neque cognoſcendi de eorum exceſſibus.*

*Et hoc etiam finito officio, ſi pendente officio deliquerint, nu.21.*

*Quinimò nec etiam ſi dicti Officiales eſſent Ciues, ac vaſalli Baronis, nu.22.*

23 *Officiales ſi commiſerint pendente officio graue aliquod delictum notorium, an poſſit illos Baro inquirere, & carcerare.*

24 *Baiuli conſtitutio in fructu eſt, ac fructus erit iuriſdictionis.*

25 *Portulani conſtitutio dicitur eſſe in fructu.*

*Portulani quale ſit officium, ibidem.*

26 *Zeccherij, ſiuè Siclarij conſtitutio eſt in fructu, & fructus iuriſdictionis dicitur.*

*Eiuſdem officium circà quæ verſetur, ibidē.*

27 *Nundinarum Magiſtri electio eſt in fructu, diceturque fructus iuriſdictionis eligentis.*

28 *Nundinarum, ſeù mercatuum creatio, ſiuè erectio nō competit principaliter Baroni ex natura Feudi, ſed benè oportet, vt habeat de illis particulare priuilegium à Principe.*

29 *Nundinarum, ſeù mercatuum conceſſio ſpectat ad ſolum Principem, cui facultas prædicta eſt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis.*

*Intelligas tamen quòad nundinas francas, non verò quòad mercatus, qui fieri ſolent in aliquibus locis in aliquibus diebus hebdomadæ, nu.30.*

31 *Nundinarū Magiſtri electionis ſunt capaces nedùm Barones, verùm etiam Vniuerſitates, ac quælibet aliæ perſonæ priuatæ.*

32 *Nundinas auferre poteſt Princeps non obſtante quacumque longiſſimi temporis præſcriptione.*

33 *Nundinas poteſt Princeps transferre de vno loco ad alium.*

34 *Nundinas erigere licèt poſſit ſolus Princeps, non poteſt tamen concedere electionem Magiſtri Nundinarum alteri priuato in Terris Baronalibus, in præiudicium Baronis illius inueſtiti de iuriſdictione, etiam priuatiuè quòad ipſum Principem concedentem.*

35 *Priuilegia, quæ conceduntur per Principem intelliguntur ſemper, dummodò non fiat per illa præiudicium tertio.*

36 *Aſſeſſor Magiſtri Nundinarum debet eſſe idem, qui aſſidet Officiali ordinario loci, quando aliter aut priuilegio, aut præſcripta conſuetudine cautum non fuerit.*

37 *Appellatio à grauaminibus illatis per Curiam Magiſtri Nundinarum, deuoluitur ad Regē ipſiuſque Regios Officiales, non verò ad Officiales Baronis.*

*Limites in caſu, quando conceſſio fuiſſet facta per Baronem, mediante tamen Regio aſſenſu, nu.38.*

*De hac tamen limitatione dubitat* Author, *vt ibidem.*

39 *Nundinæ non poſſunt prorogari vltrà terminum præfixum in priuilegio abſque reſcripto Principis.*

*Facta tamen prorogatione an intelligatur etiam prorogata iuriſdictio Magiſtri Nundinarum electi, eiuſdemq; Aſſeſſoris, ibidem.*

40 *Aſſeſſoris creatio, ac deputatio fructus eſt iuriſdictionis, conſequenterque dicetur eſſe in fructu illius.*

41 *Actuariorum electio dicitur eſſe in fructu, augetq; fructus Feudi, ſi illorum electio ſit penès Baronem.*

42 *Barones regulariter, & in dubio non habent eorum intentionem fundatam de iure ſuper electione, & deputatione*

N Actua-

Digitized by Google

Actuariorum in eorum Curia.

43 Notariorum alij ad acta, alij verò ad inſtrumenta, differentiaq; qualis inter illos intercedat.

44 Notariorum ad acta, alij ad acta ciuilia, alij verò ad criminalia deputati, ita vt electi ad ciuilia non poſſint agere ad criminalia, nec è contrà.

45 Notarius ad acta conficienda debet eſſe de Notarijs, qui à Principe Tabellionatus officium ſuſceperunt.

46 Notariorum creatio reſidet penès ſolum Principem, & in Regno noſtro penès ſolum Regem.

47 Notariorum electio, atq; creatio eſt de Regalibus.

48 Actuarium non poteſt Officialis ad ſui libitum aſſumere qui non ſit Notarius creatus à Principe, niſi in defectum, quando ſcilicèt non adeſſet Notarius publica authoritate conſtitutus.

49 Notariorum creatio conſuetudine induci poteſt.

Et conſuetudo iſthæc operatur nedùm fauore Baronis, verùm etiam fauore Vniuerſitatis, nu. 50.

51 Officium ſcribendi in Banchis regulariter eſt venale.

52 Actuariorum electio penès Baronem, ſi non habet de illa ſpecialẽ inueſtituram, aut priuilegium præſumitur vſurpatione magis, quàm iure.

53 Dominandi affectus penès quemcumque reſidet.

54 Actuarius debet eſſe annalis, quemadmodùm Officialis loci ad iuſtitiam deputatus.

55 Actuarius finito officio tenetur parere ſindicatui, ſicuti & Officialis loci.

56 Actuarij non comprehenduntur ſub diſpoſitione Ritus Mag. Curiæ Vicariæ, quo cauetur, vt de delictis Officialium, tàm actiuè, quàm paſſiuè ſola Magnæ Curia recognoſcat.

57 Officialis data adhùc quòd finito anno par rueri ſindicatui, non poterit tamen refirmari in eodem officio, niſi tranſacto tanto tempore, quo exercuit.

58 Actuarij poſt paritum ſindicatui poſſunt refirmari ad idem officium pro ſequenti anno, nulla data tẽporis intercapedine.

59 Actuarij dicuntur habere tantummodò officium, quod officium nullã habet annexam iuriſdictionem.

60 Actuariorum officium eſt ſcribendi tantùm, quæ per Iudicem decernuntur.

61 Actorum Magiſter alicuius Officialis actitare debet coràm Officiali loci, nedùm quando Officialis cognoſceret vti Capitaneus loci, verùm etiam quando vti talis deſtinaretur Commiſſarius per aliquod Regium Tribunal.

62 Actuariorum fides dicitur aliquantulùm improbata hodiernis temporibus.

63 Actuarij propriè de iure dicuntur ij, qui recipiunt pecunias publicas.

64 Actuarij Magnæ Curiæ Vicariæ exigentes ſportulas vltrà pandectã taxatam, puniuntur etiam pœna corporali arbitrio Domini Proregis.

65 Obligationes penès acta conficiendæ per Actuarios qualiter confici debeant, ſi ſunt vltrà ſummam ducatorum quinquaginta, & qualiter ſi infra dictam ſummam.

66 Obligationes penès acta, quæ conficiuntur coràm Officiali non requirunt ſolemnitates requiſitas per Regiam Pragmaticam circà principalis, & teſtium ſubſcriptiones.

67 Falſitatis timor quicumque ceſſat in Iudice, quando aguntur publici actus coràm ipſo.

68 Donatio, quæ actis inſinuatur non requirit teſtium adhibitionem aliàs requiſitam, quando per ſolum Notarium conficeretur.

69 Teſtamentum factum coràm Iudice valet abſque numero teſtium de iure requiſitorum ad illud.

70 Teſtium multitudo ſemper præſumitur adeſſe in iudicio.

71 Obligationes penès acta captas per Scribam non potrrit firmare Actuarius ordinarius.

72 Actuarius ſecundarum cauſarum, vtrum poſſit capere obligationes penès acta inter priuatas perſonas contrahentes inter ſe. Et an illæ poſſint incuſari in eadem Audientia, applicando Curiæ ſecundarum cauſarum pœnæ exactionem, remiſſiuè.

Actuarij nihil validè gerunt ſine præſentià Iudicis.

Fallit

Digitized by Google

*Fallit tamen hodiè ex generali conſuetudine, cùm præſumatur in illis Iudicis conſenſus ad acta facienda, nu.* 74.

75 *Officialis alicuius loci non poteſt eſſe ſimùl Officialis, & Actuarius, & ſic non poteſt eodem tempore duplex officium exercere,* Capitanei *ſcilicèt, & Actuarij.*

## CAP. IX.

IN Feudis, & *B*aronijs, aliſque id genus multa eſſe in fructu, non eſt qui inficiare valeat, cùm in Feudis propriùs, frequentiùſque agatur, vt plurimùm, de fructibus, illorumque diuiſione, in multis, diuerſiſque caſibus, de quibus abundè, ac ad ſaturitatem in ſecunda huiuſcè noſtri Tractatus parte differemus. Hinc in ore omnium eſt dicere, fructus Feudi, ijque ſunt, nedùm orientes ex rebus corporalibus, corporibuſque ſtabilibus Feudi, & ſolo: verùm etiam reditus quicumque, ac prouentus, aut ex iuribus incorporalibus eiuſdem, aut ipſius occaſione prouenientes.

In fructu igitur quòad iura incorporalia Feudi, ſiuè eiuſdem occaſione (nàm de fructibus rerum corporalium ipſius promiſcuè agemus in hac prima parte, mixtumque cum reliquis prouenientibus ex corporibus allodialibus priuatorum) dicuntur eſſe.

1 Primò, conſtituere Capitaneum in Terra, ac Baronia, quæ Capitanei conſtitutio nedùm dicitur fructus iuriſdictionis Feudi, verùm principalis illius fructus, vt poſt *Menoch. in conſ.* 180. *num.* 62. *vol.* 2. tradit *D. Rouitus in conſ.* 81. *nu.* 6. *lib.* 1. qui *ibidem num.* 7. ſubdit, conſti-
2 tutionem iſtam dici etiam fructum maturum Feudi, eò quòd ſtatim poſt conſtitutionem, & electionem factam dicitur perceptus, & conſumptus, ad inſtar præſentationis factæ ab eo, qui habet iuſpatronatus, in quo ſtatim facta præſentatione dicitur perceptus fructus, eò quia talis fructus dicitur non poſſe percipi, niſi percipiendo conſumetur, ex his, quæ notant in proprijs terminis *Innoc. in cap. in literis in princ. num.* 1. *de reſtitut. ſpoliat.* ac *Bellam. in deciſ.* 701. *verſùs finem verſ. in caſu noſtro.*

3 Capitanei hæc cõſtitutio, ſicuti etiam creatio Magiſtratuum eſt de Regalibus, vt dicit *Capyc. in ſua inueſtit. feud. in* §. *Feudorum clauſulæ in verbo, & noſtri* Fiſci *fol.* mihi 128. Et Capitaneum intelligas hìc pro eo, qui iuſtitiam adminiſtrat, qui aliàs Officialis propriè vulgò dicitur, ad officium regendum, ſiuè ad iuſtitiæ adminiſtrationem deputatus, ad differentiam illarum duarum ſpecierum Officialium, quæ conſiderantur per *eundem D. Rouit. in conſ.* 92. *num.* 2. *lib.* 2. ac ad differentiam Capitanei, de quo loquitur *tit. de Capitan. qui Cur. vendid. in vſib. feud.* nàm ibi Capitaneus accipitur pro Feudatario, quemadmodùm Feudatarium, & Baronem Capitaneum dici, ac ità antiquitùs appellatos extitiſſe patet ex traditis per *Afflict. in cap.* 1. *de gradibus, Aluarot. in cap.* 1. *de probib. feud. alienat. per Lothar.* ac per *Blond. in loco relato per Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de origin. Baron. num.* 10. adde *Dom. de Franch.* qui alios recenſet in *deciſ.* 211.
4 *num.* 5. Et hoc quoniàm tametſi *B*arones, ac Feudatarij quicumque dicantur Iudices ordinarij ſuorum vaſallorum, ſecundùm *Andr. de Iſern. in cap.* 1. 4. *col. tit. quid ſit inueſtitura, in cap.* 1. §. *præterea de probib. feud. alienat. per Feder.* rurſùs in *cap.* 1. §. *item, qui domino, & in* §. *ſed quid delator, quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* item in *cap.* 1. *qualit. vaſall. iur. deb. fidelit.* & tandem in *cap. ſancimus tit. quo tempore miles in vſib. feud.* quò fit, vt poſſint quoq; cauſas ſuorum vaſallorum alteri delegare, ad not. per *Abb. in cap. cæterùm col.* 5. *de iudic.* ac in *cap. prudentiam col.* 4. & 5. *de off. delegat.* notant *Albert. in conſ.* 102. & 103. & *Bald. in l.* 1. *quæſt. vlt. ff. de offic. Conſul.* ac *in l. fin. ff. de offic. Præfect. vigil.* attamen in Re-
5 gno eſt iſtud limitatum, ità vt *B*arones habeant iuriſdictionem in dominio tantùm, non verò in exercitio, qui propterea non poterunt exercere in Regno iuriſdictionem de per ſe, nec ius dicere in cauſis ſuorum vaſallorum *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 13. *nu.* 7. ac *D. de Franch. deciſ.* 511. *nu.* 4.

Rationem affert de hoc *idem Frecc. loco cit.* dicens, nè ſcilicèt vaſalli quodammodò territi videre Dominum, omittant iuſtitiam petere, & dùm ipſi manus apponunt, & pronunciant, illi deſiſtant eorum iura tueri, ſed conſtituere debent Capitaneum, ſiuè Officialem, qui de per ſe poſt adeptum exercitium iuriſdictionis, cauſas omnes cognoſcere, in illis procedere, illas expedire, ac ſententias executioni demandare habeat.

6 Hinc etiam fit, vt interdicatur pariter Baroni, cauſas ſuorum vaſallorum pluribus ſeparatim delegare, hoc eſt vnius cauſam modò vni, cauſam alterius modò alteri, & ſic de ſingulis, & ita deciſum tradit *Capiblanc. de Baron. pragmatica 3. num.* 140. quemadmodùm etiam
7 iiſdem prohibitum eſt, nè reſcribere valeant eorum Officialibus, facias ſic, vel ſic, vt poſt *Petram de poteſtate Princip. cap. 1. num.* 55. notat *idem Capiblanc. dict. pragmatica 3. num.* 106. ac tandem
8 eſt iiſdem etiam interdictum, nè reſcribere poſſint eorum Officialibus, vt ſine ſcriptis, & figura iudicij procedant in cauſa, ſi cauſa illa iure ordinario tractãda eſt ſecundùm *Lanfr. Marant. & Carau.* relatos per *eundem Capiblanc. de Baron. pragmatica 8. num.* 134. quibus adde *Anton. Solam ad decr. Sabaud. tit. de cauſ. miſerabil. perſon. decr. ſine iuris ſollemnitate num. 1. pag.* mihi 348. *Roland. Cauagnol. ad decr. 2. Montiſfer. §. 9.* vbi multipliciter hoc etiam limitat, alioſque paſſim.

Eſt inſuper adnotandum, quòd Capitaneus à Barone conſtitutus in Regno exercet iuriſdictionem ciuilem, & criminalem cum mero, & mixto imperio, ſi de vtraque habeat Baro inueſtituram, ſi verò de altera, ex ipſis tantùm habebit, illam ſolam exercebit. Su-
9 per quo pro aliquali notitia eſt aduertendum, quòd antiquitùs Barones, antequàm fuiſſet ipſis communicatum merum imperium, quæ communicatio fuit facta per Regem Alphonſum Primum de Aragonia: nàm priùs tempore prædeceſſorum Regum, & præcipuè tẽpore Reginæ Ioannæ Secundæ, ac ſic antequàm ipſe Rex Alphonſus obtinuiſſet Regnum, poſſidebant Barones ciuilem tantùm iuriſdictionem, ac mixtum imperium, vt refert *Afflict. in Conſtitut. Regni Ea, quæ ad decus notab. 4.* & poſt *ipſum Carauit. ſuper Ritu 49. nu. 5. verſ. reſpondetur D. de Franch. deciſ.* 370. *num.* 8. *ac deciſ.* 510. *numer.* 4. *D. Regens Conſtantius ad 10. lib. Cod. tit. pœnis fiſcalib*
10 *credit. præf. l. 1. num.* 31. quæ iuriſdictio ciuilis exercebatur per Baiulũ (ſic enim appellabatur Officialis eo tempore), qui cognitionem vniuerſalem habebat cauſarum omnium ciuilium, ſiuè actione perſonali, ſiuè reali, ſiuè de parua, ſiuè de magna re, aut quantitate ageretur, præter Feudales. Rursùs habebat mixtum imperium, vt tradit *Afflict. in Conſtit. Regni Baiuli locorũ n. 2. & n. 3.* vbi declarat etiam, quid importaret, ac nunc quoque importet imperium mixtum. Videmus hoc hiſcè quoque temporibus in Regno in illis locis, in quibus diuiſa eſt iuriſdictio criminalis à ciuili, quia ſcilicèt vnus poſſidet ciuilem, alius verò criminalem, tametſi Officialis deputatus à Barone ciuili, mutato nomine Baiuli, abrogauerit etiam ſibi nomen Capitanei, & Officialis ordinarij. Nec hoc Baiulationis officium eſt penitùs abrogatum in Regno, cùm adhùc illud vigeat in multis locis, in quibus vltrà Officialem ordinarium, qui cognoſcit de mero, &
11 mixto imperio, ac iuriſdictione ciuili, & criminali conſtituitur etiam Baiulus, qui cognoſcit de damnis datis, & de ſumma infrà duos Auguſtales, hoc eſt, de carolenis triginta infrà, vt patet ex traditis per *Afflict. in dict. Conſtit. Baiuli locorum num. 2.* notat quoque *Taſſon. ſuper Prag. de antefato verſic. 3. obſer. 3. nu.* 292. & in Ciuitate Neapolis præciſè, aliiſque locis Regni adhùc viget dictũ officium Baiuli, & habet multas prærogatiuas.

12 Vtrùm verò *Baiulus* iſte poſſit cognoſcere de liquidatione inſtrumentorum, examinat *D. Rouitus ſuper pragmat. 2. de Off. Baiul. nu. 32. cum ſeqq.*

13 Item an *Baiulus* teneatur ſtare ſyndicatui, notabiliter deducit *Anna ſen. ſingul.* 48. licèt tamen referat, non fuiſſe caſum deciſum. Rursùſque quis præcede-

re

Digitized by Google

re habeat, ſi ſcilicet Officialis deputatus à Barone ciuilis iuriſdictionis, an verò deputatus à Barone habente criminalem iuriſdictionem, adeundus eſt *D. de Franch. deciſ.* 288. *per totam*.

14 Capitaneus itaque ſiuè ciuilis, & criminalis ſimul, ſiuè aùt ciuilis, aùt criminalis reſpectiuè per Baronem eligēdus, debet eſſe annalis, ac per annum officiũ exercere, non verò vltra, ſicuti è contrà, nec pro minoris temporis ſpatio, prout de iure ciuili eſt *tex. in l.* 1. *C. vt omnes iudic. & in l. neminem* C. *de ſuſcept. lib.* 10. & eſt cautum de iure Regni per *Conſtit.* ipſius incip. *Occupatis nobis*, per *cap.* eiuſdem incip. *Scire volumus*, ac per *Pragm.* 5. *de* Baron. qui Officialis finito anno de-

15 bet ſtare, ac parere ſyndicatui, vt diſponit dicta *Regia Pragm. Doctores* etiã in id cõſentientes cumulat *D. de Franch. deciſ.* 409. *nu.* 1. ibique *nu.* 10. tradit, non permittere Sacrum Conſilium, vt Officiales conſtituantur per Barones ad beneplacitum, ac quòd propterea decernere ſolet in caſibus contingentibus, vt ſint annales, & continuent officium vſque ad anni terminum.

16 Ampliat hoc *ibidem idẽ Dom.* vt neq; poſſit infrà annum illum Baro remouere, niſi ex iuſta cauſa, per idem Sacrum Conſilium examinata.

17 Subampliat etiam ſi ipſe Officialis eſſet concors cum Barone, velletque deſiſtere ab officio: nàm conquerente Vniuerſitate concludit, poſſe compelli ad continuandum per annum, prout de iure hoc ſolidat *d. deciſ.* 409. *à num.* 3. *vſque ad finem*, tametſi referat, cauſam nõ fuiſſe deciſum, ex quo Officialis ille continuauit ſuum officium.

18 Amplia ſecundò, etiam ſi Terra, aut Caſtrum durante anno peruenerit ad alium Baronem, ſiuè ex cauſa neceſſaria, ſiuè ex cauſa voluntaria: nàm in ijs caſibus, nè quidem remoueri poſſe infrà annum à dicto nouo Domino concludit *D. Rouit. in conſil.* 81. *per totum lib.* 1.

19 Huic autem Officiali tenetur ipſe Baro de proprio dare prouiſionem *Lucas de Penna in l. annonas C. de erogat. lib.* 12. *ac Foller. de cenſib. in loco relatò per Capiblanc. de Baron. pragm.* 19. *num.* 27. adde *Garſiam, & Auendan.* relatos per eundem *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ſuper pragm.* 3. *de Baron. c.* 20. *nu.* 2. *ac Gratian. diſcept. forenſ. c.* 561. *nu.* 12. vbi alios quoquè coaceruat.

20 Contrà Officiales ab ipſis deputatos pro regimine iuſtitiæ nullam habent Barones iuriſdictionem, neque facultatem de eorum exceſſibus cognoſcendis, ſed ſola Magna Curia Vicariç recognoſcet, ex diſpoſitione *Ritus* eiuſdẽ 49. in ordine, quem adhùc in viridi obſeruantia exiſtere teſtatur *D. de Franch. deciſ.* 274. *num.* 4. vbi deciſum refert, procedere illum tàm actiuè, quàm paſſiuè, ac in *deciſ.* 407. *nu.* 1. *& ſequ.*

21 Ampliat hoc *Capiblanc. in pragm.* 5. *de Baron. nu.* 39. *&* 40. in duobus caſibus: Primò, vt procedat etiam finito officio, adducit *Andr. de Iſern. ac Affl. in Conſtit. Regni Magiſter Iuſtitiarius.* Et ſecun-

22 dò, vt procedat etiam ſi eſſet ciuis, ſubdens, ſic fuiſſe deciſum in perſona propria.

23 Quid verò, quando delictum per Officiales commiſſum eſſet graue, & notorium, an ſcilicet poſſint Barones ſaltim illos inquirere, & carcerare, examinat idem *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ſuper pragm.* 5. *de* Baron. *c.* 23. *nu.* 7. 8. *&* 9.

Patet itaquè, conſtitutionem Capitanei, & Officialis eſſe in fructu, eſſeque fructum iuriſdictionis, qui auget fructus feudi, rationibus, de quibus ſupra.

24 Amplia hoc primò, etiam quòad electionem Baiuli, de quo ſimiliter ſupra locuti fuimus.

25 Amplia ſecundò quòad conſtitutionem Portulani, cuius officiũ eſt, ac cura, vt conſeruentur loca publica in diſtrictu, nè ab aliis occupentur, item nè abſque eius licentia aliqua fiant in publico, rurſùs nè fiant pennatæ ligneæ, neque alia impedientia aerem, alia concernentia ad Officium Portulani excipiet cupidus Lector à *D. Rouito in pragm.* 3. *nè quid in loco publ. fiat per totam*.

26 Amplia tertiò quòad electionem, & conſtitutionem Siclarii, vulgò, Zeccherii, qui cognoſcere habet circà pondera, & menſuras, ac circà fraudes commiſſas

miſſas

Digitized by Google

miſſas in vendendo vnam rem pro alia, de quo loquitur tex. in *Conſtit. Regni* incip. *Ad officium* Baiuli *ſub tit. de offic.* Baiuli, habetur etiam de iure communi in *Auth. de public. tributis expediendis conſtit.* 128. §. *qui verò*.

Intelligas tamen prædictos duos caſus, Portulaniæ, ſcilicèt & Siclæ in caſu, quo Barones, aùt alij quicũq; fuerint de ijs inueſtiti: nam regulariter conſtitutio Portulani ſpectat ad Regiam Cameram Summariæ, & Sicla ad Tribunal Regiæ Siclæ, in caſu ergò, quòd reperiantur de illis inueſtiti, nulli dubium, quòd augent fructus feudi, cùm regulariter conſtitutio ad dicta officia non fiat gratis, ſed pretio mediante, quod pretium apponitur in taxatione adhoæ, releuii, aliorumque onerum feudi, ac feudalis ſeruitii, & proinde in fructu eſſe, non eſt, qui non videat. In materia officij Siclarii, pertinentiumque ad ipſum vide *Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 3. c. 15. toto*.

Amplia quartò quòad electionem, & deputationem Magiſtri Nundinarum, qui cùm habeat iuriſdictionẽ, illamque actu exerceat certis ſtatutis temporibus, ſiuè vniuerſaliter quòad omnia genera cauſarum, hoc eſt, tàm ciuilium, quàm etiam criminalium cum mero, & mixto imperio vſque ad pęnam corporis afflictiuam incluſiuè, ſiuè, vt plurimùm, infra relegationem limitatam, di-
27 cetur illius creatio eſſe in fructu, fructuſq; iuriſdictionis appellabitur, ijſdemmet rationibus, de quibus ſupra in præcedentibus caſibus concluſum extitit.

28 Verùm aduertendum moneo, creationem nundinarum, ſiuè mercatuum non competere principaliter ex natura feudi Baroni, ſed oportere, vt de hoc ſpecificam habeat inueſtituram, & conceſſionem à Principe, vt excipi licet ex *tex. in l. vnic. C. de nundin.* ibi, *qui exercendorum mercatuum, aùt nundinarum licentiam, &c.* Eſt enim conceſſio illius
29 ad ſolum Principem reſeruata in ſignũ ſupremæ Poteſtatis, aùt ad alium, qui iura imperij habet in ſuis Terris, & Caſtris, ad *tex. in l. 1. vbi DD. ff. de nundin. & Theſaur.* notat *in deciſ. 264. num. 2.* vbi in *addit. Theſaur. filius* adducit etiam in id *Plin. Secundum Epiſt. 4.*

30 Eſt tamen hoc intelligendum quòad nundinas francas, priuilegioque nundinarum munitas, quale eſt, vt perſonæ in illas accedentes ſint tutæ pro debitis, gabellis, & vectigalibus in acceſſu. & receſſu, aliiſque, de quibus per *Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in l. relegati ff. de pœnis, ibique Alex. ad ipſum, ac per Bald. in d. l. 1. C. de nundin.* non verò quòad mercatus, qui in multis locis fieri ſolent in aliquibus peculiaribus diebus hebdomadæ abſque immunitate aliqua, nec priuilegio, quicquid ſeligi poſſit ex *tex. in d. l. 1. C. de nundin.* qui videtur prohibere expreſſim creationem tàm mercatuum, quàm nundinarum: nàm ſic intelligunt, & limitant *tex.* illum *Baldus ibidem*, fuſiùſque *Reſtaurus Caſtaldus de Imper. q. 110. priuil. 100. fol.* mihi 203. vbi alios recenſet, *D. de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. & licent. tit. de mercatis, ſeù nundinis nu. 1.* vbi *nu. 2.* ponit etiam practicam, quæ ſeruari ſolet in Collaterali Conſilio ſuper erectione mercatuum, & nundinarum, ad hoc nè fiat præiudicium cõuicinis habentibus in iiſdemmet diebus facultatem erigendi mercatus, ac cæteris pretermiſſis *Theſaur. d. deciſ. 264. n. 4.* vbi rationem iſtius conſuetudinis afferens dicit, quia tales mercatus continent potiùs factum, hoc eſt, obſeruantiam, quàm ius, eò quòd careant priuilegiis, & immunitatibus, quibus potiuntur nundinæ, quæ ratio ante ipſum fuit de mẽte *Nicolai de Mathar.* quem refert *Caſtald. de Imper. loco cit.* Subditque *Theſ. ibidem*, hoc etiam iure gentium videri indultum, vt ſcilicet homines ſimul conueniant in vno loco, mercandi cauſa, ad *tex. in l. 1. §. conuentionis ff. de pact.* in conformitatem alterius in *l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure*.

In materia modò inferendum ad aliqua puto, quæ notabilia ſunt, & vſu fre-
31 quentia. Et primò, conceſſionis, ſiuè priuilegij iſtius fieri capacem, nedùm Baronem, & feudatarium, verùm etiam priuatas perſonas, & ſignanter Vniuerſitates, ſeù Cõmunitates loci, prout de Vniuerſitatibus quamplurimæ adſunt in Regno, quæ habent electionem, ere-

ctionem

Digitized by Google

ctionem, & deputationem dicti Magiſtri Nundinarum, cum omnimoda iuriſdictione illis competente. Et de priuatis patet exemplum præcipuè Salerni,vbi electio Magiſtri Nundinarum tempore celebrium nundinarum, quæ in ea Ciuitate finunt de feſto Septembris occaſione feſtus Sancti Matthæi Apoſtoli, cuius corpus ibi aſſeruatur, & ſunt de celebrioribus Regni, ſpectat ad quandam familiam particularem nobilem ipſius Ciuitatis, vt teſtis eſt *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ad prag. 8. de Baron. cap. 47. nu. 6.*

Infer ſecundò, nàm licèt conceſsio iſthæc ſit reſeruata ſoli Principi in ſignũ ſupremę poteſtatis, eique etiam ſoli cõpetat facultas alteri concedendi, vt ſupra traditum eſt, iuxta quæ dixit *Theſ. d.*
32 *deciſ. 264. nu. 2.* licere etiam ipſi Principi nundinas penitùs auferre,non obſtante quacumque longiſsimi temporis,adhùc memoriam hominis excedente præſcriptione, ac quòd ita fuerit deciſum per Senatum Pedemontanum, rurſuſq; eidem Principi liceat etiam illas transfer-
33 re de vno loco ad alium,vt tradit idemmet *Theſ. ibidem* adducens pro hoc *Lucam de Penna in l. 1. col. 1. & 2. C. vt Ruſtican. ad null. obſequ.* quod ſeruatum pariter extitit Salerni,vbi fuerunt ſimiliter trãſlatæ nundinæ de vno loco ad alium Ciuitatis, vt tradit *idem Capiblanc. in pract. qq. ad pragm. 3. de Baron. cap. 16. nu. 16.* aduertendum eſt tamen,iuriſdi-
34 ctionem,quæ,vt plurimum,concedi ſolet, haùd concedi poſſe alicui priuato, aut Vniuerſitati priuatiuè quòad Barones inueſtitos de mero, & mixto imperio,gladijque poteſtate, etiam priuatiuè quòad ipſum Principem inueſtientem, vt ſunt inueſtiti in Regno Barones in eorum Terris,ſed oportet,vt accedat in illis conſenſus eiuſdem Baronis, de cuius præiudicio ageretur, dùm priuaretur,tametſi ad tempus, exercitio iuriſdictionis, de qua priuatiuè quòad concedentem fuit inueſtitus, quemadmodùm obſeruari licet in quocumque alio priuilegio, quod concedi ſolet per Princi-
35 pem, nàm limitant illud communiter *Doctores*, niſi fiat tertio præiudicium, ad not. per *tex. in l. 1. §. meritò, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publ. fiat,* & hoc eſt notandum.

Infer tertiò,quòad Iudicem, ſiuè Aſſeſſorem eligendũ per Magiſtrum Nundinarum fuiſſe cautũ per *Regiam Pragmat. vulgò dictã delli 89. capi, quæ eſt 11. redacta in volum. Reg. Pragm. ſub tit. de offic. Iud. §. 85.* vt Magiſtro Nundinarum
36 aſſideat in criminalibus idem Aſſeſſor, aùt Iudex ordinarius, qui actu exercet Aſſeſſoratus, vel Iudicatus officium in Curiis primarum cauſarum, ſub pœna nullitatis actorum: niſi tamen aliter vigore particularis priuilegij, aùt immemorabilis conſuetudinis præſcriptum reperiatur,vt in *d. Reg. Pragm.* quod per priùs cautum etiam extiterat per aliam *Reg. Pragm.* editam ſub die 19. Ianuarij 1582. quæ eſt *vnica* ſub *tit. de iuriſdict. Magiſtri Iurati tempore nundinarum*, in qua cauetur,etiam quòad cauſas ciuiles ſeruandum eſſe ſolitum.

37 Infer quartò,appellationem à cauſis, & grauaminibus illatis per Curiam Magiſtri nundinarum deuolui ad Regios Superiores, non verò ad Officiales Baronis, eò quia cùm à Rege conſtituantur, ad ipſum Regem refluere debet iuriſdictio,ad *tex. in l. 1. §. cùm vrbem ff. de offic. præf. vrb.* tradit in proprijs terminis *Minad. in conſ. 24. nu. 2. cum ſeqq. ac Capiblanc. de Baron. pragmat. 5. num.* mihi 94.

Videtur hoc tamen limitare idem *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ad pragm. 8. de Baron. cap. 39. per totum* in caſu ini-
38 bi per ipſum relato, vt ſcilicet non procedat,quando conceſſio non dependeret immediatè à Rege, ſed benè per cõceſſionem factam à Barone, medio tamen Regio aſſenſu quòad validitatem, adducit in id multas rationes *à num. 4. vſque ad finem*, vbi reſpondet etiam ad contraria, quæ adducebantur.

Ego verò nimis dubito de validitate dictæ limitationis,ex quo Baro præſtando ſuum conſenſum, videtur à ſe abdicaſſe omnem cognitionem, & reſortũ, & videtur ſe conformare diſpoſitioni iuris, qua patet,iuriſdictionẽ iſtam omninò defluere à Rege: cùm non poſſit dici

Digitized by Google

dici per dictum conſenſum Baronis pęnitùs excitata iuriſdictio Magiſtri nũdinarum, quæ ſola reſidet pœnes Regem, vti Principem, ſed benè prorogata priuatiuè quòad ipſum Baronem aſſentientem. Et tametſi reuertantur cauſæ ad Officialem loci poſt lapſum temporis præfixi in priuilegio, ſi intra dictum tempus non fuerint illæ ſopitæ, non reuertitur tamen modus procedendi ex abrupto, ac manu Regia in illis, prout proceditur in Curia Mercatorum, cùm non niſi à Principe hoc demandari poſſit, vt ſuprà diximus, ſed benè procedere debet in illis ordinariè, ac iuris ordine ſeruato: nàm aliàs priuarentur Partes iure ſuo, ſi debito fine non terminarentur. Et ſi reuertuntur illæ ad ordinarium Officialem, non verò ad Regium, hoc fiet, quia ipſius iuriſdictio fuit imminuta per conceſſionem. Relinquo tamen ſuper hoc cogitandum: nàm multùm defero authoritati ipſius *Capiblanci*, ceù viri, qui ſtuduit ſemper veritati inniti in quæſtionibus per ipſum excitatis, & reſolutis.

39 Infer quintò, vt tempus præfixum in priuilegio non poſſit prorogari abſque ſpeciali reſcripto Principis, quemadmodùm nec anticipari, aùt poſtponi, vt cautum eſt per *Regiã Pragm. vnic. ſub tit. de nundins, ſeù ferijs*. Facta autem prorogatione vltrà tempus præfixum, an prorogetur etiã iuriſdictio Magiſtri nũdinarum, & Aſſeſſoris deputati, vide eundem *Capiblanc. in ſuis pract. quaſt. ad Pragmat. 8. de Baron. cap. 47. num. 7. cum ſeqq.*

Quæ autem cognitio ſpectet ad Magiſtrum nundinarum, & qualis ſit modus procedendi in ſua Curia, rurſus cõtra quos habeat cognitionem, ſi ſcilicet vniuerſaliter contrà omnes, an verò cõtra aliquod genus tantùm perſonarum, ac in quibus caſibus, adeundus eſt *Foller. in ſua praxi nundinaria, ſiuè procedendi in Curia Magiſtri nundinarum*, quæ eſt inſerta in ſuis *addit. ad Marant. in aur. ſpec. par. 4. diſtinct. 9. ſeù verbo vt iudicium mercatorum nu. 44. cum multis ſeqq.*

40 Amplia quintò etiam quòad creationem, & deputationem Aſſeſſoris, quę ſimiliter eadem ratione in fructu eſt, quia ipſe quoque habet iuriſdictionem, & conſequenter fructus erit iuriſdictionis, proùt de Aſſeſſore creato à Rege, quòd habeat iuriſdictionem docet *Ioan. Andr. de Aſſeſſore §. offic.* quod extendendum etiam eſſe ad Aſſeſſorem, qui creatur per Baronem habentem poteſtatem à Rege tradit *Liparul. in addit. ad Andr. de Iſern. tit. quæ ſint regal. §. ad iuſtitiam ſub num. 68. verſ. conſuetudine*, quòd autem Dominus Caſtri, ſiuè Baro poſſit creare Aſſeſſorem, ad *tex. in cap. ſtatutum §. aſſe. de reſcript. in 6.* poſt *Affl. in cap. Imperialem num. 51. not. 3.* affirmat *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in different. inter feud. quatern. ac planum, & de tab. nu. 38.* adeòque verum, vt habeat iuriſdictionem, vt cautum ambigamus per *Reg. Pragm. dictam delli 89. capi. quæ eſt 11. ſub tit. de offic. Iud.* vt deficiẽte Gubernatore, ſiuè Officiali ordinario exerceat Aſſeſſor vtrumque officiũ: quinimò vti iuriſdictionem adminiſtrans tenetur ſtare ſindicatui, vt patet ex eadem *Reg. Pragm. §. 13. in fine*: tametſi loquatur de Aſſeſſore electo ad tempus, ac pro interim propter deficiẽtiam Aſſeſſoris ordinarij, & ità paſſim vbique ſeruatur.

41 Circa electionem, ac deputationem Actuariorum, ſiuè Magiſtri actorum, qui aliàs exceptores vocantùr in *l. exceptores C. de numerar. lib. 12.* aliàs Cancellarii, vt in *Longobard. de ſcabin. & cancellar*, alibi Notarij, vt Romæ, Peruſiij, ac per totum ferè Orbem, & habetur in *c. ſtatutum §. notarium de reſcript. in 6.* patet etiam in Regno ex multis locis *Cõſtit. Cap.* ac *Rituum M. C. V.* alibi Actuarij, ac actorum Magiſtri, vt nouiſſimè præciſè in toto hoc Regno, ex quo videntur habere quaſi connexitatem cum Capitaneis, ſiuè Officialibus, eò quòd ipſis incumbit onus ſcribendi acta, & ſententias, quæ per Officiales proferuntur, ſecundùm *Andr. de Iſern. in Conſtit. In locis domanij*, vbi dicit, Officiales eſſe in officio, Notarios verò actorum in miniſterio, non eſt dubium eſſe illam in fructu, ac augere fructus feudi, ſi pęnès Baronem ſit ipſorum electio, ac deputatio, cùm regu-

Digitized by Google

regulariter emolumenta ad ipſos ſpectantia vendantur ab habente ius eligendi,& deputandi.

Patet hoc ex diſtinctione, quam format *Bar. in l. quadam §. nihil ff. de edendo*, vbi diſtinguit ſcripturas, ex quibus ſæpè ſæpiùs percipiuntur fructus ab illis, à quibus ſemel tantũ, prout eſt in exẽplatione prothocolli, quę ſemel tantùm fit, vt .ſ. in illis, à quibus ſemel fructus percipitur non dicatur eſſe in fructu, & cõſequenter nõ ſpectare fructum illũ, qui ſemel tantũ percipitur ad fructuariũ in caſu legati vſusfructus pręfatarũ ſcripturarũ, ſiue prothocolli, ſecùs verò in aliis, à quibus ſæpè ſępiùs fructus percipiũtur. Aduertas tamen, quòd dixi, ſi eligendi, & deputandi facultas ſit pœnès Baronẽ, quia regulariter non videntur Baro-

42 nes habere eorum intentionem fundatã de iure circà electionem, deputationem,& conſtitutionem Actuariorũ, ſiuè Magiſtrorũ actorum, eorumq; officij, vt infra patebit. Et quàmuis *D. Rouit. ſuper prag. 5. de offic. Iud. n. 3.* poſt *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in tract. de differẽt. inter feuda quaternata, ac plana, & de tabula nu. 38.* contrariũ affirmet, dicens vterq; poſſe .ſ. Actuarios creari à Barone, etiam ſi non habeat in priuilegio, adducũt *tex. in d. c. ſtatutum §. fi. de reſcript. in 6.* quibus adde etiam *Liparul. ad Iſern. tit. quæ ſint regal. verbo ad iuſtitiã ſub nu. 67.* vbi adducit *Bald. in l. non .n. aliter circa medium ff. de adopt.* vidẽtur ẽt concordare *Curt. ſen. conſ. 24. Neuiꝫan. conſ. 43. ac Sola ad Cõſtit. Sabaud. decr. inuentaria ſub tit. de minor. & quietation. gl. vnic. 1 par. nu. 3. pag.* mihi 156. aſſerẽtes, Actuariorũ, ac Scribarum Curiarũ cõſtitutionem ſpectare àd Dominos, non verò ad Communitatem loci, vbi officia exercentur, ego tamen nimis dubito de eorum dictis.

Et ad veritatẽ iſtius hæſitationis elucidandam aliqua priùs præmunienda ſtatuo, quæ neceſſaria videntur, tùm pro deciſione articuli, cùm pro ſcienda antiquitate, & origine ipſorum, ex quorumque reſolutione veritas elucеſcet.

Suppono itaq. primò, Actuarios, qui paſſim vbique actorum Notarii appellãtur, tàm de iure cõmuni, quàm etiam de

43 iure Regni differre à Notarijs ad inſtrumenta creatis, & quòad diuerſitatem creationis, & quòad exercitium. Quòad creationem, quià non ſufficit, illos creari ſimpliciter Notarios, ſed oportet, vt expreſſim, & in ſpecie ad acta iudicij cõficienda creentur, circà exercitium, quia Notarij creati ad inſtrumenta cõficienda non poſſunt aſſumi ad acta, & è contrà creati ad acta non ad inſtrumenta, vt patet ex differentia, quã circà ipſos paſſim faciunt communiter *Doctores*, prout de Notario ad acta conſtituto loquitur *Bar. in l. ſacris nu. 1. C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12. in l. exceptores nu. 1. C. de numerar. eod. lib. 12. in Auth. vt prępon. nom. Imper. nu. 2.* alibique, differentiamque iſtam inter Tabellionem, ſiuè Notarium ad inſtrumẽta deſtinatum, ac Notarium actorum notat diſertis verbis *Luc. de Penn. in l. bis quidem nu. 5. in fine C. qui milit. poſſ. lib. 12.*

44 Suppono ſecũdò, exiſtere pariter differentiam inter Notarios ad acta conſtitutos, vt ſcilicet alij ad acta ciuilia, alii verò ad acta criminalia deputentur, ita vt conſtitutus, & deputatus ad acta ciuilia non poſſit ſe intromittere circà criminalia, nec è contrà *Bar. in l. duos 13. C. de ſuſceptor. lib. 10.* quam differentiam obſeruamus etiam de præſenti, tàm in Magna Curia Vicariæ, in qua diſtinguũtur Actuarii cauſarum criminalium ab Actuariis cauſarum ciuilium, quàm etiam in aliis locis, Ciuitatibus, & Caſtris, in quibus adeſt diuiſa iuriſdictio, ita vt pœnès vnum reſideat criminale, penès alium verò ciuile.

45 Suppono tertiò, Notarium aſſumendum ad acta conficienda debere eſſe de Notarijs, qui à Principe, & ſic in Regno à D. Rege Tabellionatus officium ſuſceperunt, quemadmodùm circùmſcripta iuris communis diſpoſitione ad literam cauetur in *Conſtitut. Regni Magiſtri Camerarij circà medium*, ibi, *& Notarium vnum actorum ſimiliter fidelem, & cautum, ex his, qui à nobis Tabellionatus officium ſuſceperunt*, ſuper qua *Afſl. num. 14.* extendit id etiam ad Capitaneum, ac alios Officiales, qui habent merum, & mixtum imperium à Re-

gia Maieſtate, vt ſcilicet non niſi Notarios à Rege creatos aſſumere valeant, & in tantùm hoc verum, quòd ſubdit idem *Affl.* ibidem, in hoc Regno adeò aſſumendos eſſe pro Actuarijs pœnès Officiales habentes iuriſdictionem à Rege, Notarios ab ipſo Rege creatos, vt non vendicet ſibi locum in eo id, quod traditur in *cap. quoniam contra de probat.* vt ſcilicet duo Scriptores, qui nō ſint Notarij poſſint loco Notarij ſcribere acta iudicialia, quando nō poteſt haberi Notarius publicus.

46 Suppono quartò, quòd tametſi creatio Notariorum reſideat pœnès Imperatorem, ac Papam, aùt apud alios habentes ab iiſdem facultatem, vt dixit *Innoc. in cap. pen. & fin. de fide inſtrum.* & poſt eum communiter omnes, de quibus apud *Reſtaur. Caſtald. de Imper. quæſt.* 110. *priuil.* 9. *fol.* mihi 193. attamen in Regno poteſtas iſta creādi Notarios reſidet tantummodò pœnes Regem, ad *tex. in tit. quæ ſint regal. in verbo poteſtas creandi Magiſtratum,* vbi *Andr. de Iſern.* notat idem *Affl. in d. Conſt. Magiſtri Camerarij num.* 14. ita, vt ij tantùm, non verò alij, quàm Regia authoritate creati, exercere valeant.

47 Suppono quintò, creationem Notariorū eſſe de Regalibus, eſſeque id proprium Papæ, & Imperatoris, vt ſupra traditum eſt, quemadmodùm affirmat *And. d. tit. quæ ſint regalia d. verb. poteſtas creandi Magiſtratum ſub num.* 68. *ac in l. Imperialē §. ſcriba in fine de prohib. feud. alien. per Feder.* ſequitur illum *D. Rouit. in rubr. pragmat. de notar. matriculand. num.* 1. prout in ſpecie de Bancho iuris, quòd ſit de Regalibus affirmat *Roman. conſ.* 271. *ſub num.* 2. adde *Auendan. de exequ. mand. Reg.* 1. *par. c.* 10. *nu.* 1. vbi dicit, quòd creare Tabelliones, ad finem vt eorum inſtrumenta faciant fidem extrà iudicium, pertinet ad Regiam Maieſtatem, adducit *Bald. & DD. in l.* 1. *C. de emancip. liber. & in c. cùm P. tabellio de fide inſtrum.*

48 Suppono ſextò, non eſſe in facultate Iudicis, attenta etiam iuris cōmunis diſpoſitione aliū ſibi aſſumere pro Actuario, quàm Notariū publica authoritate creatum, niſi in defectum, quando ſcilicet non ſunt de publico deputati, nàm tunc tantùm eligi poterit per eum, qui iudicare poteſt, ita *Bald. in l. nō enim aliter n.* 6. *ff. de adopt.* quem ſequitur *Capyc. in inueſt. feud. in verbo actorū Magiſtris.* Quod tamen intelligendum eſt iuxta diſpoſitionem *d. c. quoniam contra de probat.* vt. ſ. in defectum aſſumantur duo nō Notarij, vt *ipſemet ibidem* exprimit.

Sic itaque patet ex ſuprapoſitis, & peroratis, Notarios aſſumendos, tàm ad acta, quàm ad inſtrumēta eſſe debere de creatis ad id expreſſim à D. Rege, qui ſolus habet in Regno facultatem deputandi, & conſequenter deputationem eſſe de Regalibꝰ, quę ſoli Domino Regi cōpetit, nec poſſe alios, quàm publicos aſſumi, niſi in defectum, de iure communi, de iure verò Regni nè quidem in defectum, vt ſupra traditum eſt, vnde cùm ſit de Regalibus, & ad ſolum Dominum Regem id ſpectet, neſcio quomodò poſſit verificari id, quod tradunt *D. Rouit. & Frecc.* ſupracitati, poteſtatem ſcilicet iſtam principaliter reſidere pœnès Barones, etiam ſi non habeant in priuilegio. Id eò fortiùs conuincitur, cùm *Bald. in loc.* per ipſos cit. quippè in *d. l. nō enim aliter* non dicat id, pro quo ab ipſis aſſumitur, ſed tantùm affirmat, quòd quādo non ſunt Notarij actorum, publica authoritate deputati, tunc aſſumi poterunt per eum, qui iudicare poteſt, quod etiam intelligit ad tradita per *tex. in d. c. quoniam contra,* vt ſcilicet aſſumantur duo in locū deficiētis Notarii, ergò electio pęnès Iudicē non eſt principaliter, ſed in defectū Notariorū de publico deputatorū, & propterea ſi non principaliter, ſed in defectū, neſcio quomodò ſupponi poſſit, poſſe ſ. Iudices, & ſic Barones, qui dicuntur Iudices perpetui ſuorum vaſallorum principaliter eligere, etiam ſi nō habuerint in priuilegio, pręciſè in Regno, in quo, vt diximus, ſtatutum ex diſpoſitione *d. Conſtit. Magiſtri Camerarij* eſſe aſſumendum pro Notario actorum vnum ex his, qui à Rege Tabellionatus officium ſuſceperunt.

Nec *tex. in c. ſtatutum §. ſi. de reſcrip. in* 6. per *Frecc.* adductus *loc. cit.* facit pro ipſo

ſo

Digitized by Google

ſe, cùm loquatur *tex.* ille de Iudice delegato, ac taliter delegato, in quo eſt diſpar ratio cum Iudice ordinario. Patet igitur, non reddi tutam, præcisè in Regno, concluſionem *Frecc. D. Rouiti*, ac ſequacium, dicentium, in Regno non videri neceſſariam in inueſtituris clauſulam illam, *actorum Magiſtris*, eò quòd Barones poſſunt eligere actorum Magiſtros, etiam quòd non habeant in priuilegio, quinimò contrarium videri affirmandum.

Iure igitur in Hiſpania expreſſim lege Regia hoc indultũ videtur ex *l.3. tit.19. p.3.* vt refert *Auendan. de exequ. mand. Reg. d. par.1. c.10. nu.2.* vt ſcilicet qui habent facultatem deputãdi Iudicem, poſſint deputare etiam actorum Notarium, quia õn valet ad hoc conſequentia illa, quam tradunt ex *DD. in c. cùm P. tabellio de fide inſtrum.* dicentibus, quòd qui poteſt facere Iudicem, poteſt etiam facere Tabellionem, quoniam id intelligitur de habentibus facultatem proprio iure, vt ſunt Supremi Princeps, ſecùs verò quòad inferiores Dominos, qui habent ex conceſſione ab ipſis, niſi ſpecialiter tribuatur facultas, prout in terminis *c. ſtatutũ §. Notarios de reſcript. in 6.* vbi Delegatis expreſſim conceditur iſthæc facultas, quod non eſſet, ſi proprio iure illis competeret: nàm aliàs videretur ſuperflua expreſſio illius, quod tacitè ineſt, vulgatis iuribus.

49 Eſt tamen benè verum, quòd quia cõſuetudine induci poteſt Notariorum creatio, ſecundùm *Andr. de Iſern. in d. §. ad iuſtitiam num.68. tit. quæ ſint regal. in vſib. feud.* tradit *Specul. in tit. de inſtrum. edit. lib.2. partic.2 nu.23.* poſt *Innoc.* quẽ refert *in c. cùm P. tabellio de fide inſtrum.* cenſuit in ſpecie *Oldrad. in conſ.75.* quemadmodùm etiam de Banco iuris, quòd poſſit præſcribi tradunt *Curt. ſen. conſ. 24.* ac *Purpurat. conſ.593.*, dicẽtes tamen præſcriptionem iſtam debere eſſe im-

50 memorabilem. Quæ conſuetudo operatur non tantùm fauore Baronis, ac Domini Caſtri, verùm etiã fauore Vniuerſitatis, vt ſcilicet ipſa quoque, quàmuis perſona repræſentata, præſcribere poſſit, ad tradita per *Iaſon. in conſ.208. col. fin. lib.2.* ac per *Auendan. de exequ. mand. Reg. d. p.1. c.10. ſub num.3. verſ. & cùm Vniuerſitates*, tametſi id tantùm cõtendat circa cõſuetudinem, & præſcriptionem iſtam, induci ſcilicet illam ſolo ſpatio quatraginta annorum, non verò immemorabilis. Quo fit, vt videamus in facto in Regno, quòd multæ Vniuerſitates, licèt non habeant facultatem eligendi Iudicem, eligunt tamen Notariũ actorum, ac etiam illorum officium vendunt, iuxtà tradita per *Bar. in l. vnic. §. ſed nè tantum C. de collegiat. & chartoprat. lib.11.* vbi dicit, officium ſcribendi in Banchis eſſe venale etiam ad tempus,

51 ſubdens ita ſeruari Bononiæ, quemadmodũ præcisè hic in Patria mea, in quo officiũ Actuariatus eſt Vniuerſitatis, ac in domanio eiuſdem ex præſcripta conſuetudine tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam vigore decreti Sacri Regij Conſilij, in iudicio contentioſo, ac contradictorio obtenti, dùm prætenderet tunc temporis Baro, ſpectare ad ipſum officium prædictum: nàm probata immemorabili, cenſuit Sacrum Conſilium, ipſam fore manutenendam in poſſeſſione, vel quaſi dicti officii, cum poteſtate bamniendi, affictandi, &c. quia itaque conſuetudine creatio, ſiuè cõſtitutio inducitur, vt ſupra traditum eſt, affirmandum erit, in locis, in quibus facultas nominãdi, & eligendi Actuariũ ſpectat ad Baronem, ſi nõ habet de hoc ſpecia-

52 lem infeudationem à D. Rege, vſurpatione potiùs, quàm iure per illos poſſideri. Et proinde benè faceret Fiſcus citando Barones ad docendum de titulo, ſuper quo (vtinã) per Regios Officiales ab initio proſpectũ fuiſſet: non enim tot incõuenientia exinde exorta extitiſſent, quorũ eſt præcipuũ, quia Domini quãplurimi (ſalua pace multorum conſcientiatorũ) ſub colore affictus Actuariatus miſcent quoque venditionem officij, ſiuè Capitaneatus, contra diſpoſitionẽ Pragmaticæ ſanctionis, tàm iuſtè emanatæ per immortalem memoriam Caroli Quinti radactæ in *Volum. Regiar. Pragmat.* quæ eſt 4. *ſub tit. de Baron. & eor. offic.* in conformitatem alterius *Regia Pragmat. fin. ſub tit. de Official.*

O 2 ac

ac diſpoſitionis iuris cõmunis in *Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.* §.1. res ſiquidem tàm abhominabilis, quæ non videtur poſſe permitti abſque maxima peccati labe.

Quicquid igitur pateat ex ſuprapoſitis ſeligitur, electionem, creationem, 53 ſiuè deputationem Actuariorum, ſi iure illa reſideat pœnès Baronem, aùt alium quemcumque, eſſe vtique in fructu, & conſequenter augere fructus patrimonij, ſiuè allodialis, ſiuè feudalis reſpectiuè, eò quod non ſemel tantùm, ſed pluries, iteratiſque vicibus in dies percipitur, ad differentiam fructus prouenientis ex exemplatione prothocolli Notariorum, quem nõ eſſe in fructu, nec fructuum appellatione contineri, eo quia ſemel tantùm percipitur, nec renaſcitur, concludit in vtroque caſu *Bar. in d. l. quædam* §.*nihil nu.6.ff. de edend.* in nihilum refragante, quòd non renaſcãtur iidem numero, ſufficit enim genere eoſdem renaſci ſecundùm diſtinctionem, quam tradit Bar. communiter ab omnibus amplexus, & commendatus in *l. fin. ff. ſolut. matrim.* de qua diximus in *præced. c. nu.4.*

His reſolutis aduertendum eſt nunc, quòd Actuarij in multis conueniũt cum Officialibus, queàdmodùm è contrà in alijs differunt.

54 Conueniunt primò, quia quemadmodũ Officialis debet eſſe annalis, vt ſuprà diſſeruimus, tũ ex diſpoſitione iuris cõmunis, cùm ex peculiari iure huius Regni, ita quoque & actorum Notarii annales eſſe debent, ſecundùm *Annam ſen. ſingul.369. ac D. Rouit. ſuper Prag.5. de offic. iudic. n.1.* quod tamen fallit quòad actorum Magiſtros Supremorũ Tribunalium huius Regni, quippe Sacri Regii Conſilij, Regiæ Cameræ Summariæ, & Magnæ Curiæ Vicariæ, qui ſunt perpetui, & ad vitam deputati à Domino Rege, taleſque exiſtunt etiam Scribę Regij à mandatis in Regio Collaterali Conſilio, itemque in eadem Regij Cancellarij.

55 Conueniunt ſecundò, quia ſicuti finito officio tenetur Officialis parere ſindicatui ex diſpoſitione iuris, ac *Regię Pragmat. primæ* incip. *Regiæ dignitati ſub tit. de ſindic. official.* ac *Pragm.5. de Baron. & eorum offic.* ita & actorum Notarii, vt in cap. *Regni* incip. *Item, quòd prædicti ſub rubr. Quòd officiales*, vbi etiam *Niger nu. 2. Anna ſen. allegat.13. num.6.* ac *Carau. ſuper ritu 295. nu.10.* Excipiuntur tamen actorum Magiſtri prędictorũ Regiorum Tribunalium, videlicet Sacri Regij Conſilij, Regiæ Cameræ Summariæ, & Magnæ Curiæ Vicariæ, qui quia perpetui, & ad vitam, teſte *Carau. ſuper d. ritu 295. nu.19.* non ſindicantur, ſed viſitantur à Viſitatore Generali, qui quandoque eligitur à D. Rege pro viſitatione Regiorum Officialium perpetuorum.

56 Differunt modò primò, quia Actuarij non comprehenduntur ſub diſpoſitione *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 49.* in ordine, quo cauetur, vt de delictis Officialiũ ſola Magna Curia recognoſcat, quod extenſum fuit, vt procedat tàm actiuè, quàm paſſiuè, ſecundùm *D. de Franch. deciſ.274. num.14.* quemadmodùm concludit *idem D. de Franch. deciſ.407. per totam.* Et quàmuis *Gizzarell. deciſ.24. in princ.* contrarium affirmet, ſubdens, ſic paſſim fuiſſe ſemper practicatum, vt ſcilicet comprehenderentur ſub d. *Ritu*, etiã tempore, quo in humanis agebat, & adhùc præſidebat in Sacro Cõſilio *idem D. de Franch.* quem ſequitur etiam *D. Rouit. ſuper rubr. pragm. de official. & quę ijs prohibentur num.4.* admittentes hoc tamen, non per viam regulæ, ſed benè in caſu, quo intuitu officij fuiſſet delictum perpatratum, vt ipſimet expreſsè ſentiunt, contrarium nihilominùs diſcuſſo articulo fuiſſe pluriès deciſum per Sacrum Conſilium, & ſic iuxtà tradita per *D. de Franch. d. deciſ.407.* vt ſcilicet non comprehenderentur, ſed remitterentur ad Officialem loci, refert *D. Thoro in cõpend. deciſ. Regni par.2. in verbo Actuarius an officialis dicatur*, vbi plura tradit exẽpla, in quibus fuit ſic per Sacrum Conſilium iudicatum, & deciſum, quod tamen intelligas, niſi intuitu officij fuiſſet delicta perpatrata, vt ſuprà.

57 Differunt ſecundò, quia *Officialis ſi* adhùc paruerit ſindicatui, non poterit eligi, nec admitti ad continuandum officium

Digitized by Google

ficium pro ſequenti anno, ſed debet habere idem tempus intermedium, iuxtà quod exercuit, vt in *Regia Pragm.* 1. §. 3. & *pragm.* 2. §. 5. *de offic. Iud.* Actorum ve-
58 rò magiſter ſecùs, quia ſi finito anno paruerit ſindicatui, adhùc continuabit, nullo dato intermedio temporis, & ſic ſemper in infinitum poſt paritum ſindicatui, *D. Rouitus* qui deciſionem affert *d. pragm.* 5. *de offic. Iudic. nu.* 10.

59 Differunt tertiò, quia Officialium cōſtitutio eſt iuriſdictionalis, & ſic habet annexam iuriſdictionem, Actuariorum verò electio, & officium nequaquàm. Et tametſi Actuariatus appelletur etiam officium in aliquibus *Conſtitutionibus, & Pragm. Regni*, dicitur tamen abuſiuè, & impropriè officium, cùm etiam Cocus, & Macellator dicantur habere officium, vti generaliter ſumptum, non verò iuriſdictionaliter, quicquid *D. Theodorus in alleg.* 41. *n.* 5. & 6. autumet, contendens, Actuariam poſſe officium iuriſdictionale appellari, eò quòd iuramenta defert, ac ſub pœna mandat, quę actus iuriſdictionales ſunt, authoritate *Innoc. in cap. cùm acceſſiſſent de conſtit. ac Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 41. *nu.* 11. cùm mandare ſub pœna, & iuramenta deferre non reſideat principaliter pęnès ipſum Actuarium, ſed benè pœnès Iudicem, cuius mandato id facit, ac præſente ipſo Iudice, & mandante, vt poſt *Felin. in cap. quoniam contra col.* 7. *de probat.* docet *Affl. in*
60 *deciſ.* 245. *nu.* 8. ex quo Actuariorum officium eſt ſcribendi tantùm quæ per Iudicem decernuntur, ad inſtar Notarij, ad inſtrumenta deputati, cuius officium eſt ſimiliter tantùmmodò ſcribendi, vt dicit *Barzius in tract. de guarentig. par.* 1. *q.* 9. Vnde redditur mihi dubitabilis aſſertio *D. Theodori d. alleg.* 41. dicentis, officium Actuariatus nec poſſe vendi, nec obligari, nec conſtitui ſuper eo fideicommiſſum abſque aſſenſu. Et licèt *D. de Ponte in deciſ.* 28. *nu.* 46. ab *eod. D. Theod.* allegatus dicat, Magiſtros actorum Regiorum Tribunalium, qui non habent ſpecificam poteſtatem ſubſtituendi, non poſſe nec locare, nec ſubſtituere, nec aliud quicquam facere abſque ſpeciali aſſenſu, id tamen prouenit, quia actorum Magiſtri prædicti ſunt conſtituti in vita à D. Rege, & (quod plus eſt) approbata induſtria perſonæ, qua ceſſante aùt per refutationem, aùt alium cōſimilem actum extinguitur nominatio, & conceſſio, in eorum perſonam facta, & conſequenter deuoluitur ad eundem D. Regem, non ſic in poſſidentibus officium Actuariatus, intelligendo tamen in caſu, quo officium prædictū reperiretur pœnès priuatam perſonam conceſſionariam, pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, vt in caſu per *D. Theodor.* relato, ſecùs verò ſi pœnès Baronem ex Regia conceſſione de illo in inueſtitura facta, quia tunc eſſet corpus feudale, & vti feudale non poſſet alienari ſine aſſenſu: nàm aliàs eſſet diſmembratio, quæ non permittitur, niſi cum magna cauſa, & accedente aſſenſu, ac beneplacito directi Domini.

61 Inferas modò in materia. Primò, quòd iſti Magiſtri actorū ordinarii Curiarum actitare debent coram eorum Capitaneis, & Officialibus, nedùm quando ipſi cognoſcunt vti Capitanei, Officiales, ac ordinarij Iudices Terrarū, verùm etiam quādo deſtinantur Commiſſarii alterius Tribunalis, intuitu tamen officij, vt quia ſcilicet dirigeretur alicui ex ipſis commiſſio vti Capitaneo, ita notabiliter poſt *Paul. de Caſtr. in l. cùm ſcimus in* 3. *notab. C. vbi, & apud quem, ac Iacobi in l. ſolet* §. *prætor in* 2. *lect. ff. de iuriſdict. omn. Iud.* tradit *Ann. ſen. in ſingul.* 4. quod eſt notandum vti practicabile, & quotidianum.

62 Infer ſecundò, fidem Actuariorum eſſe hodiè aliqualiter improbatam, ita vt dixerit *Carau. ſuper Ritu M. C. V.* 311. *nu.* 2. valere conſequentiam, Actuarius, ergò latro, tametſi ſubdat poſtmodùm (pace
63 tamen bonorum dixerim) & probatur mihi ex nomine ipſorum, cùm Actuarij propriè dicantur ii, qui recipiunt pecunias publicas, vt tradit *gloſ. in l. nè diutiùs C. de numerar. actuar. lib.* 12. per *tex. in l. actuarij C. de erogat. milit. ann. eod. lib.* 12. vnde videtur nomen conſequens rei, quia ſicuti illi dicūtur Actuarij, qui recipiunt pecunias publicas, ita iſti, quia recipiunt publicas, & priuatas, eò quòd numquàm contentantur de taxa facta

per

Digitized by Google

per Regias Pragmaticas, quam taxam fieri poſſe, & debere dixit *Bar. in l. in ſacris nu.* 1. per illum *tex. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12. *in verbo pro editione actorum*, vbi tradit, poſſe dari Notarijs actorum certam formam in exactionibus faciendis, & in Regno cautum eſt per *Conſtit.* ipſius incip. *Magiſtri Camerarij*, & per *Reg. Pragm.* 38. *de offic. magiſtr. iuſtitut.* quòad Actuarios Magnæ Curiæ Vicariæ, rursùs per *Pragm.* 58. *de offic. procur. Cæſar.* quòad Actuarios Regiæ Cameræ Summariæ, & tandem per *Pragm.* 26. *de offic. Sacr. Reg. Conſ.* quòad Actuarios ipſius Sacri Regii Conſilij, ſuper qua *Conſtit.* dicit *Affl. nu.* 15. *quòd non eſt in poteſtate Magiſtri actorum recipere à partibus quantum ipſe vult, & petit, pro ſcribendis quæ occurrunt in lite, ſed debet accipere à litigantibus quod eſt taxatum per* Regiam Curiam, & ſubdit, *quòd male obſeruant dicti Notarij, ſed tranſit, quia partes nõ faciunt quærelam.* Hæc ille.

64 Iure igitur merito in odium Actuariorum ſtatutum fuit per Regiam ordinationem, de qua in Gratiis conceſſis per Ducem Oſſunæ tunc temporis Proregem de anno 1585. vt Actuarij Magnæ Curiæ exigentes vltrà pandectam puniantur etiam pœna corporali arbitrio Principis, vt tradit etiam *D. Rouit. ſuper Pragm.* 38. *num.* 1. *de offic. magiſtr. iuſtit.* vbi extendit procedere hoc, vt nè quidem à ſpontè dantibus poſſint exigere vltra taxam poſt *Bar. Paul. de Caſtr.* & alios, quos recenſet.

Ob talem igitur eorum fidei improbationem, per *Regiam Pragm.* Comitis de Lemos, quæ eſt 16. & 17. *ſub tit. de actuar. ſcrib. & eor. ſalar.* fuit ſtatutum, vt in obligationibus pœnès acta per ipſos
65 Actuarios recipiendis, ſi ſumma in illis contenta excederet ducatos quinquaginta, adhiberetur vltra ſubſcriptionem principalis duo etiam teſtes, qui teſtentur fuiſſe præſentes, & cognoſcere perſonas obligatas, ſi verò infrà ſummam prædictam, ſubſcribatur obligatio ab obligato, & in caſu, quo neſciret ſcribere, ſubſcribat ſe Actuarius pro illo, quod ſi ſtatutum fuerit fauore Actuariorum, an verò in eorum odium patet ex verbis ipſius *Regiæ Pragm.*

Super qua *Regia Pragm.* notandum eſt vnum, ad quod nemo aduertit, forſitan quia non euenit in facto, ego verò
66 habui illud in facto, videlicet, *Pragmaticam* illam intelligendam eſſe de obligationibus, quę capiuntur per ſolos Actuarios, vt dillertis verbis inculcatis vicibus habetur in illa, ibi, *nelle obliganze, e plegiarie, che ſi pigliarando dalli Maſtrod'atti, &c.* Secùs verò ſi capiantur in præſentia Officialis: quoniam in tali caſu, ſi deeſſet ſubſcriptio principalis, & teſtium, vtique ſubſtinerentur: cùm dicta *Regia Pragm.* proſpexerit, ac prouiderit circa ſolas obligationes, & fideiuſſiones, quæ capiuntur per Actuarios, vt patet expreſsè in illa, in verbis deſuper relatis, videlicet, *nelle obliganze, & pleggiarie, che ſe pigliarando dalli Maſtrodatti, &c.* vnde non erit extendenda ad aliũ caſum.

67 Et nè videamur authoritate deſtituti loqui patet inſtantia, ac diuerſitatis ratio, eò quòd in Iudice ceſſat quicumque timor falſitatis, quãdo aguntur publici actus coràm ipſo, vt decreuit *tex. in l. quacumque*, vbi *Bar.* notat *num.* 4. *C. de præd. decurion. lib.* 10. *idem Bar. in l. frater à fratre num.* 51. *ff. de condit. indeb.* facit *tex.* à ſimili in *l. in donationibus C. de donat.* vbi formaliter inquit *Imperator, in donationibus, quæ actis inſinuantur non eſt neceſſarium, vicinos, ſeu alios teſtes adhibere, tametſi aliàs teſtes neceſſarij*
68 *ſint in donationibus pro earum validitate.* Ex quo *tex.* in propriis terminis obligationum pęnès acta notabiliter deducit Neotericus Regnicola noſter *Taſſonus ſuper pragm. de anteſ. verſ.* 9. *obſeru.* 3. *num.* 38. *fol.* 433. obligationem pœnès acta coràm Iudice factam nullum requirere de iure numerum teſtium.

69 Addò ſecundo loco, quia quàmuis receptum ſit de iure, teſtamentum non factum abſque certo numero teſtium de iure requiſito non conſiſtere, valet tamen abſque teſtibus, ſi fuerit factum coràm Iudice, vt diſponit *tex. in l. omnium in. verſ. ſicuti ergo ſecurus C. de teſtam.* per quem *tex.* ſic concludunt *ibi*

Bar.

Digitized by Google

*Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Alexan. num.* 4. *Iaſ. num.* 5. aliiq; de quibus apud *Magdalen. de numer. teſt. in teſtam. requiſ. par.* 1. *cap.* 25. *num.* 1. *fol.* mihi 316. idq; ratione caloris iudicij, ac Iudicis præſentiæ, prout etiam poſt alios, quos recenſet concludit *Ioachim. Minſynger. ſingul. obſeruat. centur.* 6. *obſeru.* 29. *nu.* 4. vbi *nu.* 5. ſubdit, ſic cenſuiſſe Cameram Imperialem, & *nu.* 6. affert rationem dicens, ideò
70 quando actus fit coràm Iudice non eſſe neceſſarium, teſtes interuenire, quia in iudicio præſumitur adeſſe ſemper multitudinem teſtium.

Obiter modò occaſione iſtius notabilis in materia obligationũ penès acta per Actuarios capiendarũ, volo aduertas ad
71 vnũ: nàm licèt de iure communi valeat Actuarius firmare actũ factum ab eius Scriba, non poterit ſignare tamen obligationes penès acta captas per dictum eius Scribam *D. Rouit. ſuper pragmat.* 9. *nu.* 1. *&* 2. *de Actuar. Scrib. & eor. ſalar.*

72 Vtrùm verò Actuarius ſecundarum cauſarum poſſit capere obligationes penès acta inter priuatas perſonas contrahentes inter ſe, vtrùmq; in eadem Audientia poſſit incuſari pœna ipſarum obligationum contra obligatos, applicando pœnam illam Curiæ ſecundarum cauſarum, vide *D. Rouit. in Pragm* 2. *nu.* 1. *cum ſeqq. de iuriſdict. inuic. non turband.*

73 Inferas tertiò, quòd licèt actorum Magiſtri nihil validè gerant ſine præſentia Iudicis, ex quo acta per ipſos ſcribenda debeant fieri de mãdato Iudicis *Luc. de Pen. in l. inſtar num.* 10. *C. de iure fiſci lib.* 10. qui rurſùs in *l. rura num.* 6. *C. de omni agro deſert. lib.* 11. dicit etiam, quòd ad hoc vt eorum acta probent, debent eſſe reperta apud Iudicẽ, non verò apud actorum Magiſtros, hodiè tamen de generali conſuetudine præſumitur præ-
74 ſtitus per Iudicem conſenſus ad conficienda illa, & propterèa tenent obligationes prędictæ adhùc non factæ in Curia, nec coràm Iudice, & ſic etiam per vicos, & plateas, de qua generali conſuetudine teſtantur *Afflict. deciſ.* 135. *num.* 5. *verſ. nec obſtat, & Carau. ſuper ritu* 128. *nu.* 12. *&* 13.

75 Vtrùm autem Officialis alicuius Caſtri poſſit eſſe Iudex, & Notarius actorum, hoc eſt, vtrùm poſſit ferre ſententiam ex actis à ſe ſcriptis, pugnant inter ſe *Bart. & Bald. Bart.* enim *in l. comperimus num.* 2. *&* 3. *C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib.* 12. tenet, quòd ſic, *Bald.* verò in *l. iubemus de liberal. cauſ.* tenet, quòd nõ, articulum iſtum excutit *Alex. in addit. ad Bart. in l.* 2. *C. de iure fiſci lib.* 10. Cœterùm, quòd non poſſit, poſt *Innoc. in cap. cùm à nobis de teſtib.* voluit *Anton. Sola ad decr. Sabaud. quia pluribus gloſ.* 1. *num.* 4. *in fine tit. de Caſtellanis pag.* 20. videtur de mente *Lucæ de Penna in l. bis quidem nu.* 5. *in fine C. qui milit. poſſ. lib.* 12. quod nota, quia frequenter accidit in Regno, in quo quia officia ſunt facta venalia inſimùl cum Actuaria, Capitanei deputati ad exercitium iuriſdictionis cùm non reperiant quandoque Actuarios, intendunt vtrumque exercere, & ego habui in facto. Et hæc quòad Actuarios, illorumque officium.

## *SVMMARIVM.*

1 *Angariæ, & perangariæ dicuntur eſſe in fructu, ac ſunt fructus Feudi.*
2 *Angaria quid, & quid perangaria, & qualiter dignoſcatur vna ab altera.*
3 *Angaria eſt verbum Perſicum, & ſignificat idem quod nuncium.*
4 *Angariarum, & perangariarum clauſula appoſita in inueſtituris operatur, vt poſſit Baro iniungere ſeruitia perſonalia vaſallis, ſicuti poterat Rex, vel Princeps inueſtiens antè conceſſionem, & inueſtituram.*
5 *Angariæ, & perangariæ an veniant ſub illa clauſula,* cùm vaſallis, &c.
6 *Angariæ ſunt ſublatæ, & prohibitæ in Regno ex cauſa impoſitionis factæ munerum ordinariorum, & extraordinariorum ex cauſa functionum Fiſcalium.*
7 *Angarias vt poſſint Barones prætendere contrà ſuos vaſallos oportet, quòd habeant illas aut ex priuilegio, aut ex conſuetudine.*
8 *Angariæ quanto tempore præſcribantur.*
9 *Vaſalli Burgenſes non poſſunt ſibi præiudicare abſque* Regio *aſſenſu, ſi faciant in-*

Digitized by Google

*inſtrumentum cum Barone, in quo dicant ſe teneri ad aliqua ſeruitia perſonalia, aut angarias.*

10 *Vaſalli obligati ad angarias, & perangarias poſſunt reuocari à Domino, vt reuertãtur ad habitandum, ſi receſſerint.*

11 *Vaſallorum aliqui dicuntur ratione Feudi, quod à Domino recognoſcunt, qui aliàs Feudatarij vaſalli vocantur.*

12 *Baro vox quid ſignificet.*

13 *Baronis vox in Regno duplicem habet ſignificationem, quippè ſpecificam, & genericam.*

14 *Baro habens Feudum quaternatum in Baronia differt à Barone habente illud non in Baroniam in terminis* Regiæ Pragmatic. *dictæ* delli noue capi, *circà venditionem Feudorum Titulatorum.*

15 *Comitalis ſola dignitas antiquitùs concedebatur, & quarè, ac quibus illa concedebatur.*

16 *Comitalis dignitas erat antiquitùs in maxima veneratione.*

17 *Comites dicuntur illi, qui ſunt inueſtiti de Comitatu ab Imperatore, Summo Pontifice, vel altero habente iura Imperij, vel Regalia.*

18 *Comites conſiderari poterunt propriè, & abuſiuè, & quales vtrique.*

19 *Comitatus dignitas eſt antiquiſſima.*

20 *Vaſalli Burgenſes dicuntur vaſalli non ratione Feudi, ſed ratione ciuilitatis, habitationis, & domicilij.*

21 *Reuocatio vaſallorum ad habitandum qualiter fieri poſſint per Barones, & quales vaſalli reuocari poſſint.*

22 *Barones in dubio non habent eorum intentionem fundatam de iure pro reuocatione vaſallorum, ſi receſſerint.*

23 *Reuocari poterunt per Barones ad habitandum in eorum Terris ſi receſſerint vaſalli tantùm Ruſtici, ſeù Villani, non verò vaſalli Nobiles, & Artiſtæ.*

24 *Baro non poteſt adſtringere perſonas Nobiles ad exercendum onus Aerariatus, aut* Camerariatus.

25 *Barones iniungere debent ſeruitia vaſallis ſolitis, aut ſaltim aptis, & habilibus in defectum ſolitorum, & nu. 26.*

27 Ciues *reuocari poſſunt ad habitandum in eorum Terra à Communitate ipſius, cuiuſcumque conditionis ipſi* Ciues *exiſtant, ſiuè ſcilicèt ſint Ruſtici, ſiuè Nobiles, ac ſiuè Artiſtæ.*

28 Ciuis *non poteſt recedere à ſua* Ciuitate, *& ſe aliò conferre ad habitandum.*

29 *Exteri prauio ordine Regij Collateralis Conſ. poſſunt expelli à Barone, ſi ſunt illi infeſti, & odioſi.*

30 *Quæſtio de angarijs, & perangarijs eſt cauſa grauis, & quid importet eſſe grauem.*

31 *Baro poteſt carcerare vaſallos, ac illos mulctare pro inobedientia, ſi ſunt obligati ad ſeruitia perſonalia.*

32 *Vaſalli grauati à Barone poſſunt implorare Officium Iudicis pro ſe eximendis à grauaminibus.*

33 *Vaſalli* Burgenſes *non dijudicabuntur angarij, aut perangarij, eò quòd tenentur dare* Baroni *Aerarium, aut* Camerarium.

34 *Barones quæ probare teneantur, ad hoc vt poſſint reuocare ſuos vaſallos recedentes à Terra.*

## CAP. X.

1 Angarias, & perangarias eſſe fructus Feudi, ac in fructu eiuſdem exiſtere, eſt vtique in confeſſo, cùm illarum vigore adſtringantur vaſalli ſeruire Baroni, ſiuè eiuſdem Baronis ſumptibus ſi ſolùm angarij, ſiuè eorum proprijs, ſi etiam perangarij exiſtant, nec ſemel tantùm, verùm continuatis vicibus, totiès, quotiès fuerint ad id requiſiti, quod eſt proprium, ad hoc vt verè fructus aliquid dici poſſit, quando ſcilicèt non ſemel tantùm, ſed iteratis vicibus percipitur. Vndè ad demonſtrandum, quòd verè fructus Feudi eæ ſint, iure merito in inueſtituris ipſorum ponitur etiã clauſula illa, *cum angarijs, & perangarijs,* vt eſt videre apud Capyc. qui dictas clauſulas cumulat in ſua *inueſtit. feud. §. feudorum clauſulæ verſ. angarijs, & perangarijs fol.* 103.

2 Angarius autem (vt terminorum intelligentia noſcatur) eſt is, qui debet ſeruire de perſona ſine expẽſa ſua, vt putà, fodere, & laborare in vinea, aut in agris Domini. Perangarius eſt, qui eius proprio ſumptu facit opera perſonalia, ità no-

Digitized by Google

notabiliter declarat *Iſern.in tit. quæ ſint regal. in verbo angariæ num.*52.poſt *gloſ. ibid. in verb.angariarum* ex *tex.in l.munerum* §.*patrimoniorum ff. de muner. & honor.* ex quo obſcurè id deduci ſentit *gloſ.loco cit.* Et licèt contrarium videatur ſentire *gloſ. in cap. non minus in verbo angarijs extr. de immun. Eccleſ.* vbi videtur totum oppoſitum concludere, quòd ſcilicèt angarius ſit, qui ſumptu ſuo, perangarius verò, qui ſumptu Domini ſeruire tenetur: attamen communiter *Doctores* ſequuntur *gloſ.d.tit. quæ ſint regalia*,ac *Iſern.*tàm *ibidem*,quàm in *Conſtitut. Regni Proſequentes*, quorum numero ſunt præcæteris *Cyn.in l.neminem C.de Sacroſanct.Eccleſ. Lucas de Penna in Rubr.C.de curſu publ.lib.*10. *Capyc. in inueſt.feud.in verb.angarijs,& perangarijs, Innoc.& Abb. in d.cap. non minus Affl. in Conſtit. Regni Proſequentes in 6.notab. & in Conſtit. Omnes Officiales, Niger in cap. Regni Grauamina nu.*14. *Liparul.ad Iſern.d.tit. quæ ſint regal.d. ver.angariæ, Vrſill. ad Afflict.deciſ.*334.*nu.*8.alijque paſſim.

3 Verbum autem iſtud, Angaria, Perſicum eſt,vt adnotauit *Budæus in l.eos ff.de de falſ.*& poſt eũ *Liparul.ad Iſern.d.verb. angaria*,ac *Bertazzol.in tract.clauſ.clauſ.* 21.*glo.*7.*nu.*5. & *Alciatus in d.l.neminem C.de Sacroſ.Eccleſ.*dicit,Verbũ,Angaros, Perſicũ eſt,ſignificans idem, quod,nuncium,& quòd Græci appellabant Angaros,Baiulos, & onera ſubeuntes. Et ſubdit *Bertazzol. loc. cit.* quòd hodiè, Ruſticos, Tangaros ſolemus appellare iſtos tales onera ſubeuntes. Subditq; inſuper *Alciatus ibid.*ex *Vegetio lib.2.de re milit.* quòd Angariæ appellãtur omnia munera,quæ à militibus fiunt,& ſi non vilia, qualia ſunt, vigiliæ, ſtationes, geſtationes in vſum belli. Item vigiliæ, & excubiæ, ac ſimilia, quæ fiunt etiam tempore pacis.

4 Infertur modò ex ſuprà poſitis ad vnũ notabile, videlicèt, quòd clauſula illa, *cũ angarijs,& perangarijs*,appoſita in inueſtituris feudalibus operatur,vt poſſit Baro iniungere ſeruitia perſonalia vaſallis Burgẽſibus, ſicuti poterat Rex, vel Princeps inueſtiens antè conceſsionem, & inueſtituram, fuit originale dictum *Parid.de Puteo in tract.ſindicat.in tit.de exceſſibus* Baronum *nu.*6.ea ratione, vt verba priuilegiorum aliquid operentur, ad not. *in l.non aliter, & in l. ille, aut ille* §. *cùm in verbis ff.de legat.* 3. cum alijs concordantibus, *Paridem* ſecuti ſunt *Capyc. deciſ.*118.*nu.*4. ac *Liparul.ad Iſern.d.tit. quæ ſint regal.verbo angaria.*

5 Et quàmuis *Capyc. in inueſtit.feud. in* §.*feudorum clauſulæ d. verbo angarijs, ac in verbo feuda bonorum appellatione verſ. feudorum* Burgenſes dixerit, hanc clauſulam, *cum angarijs, & perangarijs*, eſſe ſuperfluam, cùm veniant dictæ angariæ,& perangariæ ſub ea clauſula cõceſsionis, & inueſtituræ,videlicèt,*cum vaſallis,&c.* attamen contrà *Capycium* iure inſurgunt *Liparulus in addit. ad Iſern.loc.cit.ac Camill.de Medices in conſ.*154.*nu.*16.dicentes, angarias non videri conceſſas, niſi expreſsè fiat de ipſis mentio in inueſtitura, & conceſsione. Hoc tamen aduertas procedere ſano modo, vt ſcilicèt virtute dictæ clauſulæ poſsint Barones exigere à vaſallis ſeruitia, ſoluta tamẽ mercede,ſicuti Rex ipſe poſſet,vt dicit *Paris de Puteo loc.cit.nu.6.ac num.*7.vbi ſubdit, quòd non per hoc poterunt Barones excedere, & nimis grauare ſubditos: cùm facultas iſta intelligatur, vt ex bona fide agãt,& ciuili modo,ac humaniter tali facultate vtantur,argum.*tex.in l.creditor* § *Lucius ff.mandati,in l.ſi cui ff.de ſeruit.& in l.ſicut venator ff.de ędilit.edict.*

Ad tollendam proindè ambiguitatem Inuictiſsimus *I*mperator Carolus V. inter multa, quæ ſanctiſsimè diſpoſuit pro reprimendis moleſtijs, quæ in dies inferũtur ꝑ Barones eorũ vaſallis edidit *Regiam Prag.*incip. *Ad noſtras etiam aures*, quę eſt 16.*ſub tit.de Baron.* quę expreſsè cauit, per clauſulã iſtã,*cum angarijs, &c.* nõ intelligi inductas nouas angarias,aut perangarias, ſed eas tm̃ ſub tali clauſula, & conceſsione cõprehendi, quæ tẽpore dictorũ priuilegiorum, & cõceſsionum, aut iuſto titulo, aut legitima præſcriptione erant in Ciuitatibus,Terris,Caſtris,& Caſalibus taliter conceſsio acquiſita per alios Barones,qui Ciuitates,Terras,Caſtra, & Caſalia ipſa tenuerũt, & quòd taliter



Digitized by Google

liter priuilegia, & conceſsiones facta, & facienda intelligenda ſint, & declaranda. Extendendo hoc idem ad alias clauſulas in inueſtituris, & conceſsionibus apponi ſolitas, videlicèt *cum furnis, tappetis, molendinis, baptinderijs, &c.* vt ſcilicèt eodem modo ſimiliter intelligātur, ſi ſcilicèt tempore cōceſsionis reperiantur. Quod eò fortiùs viget in Regno, in quo vigore Regiæ ordinationis, de

6 qua teſtatur *Gramat.vot.*12.*nu.*25. ſunt prohibitæ, & ſublatæ angariæ ex cauſa impoſitionis factæ munerum ordinariorum, & extraordinariorū pro iuribus fiſcalib⁹, cuius ſolutionis cauſa fuerūt penitùs ſublatæ dictę angarię. Quod deſūptū teſtatur *Grāmat. loc.cit.* ex *text.in.l.vnic. C.nè opera colla.exig.lib.* 10. vbi expreſsè inhibet *Imperator, nè ſoluētes tributa Cæſari poſſint ad ſeruitia perſonalia cōpelli*.

7 Ad hoc igitur vt poſsint Barones prætendere angarias contrà ſuos vaſallos, alterum de duobus neceſſarium eſt ex diſpoſitione *d.Regiæ Prag.*16.*ſub tit.de Baron.* aut.ſ. priuilegiū, aut legitima præſcriptio. Et quòad priuilegium cōcordat *Regia Pragm.* cum *Conſtitut.Regni* incip. *Quia frequenter*, qua cauetur, non poſſe homines Regni ſe obligare alicui ad ſeruitia perſonalia abſq; expreſſo Regis aſſenſu, vt adnotauit etiā *Capyc. in d. deciſ.* 118.*nu.*16. & antè *ipſum* voluit *Lucas de Pen.in l.*1 *n.*14.*C.de agric.& cēſit.lib.*11.

8 Quò verò ad legitimam præſcriptionem eſt aduertendum, quòd licèt contenderint aliqui, ſufficere ſpatium triginta annorum, ea ratione, quia perſonalia ſeruitia tali ſpatio præſcribuntur, *Baldum* ſecuti in *l.litibus d.tit.C.de agric.& cenſit. lib.* 11. cæteroſq; longa ſerię cumulatos per *Balbum in tract.de præſcript.*2.*par.*4. *part.principal. quæſt.*6.*& in* 5.*par. tertiæ partis princ.q.*10.*verſ.& primò*, ac per *Nigrum in cap.Regni Grauamina nu.*29. attamen cùm tractetur de caſu contra ius *Conſtitutionum, Capitulorum, ac Pragmaticarū Regni*, expreſsè (vt ſuprà diximus) inhibentium obligationē ad ſeruitia perſonalia, abſq. expreſſo Regis aſſenſu, non ſufficit præſcriptio ordinaria, nec dicetur acquiſitum tale ius, niſi fuerit ea ſuffulta ſpatio centum annorum, & ſic fuerit talis, cuius initij non extet memoria hominū in contrariū, ſm *gloſam* cōmuniter receptam *in cap.peruenit extrà de cēſibus*, ac *Archidiac.in cap.ſeruitium* 18.*q.*2. vbi loquitur in ſpecie de angarijs, & perangarijs, & dicit, quòd quando iſta ſeruitia poſſidentur iure reſiſtente, non tuetur poſſidentem longiſſima poſſeſſio, ſi non adfuerit priuilegium, vel aliquod aliud, quod habeatur loco priuilegij, & ſic immemorialis, cuius initij nō extat memoria hominum in contrarium, quæ vice priuilegij, & cōſtituti fungitur, iuxtà terminos *text. in l. hoc iure* §. *ductus ff. de aqua quotid.& æſtiu.* cum conſentientibus, & notatur in *Conſtitut. Regni Quatragenalem*, ex qua colligitur, quòd id, quod eſt conceſsibile per priuilegium, eſt præſcriptibile per ſpatium centum annorum. Et huius ſententiæ extiterunt ex noſtris præcæteris *Afflict.in Conſtit. Quia frequenter nu.*2.*circà finem*, *Niger d.cap.Regni Grauamina nu.*29. *Frecc.de ſubfeud.lib.*2.*author.*1.*q.*28.*per totam*, vbi loquitur in materia præſcriptionis priuigij, *Capiblanc. de Baron.prag.*1.*num.*159. *Carau.in addit.ad Affli.ſuper deciſ.*304. *Vrſil. deciſ.* 334.*nu.* 6. cæteriq; frequentiùs, & communiter.

9 Hinc dixit *Affl.in d.Conſtit. Quia frequenter nu.*3. quòd ſi reperiretur inſtrumentum inter Dominum, & vaſallos, in quo reperiretur ſcriptū, quòd vaſalli aſſerunt, ſe ab antiquo fuiſſe obligatos in perpetuū ad dicta ſeruitia perſonalia, & (ꝙ plus) exprimerentur aliqua ſeruitia, quæ debebant facere, & vaſalli poſtmodùm aliquibus ex illis remiſsis per Baronem obligarētur, & promitterent alia retenta ſeruitia præſtare cum iuramēto, & pœna, adhùc nō erit tutus Baro ex iſta confeſsione, nec poſſet ex ea prætēdere talia ſeruitia, adducit rationem, quia talis confeſsio vaſallorum fuit facta inter perſonas prohibitas, ex quo nec vaſallus poteſt illam facere, nec Baro recipere, cùm obſtet *d.Cōſtitutio Regni Quia frequēter*, quæ vult, nō valere obligationē ad ſeruitia perſonalia abſque aſſenſu. Et hoc eò fortiùs roborat *idem Affli.ibid.* cùm tales confeſsiones fiant, vt plurimū, à perſonis ruſticis, & imperitis, qui debent ſēper audiri, qñ conqueruntur, & proindè vltrà talem confeſsionē debet neceſſariò fieri pro-

Digitized by Google

probatio præſcriptionis immemorabilis, & talis, quòd eiuſdem initij non extet memoria hominum in contrarium. Et licèt *Andr. de Iſer. in cap. 1. in verbo angariæ tit. quæ ſint regal.* dicat, quòd in Regno in Baronijs, & feudis ſunt multa de iſtis angarijs, & perangarijs, & quòd non ſunt regalia, ſi ſunt penès Barones, & Feudatarios, ſed tunc demùm quando ſunt in domanijs Regum, & Principum: attamen declarat id *Afflict. loco cit. num.* 2. verſus finem procedere, quando in Terris Baronum ſunt iſtæ angariæ, & perangariæ per priuilegium, aut per antiquum vſum, ſcilicèt immemorialis præſcriptionis, & dicit etiam, quòd iura iſta quemadmodùm & feuda tunc dicuntur iura Regia, quando ſunt in domanio Regis, non autem quando ſunt penès Feudatarios, & Barones. Et proindè quia vaſalli præſumuntur liberi, vt infrà dicemus, & difficilis probationis eſt immemorabilis, ac centenaria præſcriptio, quã diximus, habere vim priuilegij, proindè iure concludunt *Doctores*, vt lite pendente vaſalli ſint ſeruandi immunes ab angarijs, & perangarijs, vt teſtantur *Grammat. deciſ. 67. nu. 4. ac D. Reg. Rouitus ſuper pragm. 16. tit. de Baron. nu. 4.*

10 His poſitis, quæ terminorum intelligentiam reſpiciunt, eſt aduertendum, angariarum, & perangariarum illum eſſe præcipuum effectum: nàm vaſalli aut angarij, aut perangarij poterunt ſi receſſerint à Feudo compelli à Domino, vt reuertantur ad habitandum, quando tamen ad dicta ſeruitia perſonalia, per quæ fiunt aut angarij, aut perangarij, eſſent obligati reſpectu perſonæ: nàm ſecùs ſi ratione rei, vt colligitur ex *cap. Regni incip. Item ſtatuimus, quòd ſi vaſalli* 108. *ac per Pragmat.* 2. §. 14. *de cleric. ſeù diacon. ſaluat.* videtur de iure facere *tex. in l. vnic. C. de colon. Palæſtin. & in l. 1. & 2. C. de fugit. Colon. lib.* 11. à quo non eſt abſimile priuilegium alterum Ciuitati conceſſum ex diſpoſitione *text. in l. omnes C. de agric. & cenſit. eod. lib.* 11. *ac in l. vnic. C. de colon. Thracen.* ſimiliter *lib.* 11. in quibus habetur, poſſe cogi Ciuem reuerti ad Ciuitatem ſuam ad inſtantiam ipſius Ciuitatis.

Sed quia materia iſta eſt valdè frequens in Regno, cùm ferè quotidiè vẽtiletur in Sacro Regio Conſilio, aliiſque Regiis Tribunalibus ad inſtantiam Baronum Regni, inſtãtium pro reuocatione vaſallorum ad habitandum in eorum propriis Terris, in quibus ſunt ipſi Baroni obligati ad ſeruitia perſonalia, ideò vtile, ne dicam, neceſſarium, & forſitàn non extrà materiam præſentis noſtri tractatus, viſum fuit aliqua in medium afferre, ad finem dignoſcendi, vtrùm omnes, & quales Barones habeãt ius iſtud, reuocãdi ſuos vaſallos, & qui vaſalli poſſint reuocari.

Pro quorũ intellectu eſt præmuniendum, vaſallos ſub duplici differentia con-
11 ſiderari. Nàm aliqui dicuntur vaſalli ratione Feudi, quod à Domino recognoſcunt, qui Feudatarij vaſalli vocantur paſſim apud *Doctores*, & ſunt quos in Regno communi vocabulo Barones appellamus, qui alibi vocantur Magni Caſtellani, vt in Lombardia, ſecũdùm *Bald. in cap. vno delegatorum de offic. delegat.* alibi Valuaſores, ſecũdùm *eundem Bald. in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ.* alibi vocantur Capitanei, vt in *titul. de Capitan. qui Curiam vendid.* alibi Proceres, alibique varijs, atque diuerſis nominibus, de quibus eſt videre apud *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. de orig. Baron. num. 2. per multos ſeqq. num. & idem Frecc. eod. tract. de ſubfeud. lib. 2. titul. quis dicatur Baro num.* 8. dicit, nomen Baronis eſſe frequentiſſimum in Regno. Et ſubdit, quòd licèt alibi ſit deteſtabile nomen, vti ſignificãs hominem ſtolidum, & ineptum, vt ex *Cicer. lib. famil. in Epiſtol.* deducit *Capiblanc. de Baron. & eorum offic. in proœmio num.* 3. attamen in Regno maximæ dignitatis, ſummæque authoritatis eſt nomen, vt potè deſignans virum maxima nobilitate prædictum.

12 Eiuſdem ſignificationem diuerſimodè interpretantur *Doctores*, *Alciatus* enim *lib. de ſing. cert. cap.* 37. quẽ ſecutus eſt *Camerarius tit. de prohib. feud. alien. per Federic. in princ.* dixit, hoc nomen Baro, deriuare à verbo græco, Baros, idem ſignificante, quod hominem grauem, & fortem.

*Afflictus* autem *tit. de his, qui feud. dare poſſ. cap. 1. num. 2*, de quo meminit etiã *Anton. Sola ad decr. Sabaud. decr. vt ſtatutorum gloſ. 1. num. 9.* cum quibus concordat *Capyc. in inueſtit. feud. verbo Feudatarij Barones*, cæterique frequentiùs voluerunt, hoc nomen, Baro, eſſe Hæbraicum, deſumiq; à verbo, Bar, Hębreo, quod denotat idem, quod filius, ea ratione, quia antiquitùs Reges quando habebant plures filios, quia non poterant omnes illos ſuos filios facere Reges, ex eo, quòd vnicus tantummodò debet eſſe Rex, ſolebant alijs filijs donare aliquam Ciuitatem, vel ampla Caſtella cum omnimoda iuriſdictione, & tales inueſtiti poſtmodùm de dictis Caſtellis, modo, vt ſuprà, dicebantur Barones. Et quia poſtmodùm hæc Regum largitio extẽſa fuit, nedùm ad proprios filios, verùm etiam ad extraneos, qui à Regibus, vel propter eorum merita, vel alia de cauſa inueſtiebantur de aliquibus locis, cum iuriſdictione, aut omnimoda, aut limitata, retento eo antiquo nomine, quod in perſonam filiorũ Regum originem ſumpſit, fuerunt in poſterum nominati, & adhùc in Regno appellantur Barones omnes illi, qui à Rege de aliquo loco, Ciuitate, vel Caſtro fuerunt inueſtiti.

13 Et in Regno nomen iſtud duplicem habet ſignificationem, ſpecificam ſcilicèt, & genericam. Vti ſpecies *B*aronis nomine complectuntur tantummodò illi, qui receperunt aliquam *B*aroniam in feudum à Rege, vel Principe, facultatem inueſtiendi habente, qui ſecundùm propriam ſignificationem iuris Feudorum Capitanei, ſiuè maiores Valuaſores fuerunt appellati, vt diximus ſuprà. Vti verò genus *B*aronis nomine appellantur, nedùm ſimplices *B*arones, qui receperunt aliquam Baroniam in feudum; verùm etiam Principes, Duces, Marchiones, & Comites, & tandem quilibet alius habens feudum quaternatum à Regia Curia, ſiuè in titulum Baroniæ, ſiuè ſimpliciter. Et hoc nomen eſt generale in Regno, ità vt vulgò circumferatur, *li Baroni del Regno*. Et quando ſupplicatur Catholicæ Maieſtati pro aliqua gratia, dicicitur in ſupplicationibus, *La Fedeliſſima Città di Napoli, Baronaggio, e Regno*, & per iſtud verbum, *Baronaggio*, intelliguntur omnes Barones, tàm Titulati, veluti Principes, Duces, Marchiones, & Comites, quàm alij non Titulati, & ſic ſimplices Barones habentes à Regia Curia feuda quaternata, vt ſuprà.

14 Et differt ſimplex Baro habens Feudum quaternatum tantùm, & non in Baroniam ab habente illud in Baroniam in terminis *Regiæ Pragmaticæ dictæ delli noue capi*, quæ eſt 4. in ordine *ſub tit. de feudis*, prohibentis, ne Excellentiſſimus Dominus Prorex huius Regni poſſit præſtare aſſenſum, quando Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia alienatur, ad cuius tamen intellectum adiri poteſt *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper alien. feud. tit. 7. per totum.*

Quomodò autem quis efficiatur Baro, item vtrùm *B*aronia ſit dignitas in Regno, quæq; ſint eorum priuilegia, & prærogatiuæ, ac ſi à pari cum Comite procedat, adeundi ſunt *Frecc. de ſubfeud. tit. quis dicatur* Baro *per totum, D. de Ponte d. tit. 7. per totum*, *Capyc. d. inueſtit. loco cit.* cęteriq; *Doctores* paſſim; nã cùm non ſit noſtra propria materia, non curamus in ea inſiſtere, nè falcem (vt vulgò fertur) in alienam meſſem immittamus.

Eſt nihilominùs hic aduertendum ad vnũ in Regno, quòd in *Conſtitutionibus* ipſius, ac *Capitulis, & Ritibus* ſit ſolũ mẽtio de Comitibus, & *B*aronibus, non verò de aliis, putà Principibus, Ducibus,

15 & Marchionibus, quia tunc temporis non concedebantur Feudatarijs alii Tituli, putà Principatus, Ducatus, &c. de quibus nunc ſatis abundat præſens Regnum, ità vt vix reperiri poſſit aliquis *Ba*ro, qui non habeat Titulum, nè dicam Terram, aut Caſtrum in Feudum.

Hinc etiam fit, quòd tempore, quo cęperunt inueſtiri ea Comitali dignita-

16 te, quæ ſola tunc temporis vigebat, & de qua ſola eo tempore Proceres inueſtiebantur, talis Comitalis dignitas erat in maxima veneratione, computabaturque inter ſupremas dignitates, nec concedebatur illa, niſi magnis viris, & Proceribus, aut ſcilicèt literis, aut armis illuſtribus,

ſtribus, vt teſtatur præcæteris *Gizzarell. deciſ.36.num.3.* Hoc indicat verbi, Comes, ſignificatio, quod quidèm verbum ſecundùm *Luc. de Penn. in Rubr. C. de Comit. Conſiſtor. lib.*12. dicitur à verbo, co-
17 mo, comis, idem ſignificante, quod ornare, ex eo, quia ornat virum illum, qui eo inueſtitur. Et Comites ſunt ij, qui de Comitatu fuerunt inueſtiti à Rege, Imperatore, aut ab alio, qui in eius territorio habet iura Imperii, vel Regalia, quales ſunt in Italia Dux Sabaudiæ, ſecundùm *Romanum in conſ.*57. *Iaſ. conſ.*27. *col.* 10. *volum.* 2. *Gabriell. commun. concluſ. tit. de acquir. rer. domin. cócl.* 3. *num.* 118. *Cacheran. deciſ.*79. *num.*24. *ac deciſ.* 88. *num.*17. itemque *deciſ.*155. *Amæd. de Ponte in repetit. tit. qui feud. dare poſſ. num.* 19. *Solam ad Conſtitut. Sabaud. in proœm. gloſ.*3. *nu.*10. *&* 17. *Theſ. in præfat. deciſ. num.*14. ac nouiſſimo loco *D. Rouit. ad Pragmat.*9. *ſub tit. de feud. num.* 19. vbi alios cumulat. Item Dux Mediolani *Boſſius tit. de regalijs numer.* 36. *ac D. Rouit. loco cit.* Item Dux Mantuæ, & Montisferrati *Cauagnol. ad decr. Montisferrati in proœm.* §.1. *num.* 6. cæterique Duces habentes Regalia per inueſtituram, veluti Vicarij perpetui Imperatoris, aut Summi Pontificis, vt Dux Parmæ, & olim Duces Ferrariæ, & Vrbini, de quibus paſsim apud *Doctores*, ità voluerunt omnes in *c.*1. *quis dicat. Dux, Frecc. de ſubfeud. lib.*2. *tit. quis dicatur Comes nu.*1. *Caſſan. in Conſuetud. Burgund. in proœm. in verbo Comes in princ.*

18 Et iſti Comites bifariàm conſiderari poterũt, propriè ſcilicèt, & abuſiuè. Propriè Comes dicitur ille, qui verè habet Comitatum, quia Comes dicitur à Comitatu, & Comitatus eſt territorium plurium Villarum, vel Caſtrorum *Bald. in d. cap.*1. *quis dicatur Dux*, *Lucas de Penna in l. ſi quis decurio num.*1. *C. de decurion. lib.*10. *Frecc. loco citat. num.*23. *&* 24. vbi cæteros congerit, quibus addendũs eſt *Morotius conſ.*46. *num.*21. Abuſiuè Comes dicitur ille, qui eſt ſine Comitatu, & non habet fructus Comitatus *Bald. dict. cap.*1. *quis dicatur Dux num.* 2. *Felin. in cap. Rodulphus in verbo Comitatus de reſcript. Soc. ſen. in conſ.*165. *col.*2. *circà princ. lib.*2. *Sola ad Conſtit. Sabaud. in decreto, vt ſtatutorum glo.*1. *nu.*10. *Morot. loco cit. nu.*20. *Cotta in memor. verbo* Comes, quibus in locis exemplicant de Comitibus Sacri Palatii, qui creant Tabelliones, dãt tutores, & alia faciunt, quæ continentur in eorum priuilegiis.

Et ratio eſt, quia nomen, & vocabulum iſtud, Comes, eſt nomen iuris, denotans veritatem, quemadmodùm nomen Prælati. Vndè qui de iure Comes non eſt, Comes appellari non poteſt, ſecundùm *Bald. in tit. de his, qui feud. dare poſſ. in verbo Marchio in princ. Frecc. loco cit. num.*19. Nec abs re, cùm nomina iſta, Comites, & Prælati non debeant eſſe prætenſa, & abuſiua, ſed propria, ex quo ius ſignificãt, vnde iſtis temporibus qui habent Titulos ſine Terris dicuntur abuſiuè Titulati.

19 Comitatus item dignitatem antiquiſſimam obſeruat *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *c.*13. *nu.*3. vti cognitam vetuſtis etiam temporibus 2. *Reg. c.*20. quo loci exquirit etiam *Parlador. per totum illud caput*, quis potior ſcilicet, maiorisque exiſtat dignitatis, vtrùm Comes, an verò Dux, aut Marchio, vt per *eum*.

Multa deniq; de Comitibus, pleniuſque quolibet alio obſeruat *Frecc. de ſubfeud. in verbo, Comes, ſiue tit. quis dicatur Comes*, ad quem lectorem remittimus.

20 Hactènus de vaſallis ratione feudi. Alii dicuntur modò vaſalli, non ratione feudi, ſed benè ratione ciuilitatis, habitationis, ſeù domicilii, quod habent in Terra alicuius, & iſti dicuntur vaſalli illius, in cuius Terra habitant, & dicuntur vaſalli Burgenſes, de quibus habetur in *cap.*1. *& ibi per Andr. de Iſern. num.*1. *tit. qual. vaſall. iurare deb. fidelit.* notauit *Capyc. in inueſt. feud. in verbo feuda bonorum appellatione verſ. feudorum* Burgenſes *fol.*92. & poſt eum *Liparul. ad Iſern. d. cap.*1. *qual. vaſ. iur. deb. fidel. in verbo Burgenſis.* Hinc *Bartolus* dixit in *l. talem ſi* §. *ſi quis ita ff. de hæred. inſtit.* vaſallos vocari ſuos homines à Baronibus, quia ius aliquod in eos habent. De *Bartolo* meminit *Muta deciſ. Sicil.*47. *num.*23. Quid autem ſignificet verbum iſtud, Burgenſis, & vnde denominationem

ſuſci-

Digitized by Google

ſuſcipiat, adeundi ſunt *Lucas de Penna in l. eum, qui Curiæ n.* 1. *C. de fundis rei priu. & poſſ. lib.* 11. *ac Boer. deciſ.* 240. *num.* 4. *cum ſeqq.*

Notes inſuper modò ad propoſitum, diſtinctionem, quam facit *tex. in cap. Regni Item ſtatuimus, quòd ſi vaſſalli* 108 in ordine ſecundùm computationem *Nigri*, ac *Pragm.* 2. §. 14. *de cler. ſeu diacon. ſaluat.* Et nos ſupra tetigimus, vtrũ ſcilicet vaſſalli ſint obligati Baronibus
21 ad ſeruitia perſonalia ratione perſonæ, an verò teneantur ratione rerum. Nàm primo caſu ſi iſti receſſerint poterũt reuocari. Secundo verò non, ſed tenentur tantummodò res Eccleſijs, vel Baronibus relinquere, & ità ſecundùm dictam diſtinctionem refert *Niger in d. cap. Regni Itẽ ſtatuimus, quod ſi vaſſalli* vidiſſe iudicatum in Sacro Conſilio de anno 1545. per quod fuit dictum, eſſe nihilominùs expectandos prædictos obligatos ratione rerum per ſex menſes, ſi receſserint cum familia, ſi verò ſine familia, eſse expectandos per annum, dummodò tamen habeat interim Baro ſeruitia ſibi competentia. Quod tamen declarandum dixit idem Sacrum Conſilium, vt ſcilicet intelligatur quòad bona reddititia Curiæ, non autem quòad alia bona propria vaſalli Burgenſis recedẽtis ab eius Terra, quæ nõ ſunt reddititia
22 ipſi Curiæ. Super quo notabis etiam, quòd in dubio nõ habent Barones eorum intentionem fundatam de iure ad reuocandum ſuos vaſallos à Terris, ad quas acceſſerunt ad habitandum, relicta propria Terra originis, ita notabiliter *Luc. de Penna in l. quiſquis C. de agric. & cenſit. lib.* 11. vbi affert *Deutoronom.* locum, in quo hæc formalia verba leguntur, *Habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna Vrbium tuarum requieſcet, ne conturbes eum.*

Quod autem diximus, vaſallos Burgenſes obligatos ad ſeruitia perſonalia ratione perſonæ poſſe reuocari per Barones ſi receſſerint, intelligendum eſt quòad vaſallos Burgenſes ruſticos, ſiuè
23 villanos, non autem quòad Nobiles, & Artiſtas, qui non cadunt ſub hoc ſubiecto, nec poterunt reuocari: cùm maxima conſtituatur in hoc caſu differentia inter Nobiles, & ruſticos, ſiuè villanos, ita notabiliter voluit *Affl. in Conſtit. Regni Quiſquis nu.* 1. per illum *tex.* & colligi videtur ex alia *Conſtit. Regni* incip. *Si quando contingerit* in argumentum ducta, ibi, *ſiuè etiã villani ſimpliciter*, quod fuit etiam de mente *Camilli de Medices in conſ.* 154. *num.* 54. dicentis, obligationem ad ſeruitia perſonalia non comprehendere Burgenſes Nobiles, ſed tantùm villanos, nam tenentur tantummodò dicti Nobiles cõtribuere in ſubſidiis, de quibus habetur in *Conſtit. Regni Quamplurimùm*, & tenentur etiam ad reuerentiam debitam Feudatariis, nõ autem ad perſonalia ſeruitia.

24 Et ex his iure deducendum fore puto, non poſſe Baronem adſtringere perſonas Nobiles ad exercendũ onus Aerariatus, & Camerariatus, perſonale ſeruitium requirentium, eo prætextu, quòd in eius Terra habeat ius eligendi, nominãdi, & conſtringendi ſingulis annis vnum ex Ciuibus vaſallis ad exercenda talia onera, ſi ſunt ea merè perſonalia, vt infra *ſequ. cap.* dicemus.

Hinc inoleuit communis practica in Sacro Conſilio, iuxtà quam pluriès deciſum, ac quotidiè ſic paſſim iudicari refert *D. de Franch. deciſ.* 526. *nu.* 3. vt ſcilicet ſeruitia debeant per *Barones* iniungi vaſallis ſolitis: tametſi quandoque etiam habilibus, vt per *eum*: non enim poterunt compelli ad præſtanda ſeruitia maximè ſordida, & indecentia, non ſoliti, nec habiles, ſicuti ſunt Nobiles, ac nobiliter viuentes.

Hinc notandum eſt etiam, quòd licèt
25 vaſalli ſeruata forma *Regiæ Pragmaticæ* Regis Ferdinandi Primi teneãtur aſportare victualia, & alia pro vſu domus *Baronis* extra territorium incolatum faciẽtis contrà formam iuris communis, quo cauetur, non teneri vaſallum ſeruire extrà territorium, iuxtà terminos *tex. in l. quod niſi ff. de oper. libert. vbi Iacob. de Rodijs col.* 3. attamen id intelligitur, ita vt ſtatus, & conditio non immutetur. Et
26 propterea ſoliti tantùm tenebuntur per *cap. Regni Item ſtatuimus, quòd Officialis*, vt dixit *Anna ſen. ſingul.* 559. vbi tamen

Digitized by Google

men ſubdit, quòd in defectum ſolitorum ſeruiunt hodiè apti, & habiles, & quòd ita ſeruatur, & in *ſingul.* 560. ex *Andr. de Iſern. in c.* 1. §. *ſed nec alia iuſtitior col.* 4. *tit. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* limitat diſpoſitionem *d. l. quod niſi*, quando parum extrà feudum vaſallus operaretur, quod eſt notandum pro Baronibus, qui haberent aliam Terram, vel feudum contiguum, ac propè Terram illam, cuius vaſalli tenentur ſeruire, vel eſſet eidem Terræ annexa.

Hoc autem, quod diximus de vaſallis Burgenſibus Nobilibus, vt ſcilicet non poſſint reuocari, intelligas quando re-
27 uocatio prætenderetur per Barones: nàm ſecùs ſi peteretur per Vniuerſitatem, ſiuè Communitatē ex cauſa, quòd dicti Nobiles ſint numerati in illa, & Vniuerſitas ipſa actualiter pro illis ſolueret ratam ad rationem focularioru, ſiuè fumantium Regiæ Curiæ ex cauſa functionum Fiſcalium: nàm iſti tales poterunt ad inſtātiam Vniuerſitatis reuocari, non obſtante quòd ſint Nobiles, ſicuti diſponit *tex. in l. omnes C. de agric. & cenſit. lib.* 11. vbi formaliter inquit, *omnes omninò fugitiuos adſcriptitios, & colonos, vel inquilinos, ſine vllo ſexus, muneris, conditioniſque diſcrimine ad antiquos penates, vbi cenſiti, atque educati, natique ſunt Prouincijs Præſidentes compellant.* Super quo *tex.* ſunt notanda verba illa, *ſine conditionis diſcrimine, vbi cenſiti, &c.* ad finē prędictū. Et hoc quidem eſt notabile, nec aliquis ex Regnicolis ex omnibus, quos hucuſque legerim adducit ad hunc propoſitum *tex.* illum.

28 Hinc dixit *Bar. in l. incola* 34. *n.* 2. *ff. ad municip. & de incol.* quem ſecutus eſt *Martin. Laudenſ. tract. de fiſco quaſt.* 50. quòd ciuis non poteſt recedere à ſua Ciuitate, & ſe aliò conferre ad habitandum. Per cuius doctrinam inquit *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 2. §. 2. *nu.* 8. fuiſſe aliàs motum Regium Collaterale Conſilium ad emanandum bannum, vt exteri exfractē̄t à Ciuitate Neapolitana, & vnuſquiſque rediret ad ſuā patriam.

Hinc *idem D. de Ponte eod. tract. tit.* 10. *rubr. de exteris habitantibus in terris Baronum* inquit, pér D. Proregem, eiuſque
29 Collaterale Conſilium expediri quandoque ordines ad inſtantiam Baronum exteris habitantibus in eorum Terris, vt recedant ab illis, quando illarum Domini proponunt illos eſſe infeſtos, ipſiſque odioſos, quem tamen ordinem aduertit *idem D. loco cit.* non eſſe ſic indiſtinctè, & abſque cauſę cognitione faciendum, quoniam ſi non conſtauerit de cauſa, non poterunt eijci, adducit doctrinam notabilem, & ſingularem *Bald. in c.* 1. §. *donare de forma fidelit.* referendo eius propria verba, quæ ſunt notabiliter cōmendanda.

30 Aduertas inſuper, quòd quæſtio de angariis, & perangariis eſt cauſa grauis, quemadmodùm & aliæ permultæ, quæ ponūtur per *Aſſl. in Cōſtit. Regni Proſequentes nu.* 25. Eſſe autem cauſam iſtam arduam, & grauem multùm intereſt, propter multa ſpecialia, quæ habet cauſa ardua, quæ ponit *idem Aſſl. loco cit.* inter quæ ſunt commendatione perpetua digna infraſcripta. Primò, quia in cauſis arduis ſi ea committatur per Regem, vel per Principem videtur electa induſtria perſonæ illius, cui committitur. Secundò, in cauſis arduis quis non tenetur mittere procuratorem. Tertiò, in facto arduo Vniuerſitatis debent exprimi nomina ſingulorum. Quartò, in cauſa ardua debent vocari abſentes. Quintò, cauſa ardua ciuilis æquiparatur criminali, & propterea ea indiget probationibus luce meridiana clariorib⁹. Sextò, cauſæ arduæ ſunt committendæ ſubtilibus, & magnis Aduocatis. Septimò, cauſa ardua requirit ſpeciale mandatum, vt per *Aſſl. loco cit.* vbi prædicta omnia cumulat, & in vnoquoque ipſorum capite cotas allegat.

31 Rurſus, ſi vaſalli, qui ſunt obligati ad ſeruitia perſonalia denegant illa debita ſeruitia pręſtare Baroni, cui ſunt obligati, poterit Baro ille, ſi habet merum, & mixtum imperium inobedientes, & reſiſtentes vaſallos carcerare, illoſque pro cauſa inobedientiæ mulctare, vt dixit *Aſſl. in Conſtitut. Regni Quia frequenter num.* 13. vbi id intelligit in caſu, quando inobe-

Digitized by Google

inobedientia eſſet notoria, quicquid dicat *Niger in c. Regni Grauamina nu.* 31. dicens, tunc demùm licere Baroni, in ſubſidium ſcilicet, quando vaſallus nihil haberet in bonis, cũ in claris, & liquidis benè poſſint Barones ſibi ius dicere, & ita ſeruatur de generali conſuetudine, vt teſtantur *Doctores* communiter, de quibus aliquos reperies apud *Capiblanc. de Baron. Pragm.* 16. *num.* 59. Benè verum mulcta in hoc caſu inobediẽtiæ non poteſt excedere tarenum vnum pro quolibet, niſi tamen haberet inobedientia illa qualitates aliquas grauãtes, vt deciſum refert *Capiblanc. loco cit. nu.* 54.

32 Eſt etiam aduertendum, quòd in caſu, quo vaſalli grauarentur per Baronem circà ſeruitia, & angarias, ac perangarias, aliaque ſimilia non debita poterunt vaſalli implorare officium Iudicis contrà ipſum Baronem circà releuationem à grauaminibus ſupradictis, ne ſcilicet moleſtentur, quinimò, vt in futurum abſtineat Baro, & ipſi vaſalli declarentur immunes, vt dixit *Capyc. deciſ.* 118. *nu.* 7. de mente *Specul. in tit. de exception.* §. 1. *verſ. ſæpè, & verſ. vaſallus*, vbi docet etiam formam implorandi dictum officium Iudicis, & proindè nulla eſt ferè Vniuerſitas in Regno, quæ litigat cum ſuo Barone, quæ non habeat hodie in Sacro Regio Cõſilio Commiſſarium particularem delegatum vnum ex Regijs Conſiliarijs ipſius Sacri Regij Conſilij ſuper grauaminibus, quæ inferuntur per Baronem. Et quando ſuccedit aliquis caſus litis, vel quòd inferatur aliquod grauamen per Baronem, aditur dictus Regius Conſiliarius Commiſſarius generalis abſque alia noua delegatione. Et ſi forſitan porrecta ſupplicatione grauaminum, vel litium D. Prȩſidi Sacri Conſilij, Committitur cauſa alteri Regio Conſiliario, vadit cauſa ad Commiſſarium Generalem, non obſtante dicta noua delegatione.

33 Aduertas quoque, quòd vaſalli *Bur*genſes non debent diiudicari angarij, nec perangarij, ad finem vt poſſint reuocari à *B*arone, ſi receſſerint ab eorum Terra, ex quo teneatur Terra illa dare ſingulis annis dicto Baroni Aerariũ, vel Camerarium, vt refert deciſum per Sacrum Conſilium *Capyc. in deciſ.* 118. *per totam*, rationibus, de quibus per *eundem ibidem*, ac etiam *deciſ.* 168.

34 Quæ autem ſint probanda, ad hoc vt *B*arones poſſint reuocare ſuos vaſallos à loco, in quem ſe contulerint pro noua habitatione facienda, relicta propria patria prætextu angariarum, vel perangariarum, ac prætextu quòd ibidem ſint eidem Baroni obligati ad ſeruitia perſonalia, adeũdi ſunt *Paris de Puteo in tract. de ſyndic. tit. de exceſſ. Baron. c.* 1. *num.* 41. *Capyc. d. deciſ.* 118. *nu.* 10. *Capiblanc.* remiſſiuè tamen *d. tract. de Baron. Pragm.* 1. *nu.* 151. *cum ſeqq.* vbi loquitur de præſcriptione actuum poſſeſſiuorum circa prædicta, ac *Dominus Regens Rouitus ſuper pragm.* 16. *de Baron. nu.* 4. ſimiliter remiſſiuè.

Multa poſſent in hoc capite cumulari in materia iurium, quæ habent Barones, ſiuè feudatarii vaſalli ſuper vaſallis *B*urgenſibus, ſed quia materia iſta nõ cadit directè ſuper iſto noſtro præſenti tractatu, & de ijs peculiaris, doctoque ſtylo multùm elaboratus habetur *tractatus* editus per *Ioan. Franc. Capiblanc.* inſcriptus *de iure, & author. Baronum erga vaſallos Burgenſes*, cui alium etiam addidit *practic. quæſtionum ad Regias Pragm. de Baron.* diuiſum in centũ quæſtiones, proinde ipſe C*apiblancus* adiri poterit in materia, quando caſus contingerit, nam omnes ibi, nullo ferè excepto, cumulat, & hæc pauca per nos exarata ( obiter tamen ) ſufficiant pro ornatu præſentis *cap.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Barones non habent in dubio eorum intentionem fundatam de iure, ad petenda ſeruitia perſonalia à ſuis vaſallis, nec exigendi illa.*

*Et ſi in poſſeſſione, vel quaſi illorum reperiatur, potiùs vſurpatione, quàm iure affirmandum erit, nu.* 2.

3 *Baroni incumbit onus probandi affirmatiuam circa ſeruitia praſtanda à vaſallis, vt ſcilicet quia ſint ſoliti, non verè*

Digitized by Google

*rò vaſallis probandi negatiuam, cùm regulariter præſumantur exempti.*

4 *Vaſalli ſi mediante capitulatione ſe obligent Baroni pro præſtandis ſeruitijs, intelligitur ſalario mediante.*

5 *Barones in Regno an iure poſſint imponere angarias, & exigere ſeruitia perſonalia à ſuis vaſallis.*

6 *Vaſallos domaniales non poteſt Rex alienare in Baronem, vt ſint angarij illius.*

7 *Angariæ poſſunt induci ex cauſa maleficiorum, quia ſcilicet condemnatus ad mortem ſe faciat angarium illius, qui à morte liberauit.*

*Item ratione habitationis, & bonorum, quæ conceduntur venientibus ad habitandum in aliqua Terra, vel Caſtro, nu. 8.*

*Rursùs ratione pecuniæ, quam accipiunt ad id, & referuntur aliqua exempla, nu. 9.*

10 *Ad angarias perpetuas non poteſt quis ſe obligare abſque aſſenſu Regis, tametſi poſſit abſq; illo ad angarias temporales.*

11 *Angariarum effectus qualis ſit, & quæ non poſſunt angarij.*

12 D. de Franch. dec. 211. in princ. *notatur.*

13 *Aerarium dare tenetur Vniuerſitas Baroni, aùt Camerariū, tametſi ſit exēpta à præſtatione ſeruitiorum perſonalium.*

14 *Aerarius Baronis tenetur conſeruare, nedùm fructus Baronales peruētos ex feudo, verùm etiam eos, qui perueniunt ex induſtria Baronis ex territorijs feudalibus.*

15 *Vniuerſitas eligens Aerarium, vel Camerarium Baroni, tenetur de periculo illius, ſi non ſit ſoluendo.*

*Quo verò tempore ſufficiat eſſe ſoluendo, ac cui incumbat onus probandi, quòd ſit, aùt non ſit ſoluendo, ſi ſcilicet Vniuerſitati eligenti, an verò Baroni, nu. 16.*

17 *Aerarius Baronis an teneatur de ſuo proprio ſoluere Baroni quod non exegit.*

18 *Aerarij in electione debet inſpici qualitas perſonarum, nàm ad illius munus non poteſt eligi Doctor, aùt Nobilis.*

19 *Aerarij electio ſpectat ad Baronem ciuilem, non verò ad criminalem, quando eſt diuiſa iuriſdictio.*

20 *Electus eodem tempore in Aerarium à Barone, & in Syndicum, aùt Electum ab Vniuerſitate, tenetur ſeruire Vniuerſitati potiùs, quàm Baroni.*

21 *Baro prætextu ſeruitiorum debitorum à vaſallis non poteſt ab illis exigere ſeruitia vilia, & ſordida, nec incōgruētia, & diuerſa extrà eorum exercitium.*

22 *Vaſalli non poſſunt cogi à Barone, vt ſint Fornarij, aùt Molendinarij.*

*Item vt neque portent literas de Terra in Terram, nu. 23.*

24 *Baro non poteſt exigere ſeruitia à vaſallo, qui litem contra ipſum defendit pro Vniuerſitate, dato adhùc, quòd habeat ius illa exigendi.*

25 *Baro non poteſt adſtringere vaſallos occupatos ad ſeruitia annalia, alteri per annum locata.*

26 *Baro non poteſt cogere vaſallos ad cuſtodiam carceratorum, niſi in vrgentiſſimis caſibus, & tùnc ſoluto congruo ſalario: Benè tamen poteſt ad vigilias, & excubias, vt ibidem.*

27 *Vaſalli non tenentur obedire Baroni bannito, deportato, aùt foriudicato.*

28 *Vaſalli poſſunt cogi per Baronem pro inciſione lignaminū nemoris cauſa mercimonij, ſi eorum exercitium id expoſcat.*

29 *Vaſalli obligati ad ſeruitia perſonalia tenentur illa præſtare etiam pendente lite euictionis.*

30 *Vaſalli obligati ad ſeruitia perſonalia ſi ceſſauerint per centum annos, quia ſcilicet non fuerint requiſiti, adhùc tenebuntur.*

31 *Baro indebita ſeruitia vaſallis iniungens punitur pœna corporali, & pecuniaria.*

32 *Barones malè tractantes vaſallos cogi poſſunt ad vendendum Terram.*

*Et in caſu dictæ venditionis propter ſæuitiam, ſi de nouo recuperaret Terram, nō tenentur vaſalli redire in eorum dominium, nu. 33.*

34 *Baro habēs plures Terras, tenetur pro rata qualibet Terra cōtribuere circa conductionem frumenti, aliorumque neceſſariorum pro ſeruitio domus ipſius.*

35 *Vaſalli non poterunt cogi portare frumētum pro ſeruitio domus Baronis tempore hyemali, ſed tantùm à menſe Maij per totum menſem Octobris.*

36 *Vaſalli, qui tenentur aſportare frumētum Neap. aùt aliò pro ſeruitio Domini poſſunt ibi emere æquè idoneū, & cōſignare Baroni in loco, vbi erat recepturus.*



Digitized by Google

37 *Barones habentes animalia propria non poſſunt cogere vaſallos ad aſportandum neceſſaria pro ſeruitio ſuæ domus.*

38 *Salarium quale debeatur vaſallis ſeruiētibus Baroni, tàm in terra, quàm extrà territorium.*

39 *Salarium infrà viginti milliaria debetur vaſallis à Barone, prout ſoluitur inter Ciues.*

40 *Baro vltrà ſalarium debitum vaſallis tenetur etiã ſoluere vectigal, & ſcapham.*

## CAP. XI.

Continuatiuè ad materiam, de qua in *præced. cap.* egimus, ex quo effectus angariarum, & perangariarum, nedùm eſt, vt eorum vigore poſsint Barones, vaſſallos ad illa obligatos, ſi receſſerint ab eorum Terra reuocare, vt reuertãtur ad habitandum in Terram, vel Caſtrum, in quo ad dicta perſonalia ſeruitia tenētur, vt diximus in *præced. cap.* verùm etiã tenentur actualiter Domino inſeruire, iure igitur viſum fuit aliqua in præſenti *cap.* pertangere, pertinentia ad dicta ſeruitia perſonalia, ad quæ vaſalli Burgenſes Domino ſuo tenentur.

1 Et in primis aduertendũ moneo, quòd regulariter Barones non habent in dubio eorum intentionem fundatam de iure ad petendum ſeruitia perſonalia à vaſallis, nec cogendi ad illa, niſi in caſu, quo ſint verè angarij, aùt perangarii, de quibus angarijs, & perãgarijs apparere debet aùt ex priuilegio expreſso, aùt ex conſuetudine præſcripta, cuius initii nõ ſit memoria hominum in contrarium, in tantùm quòd non erit ſufficiens ſola cõſuetudo triginta, vel quatraginta annorum, vt patet ex traditis per *Grammat. voto* 12. *per totum*, *ac in conſil.* 12. & 13. iterumque in *conſ.* 98. quod videtur repetitum *in conſ.* 147. *in ciuilibus*, *Vrſill. ad Affl. deciſ.* 134. *nu.* 8. *Nigr. in c. Regni Grauamina nu.* 15. *cum ſeqq.* videtur pariter de mente *Gizzarell.* qui alios refert *deciſ.* 31. *in princ.*

2 Quò fit, vt ſi in poſſeſſione, vel quaſi quandoque ipſa recipiendi reperiatur Baro, vſurpatione, ac quòd indebitè ſint ſeruitia extorta, & per metum potiùs, quàm de iure erit dijudicandum, vt profitentur *Ioan. Andr. Bald. Iaſ. Affl. Guid. Papa*, & cæteri relati per *Nigrum d. cap. Regni Grauamina num.* 17. *in princ.* adde *Ayell. de iure Adhoa nu.* 44. *ac Capiblanc. de Baron. Pragm.* 1. *num.* 167. Et proinde

3 non incumbit onus vaſallis probare negatiuam, ſed benè Baro petens tenetur probare affirmatiuam, quòd ſcilicet ſint ſoliti vaſalli præſtare per tãtum temporis ſpatium, cuius initij non extet memoria hominum in contrariũ, & ita poſt *Bar. in conſ.* 59. incip. *Commune Spoleti*, & *Crauet. conſ.* 57. *nu.* 8. concludit *Vrſil. d. deciſ. Affl.* 134. *nu.* 8. qui in *fine* ſubdit,

4 quòd tametſi vigore quandoque capitulorum ſit actum inter Baronem, & vaſallos de exhibendis ſeruitijs mediãte ſalario, in tali caſu neque tenerentur indifferenter, ſed benè ad condecentia mediante ſalario, ac quòd ita fuerit deciſum per Sacrum Conſilium.

5 Et ex his reſolui poteſt quęſtio, quam tangit tantùm *Gizzarellus deciſ.* 31. *in princ.* an ſcilicet iure in Regno poſſint Barones imponere angarias (accipiendo pro nunc angarias pro ſeruitijs præſtandis per vaſallos Burgenſes) & conſequenter an iure poſſint ab illis exigere ſeruitia præfata. Et vtique apparet, nullo iure id permitti.

Non quòad ius cõmune: nàm planũ id redditur inſpectis illis tẽporibus, de quibus apud *Capyc. deci.* 168. ferè per *totã*.

6 Non quòad ius feudorum, cùm neque Rex poſſit vaſallos domaniales alienare in Baronẽ, vt ſint eius angarij *Luc. de Penna in l.* 1. *nu.* 4. *C. de capit. ciu. cenſit. eximend. lib.* 11. de quo meminit *idem Capyc. vbi ſupra nu.* 10.

Non quòad ius Regni, cùm prohibitum ſit Baronibus in illo imponere angarias, nec perangarias, item nec vt è contrà poſſint vaſalli ſeipſos obligare Baronibus ad ſeruitia perſonalia abſque Regio aſſẽſu, vt in *Conſt. Regn. Quia frequenter*: nàm aliàs ſequeretur, quòd ipſi Barones fierẽt Domini perſonarũ, quod eſt proprium D. Regis, ac de Regalibus impræſcriptibile, ipſique ſoli reſeruatũ.

Non tandem vigore inueſtiturarum, ſiuè clauſularum apponi ſolitarum in illis,

lis, videlicet, *cum angarijs,&c.* quoniam, vt aliàs etiam ſuprà inculcatum extitit, declaratū ambigimus per *Regiam Pragmat.* Inuictiſſimi Caroli Quinti, quæ eſt 16. in ordine incip. *Ad aures etiam noſtras ſub tit. de Baron.* non eſſe ſcilicet intentionis D. Regis per tales clauſulas nouas inducere angarias, & perangarias, aliaue inferre Populo noua grauamina, ſed quòd talis clauſula de antiqua huius Regni Citerioris Siciliæ conſuetudine, & ſtylo procedit. Quarè apparet, vſurpatione magis, quàm iure illam imponi per Barones.

Notes tamen in hoc, non eſſe totaliter abſolutum, non dari angarias in Regno: nàm intelligendum eſt illud regulariter; cùm poſſint quandoque dari caſus, in quibus & dari, ac præſtari poſſint angariæ.

7 Et primò ratione maleficiorum, vt quia dàmnati ad mortem, aut damnandi ratione aliquorum maleficiorum faciant ſe angarios illius, qui à morte liberat, vt aſſerere videtur *Specul. in tit. de feud.* §. 7. *verſ.* 4. & hi tales dicuntur propriè angarij, quia ſe ſubmittunt poteſtati, & miniſterio liberantis. Refert exemplum *Capyc. d. deciſ.* 168. *ſub num.* 2. euenisſe in Villa Arzani in familia illorum de Syluestro. Conſimile refert etiā exemplum *Taſſon. ſuper Pragm. de antefato verſ.* 3. *obſeru.* 4. *nu.* 220. de illis centum quinquaginta cōdemnatis ad mortem per Comitem Rogerium Normandum, liberatos deinde precibus Diui Brunonis tunc temporis in humanis agentis, qui fuerùnt poſtmodùm eidem Diuo Brunoni traditi per nomina, & cognomina, cum filiis, filiorumque ſuorum hæredibus in ſempiternum, ac cum omnibus eorū bonis mobilibus, & ſtabilibus habitis, & habendis, vt per *eum.*

8 Secundò ratione habitationis, & bonorum, quæ conceduntur vaſallis venientibus ad habitandum in aliquo Caſtro, quibus ea lege expreſſa quandoque concedi ſolent, de ſeruiendo ſcilicet Domino ſecundùm pacta pro ſe, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum.

9 Tertiò ratione pecuniæ, quam accipiunt, vt tradit *Andr. de Iſern. in c.* 1. *ſi de feudo vaſall. ab aliqu. fuer. interpell.* Caſus, & exempla in hoc accomodari poterunt quòad eos, qui mediante pecunia ſe obligant ad inſeruiendum Regijs triremibus, dictos vulgò, BONAVOGLIA. Rursùs quòad illos, qui accipiūt pecuniam, vulgò, *PAGAM*, pro inſeruiendo Domino Regi in bello, qui ſi aufugerint, incurrunt etiam in pœnas, quæ in dies infligi ſolent contrà deſertores militiæ, dictos vulgò, *SOLDATI FVGGITI*, de quibus loquitur *Vegetius lib.* 2. *de re milit.* dicens, quòd omnia ſeruitia, quæ fiunt à militibus, etiam non vilia, qualia ſunt vigiliæ, ſtationes, & geſtationes in vſum belli dicuntur angariç, ita vt verè angarij dici poſsint milites ad talia obligati: nàm inſeruiūt pro quocumque miniſterio belli. Item quòad illos; qui ſe obligant ad inſeruiendum alteri, quales præcæteris ſunt Meſſores, ac Antimerij, qui ſe obligant ad metendū in Campis Apuleæ, contrà quos ſi receſſerint poſt receptam pecuniam ſtatutum eſt per *Regiam Pragm* 17. *ſub tit. de annona*, vt incurrant in pœnam triremium per triennium. Et tandem quòad illos, qui ſe obligauerunt ad alteri inſeruiendum per annum; nàm iſti dicuntur angarij, temporales tamē illius, cui ſe obligauerunt. Et in iſtis terminis intelligendum erit quod habetur *Matth. cap.* 27. *Marc. c.* 15. *Lucæ c.* 23. ibi *angariauerunt Simonem quendam Ciræneum, venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius.*

10 Differentia modò inter angarios perpetuos, & temporales ea eſſe videtur, quia perpetuò non poſſunt ſe obligare homines alicui abſque aſſenſu, & beneplacito Domini Regis, qui eſt Dominus illorum, ac eorum perſonarum, vt in *Conſtitut. Regn. Quia frequenter*; Benè tamen poterunt temporaliter reſeruato ſeruitio Domino Regi eorum vniuerſali Domino. Et proinde in caſu obligationis perpetuò omninò adhibēdus eſt Regius aſsenſus, vt in *dicta Conſtitut. Quia frequenter*, aliàs non teneret obligatio. In cuius quidem Regij aſſenſus præſtatione examinandum erit.



Digitized by Google

an iuſta cauſa intercedat ſuper obligatione, & an conceſſio ſit talis, vt in recompenſam poſſint conceſſionarij obligari ad dicta ſeruitia, & angarias perpetuas, quod eſt proprium D. Regis, eiuſque Collateralis Regij Conſilij, inuigilare ſcilicet, & diligenter aduertere in conceſſione Regiorum aſſenſuum, an iuſta cauſa intercedat pro illorum impetratione.

Circumſcriptis igitur præfatis, aùt ſimilibus caſibus, vſurpatione potiùs, vt ſuprà traditum eſt, inductæ præſumuntur in Regno angariæ fauore Baronum ergà eorum vaſallos, quando non conſtat de illis, origineque earum, media obligatione cum Regio aſſenſu.

Et quàmuis conſuetudine immemorabili quæri poſſit exactio ſeruitiorum, non poterunt tamen angariæ, nec videtur in Regno Baro aliquis illas quæſiuiſſe etiam per immemorabiliſſimam,
11 nè dicam immemorabilem. Quod apparet ex effectu angariarum, quarum eſt primus, quia nullus verè angarius poſſet eſſe teſtis contrà Baronem. Secundus, quia non poſſet clericari ipſo inuito. Tertius, quia non poſſet eſſe Officialis Curiæ, aùt alterius Baronis, vt tradit *Capyc. d. deciſ.* 168. *num.* 7. quorum nullum videtur prohibitum vaſallis Burgenſibus in Regno. Vnde diligenter aduertere debent Domini Officiales Regij, quando coràm ipſis proponuntur grauamina vaſallorum, inſtantium pro releuamine ab ipſis, vt penſatè, non verò ex abrupto abſque cauſæ cognitione prætextu conſuetudinis, examinent, & inquirant, an verè Barones ſint in d. poſſeſſione, vel quaſi exigendi ſeruitia à ſuis vaſallis, eò quia cùm exactio non ſit in iure fundata, ſed vſurpata potiùs, poterunt vaſalli ſemper conqueri, quinimò quãdocumque quærimoniam deſuper exponentes audiri debent, vt dixit *Afflict. in d. Conſtitut. Quia frequenter num.* 3. & *nos* tetigimus ſupra in *præced. cap. num.* 9. Et è contra debent eſſe quoque valdè intenti vaſalli Burgenſes, quando vocantur ad iurandum homagium Baroni, nè cum iuramento ſe obligent ad aliqua, ad quæ neque de iure, neque de conſuetudine tenentur.

12 Quarè non poſſum non mirari de his, quæ tradit *D. de Franch. deciſ.* 211. vbi *in princ.* ſcribit, non eſſe dubitandum, quòd vaſalli tenentur ſeruire Domino cum eorum animalibus, ſoluto eis ſalario, & ſubdit, id colligi ex *Conſtitut. Regni Sic noſtra ſeruitia*, ex *cap. eiuſdem Regni* incip. *Grauamina*, & ex *Pragmat. Regis Ferdinandi Primi* incip. *Ad perpetuam rei memoriam*, per quam taxatur ſalarium, tandemque concludit, ad ſeruitia vaſallos teneri: cùm ex relatis *Conſtitut. Cap. & Pragmat.* nihilum pateat, nec ſeligi poſſit quòad dicta ſeruitia perſonalia, præſtanda ſcilicet de perſona per ſubditos ad requiſitionem Officialium, ſed tantùm quòd poſſint Officiales Regij capere animalia ſubditorum pro ſeruitio Regiæ Curię. Quarè non valet conſequentia, poſſunt capere animalia ſubditorum, ergò remanent ipſi ſubditi obligati perſonaliter deſeruire: nàm aliàs ſequeretur, quòd animalia traherent ad ſe perſonas, & ſic eſſet minoris conditionis homo, quàm iumentum, aliudque irrationale animal. Eſt benè verum, quòd Domini animalium remanent obnoxij ad præſtationem ipſorum, & dicetur iſthæc obligatio perſonalis in rem ſcripta, quę datur propter rem, & ſic ad conſecutionem rei, ac ad patientiam præſtandam pro cõſecutione illius rei, vnde conſecuta re, non eſt quid aliud petere contrà perſonam, vt in ſimili de eo, qui tenetur, vt liceat alicui in fundo ſuo cenare, vel pecora paſcere, item in actione iuris ſtillicidij, rurſùs in nunciatione noui operis facta, in rei vendicatione, in pacto de retrouendẽdo, & ſimilibus, de quibus apud *Affl. in Conſtit. Pacis cultum num.* 22. ac per *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.* 5. *nu.* 112. *cum ſeqq.* poſt innumeros, quos ipſi cumulant, dicentes, quòd ſimiles obligationes, & actiones dicuntur perſonales, reſpectu tantùm patientiæ præſtandæ, Reſpectu verò iuris orĩetis ex illis, quod eſt executiuum obligationis, dicuntur ius reale. Vnde ſtatim patientia præſtita ceſſat ius illud. Non ſecùs pariter in hoc

Digitized by Google

hoc caſu, in quo ſtatim facta exhibitione iumenti ceſsat omnis actio perſonalis aduersùs præſtare debentem.

Sequitur ergò ex præfatis omnibus, ſubditos, ſiuè vaſallos Burgenſes non dici verè angarios in Regno, nec obligatos regulariter ad ſeruitia perſonalia eorum Domino, ſiuè Baroni, abſque præcedente ſpeciali priuilegio, aùt obligatione cum Regio aſsenſu. Eſt tamen benè verum, quòd adhùc circumſcripta præſcriptione angariarum, ſiuè ex pri-
13 uilegio, ſiuè ex immemorabili conſuetudine inductarum, tenetur tamen præſtare Baroni Aerarium, aùt Camerariū, cui poſſit ipſe Baro committere procurationem in credentiam bonorum ſuorum omnium feudalium, fuit originale dictum *Bartholom. de Capua in cap. Regni* incip. *Terrerij num.* 4. quem ſecutus eſt *Frecc. de ſubſeud. lib. 2. author. 37. in princ.* fuit etiam de mente *Capyc. in deciſ.* 118. *in princ.* vbi adducit *Iudic. Blaſium in loco* inibi per *ipſum relato, ac in deciſ.* 168. *num. 6.* ad quos, remiſſiuè tamen, *Gizzarell deciſ. 31. in princ.* & eſt indubitatum apud omnes Regnicolas, nec per hanc prçſtationem vaſalli erunt diiudicandi angarij, aùt perangarij, vt patet ex traditis per *Capyc. d. deciſ.* 168. *per totam*, vbi deciſionem quoquè affert. Subdit rationem *ibi Bartholom. de Capua*, quia vaſalli æquiparantur liberto, ad *tex. in c. longinquitate 12. q. 2.* Vnde ſicuti libertus tenetur naturaliter ad prçſtationem operarum patrono ſuo *l. ſi non ſortem* §. *libertus ff. de condit. indeb.* ſic etiam vaſallus tenebitur ad præfatum obſequium procurationis in credētiam, quæ tamen æquiparatio mihi ſuaderi non poteſt; cùm ſi teneatur libertus patrono, eſt in recompenſam libertatis datæ. Reſpectu verò vaſalli nulla reſpicitur antidora, ita vt ex illa teneri poſſit Domino. Quicquid tamen ſit circà hanc diſcriminis, aùt paritatis rationem inter vaſallum, & libertum.

14 Amplies, vt Aerarius, ſiuè Camerarius iſte non tantùm fructus Baronales conſeruare teneatur, verùm etiam teneatur ad conſeruationem fructuum perceptorū ex territorijs Baronalibus, peruentorum ex induſtria ipſius Baronis *D. de Franch. deciſ.* 128. *per totam*, vbi in *fine* ſic deciſum per Sacrum Cōſilium tradit, ac in *deciſ.* 526. *in princ.* adde *Maſull. in addit. ad Capyc. d. deciſ.* 168. *in fine.* vbi deciſum tradit, Baronem poſſe cogere Vniuerſitatem ad dandum dictum Aerarium, verùm mediante ſalario, & ſic in dies iudicari, vt ſcilicet mediante ſalario cogi poſſit, tradit quoque *Petra in addit. ad eundem Capyc. d. deciſ.* 118. *nu.* 2. Dictum fuit mediante ſalario, quia ſemper quòd Baro iniungit ſeruitia in caſibus permiſſis, intelligendum eſt mediante ſalario, vt aduertit *Taſſon. ſuper pragm. de anteſ. verſ. 3. obſeruat. 4. num.* 70.

Notes ad hoc vnum in practica: Nam differt, an ipſe Baro eligat Aerarium, aùt Camerarium, an verò Vniuerſitas eligat illum, vel nominet duos, aut plures, ex quibus poſtmodùm Baro vnum ſibi eligat: eò quòd in primo caſu, quando Baro eligit, Vniuerſitas non tenetur ad aliquid, ſi ille nominatus per Baronem repertus fuerit non eſſe ſoluendo, ſecùs
15 verò quando Vniuerſitas elegerit, aùt nominauerit, quia tunc Vniuerſitas tenebitur ex nominatione in caſu, quo nominatus repertus fuerit non eſſe ſoluendo, ex diſpoſitione *tex. in l. 1. C. de peric. nominat. lib.* 11. per quem ſic deciſum tradit *Gizzarell. d. deciſ. 31. in fine*, vbi ſub *num.* 8. extendit hoc etiam quòad nominantes Syndicum, Electos, aùt alios Adminiſtratores, & Cōſeruatores rerum Vniuerſitatis, vt ſcilicet ipſi quoque ex nominatione teneantur, ſi nominatus ille non ſit ſoluendo.

Quo verò tempore oportet, vt nominatus ſit ſoluendo, ſi ſcilicet tempore electionis, an verò tempore depoſitionis officij, aùt tempore, infrà quod teneatur reddere rationem adminiſtrationis, vide eundem *Gizzarell. ibidem nu.* 4.
16 *&* 5. vbi aliud quoque tradit, probationem ſcilicet incumbere ei, qui nominauit, non verò Baroni, aùt alteri nominationem recipienti; quando nominatus non eſt ſoluendo. Hoc tamen intelligas quòad adminiſtrationem eorum, ad quæ de iure tenentur, quia ſi Baro dicto Aera-

Aerario iniungeret exercitium mercantiarum, aut aliorum, ad quæ de iure non tenetur Aerarius, vtiq; Vniuerſitas eligens non teneretur ad hæc, quando non eſſet ſoluendo, quod nota, quia habui in facto.

17 An autem Aerarius Baronis teneatur de ſuo ſoluere Baroni quod non exegit, adeundus eſt *Lanar. in conſ.99.* vbi per *totum* examinat quæſtionem iſtam, & videtur cum diſtinctione procedere, vt ſcilicet ſi fuerit negligens, & ex ſua negligentia damnum oriatur, cauſeturque impotentia ex parte debitoris, teneatur, ſecus verò ſi nulla interceſſerit negligētia, ſed fecerit in tempore debito omne eius poſſe pro exactione.

Aduertas inſuper quòad electionem, & nominationem Aerarij, ſiuè Camera-
18 rij Baronalis, quòd in ipſius electione debet haberi ratio qualitatis perſonarū: cùm neq; Doctor, neq; Nobilis ad munus præfatum eligi poſsit, & ità deciſum per Sacrum Conſilium tradit *Capiblanc. de Baron. pragmat. 16. num. 98.* de prædicta deciſione meminit *D. Thoro in Compend. deciſ. prima parte verbo electio Officialium*, vtroſque recenſet, & ſequitur *Mele in addit. ad Gizzarell. d. deciſ. 31. ſub num.* 10. vbi etiam *Didac. de Mari ſub num.* 13. qui ſic pariter per Sacrum Cōſilium deciſum tradit.

19 Aerarij electio ſpectat ad Baronem ciuilem, non verò ad criminalem in caſu, quo eſſet diuiſa iuriſdictio criminalis à ciuili, vt in multis locis, ſiuè Caſtris Regni, cùm ad ipſum ſpectet dominium Feudi, & territorij, ac perceptio fructuū, quorum nullā habet ex territorijs Feudalibus Baro iuriſdictionis criminalis, vt per *Caputum in tract. de Regim. Reipubl. in Rubr. nu. 56.*

20 In caſu tamen, quo in electione concurrent Baro, & Vniuerſitas, vt quia elegerit Baro in Aerarium aliquem, qui eodem tempore eligatur per Vniuerſitatem in Sindicum, aut Electum, quis ſcilicet ſit prçferendus, cuiq; ſeruire potius teneatur, ſi ſcilicet Baroni, an verò Vniuerſitati, examinat *D. Rouit. in conſ. 73. lib. 1. per totum*, vbi in *fine* tradit, fuiſſe deciſum per Sactum Conſilium fauore Vniuerſitatis.

Quia igitur vaſalli Burgenſes non poſſunt verè dici angarij in Regno, & præſcriptio ſeruitiorum potius vſurpatione, quàm iure videtur inducta, proin-
21 dè quòad ſeruitia prædicta præſtanda in caſu, quo haberent Barones illorum exactionem, non poterunt exigere à vaſallis ſeruitia vilia, & ſordida, eò quòd talium præſtatio dicuntur verè angariæ, ad tradita per *Cardin. in cap. non minus 2. quæſt. de immun. Eccleſ.* per *text. in l. maximarum C. de excuſ. muner. lib. 10.* in quo *tex.* enumerantur etiam munera nonnulla, quæ inter ſordida computantur, ſicuti nec etiam incongruentia, & diuerſa, ac extra eorum exercitium, prout de Artiſtis, Maſſarijs, & ſimilibus, quos non niſi circà concernentia eorum officiorum, & exercitiorum vocari poſſe, refert deciſum per Sacrum Conſilium *Capiblanc. in ſingul. 165.*

22 Amplia primò, vt neque poſſint illos cogere, vt ſint Fornarij, vel Molendinarij *Niger in cap. Regni Grauamina num.* 112. facit ad hoc *tex.* ab ipſo nnn ponderatus in *l. 1. C. de exaction. & translat. mil. lib. 12.* Niſi tamen aliter præſcripta conſuetudine ſit inductum, vt in *d. l. 1.* iuncta *l. ſequ.* ac in *l. maximarum C. de excuſat. muner. lib. 10.* in qua in ſpecie inhibentur excoctio panis, & obſequium Priſtini.

23 Amplia ſecundò, vt neque poſſit cogere, vt portent literas de Terra in Terrā ſecūdùm eundem *Nigr. in d. cap. Grauamina nu. 59.*

24 Amplia tertiò, vt etiam in caſu præſcriptarum exactionum non poſsit exigere ab eo, qui litem contrà ipſum defendit pro Vniuerſitate, vt tradit *D. de Franch. deciſ. 301. num. 8.* cuius etiam fauore, ipſoque inſtante expediri debent literæ ſaluaguardiales per Sacrum Conſilium, vt non ſe intromittat Baro, nec eius Curia in cauſis eiuſdem, inconſulto Sac. Cōſil. vel Domino cauſæ Commiſſario, & ità in dies practicatur in eodem Sacro Conſilio, quando litigant vaſalli cum Barone: nam expediuntur literæ ſaluaguardiales, vt ſuprà, fauore Sindici, & Electorum, ac alterius nominati ab Vniuerſitate, qui litem defendit.

25 Am-

Digitized by Google

25 Amplia quartò, vt nō poſſint adſtringere eos, qui ſunt occupati ad ſeruitia annalia, vt ſcilicèt relictis ſeruitijs prædictis ſeruiant ipſi Baroni, & ità deciſum per Sacrum Conſilium tradit *Capiblanc. in ſingul. 32.* incip. *Cuſtodes.*

26 Amplia quintò, vt neque poſsit cogere vaſallos ad cuſtodiam carceratorum, niſi in caſibus vrgentiſsimis, & tunc ſoluto congruo ſalario, prout deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *D. de Frãch. in deciſ. 526. num. 10.* adde *Capiblanc. de Baron. pragm. 19. num. 22. ac D. Thoro in Compendio deciſ. parte 2. in verbo vaſalli Baronum an cogendi ſint fol. 712.* Benè tamen cogi poterunt ad faciendas vigilias, & excubias *Anna ſen. ſingul. 63. & Taſſon. ſuper pragmat. de antefato verſ. 3. obſeru. 4. nu. 67.* vbi deciſionem affert.

27 Amplia ſextò quòad Barones bannitos, foriudicatos, aut deportatos, qui in præfatis caſibus perdunt exactionem ſeruitiorum debitam à ſuis vaſallis *Alberic. in l. ſed hac lege §. ſed ſi per pœnam in fine ff. de in ius voc.* quinimò nec etiam tenentur in illis præſtare obedientiam *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. præterea per totum quæ ſit prima cauſ. beneſ. amiſſ.*

28 Limites modò primò, vt cogi poſsint ad ſeruiendum Baroni pro inciſione lignaminum nemoris, etiam cauſa mercimonij *Grãmat. deciſ. 67. poſt nu. 3.* dummodò non extrahantur à proprijs laboribus lite pendente, ac ſint tales, quibus conueniat dictum exercitium.

29 Limita ſecūdò in caſu relato per *Maſtrill. deciſ. Sicil. 160. n. 20.* vbi poſt *Bald. in cap. fin. num. 3. de inueſtit. de re alien. fact.* ibique etiam *Aluarot. nu. 5. Afflict. num. 15.* vbi ſic iudicatū refert, vt ſcilicèt vaſallus obligatus ad ſeruitia perſonalia teneatur præſtare illa Baroni, etiam pendente lite euictionis.

30 Limita tertiò, vt ſi vaſallus per cētū annos ceſſauerit à præſtatione ſeruitiorū in caſu, quo ſit obligatus, eò quia non fuerit requiſitus, adhùc cogi poſsit, & ità poſt *Angel. & Riminald. iun.* concludit *D. Rouit. in deciſ. 97. nu. 7.* quicquid in contrarium conſuluerit in cauſa propria *Crauett. in conſ. 111.*

31 Infer modò ex præfatis, quòd ſi Barones indebita ſeruitia vaſallis iniungūt, puniri debent, nedùm criminaliter, quia iuriſdictionē vſurpant, verùm etiā ciuiliter pœna pecuniaria in vigintiquinque libris auri ex *tex. in l. vindicabat C. de curſu publ. lib. 12. Affl. in §. & plauſtrorum nu. 1. quæ ſint regal. in vſib. feud.*

32 Quinimò Barones malè tractātes vaſallos cogi poterunt ad vendēdum Terram, vel Caſtrum, prout in proprijs terminis dixit *Grammatic. deciſ. 104. per totam,* vbi deciſionem affert, & ità nouiſſimis etiam temporibus in Sacro Conſilio practicatum refert *Didacus de Mari in addit. ad Gizzarell. deciſ. 31. nu. 9.* alios concordātes adducit *Taſſon. ſuper pragmat. de antefato verſ. 3. obſeru. 4. nu. 228.* vbi multa etiam in id cumulat.

33 Adeòque id ſit perpetuum, vt in caſu venditionis factæ propter ſæuitiam, ſi idem Baro de nouo recuperaret aut titulo emptionis, aut aliàs, non tenerentur vaſalli redire in eius dominium *D. Conſiliarius Theodorus allegat. 96. ſub nu. 27. verſ. Adeò quòd nullo modo,* vbi ſic deciſum per Regiam Cameram tradit.

Aduertas modò quòad ſeruitia præſtanda cum animalibus, quòd tametſi teneantur aſportare frumēta, & alia neceſſaria ꝑ ſeruitio domus Baronis Neapolim, aut aliò, vbi reſidet: attamē ſi Baro
34 habet plures Terras, Ciuitates, Oppida, aut Caſtra, erunt iniungēda ſeruitia vaſallis pro rata iuxtà numerū foculariorū, ad hoc vt vnuſquiſque pro rata ſentiat onus, prout deciſum per Sacrum Conſilium refert *D. de* Franch. *deciſ. 526. num. 4.* vbi format etiam quæſtionem, quid ſi in vna ex dictis Terris non adſint animalia apta aſportare frumenta, & ſi adſint, non ſint apta, vtrùm cogatur alia Terra, quæ habet animalia apta aſportare frumentum alterius non habentis cum dictis ſuis animalibus, & ex traditis per *ipſum Dominum* apparet, exiſtente neceſſitate cogi poſſe.

35 Notes autem, quòd aſportatio frumēti facienda per vaſallos erit facienda à menſe Maij per totum menſem Octobris, & ità deciſum per Sacrum Conſilium refert *Amendola in addit. ad d. deciſ. D. de* Franch. *526. num. 6.* meminit de ipſo

ipſo *D. Thoro in Compend. deciſ. 1. parte verbo vaſalli quo tempore fol.* 566.

Addas, quòd in caſu, quo vaſallus eſt obligatus ad conducendum frumentum Domino aut Neapolim, aut aliò, vbi reſidet, poterit ibi emere frumẽtum æquè idoneum, & conſignare Baroni in eo loco, vbi erat recepturus, quemadmodùm deciſum per Sacrum Conſilium refert *idem Amendol. ad D. de Frãch. deciſ.* 211. *num.* 4. *& deciſ.* 526. *nu.* 17.

37 In caſu verò, quo ipſe Baro haberet animalia propria non poterit cogere vaſallos pro aſportatione, & ità deciſũ fuit per Sacrum Conſilium, teſte *D. de Franch. deciſ.* 211. *per totam.*

38 Notes inſuper quòad ſalarium præſtãdum per Baronem vaſallo, fuiſſe cautum per *Regiam Pragmat.* Regis Ferdinandi Primi, quæ eſt *prima* in ordine incip. *Ad perpetuam rei memoriam* §. 3. *ſub titul. de ſalar. eorum, qui mitt.* per quam taxatum eſt illud, vt ſoluantur denarii quatuor pro quolibet milliario pedeſtribus, denarii ſex ſi cum beſtia, & grani quinq; pro curru: *Benè* verum fuit poſtmodùm illud auctum de anno 1600. per aliam *Regiam Pragmaticam* editam per D. Comitem de Lemos, vt in *Pragm.* 2. *eod. tit.* & tandem declaratum quodam caput ambiguum per aliã *Regiam Pragmaticam*, quæ eſt 3. *ſub eodem tit. de ſalar.*

39 *eor.* ibi videas. Quæ tamen taxa intelligitur, quando vaſalli deſeruiunt extrà territorium per viginti milliaria vltrà: nã quãdo intrà fines Feudi, vel infrà dietã, computandam per viginti milliaria infrà, tunc tenentur Domini ſoluere ſalarium, non iuxtà taxam *Regiarum Pragmaticarum*, ſed benè prout ſoluitur inter Ciues, & ità deciſum extitit per Sacrum Conſilium apud *D. de Franch. dicta deciſ.* 526. *ſub nu.* 3.

40 Et vltrà ſalarium debitum tenetur etiam *Baro* ſoluere vectigal, aut ſcapham *Niger in d. cap. Regni Grauamina nu.* 38. *in addit.*

Et hæc ſatis pro ornatu præſentis *cap.* nàm cœtera concernentia in materia reperies apud *Capiblanc.* & alios, qui peculiares tractatus conſcripſere de ſeruitijs vaſallorum, & de ſalario ipſis debito.

## SVMMARIVM.

1 *Cognitio vaſallorum fructus eſt iuriſdictionis.*

2 V*aſalli non veniunt in dubio in conceſſione Caſtri ſimpliciter facta, niſi exprimantur.*

*Fallit tamen, quando conceſſio Caſtri fuiſſet facta in Feudum, nu.* 3.

*Intelligas tamen fallentiam iſtam, quando Princeps mixtim, & indiuiſim tenebat Caſtrum cum iuriſdictione, & imperio, nàm ſecus ſi ſeparatim adminiſtrabat, num.* 4.

5 Regia Pragm. 8. de cit. & 2. vbi de delict. quis conu. deb. *quibus cauetur, vt vaſalli Baronum nec ciuiliter, nec criminaliter conueniri poſſint in aliquo Regio Tribunali, non procedit totaliter priuatiuè quòad Regia Tribunalia, quin poſſiat procedere ad inſtantiam Partis ad capturam informationum, ac cauſæ cognitionem, ſi Baro non petit remiſſionem.*

6 *Baro vigore conceſſionis factæ cum vaſallis cognoſcet de delictis vaſallorum, etiã extrà territorium commiſſorum, dato quòd non habeat in ſpecie in in ueſtitura, & priuilegio.*

*Intelligas tamen, quando non concurreret cum eo Iudex loci delicti, aut quando præueniſſet in captura, nu.* 7.

8 *Baro cognoſcet de delictis vaſallorum commiſſis extrà territorium, etiam data præuentione in captura per* Regiam *Curiam, quando in priuilegio fuiſſet facta illorum conceſſio circumſcripto territorio.*

9 *Cognitio delictorum ad tria tantùm Iudicum genera ſpectat, quippè ad Iudicem originis, domicilij, & loci delicti.*

*Et ſi circumſcripto aliquo ex iſtis tribus procederet alius etiam ad ſententiam, ſententia erit nulla, tamquàm lata ab incompetente Iudice, nu.* 10.

11 *Iudex incompetens an poſſit procedere ad capturam deliquentium, ad finem remittendi illos competenti Iudici, remiſſiue.*

12 *Iudex loci delicti an præferatur Iudici originis in concurſu, an verò è contrà Iudex originis Iudici loci delicti.*



Digitized by Google

*Et quid quando vterque haberet ampliſſima priuilegia, videlicet, ille delicti, vt poſſet cognoſcere de delictis in territorio commiſſis, etiã per exteros, è contra verò ille originis, vt poſſet cognoſcere de delictis vaſallorum, etiam extrà territorium commiſſis, nu. 13.*

14 *Iudex loci delicti præfertur Iudici loci originis, non obſtante quòd Iudex originis habeat priuilegium etiam de delictis commiſſis per vaſallos extrà territorium, quando eius priuilegium eſt anterius.*

15 *Iudex originis præfertur Iudici loci delicti, quando præueniſſet in captura delinquentis.*

16 *Iudex loci originis poteſt punire vaſallum delinquentem in alieno territorio, quando non fuiſſet ille punitus per Iudicem loci delicti, prout delicti qualitas expoſcebat, ſed benè mitiùs.*

17 *Regulares notoriè delinquẽtes extrà clauſtrum poſſunt puniri ex diſpoſitione* Sacri Cõcilij Tridentini *per Ordinarium loci, quãdo Superior non puniret illum, prout delicti qualitas expoſcebat.*

18 *Inquiſitus de eodẽ delicto in loco originis, & in loco commiſſi delicti, põt puniri in loco originis, quando obtinuiſſet gratiã à Iudice loci delicti.*

19 V*aſalli non poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius Iudicis in præiudicium* Baronis *habentis potiora iura circà illum.*

*Et hoc etiam in contractibus, quando Baro haberet priuilegium, quòd eorum vaſalli non poſſint alibi conueniri, etiam ſi inibi cõtrauenerint tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, nu. 20.*

21 B*aro poteſt petere remiſſionem cauſæ inſtrumenti liquidati, etiam in Regijs Tribunalibus, quando habet ſpeciale priuilegium cognoſcendi etiam de inſtrumentorum liquidatione.*

22 *Inſtrumentorum liquidatio facta contrà vaſallum in alieno loco, annullatur ad inſtantiam* Baronis *habentis priuilegia, vt cognoſcere poſſit contrà vaſallos, etiamſi alibi contrauenerint cum annullatione actorum alibi faciendorum, non obſtante quòd in eo loco fuerit celebratum inſtrumentum cum renunciatione proprij fori, in quo fuerit liquidatum.*

23 V*aſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſui Baronis, etiam ſi haberet literas familiaritatis D. Regis, quãdo actu non inſeruiret.*

24 Baro *poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli, etiam poſt terminum datum in cauſa.*

*Item etiam poſt concluſum in cauſa, nu. 25.*

*Quinimò etiam poſt ſententiam foriudicationis, nu. 26.*

*Addas (quod plùs) etiam poſt ſententiam condemnatoriam ad mortem, ad finem vt ſententia prædicta executioni demandetur per Officiales* Baronis, *num. 27.*

28 *Baro poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli reperti cum ſclopo rotato contrà formam* Reg. Pragmat.

29 *Barone renuente petere remiſſionem ſui vaſalli inquiſiti, poterit ipſe vaſallus petere, non obſtante quòd Baro renuat, aut contradicat.*

*Amplia, vt teneatur etiam Baro in tali caſu appellationẽ proſequi, ſi ſuccubuerit, dato adhùc quòd renunciauerit appellationi iàm forſitan interpoſitæ, vt ibid.*

30 *Iudex remittens an poſſit præfigere terminum, infrà quem debeat expediri cauſa per Iudicem, cui fuit illa remiſſa.*

31 *Baro poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli inquiſiti, ad illamq; admittitur, etiam quòd vaſallus inquiſitus ſit contumax.*

32 *Reuiſio cauſæ vaſalli inquiſiti non poteſt peti per Baronem, niſi exiſtente illo carcerato, & in fortijs Curiæ.*

33 *Vaſalli inquiſiti remiſſio denegatur Baroni in caſu delicti commiſſi ergà Tabellionem literas perferentem, dùm aggrediendo illum, literas interciperet.*

34 *Remiſſio cauſæ an, & quando admittatur in cauſis Apocæ Banci, tàm ſi ex parte Baronis peteretur, quàm ſi ex parte vaſalli, & quomodò procedatur in illis.*

35 *Remiſſio cauſæ vaſalli denegatur Baroni, quando vaſallus eſſet inquiſitus de delictis cõmiſſis in perſonam Officialium, tàm actiuè, quàm paſſiuè.*

*Amplia etiã quoad offenſam factam Arbitro intuitu officij, nu. 36.*

R    *Quid*

Quid quando offenſa facta eſſet Actuario, cum diſtinctione, nu.37.

Fallit in caſu, quo haberet Baro ſpeciale priuilegium cognoſcendi de illis, vt ſupra, nu.35.

38 Latronis publici, ac ſtratarum diſrobatoris remiſſio denegatur Baroni, ſed ij ab eo Iudice inibi puniri, & caſtigari poterunt, per quem capti fuerint.

Intelligas, quando verè ab ipſo Iudice fuerint capti, nàm ſecùs ſi fuerint ei conſignati ab alio Iudice, quoniam tunc daretur remiſſio, nu.41.

39 Latrones publici, ac ſtratarum diſrobatores qui dicantur, & an ſufficiat vnicũ delictum in ſtrata cõmiſſum, an verò requirantur iterata furta, ſeù delicta.

40 Latronum publicorum, & ſtratarum diſrobatorum appellatione veniunt etiam Piratæ, ac diſrobatores in mari.

42 Latronum publicorum, ac ſtratarum diſrobatorum ſi aliquis fuerit captus à Iudice Regio, alius verò ab aliquo inferiori Officiale, an de illorũ cauſa cognoſcat ſolus Iudex Regius, an verò quilibet cognoſcere poterit de exiſtente in ſuis fortijs.

43 Damnum dans ſortitur forum illius loci, in quo damnum dedit, nec opponitur declinatoria, aut cauſæ remiſſio, etiam ad inſtantiam Baronis.

44 Remiſſio cauſæ denegatur Baroni in cauſa ſaluaguardiæ Principis fractæ.

45 Fur inuentus cùm re furatà in alieno loco, quàm in eo, vbi furatus fuit an cognoſci debeat à Iudice loci delicti, vel ab eo, in quo repertus fuit cum re furata, excutitur articulus.

46 Bart. doctrina in l. ſi dominium ff. de furt. dicentis quòd captus cum re furata in alio loco, quàm in eo cõmiſſi furti ratione nouæ cõtrectationis, examinatur.

47 Delinquens regulariter remitti debet Iudici loci, vbi deliquit.

Et hoc tàm de iure communi, quàm vigore Reg. Pragm. in Regno, nu.48.

49 Ex furtiuæ rei contrectatione non naſcitur noua actio furti.

50 Baro non cognoſcit de cauſis viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum, niſi habeat ſpeciale priuilegium, quando præuio iuramento perhorreſcentiæ elegerint alibi forum, & nu. 52.

51 L. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. extenditur ad alias etiam perſonas, ibi non nominatas, ex paritate rationis.

Idque quia arbitrio Iudicis relinquitur, quæ dicantur verè miſerabiles perſonæ, num.64.

53 Virgo an habeat fori electionem vigore l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid. etiã quando eſt in poteſtate patris.

54 L. vnic. C. quãd. Imper. inter pup. & vid. reſpexit non tantùm ad ſtatum aut pupillarem, aut alios, verùm etiam ad miſerabilitatem perſonarum, vt ſcilicet ſi ſint miſerabiles fortunæ iniuria, & numer.59.

55 L. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. intellectus.

56 Dictionis, alij, effectus.

57 Vidua quæ verè, & propriè dicatur, & an etiam ea dici poſſit, quæ virum non habuit.

58 L. malum §. viduam ff. de verb. ſignif. intellectus.

60 L. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. priuilegium an competat etiam ei pupillo, qui in poteſtate patris exiſtit.

Et quid de eo pupillo, qui mortuo patre remanſit in poteſtate aui, nu.61.

62 D. Rouiti deciſio 49. refertur.

Redditur tamen dubia, nu.63.

65 Vaſallus Baronis receptans bannitum, vtrùm ſit cognoſcendus ab illo Iudice, cuius erat bannitus receptatus ille, an verò remittendus ſit ad Baronem.

66 Iudex contemptus ille ſolus erit, cuius iuriſdictio fuit contempta.

67 Teſtis deponens falſum coràm Iudice de aliquo negotio ciuili punitur per eundem Iudicem, licèt non ſit eiuſdem falſum deponentis Iudex competens.

68 Princeps vtrùm poſſit cognoſcere de cauſis vaſallorum Burgenſium mediatorum, ac præiudicare Feudatarijs inueſtitis de mero, & mixto imperio cum clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis.

69 Princeps inueſtiẽdo Feudatarium de mero, & mixto imperio cum clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis priuat ſe iuriſdictione, & emolumentis.

70 Iudices ordinarij locorũ in Regno cognoſcunt vigore Reg. Prag. in primis cauſis tàm

Digitized by Google

*tàm ciuilibus, quàm criminalibus ſubditorum.*

71 *Barones in Regno poſſunt emanare banna pęnalia, ne eorum vaſalli adeant per ſaltum Regia Tribunalia, omiſſo medio Iudicis primarum, ac ſecundarum cauſarum.*

*Ad tollendas tamen difficultates expediunt prouiſiones pœnales à Regio Collaterali Conſilio, & exigunt pęnam, num.72.*

73 *Princeps non poteſt facere gratiam vaſallo mediato in præiudicium inferioris Domini, & ſic Baronis.*

74 *Vaſalli* Burgenſes *comprehenduntur in indultu, ſiuè abolitione generali emanatis per Principem, præterquàm in caſibus, in quibus agitur de pęna pecuniaria.*

75 *Barones, ſiuè Feudatarij cognoſcunt de delictis ſuorum vaſallorum, etiam in caſu, quando Princeps auget, vel commutat pęnam, aliàs de iure præfixam.*

*Amplia etiam, quando Princeps faciendo de non delicto delictum, ſtatuit pęnam ſimpliciter, abſque reſeruatione cognitionis, ad quem ſcilicet ſpectare debeat illius cognitio, nu.76.*

77 Conceſſione *in generali facta Feudatario veniunt, & includuntur etiam futuræ acceſſiones.*

78 *Princeps faciendo de non delicto delictum, & reſeruando ſibi pęnam, præiudicare poteſt Feudatarijs in cognitione illius, & ſpectabit pœna ad Principem ipſum.*

79 *Feudatarius non poteſt conqueri, quando Princeps faciendo de non delicto delictũ reſeruet ſibimet pęnã illius delicti.*

80 *Princeps poteſt præiudicare Feudatario non tantùm quando facit de non delicto delictum, verùm etiam per legem, & proclamata generalia poteſt limitare, reſtringere, & arctare conceſſionem illis factam.*

*Et hoc etiam ſi per viam contractus iuriſdictionem dictis Feudatarijs conceſſiſſet, nu.81.*

*Ratio eſt, quia id ſibi permittitur ex ſuprema eiuſdem Principis poteſtate, nu.82.*

83 *Vagabundi eò quia ſunt venenum Ciuitatis, & proni ad quæcumque mala, vbi reperti fuerint, ibi capi, puniri, & caſtigari poterunt, & denegatur illorum remiſſio* Baroni *originis, vel domicilij.*

84 *Vagabundorum pęna in Regno eſt condemnatio ad remigandum per quinquennium.*

85 *Vagabundus adhùc dicetur quis, tametſi in vno, vel duobus hebdomadæ diebus exercitio vacet apothecæ alicuius Artificis, ſi non continuò vacet.*

*Et extenditur diſpoſitio* Regiæ Pragmatic. *contrà vagabundos, etiam Neapolitanos, ibid.*

86 *Vagabundi circumſcripta aliqua peculiari lege alicuius dominij puniuntur Iudicis arbitrio.*

87 *Mendicantes validi ſubijciuntur ijſdem pęnis, quibus vagabundi ligantur.*

88 *Mendicantium validorum pęna qualis de iure communi.*

89 *Mendicantes validi qui propriè dicantur.*

90 *Mendicantes validi grauiter peccant petendo eleemoſynam, eò quòd auferunt illam pauperibus inualidis, quapropter verè fures dici poterunt.*

91 Mendicantium *validorum pœna extenſa eſt ad illos etiam, qui faciunt ſibi herbis, & ſuppoſitorijs tibias, vel manus intumeſcere, vt videantur claudi, vel manibus contracti.*

92 Mendicantium *validorum pęna non ligat Nobiles pauperes.*

*Item nec* Religioſas *perſonas, quæ mendicitatem profitentur ex voto* Religionis, *num.93.*

*Rurſus nec ligat ſenes, eò quia cùm ſenectus ſit morbus, verè morboſi dici poterunt, num.94.*

95 *Hæres conuentus ex contractu defuncti nō declinat forum ex priuilegio ei competente ex perſona propria, quando priuilegium non eſt inſertum in corpore iuris.*

*Fallit hoc in Regno ex diſpoſitione* Ritus M. Curiæ Vicariæ 234. *cuius vigore nec declinare poterit etiam vigore priuilegij inſerti in corpore iuris, nu.96.*

*Intelligas tamen* Ritum *prædictum, quando eſſet cōuentus in foro paterno, in quo pater conueniri poterat, ſecus tamen ſi alibì, quàm in foro paterno fuerit conuentus, nu.97.*



Digitized by Google

## CAP. XII.

1 Cognitio ergà vaſallos Burgenſes, illamque in ipſos actu exercere, cùm vtilitates quàplurimas fauore Baronum feudatariorum parturiat, propter impoſitionem pęnarum, mulctarumque exactionem, quæ fructus ſunt, vt infrà ſequ. cap. dicemus, vtique abſque dubio, ceù cauſa cauſati fructus erit iuriſdictionis, qui eò vberior fiet, quò pinguior erit conceſſio: quia ſi ſimplex cognitio fructus eſt, cognoſcere augmentatiuè deinde cum imperio, & gladij poteſtate, nulli dubium, quin copioſior magis efficiatur, eòque etiam augebitur, quo cognitioni cumulatiuè conceſſæ addatur priuatiuè quòad concedentem. Rursùſque abundabit magis, ſi inueſtietur cõceſsionarius cum facultate cognoſcendi, etiam de delictis extrà territorium commiſſis per vaſallos, item cum demãdatione, & largitione quatuor literarum arbitrariarum, itemque facultate commutandi pœnas corporales in pecuniarias, ſiuę concordata Parte, ſiuè etiã non concordata, ac tàm antè, quàm poſt ſententiam, & ſic de ſingulis. Vnde tantò magis illa augebitur, quantò copioſiores addentur clauſulæ in inueſtituris.

2 Iure igitur in inueſtituris apponi ſolent clauſulæ præfatę cognitionis vaſallorum cum prærogatiuis, & facultatibus deſuper enunciatis, eò quòd in dubio facta ſimpliciter conceſſione Castri nõ venient regulariter vaſalli, niſi exprimantur, ita *Bald. in cap. in generali ſi de feud. fuer. controu. Capyc. in inueſtit. feud. § feudorum acceſſoria verſ. uaſalli an veniant fol.* 15. qui in *ead. inueſtit. §. feudorum clauſulæ verſ. cum hominibus, & vaſallis fol.* 103. concludit, eſſe omninò neceſſariam clauſulam iſtam, *cum vaſallis, &c.* nàm aliàs ſi non exprimeretur, non venirent.

3 Limites tamen hoc, quando conceſſio Caſtri fuiſset facta in feudum: nàm in tali caſu poſset feudatarius per dictã conceſſionem in feudum cognoſcere de primis cauſis vaſallorum, & trãſibit cognitio prędicta in ipſum feudatarium, etiam ſi non exprimantur *Bald. in l.* 1. *q.* 43. *ff. de rer. diuiſ.* ſequũtur illum *Curt. de feud. p.* 1. *verſ. ſextò principaliter col.* 2. *& Capy. in inueſt. feu. §. feudorum acceſſoria verſ. conceſſo Caſtro circa medium*, repetitque in *ead. inueſtit. §. feudorum clauſulæ verſ. cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum fol.* 127. & in iſtis terminis erunt intelligenda quæ tradit *D. Rouit. ſuper pragm.* 2. *vbi de delict. nu.* 15. dicens, Baronem eſse Iudicem ſuorum vaſallorum eo ipſo, quòd ſunt de Caſtro, ſeù Terra ſua, licèt nõ oſtendãt priuilegium de iuriſdictione ſibi cõceſſa poſt *Andr. de Iſern. Capyc. Couar. D. de Ponte, & Bouadill.* quos recenſet. Et in tali caſu cognitio erit priuatiuè quòad concedentem, ita vt Dominus taliter concedens non poſſit ſe intromittere, nec cognoſcere de dictis primis cauſis, vt dixit *Capyc. loco cit.*

4 Intelligas tamen prẹfata, quãdo Princeps mixtim, & indiuiſim tenebat Caſtrum cum iuriſdictione, & imperio, quia ſi ſeparatim exercebat imperium, & ſic non erat illud annexum, in tali caſu per conceſſionem Caſtri non veniret cognitio in vaſallos, nec merum Imperiũ, & ita poſt *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de pri. ſcho. lib.* 12. tradit *idem Capyc. d. §. feudorum acceſſoria verſ. conceſſo Caſtro.*

Quarè iuxta prædicta fuerunt editæ in Regno duæ *Regiæ Pragmaticæ*, quarum prima eſt ſub *tit. de citat.* 8. in ordine, & altera 2. *ſub tit. vbi quis de delict. couen. deb.* quibus cauetur, vt vaſalli Baronum citari non poſſint nec in ciuilibus, nec in criminalibus apud Regia Tribunalia, nec procedi ad cognitionem cauſarum pertinentium ad Baronalem iuriſdictionem, præterquàm in caſu appellationis, aùt in caſu electionis fori factę per habentes priuilegia vigore *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* Quæ tamen *Regiæ Pragm.* non obtinuerunt locum totaliter priuatiuè

5 quòad Regia Tribunalia prædicta, quin ad inſtantiam Partis non poſſint procedere ad capiendas informationes, ac ad punitionem delinquentium, ſi Barones non petant cauſarum remiſſiones, & ita indiſtinctè vbique ſeruatur:, nàm Regiæ

Au-

Digitized by Google

Audientiæ, Magna Curia Vicariæ, aliaque quæcumque Tribunalia ſuprema indiſtinctè apponunt manus in captura informationum, & cognitione cauſarũ: Benè verum, comparentibus poſtmodùm Baronibus pro remiſſione, & docentibus de eorum priuilegio, remittũtur, nec poſſunt conqueri de hoc Barones, vt rectè deducit *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ad pragm. 8. de Baron. c. 49. per totum*, vbi aliqua etiam cumulat, caſuſque in facti contingentia reſolutos refert.

6 Data autem cognitione in vaſallos, cognoſcit Baro de delictis per ipſos cõmiſſis, non tantùm intrà fines feudi, & Caſtri, verùm etiam de commiſſis extrà iuriſdictionẽ, & territorium, dato quòd adhùc non habeat in priuilegio. Et hoc attenta etiam iuris communis diſpoſitione, vt infrà dicemus.

Et quàmuis quæſtio iſthæc, an ſcilicet Iudex originis, aùt domicilij poſsit cognoſcere de delictis extrà territorium commiſsis, etiam ad inſtantiam Partis ſit multùm controuerſa apud *Doctores*, vt eſt videre apud *Theſ.* qui excutit articulum *deciſ. 90. per totam*, *Peguer. deciſ. Cathalon. 87.* ſimiliter *per totam*, *Magon. deciſ. Lucen. 70. Theſ. fil. qq. foren. lib. 4. q. 55. Farinac. tit. de inquiſit. q. 7. num. 19. cum ſeqq.* aliiſque paſsim. Ego tamen pro reſolutione puto, poſſe illam redigi ad plura capita.

7 Primum caput eſt, an Iudex originis poſsit inquirere, & cognoſcere de delictis extrà territorium, dato quòd non habeat inueſtituram ſpecialem de hoc, & vtique poterit per ea, quæ tradunt *Bar. in l. ſi cui §. fin. ff. de accuſat. Belluga in ſpec. Princ. rubr. 23. tit. de effect. imperij verſ. & ſcias*, *Couar. pract. qq. c. 11. nu. 6.* relati per *D. de Franch. dec. 66.* iuxtà quæ dicit *idem D. de Franch.* fuiſſe decíſum per Sacrum Conſilium.

Intelligas tamẽ prædicta duobus cõcurrentibus. Primò quando non concurreret Iudex loci delicti. Et ſecundò quando præueniſſet in captura, quia ſi præueniſſet in captura Iudex Regius, vtique non remitteretur *D. Rouit. ſuper pragm. 1. vbi de delict. quis conuen. deb. nu. 25. verſ. ſecundus effectus* poſt *Foller.* quem in id adducit in *Conſtitut. Capitaneorum nu. 49. verſ. ſed ſi carceratus*, & *in pract. criminali verbo audiantur excuſatores num. 119. circà finem verſ. quando enim Regia Curia præuenit.*

8 Limites verò de mente *Minadoi deciſ. 18.* in caſu conceſsionis vaſallorum non circumſcripto territorio; nàm in tali caſu, tametſi præueniſſet Regia Curia in captura, ac extra territorium, fiet remiſsio Baroni, vt per eum, de quo meminit *D. Thoro in compend. deciſ. 1. p. verbo remiſſio vaſalli delinquentis in aliquo territorio fol. 459.*

9 Secundum caput eſt, an quicumque Iudex poſsit inquirere cõtrà delinquẽtes, & punire. Et in hoc eſt indubitatũ, nõ poſſe quemcumque indiſtinctè, cùm cognitio ad tria tantùm Iudicum genera ſpectare dignoſcatur ex diſpoſitione *l. 1. C. vbi de delict. agi oport.* quippè ad Iudicem originis, domicilii, ac delicti, addunt alii etiam Iudicem loci, vbi quis plurimùm conuerſatur, vnde circumſcriptis iſtis non poterit alius Iudex inquirere, cognoſcere, nec punire, vt præcæteris patet apud *Peguer. deciſ. Cathalon. 88. nu. 1.* vbi caſus præfatos refert, præter quartum, & in vnoquoque ipſorum cotas adducit; ac *nu. 2.* vbi ſubdit, quòd vbicumque reus non eſſet ſuppoſitus iuriſdictioni Iudicis inquirentis, aùt ratione delicti, aùt ratione domicilij, nullo pacto ab eo puniri poterit, ad *tex. in c. ſi diligenti de foro compet.* ac ſecundùm *Abb. Angel. de maleſic. Capoll. Couar. Soccin. Conrad. & Oſaſch.* per *ipſum* cumulatos. Quinimò ſi Iudex abſque alio quã ex dictis qualitatibus vellet punire

10 reum, ſententia deſuper lata, tàmquàm à non competente Iudice lata erit nulla, vt in *tit. C. ſi à non compet. Iud.* & tàm ſi eſſet Iudex ordinarius, quàm ſi delegatus, prout de ordinario habetur in *l. finali C. de except.* & de delegato in *l. 1. 2. & 3. eod. tit.*

11 An autem Iudex incompetens poſsit procedere ad capturam delinquentium ad finem remittendi illos competenti Iudici, videas *Capiblanc. in ſuis pract. qq. ad pragm. 8. de Baron. c. 53. nu. 1. uſque ad nu. 6.*

Digitized by Google

*num.6.* vbi tradit, quòd quicquid de iure contendi poſſit, non poſſe, nec debere etiam ſi ageretur de loco eidem Principi ſubiecto, concludit tamen, in Regno ceſſare diſceptationem ex diſpoſitione *Reg. Pragm.4. & 5. ſub tit. vbi de delict.* quibus cauetur, vnam iuriſdictionē debere alteri auxilium præſtare.

12 Tertium caput reſpicit concurſum plurium Iudicum, quippè originis, & delicti. Et in hoc *Doctores* adeò diſcrepant inter ſe, vt vix dignoſci poſſit, quæ ſit magis communis opinio, & in terminis iſtius capitis articulum excutiūt *Doctores* deſuper relati, in quo fauore Iudicis originis concludunt, ne dùm relati per *Theſ.d.deciſ.90.nu.2.* verùm etiam magis communem, veriorem, ac Reipublicæ vtiliorem profitetur *Magon.deciſ.Lucenſ. 70.per totam*, qui aliqua etiam ponit *deciſ.36.nu.1.* iuxtà quam deciſum in Prætorio Luſitano tradit *Gamma deciſ.55.* illamque videtur etiam approbare *Farinac.vbi ſupra nu.23.in fine*, quàmuis tamen in dubio relinquat, qualis vtriuſq; ſit attendenda.

Contrariam verò è contrà fauore Iudicis delicti amplectuntur alij nō minoris numeri, ab *eodem Theſ.* relati *d. deciſ. 90.nu.1.* ipſamque crebriorem, & veriorem affirmat *Menoch. conſ.2. num.130. lib.1.* Et iſta ſecunda in foris eſt magis amplexa, ſecundùm quam deciſum extitit per Sacrum Conſilium apud *D. de Franch.deciſ.37.* repetitque *dec.505.n.1.* nouiſſimoque etiam loco probant *Cauallos.in tract. commun. contra commun. q.678. Theſ.filius quæſt.forenſ.d. q.55. ſub nu.1.lib.4. Cancer.var.reſol.lib.2.c.2. num.65. Ioan.Kopen, Moditius*, & cæteri relati per *D. Rouit.ſuper d.pragm.1. vbi de delict.quis conuen.nu.4.* & hanc poſteriorem ſententiam fauore Iudicis loci delicti vbique attendi, dato vtriuſque concurſu, etiam in Patria Pedemontana profitetur *Theſ.filius d.quæſt.55.nu.1.in princ.*

13 Sed quid in concurſu vtriuſque Iudicis, originis ſcilicet, & loci delicti, quorum vterque habeat ampliſſimum priuilegium, quippè Iudex originis habeat cum facultate cognoſcendi contrà ſuos vaſallos, etiam ſi extrà territorium deliquerint. E contrà verò Iudex loci delicti habeat cum poteſtate cognoſcendi etiā contrà exteros delinquentes in ſuo territorio, quis ſcilicet præferendus ſit in cognitione? *D. Rouitus in pragm.1. vbi de delicto quis conuen.deb.num.7.* refert, fuiſſe deciſum fauore habentis anterius priuilegium, ex traditis per *Foller. in pract. crimin. verbo audiantur excuſatores nu.65.cum ſeqq.*

14 Quod ampliatum tradit *ibidē ipſemet D.Rouit.ſub nu.8. cum ſeqq.* etiam in caſu, quo Iudex loci delicti non haberet ſpeciale priuilegium cognoſcendi contrà exteros delinquentes in ſuo territorio, & è contrà Iudex originis, ſiuè domicilii haberet ſpecialiter cognoſcendi de delictis ſuorum vaſallorū delinquentium extrà territorium, dummodò tamen priuilegium Iudicis loci delicti ſit anterius illo Iudicis originis, & domicilij, ac quòd ita fuerit deciſum per Sacrum Conſilium, vt tradit *ibidem ſub num.33.*

Data igitur paritate ſemper erit præferendus Iudex loci delicti, vti potior ad cognoſcendum, excluſo Iudice loci ori-
15 ginis, vt ſupra. Niſi tamen Iudex originis præuenerit in captura, iuxta tradita per *Bald.in l. neganda* per illum *tex. C. qui actus non poſſ.* cum alijs cumulatis per *D.de Franch.deciſ.37.num.3.ac deciſ. 505.nu.2.* vbi tradit, data paritate cauſæ, quia ſcilicet alter ex Iudicibus non habeat potiora priuilegia ſpecialia, ſemper capturam præferendam fore, quod & cæteri frequentius admittunt. Et ſi in loco delicti eſt diuerſa pœna ſtabilita, quàm in loco iudicij, ſemper ea pœna imponenda erit, quæ in loco delicti viget, ſecundùm *Andr.de Iſern. in c.1. §. ſi autem in omnibus in princ. de pace ten. & eius viol.*

16 Eſt benè verum, quòd ſi Iudex loci delicti mitiùs puniret, quàm delicti qualitas expoſcat, poterit in tali caſu Iudex originis condigna pœna punire, & ita poſt *Bardellon.in conſ.40.n.6.* voluerunt *D.Rouit.ſuper d.pragmat.1. ubi de delict. nu.5. ac Theſ.filius quæſt.forenſ. lib.4. d. q.55.num.2.* vbi tradit, ſic ſeruatum per Sena-

Senatum Pedemontanum, per quē tradit, extraordinaria pœna etiam corporali fuiſſe punitos delinquentes, qui nō benè fuerant à Iudice loci delicti puniti, in caſu, quo ageretur de graui crimine, non obſtante fori præſcriptione, ad *tex. in l. raptores C. de Epiſc. & cler.* ac quòd ita fuerit etiam de mente *Gammæ deciſ.* 53.

Iuxta quæ iure diſpoſitum quoque ambigimus ex diſpoſitione *Sacroſancti Concilij Tridentini ſeſſ.* 25. *c.* 14. *de regu-*
17 *lar.* vt ſi Regulares ita notoriè deliquerint extrà clauſtrum, vt ſcandalo populo ſint, tametſi non ſint ſubditi Epiſcopo qui intrà clauſtra Monaſterij degunt, attamen inſtante Epiſcopo à ſuperiore intrà tempus ab ipſo Epiſcopo præfigendum ſeuerè erunt puniendi, de qua punitione ipſum Epiſcopum certiorare debet, & ſi compertum fuerit, ipſos non fuiſſe punitos, prout delicti qualitas expoſcebat, nedùm Superior ille erit officio priuandus, verùm etiam delinquentes ab ipſo Epiſcopo puniri poterunt.

18 Et in caſu, quo reperiatur aliquis Inquiſitus de eodem delicto in loco originis, & in loco delicti, ſi obtinuerit gratiā de illo à Domino loci delicti, non proderit ei gratia illa in loco originis, prout ita declaratum per Senatum Mediolanenſem teſtatur *Clarus recept. ſentent. ſiuè pract. crimin.* §. *fin. q.* 57. *verſ. habet etiam in fine*, quem ſequitur *D. Rouit. d. pragm.* 1. *vbi de delict. quis deb. conuen. nu.* 35.

Retenta modò pro maxima vniuerſali, & indubitata, ad Baronem ſcilicet ſpectare cognitionem ſuorum vaſallorum, ſiuè ratione originis, aùt domicilij, ſiuè ratione delicti reſpectiuè, ac cum differentia, vt ſuprà traditum extitit.

19 Amplies primò, vt neque poſſint vaſalli prorogare iuriſdictionē alterius Iudicis, quàm proprij, ſiuè originis, ſiuè delicti in fraudem Domini habentis potiora iura circa illam *Capyc. deciſ.* 9. *nu.* 1. *& per totam*, vbi ſic deciſum per Sacrum Conſilium refert, ac *D. de Franch. deciſ.* 417. *num.* 2. ex doctrina *Bar. in l.* 1. §. *& poſt operis col. fin.* per illum *tex. ff. de oper. noui nunciat.* ac *Andr. de Iſern. in l. imperialem* §. *præterea ſi inter duos col.* 10. *de prohib. feud. alien. per Feder.* alios cumulat *D. de Ponte deciſ.* 33. *nu.* 6. quibus adde *D. Rouit. deciſ.* 58. *nu.* 11. Et ſi prorogauerint vaſalli aùt tacitè, aùt expreſsè, nullius erit præiudicij prorogatio, quin Baro poſſit rectè reuocare, vt tradunt *Bar. Bald. Iaſ. & Affl.* relati per *Illuſtr. Epiſc. Riccium deciſ.* 163. *num.* 8. *in princ.*

20 Et ampliatio iſthæc procedit non tātùm in delictis, verùm etiam in contractibus, in caſu, quo Baro haberet priuilegium cum clauſula, vt vaſalli tàm ratione delicti, quàm contractus, ſi deliquerint, aùt contraxerint extrà territorium remitti debeant; nàm ſi vaſalli alibi contrahentes renunciauerint foro, non valebit renunciatio in præiudicium Baronis, nec eidem renunciatio illa, tametſi cum iuramento facta nocebit, ad tradita per *DD. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſdict. omn. Iud.* cum quibus conſentit *Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *nu.* 228.

21 Procedit etiam in liquidatione inſtrumentorum, quando Baro ſpecialem facultatem haberet in priuilegio cognoſcendi de inſtrumentorum liquidatione; quoniam tametſi aliàs circumſcripta hac facultate ſpeciali poſſint inſtrumenta liquidari in Baronalibus Curijs, vt teſtatur *Carau. ſuper ritu* 54. *in princ.* cùm facultas iſthæc tacita operetur cumulatiuè quoad Regia Tribunalia, non autem priuatiuè, in tantum quòd ſi fuerit aliquis vaſallus citatus ſuper tenore inſtrumenti in Magna Curia Vicariæ, vel alio Regio Tribunali, & comparerent Barones pro remiſsione cauſæ, erit illis deneganda ex diſpoſitione *Regiæ Pragmat. primæ de inſtrument. liquid.* qua cauetur, vt cauſæ ſuper liquidatione inſtrumentorum non remittantur ad Barones; attamen quando haberet Baro in priuilegio ſpecialem facultatem cognoſcendi de inſtrumentorum liquidatione, non erit ei deneganda remiſsio, nō obſtante dicta *Regia Pragm.* quę taliter fuit intellecta ſecundùm *D. Rouit. in d. pragmat.* 1. *de inſtrum. liquid nu.* 2. vbi ſic deciſum fuiſſe per Sacrum Conſilium tradit.

Notes

Digitized by Google

Notes tamen, volo, ac intelligas ſupradicta, quando in præiudicium Baronis habentis prædictam facultatem ſpecialem fuiſſet expedita citatio ſuper tenore inſtrumenti in aliquo Regio Tribunali, & in effectu fuiſſet proceſſum ad interrogationem: nàm ſecùs ſi in Curia loci contractus ſtipulati vigore renun-
22 ciationis proprij fori factæ per obligatos, quoniam tunc cùm in tali caſu non poſſint vaſalli prorogare alterius iuriſdictionem in præiudicium Baronis habẽtis præcisè, & in ſpecie facultatem in priuilegiis cognoſcendi de liquidatione inſtrumentorum, ac cum clauſula irritante acta, & ſententias, forſitan facta, & facienda in alio foro, & Curia, prout habet Dominus Baro Terræ Sancti Georgij Molariæ patriæ meæ, vtique ſi in dicta Curia fuerit proceſſum ad liquidationem, erit irrita liquidatio comparente Barone, & inſtante pro irritatione illius, prout in facti contingentia fuit deciſum per Sacrum Cõſilium ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ in cauſa aliquorum Particularium dictæ Terræ Sancti Georgij meæ patriæ, de qua teſtatur *D. Thoro in compend. deciſ. Regni par. 2. verbo liquidatio inſtrumenti facta per creditorem fol.* 337. per quod fuit declarata nulla liquidatio, & prouiſũ, quòd conuenti non moleſtarentur nec pro debito, nec pro pœna, ac quòd exactor pœnæ inculatæ reſtitueret exactum, tamquam nulliter exactum, idque ex defectu iuriſdictionis, eò quòd facta à Iudice incompetente, non obſtante quòd contractus erat celebratus in eo loco, & in inſtrumento adeſſet ſpeciale pactum, vt in eo loco citari, & conueniri potuiſſent renunciando eorum proprio foro. Super qua deciſione aduertas ad vnum, quod nõ ponit *D. Thoro*, quòd ſcilicet inſtantia pro nullitate, & inualiditate liquidationis in eo caſu fuit propoſita per Baronem, in cuius præiudicium fuerat facta iuriſdictionis prorogatio, ſecùs verò ſi non conquereretur Baro, cùm aliàs non potuiſſent debitores nomine proprio, tùm ex iuris diſpoſitione, eò quia ſortiuntur forum loci contractus, ac deſtinatæ ſolutionis, ad *tex. in l. hæres abſens, ac l. omnem ff. de iudic.* tùm ex renunciatione proprij fori, per quam renũciationem potuiſſent ſibi ipſis præiudicare, licèt ſecùs quòad Baronem. Videas ad hoc tradita per *Capiblan. in pract. quæſt. ad pragm.* 8. *de Baron. c.* 56. *nu.* 4. 5. *&* 6.

23 Amplia ſecundò, etiam ſi vaſallus prorogaret iuriſdictionem vigore literarum familiaritatis Regis, prout fuit decretum per Mag. Curiam Vicariæ, cui remiſſa erat cauſa per ſententiam Sacri Conſilij, vt ſcilicet prouideret ſuper remiſſione petita, non obſtantibus præfatis literis tradunt *Ann. ſen. alleg.* 44. *per totam*, *ac in ſingul.* 321. incip. *litera*, *D. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 7. *§.* 7. *num.* 40. *ac D. Thoro in compend. deciſ. p.* 1. *verbo remiſſio cauſa vaſalli delinquentis fol.* 458. quod intelligendũ eſt, quando actu non deſeruirent, quemadmodùm in his proprijs terminis loquuntur *Anna, & D. de Ponte loc. cit.* tametſi *D. Thoro* id non exprimat. Et hoc ampliãdum eſt ad quemcumque exemptum delinquentem in Terra Baronis, ſi non intuitu officij deliquerit: cùm delinquentes extrà cauſam officij reputentur vti perſonæ priuatæ *Camer. Farin. Gizzarell. Caeuallos*, *Caball.* & alij relati per *Capiblanc. de Baronib. pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 228. item *in pract. quæſt. ad dictam pragm.* 8. *cap.* 56. *nu.* 1.

24 Amplia tertiò, vt per Baronem poſſit peti remiſſio cauſæ ſui vaſſalli, etiam poſt terminum datum in cauſa, vt cenſuit *Anna ſingul.* 55. & poſt ipſum *Capiblanc. de Baron. pragm.* 3. *n.* 53. *& d. prag.* 8. *num.* 230.

25 Subamplia etiam poſt concluſum in cauſa, vt poſt *Mangrell.* qui deciſionem Sacri Conſilij affert in *addit. ad Bar. l.* 1. *§. & poſt ff. de noui oper. nunc.* tradit *Viſcont. in addit. ad D. de Franch. deciſ.* 417.

26 Subamplia ſecundò, etiam poſt ſententiam foriudicationis latam contra inquiſitum per aliquod Regium Tribunal, vt deciſum tradit *D. Tapia in pragm.* 1. *ſub tit. vbi de crim. agi oport. nu.* 4. quæ eſt ſituata *in* 2. *volum. Iuris Regni*, quãuis contrarium per priùs fuiſſet deciſum per Sacrum Conſilium facta relatione

in

Digitized by Google

in Regio Collaterali Cōſilio apud *Ann. ſen. in ſingul.* 56. quæ deciſio primo loco lata erat conformis ei, quod tradiderat *Salyc. in l.* 1. *C. vbi de crim. agi oport.* ac *Bald. in l. exequtorem num.* 23. *C. de execut. rei iudic.* cum quibus conſentiunt *Maſtrill. deciſ.* 147. *num.* 15. ac *de magiſtr. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 19. ac alij, de quibus apud *D. Thoro in compend. deciſ.* 1. *parte in verbo remiſſio cauſæ an peti poſſit fol.* 458. Et extenſum

27 hoc extitit nouiſſimo loco etiam poſt ſententiam condemnatoriam ad mortem, vt ſcilicet poſſit peti remiſſio per Baronem vigore ſuorum priuilegiorum, prout in caſu contingenti deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *D. Rouit. in Pragmat.* 2. *vbi de delict. quis deb. conuen. num.* 6. vbi tradit, ſic paſſim obſeruari in Magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Conſilio, afferens ibidem multa exempla. Intelligendo tamen præfata ad finem, vt ſententiæ deſuper latæ executioni dentur per Officiales Baronis, non verò ad finem irritandi, aùt annullandi ſententias latas per Regia Tribunalia, vt rectè aduertit *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ad pragm.* 8. *de Baron. c.* 49. *nu.* 16. & 17.

28 Amplia quartò etiam in caſu vaſalli reperti cum ſclopo paruo rotatò contrà formam Regiæ Pragmaticæ, qui ſimiliter remittendus erit *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul.* 1. *de prouiſ. fieri ſolit.* §. 3. *num.* 48. poſt *Foller. in pract. criminal. verbo audiantur excuſatores nu.* 135.

29 Amplia quintò etiam in caſu, quo Baro renueret petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli inquiſiti vigore priuilegiorum: nàm adhùc ipſo renuente erit remittenda cauſa ad inſtantiam ipſius inquiſiti, inſtantis pro illa, vt deciſum per Sacrum Conſilium refert *D. de Franch. deciſ.* 541. *per totam*. Et hoc adeò verum, vt teneatur etiam proſequi appellationem in caſu, quo ſuccubuerit in remiſſione petita, ſi fuerit dictum, quòd non remitteretur, nàm non poterit renunciare appellationi deſuper factæ, quemadmodùm non obſtante renunciatione appellationis facta fuiſſe dictum per Sacrum Conſilium, quòd remittatur, tradit *D. Thoro in compend. deciſ. part.* 2. *verbo Baro quemadmodùm fol.* 41.

30 Amplia ſextò, vt facta remiſſione cauſæ non poſſit Iudex remittens præfigere terminum, infra quem expedire habeat cauſam remiſſam, ſub pœna auocationis illius, quando ipſe habet ſecundas cauſas. Et ita deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *Anna ſen. in ſingul.* 269. qui hoc tamen limitare *ibidem* videtur, niſi malitioſè, ac negligenter ſe haberet. De validitate iſtarum comminatoriarum, an ſcilicet iure eæ fieri poſsint per Iudicem remittentem, videndi ſunt *Anna fil. in addit. ad d. ſingul.* 269. *Viui. deciſ.* 208. *in fi.* alijq; relati per *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 147. *num.* 20. *cum ſeqq.* vbi ſcribit, quòd ſi elapſo termino præfixo per Superiorem remittentem, infra quem expedire valeret, non fuit cauſa expedita, præcluditur via Baroni iterum petendi remiſſionem. Quid verò in caſu, quo Baro haberet ſpeciale priuilegium, vt non poſsit comminari, nec cauſæ à ſuis Officialibus auocari, an ſcilicet non obſtante dicto priuilegio, poſsit adhuc auocari in caſu, aùt denegatæ, aùt retardatæ iuſtitiæ, adeundus eſt *Viuius d. deciſ.* 208. *nu.* 5.

31 Amplia ſeptimò etiam in caſu, quo vaſallus inquiſitus eſſet contumax: nàm licèt per contumaciam quis amittat declinatoriam fori, ex notatis, & deciſis apud *Afflict. in deciſ.* 133. ac perdat etiam beneficium *l. vbi cœptum ff. de iudic.* attamen contumacia iſthæc nocet ipſi tantùm contumaci, non verò Baroni, vt patet ex traditis per *D. de Franch. in deciſ.* 417. *circa princip.*

32 Aduertas tamen in hoc, quòd ad hoc vt poſſit Baro petere remiſsionem cauſæ ſui vaſalli inquiſiti, oportet, vt reperiatur in fortijs Curiæ, ex diſpoſitione *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 269. & ſufficiet, ſi reperiatur carceratus in carceribus ipſius Baronis, ſiuè vi ductus, ſiuè ſpontè in illis reperiatur, dummodò tamen carceratio non ſit nec colluſiua,

ſiua, nec affectata, vt patet ex *Carau. ibidem*, *ac Capiblanc. in pract. quaeſt. ad pragmat.*8.*de Baron. cap.*51.*in princ.* vbi per *totum* ponit practicam, qua vti ſolent Regia Tribunalia, quando vident colluſiuè procedi per Barones circa præſentationes inquiſitorum, aliaque etiam notabilia ponit ad id per totum *cap.* quæ ſunt notanda, quia quotidiana. Et remiſſio fieri debet ſumptibus petentis, ſecundùm *Affl. in Conſtit.Capitaneorum notab.*4.*verſ.ſed quæro*, alios recenſet *D. de Franch. in deciſ.* 333.*nu.*4.

Limites modò primò in caſu relato per *Iul.Cæſ.Como in addit. ad Margar. Fiſci Nuntij Tartagliæ cap.*8. de quo etiam per *D.Thoro in compend.deciſ.par.* 1. *verbo remiſſio delinquentis vulnerantis fol.*457. vbi tradit, fuiſſe denegatam
33 remiſſionem Baroni, ſui vaſalli, qui Tabellionem literas perferentem, ipſumque aggrediendo literas interciperat, tùm ex facinoris grauitate, tùm quia videbatur illata iniuria ei, ad quem literæ dirigebantur.

34 Limita ſecundò in cauſis Apocæ Banci, in quibus non admittitur declinatio fori, tàm ſi ex parte vaſalli citati petererur remiſſio, quã ſi ex parte Baronis: nàm ſic fuit intellecta *Reg.Pragm.* 64. §.6.incip. *Item volemo, & comandamo de off.Proc.Cæſ.* per Dominos de Cõſilio omnium quatuor Aularum, ad id ſpecialiter congregatos pro diffiniendo articulo in genere, per quos fuit deciſum, quòd in cauſis motis, & mouendis vigore apocarum directarum publicis Bancis non ſit admittenda fori exceptio declinatoria, ſiuè opponatur à Parte, ſiuè à Barone, aùt quauis alia Curia prætendente cauſæ remiſſionem, virtute quorumuis priuilegiorum, niſi poſt apocas recognitas, aùt legitimè verificatas fuerit factum depoſitum per debitorem conuentum, vel ſe conſtituerit in vinculis, vt teſtatur *D. Rouitus ſuper dict. pragmat.*64.*de offic. procur. Cæſar.ſub num.*51. de qua deciſione meminit etiam *D. Thoro in compend. deciſ.* 1.*part. verbo remiſſio cauſæ apocæ Banci fol.*461. quod tamen limita, quando Baro haberet priuilegium ſpeciale cognoſcendi etiam de apocis Bãcarijs. Et in tali caſu eſſet locus remiſſioni ad inſtantiam Baronis tantùm, non verò ad inſtantiam debitoris conuenti, vt tradit *D. Rouit. loco cit. num.* 50. vbi *num.*51. dicit, non eſſe ad id ſufficientem clauſulam priuilegij concedentis cognitionem inſtrumenti liquidati, addit rationem, quia *Regia Pragmat.* aſſimilat apocas Bancarias, nedum inſtrumentis liquidatis, verùm etiam obligationibus ſtipulatis pœnès acta Magnæ Curiæ Vicariæ, reſpectu quarum nullum priuilegium ſuffragatur Baronibus.

Vtrùm verò quod ſtatutum eſt de Apoca Bancaria, vt ſcilicet non admittatur declinatoria fori, tàm reſpectu debitoris conuenti, quàm etiam reſpectu Baronis, procedat pariter quòad apocam priuatam, non directam Banco, vide *eundem D.Rouit.loc. cit. nu.*38. *cum ſeqq.* vbi diſtinguendo aliqua tempora multùm ad propoſitum procedit, atque diffinit.

35 Limita tertiò quòad delicta commiſſa in perſonam Officialium, de quibus ex diſpoſitione *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 49. ſola Magna Curia cognoſcit; qui extenſus fuit, vt procedat tàm actiuè, quàm paſſiuè, vt diximus etiam ſuprà hac *ead.* 1. *par. cap.*9. *num.* 56. nàm de illis denegatur remiſſio Baroni reſpectu ſuorum vaſallorum delinquentium, & reſpectu Officialis delinquentis. Niſi in caſu, quo haberet Baro priuilegium cognoſcendi etiam de delictis, de quibus ſola Magna Curia recognoſcit, vt ſunt plures in Regno, quoniam tunc poſſet cognoſcere de delictis ſuorum Officialium, tàm actiuè, quàm paſſiuè, vt deciſum per Sacrum Conſilium tradit *D. Tapia deciſ.*11. *nu.*4.

36 Amplia, vt procedat etiam quòad offenſam factam Arbitro, vt deciſum fuit per Sacrum Conſilium in caſu relato per *eundem D. Tapia in Pragmat.* 2. *num.* 8. *ſub titul. de arbitr.* in quo fuit dictum, Arbitros venire appellatione Officialium, ad finem vt

com-

Digitized by Google

comprehendantur ſub diſpoſitione *d. Ritus*.

37 Amplia ſecundò quòad offenſam factam Actuario, quem ſimiliter venire appellatione Officialium teſtatur *Gizzarell. deciſ. 24. in princ.* quod tamen intelligas, quãdo intuitu officij fuiſſet offenſus: nàm ſecùs ſi extra exercitium officij, vt diximus ſupra *d.c.9. nu. 56.* extendendo hoc ad quoſcumque, ſiuè Curiæ ſeruientes, ſiuè alios exercentes officiũ ſuum, quando intuitu officij offenderentur.

38 Limita quartò quòad publicos latrones, & ſtratarum diſrobatores, qui capi, puniri, & caſtigari poterunt à quocumq; Iudice. Et conſequenter in odium ipſorum denegatur remiſſio Baronibus, vt diſponit *Regia Pragm.* 5. in ordine *ſub tit. vbi de delict. quis conu.*

39 Ad hoc autem vt publicus latro, ac ſtratarum diſrobator quis dici poſſit, alterũ de duobus requiritur. Primò, quòd pluriès graſſatus fuerit, & ſic ſit ſolitus plura latrocinia perpatrare, ad *tex. in l. capitalium* §. *graſſatores ff. de pœnis:* iuxtà quem dixerunt *Theſ. filius quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 80. nu. 7. cum ſeqq. ac Peguera deciſ. 27. nu. 3. ac deciſ. 40. num. 6. & 7.* quòd non dicetur publicus latro, ac graſſator, qui vnicum tantùm furtum commiſerit, niſi ſaltim tria furta perpatrauerit, & quòd propterea iniquum ſit, vt quis pro vnico furto, etiam in ſtrata commiſſo poſſit puniri pęna mortis, niſi tamen furtum illud fuerit magnum. Secundò, vt furtum fuerit commiſſum in ſtrata in comitiua quatuor perſonarum, vel vltrà armatorum: quoniam, tametſi vnicum tantùm furtum iſti tales cõmiſerint, puniendi tamen venient pœna mortis naturalis, & habebit locum in illis poteſtas militaris ad modum belli, & reputabuntur foraſciti, publici hoſtes, & graſſatores ex diſpoſitione *Regiæ Prag.* dicta *delli* 89. *capi*, quæ eſt 11. *de offic. Iud.* §. 48. *ac Pragm.* 11. *ſub tit. de exulib.* & contrà ipſos procedetur cum abbreuiatione termini ad foriudicandum, & cum alijs ſpecialibus in odium exulum vigore *Regiarum Pragmaticarum*. Et appellatione publicorum latronum, diſro-

40 batorum ſtratarum veniunt etiam Piratæ, ac diſrobatores in mari, ad quos fuiſſe extenſas *Regias Pragmaticas* ſupradictas tradit *D. de Franch. dec.* 142. *nu.* 3. & 4. *cum ſeqq.* Et eorum delicta cognoſcuntur ab ijs, qui habẽt iuriſdictionem in territorio adiacenti, & propinquiori, ſecundùm *Bart. Angel. & Cæpoll.* relatos per *eundem D. de Franch. ibidem nu. 6.*

41 Aduertas tamen circà præfata, quòd *Regia Pragm.* dat iuriſdictionem capiẽti, vt procedere valeat contrà famoſos latrones, denegata remiſſione Baroni, ſecùs verò ſi non fuerint ab ipſo capti, ſed ab aliquo conſignati: quoniam tunc non poſſet denegari remiſſio, vt in caſu relato, & deciſo per *D. de Franch. deciſ.* 342.

42 In caſu verò, quòd ex pluribus publicis latronibus delinquentibus vnus per Tribunal Regium, alter verò per Iudicem loci delicti capiatur, an ſolus Iudex Regius cognoſcat de omnibus, ad hoc ne continentia cauſæ diuidatur, patet ex traditis per *D. de Franch. dec.* 426. vbi innuit, vnumquemque cognoſcere de ſuo, quicquid in cõtrarium videatur ſtatuere *Capyc. deciſ.* 122. ex quo deciſionem illam ſcripſit in Inſula Siciliæ, & propterea loquitur de ſtylo Magnę Curiæ illius Regni, non autem de Magnã Curia Vicariæ Regni Neapolitani.

43 Limita quintò in cauſa damnum dãtis, qui ſortitur forum Iudicis illius loci, in cuius territorio damnum factum eſt ex doctrina *Iacob.* & aliorum in *l. hęres abſens ff. de iudic. & Affl. in Conſt. Cùm per partes Apuleæ num.* 13. ſequitur illos *Annaſen. in ſingul.* 137. vbi ſubdit, ſic ſeruari in praxi.

44 Limita ſextò in caſu fractæ ſaluaguardiæ Principis, iuxta tradita per *Iacob. de Beluiſ. in cap. Romana* §. *contrahentes nu.* 19. *verſ. & per hoc faciunt de foro compet.* de quo meminit *D. Rouit. in pragm.* 2. *vbi de delict. quis deb. conuen. num.* 83. Adde alios, quos cumulat *Gayll. pract. obſeru. lib. 1. obſeruat. 1. num. 7.* Intelligas tamen cũ diſtinctione, quam tradit *Theſaur. deciſ.* 232. *ac Theſſaurus filius in addit. ad eum*, ibi diſtinguentes inter



Digitized by Google

ſaluaguardiam generaliter obtentam, ac ſaluaguardiam ſpecialiter in executionem ſententiæ ſenatoriæ, vt ſcilicet in primo caſu cognoſcere poſsint Barones, ac ad illos ſpectet cognitio, ſecundo verò non, ſed ſpectet cognitio ad Principem ſaluaguardiantem.

45 Limita ſeptimò quòad furem inuentum cum re furata alibi, quàm in loco, vbi furatus fuerat: nàm dato concurſu Iudicis loci delicti, & Iudicis loci cōtrectationis, vbi fuerat captus fur cum re furata, potior erit cauſa Iudicis loci cōtrectationis, vt tradit *Capyc. deciſ.* 104. vbi dicit, remittendum eſſe delinquentem iſtum Iudici contrectationis, non autem Iudici loci delicti, ac quòd ità fuerit deciſum per Sacrum Conſilium duabus vicibus; iuxtà quam deciſionem ſic in dies practicari per idem Sacrum Conſilium refert *D. de Franch. deciſ.* 681. vbi alios etiam concordantes adducit.

Cæterùm, & ſi communiter recepta videatur hæc ſententia; attamen mihi probabilior ſemper, & de iure verior viſa fuit contraria, debere ſcilicet in concurſu obtinere Iudicem loci delicti, eidemque remittendum delinquentem, quātùmuis alibi captum cum re furata, idque ſolidiſsimum mihi reddetur, ſi demonſtrauerim adducta per *Capycium*, cæteroſque eiuſdem ſententiæ ſectatores, nihilum pro ipſis vrgere, nec facere ad caſum.

Fundamentum enim, ſuper quo innititur *Capycius* eſt theorica *Bartoli in l. ſi dominium ff. de furt.* quo loci inquit *Bar-*
46 *tolus*, quòd ſi quis fuerit repertus, & captus cùm re furata in alio loco, quàm in eo, in quo furatus fuerit, poterit ratione nouæ contrectationis, quam dicitur facere in illo loco puniri, in quo repertus fuerit cum re furata.

Verùm hæc *Bartoli* theorica non eſt vndequaquè abſoluta, & proindè iure illam impugnant *Doctores*, de quibus hactènùs apud *Clarum recept. ſentent. §. fin. q.* 38. *verſ. tu ſcis*, vbi penè infinitos adducit, qui recedentes à *Bartolo* teſtātur de communi obſeruantia contrà eundem, dicenteſque, quòd contraria ſit communis, ſubditque *ibidem Clarus*, in eo Ducatu ſæpiſsimè contrà *Bartolum* iudicatum.

Quod coadiuuatur, quoniam *tex.* in *d. l. ſi dominium* nō probat intentionem *Bar.* cùm in eo id tantùm ſtatuatur, per mutationem ſcilicet dominij rei furto ſubtractæ non perdi actionem furti, ſed benè illam competere ei, in cuius perſonam eiuſdem rei furto ſubtractæ dominium fuerit mutatum, quod eſt quid diuerſum ab hoc, vt patet ad ſenſum, ea ratione, quia ſi non competeret actio furti ſucceſſori in dominio, non eſſet, qui agere poſſet: cū clarum ſit, per mutationem dominij, primum rei Dominū omnem ſuam actionem perdere, illamque totam in ſuum ſucceſſorem tranſmittere.

Cæterùm, dato quòd opinio *Bartoli* redderetur vera, ea tamen procederet in caſu ſuo, nec poſſet trahi in argumētum ad caſum iſtum. Nàm nos nō quærimus, vtrùm poſsit, nec nè puniri iſte talis à Iudice loci, vbi fuerit repertus cum re furtiua, quo caſu poſſet verificari theorica illa *Bartoli*, ſaltim in odium furum, qui ſi non poſſent inibi puniri, maximam obtinerent occaſionem res alienas ſurripiendi, & in hoc ſummoperè læderetur Reſpublica, ex eo, quia quilibet fieret audacior, & de facili furto ſubtraheret, alioque ſe conferret, ſciens inibi impunè permanere poſſe cum re furata: ſed nos in controuerſiam ducimus, ſi quando in cognitione concurrunt Iudex loci delicti, & Iudex contrectationis, quis ſcilicet in tali caſu ſit potior, cognoſcereque habeat, an ſcilicet ille loci delicti, an verò ille loci contrectationis, quo caſu, quia vterque cōcurrit ad punitionem furis, ceſſat ratio illa impunitatis delicti. Et proindè in tali caſu recurrendum erit ad diſpoſitionem iuris, quod diſponere in hoc videtur,
47 delinquentem iſtum remittendum eſſe Iudici loci, vbi quis deliquit, vt probat *tex.* expreſſus in §. *ſi verò quis comprehenſorum*, vbi *Doctores in Auth. vt nulli Iudici*, facit *tex. in l.* 1. iuncta *Auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.*

Quod coadiuuatur in Regno ex diſpoſitione *Regiæ Pragmaticæ quintæ ſub tit.*

*tit. vbi de delict. quis conuen. deb.* qua
48 inhibetur expreſsè, malefactorem remitti debere ad Iudicem loci delicti, niſi in caſibus publicorum latronū, & diſrobatorum ſtratarum publicarum, qui poterunt à quocumque Officiali capi, puniri, & caſtigari, & patet etiam ex ſupra traditis, in quibus diximus, ſemper in concurſu eſſe potiorem Iudicem loci delicti.

Nec vim facit illud, quod conſiderabant *Doctores* contrarias tuentes partes, dicentes, iſtum talem ſemper contrectare, & proinde per nouam contrectationem committi nouum crimen, cuius ratione poterit puniri à Iudice illius loci, in quo nouiter rem contrectauerit: quoniam iſtud aùt erit per fictionem iuris, aùt ſaltim admittetur ad illū finem, vt pūniri poſſit ab eo Iudice loci contrectationis. Vnde fictio non debet præualere veritati. Quinimò, vt conſiderabat *Couar.* in proprijs terminis præſentis quæſtionis *pract. quæſt. lib. vnico c. 11. num. 19.* vera iniuria, propriumque furtum fit ex illa prima acceptione iniqua, licèt delictum ipſum vlteriùs procedat propter repetitam contrectationem, & vſum rei furtiuæ, quod parùm vrgebit, dùm de remiſſione tractabitur, quæ præcisè fieri debet ad Iudicem loci delicti, cuius Reipublicæ fuerit verè facta iniuria, tàm publica, quàm priuata, quod eò fortiùs verificatur, quò attenta
49 iuris diſpoſitione, ex contrectatione rei furtiuæ non naſcitur noua actio, vt diſertis verbis videtur ſentire *tex. in l. ei, qui 9. ff. de furt.* quem in id expendit, & ad propoſitum *Andr. Fachineus controuerſ. iuris lib. 9. c. 19.* vbi ſimiliter hanc ſententiam contrà *Capycium* tuetur. Et hanc concluſionem ampliandam cenſeo, etiam in caſu, quo fuerit præuentū in captura, ſicuti in proprijs terminis concurſus Iudicis loci delicti, ac Iudicis originis, ſiuè domicilij præuenientis in captura, iure autumauit vterque *D. Rouitus*, pater ſcilicet, & filius ſuper *Prag. 1. tit. vbi de delicto quis conuen. deb.* per cotas, quas ibi adducunt, & vbi iteratis etiam vicibus deciſum per Sacrum Cōſilium teſtantur, fuiſſe ſcilicet remiſſionem Iudici delicti factam, non obſtante quòd Iudex originis, ac domicilij præueniſſet in captura delinquentis.

50 Limita octauò in cauſis viduarum, pupillorum, ac miſerabilium perſonarum, quorum fauore ſtatuit *Imperator in l. vnic. C. quando Imper. inter pup. vid. vel miſerab. perſon.* ſi perhorreſcunt potentiam aduerſarij, vt poſſint variare forum, habeantque illius electionem, ita vt cogatur neceſſariò aduerſarius in illo electo reſpondere, iuxtà quam in Regno habemus etiam *Conſt.* ipſius incip. *Statuimus, vt Magna Curia noſtræ, ibique Iſern. & Affl. idem Affl. deciſ. 257. Capyc. deciſ. 160. Niger, Troyſius, Carau. Foller.* & alij relati per Borrell. *in addit. ad Bellugam in ſpec. Princ. rubr. 11. §. ex quo prædiximus fol.* mihi 48. quæ *Conſtitutio* id addidit *d. l. vnicæ*: nam requirit corporale iuramentum præſtandum, quod aduerſariorum potentiam perhorreſcant, quod non erat cautum ex *d. l. vnic.* quòad dictum iuramentum præſtandum. Et legis iſtius diſpoſitio, ac priuilegiū propter ea verba poſita ibi tàm in nigro, quā in rubro, videlicet *vel miſerabiles perſonas*, quæ verba ſunt etiam repetita in *d. Conſtit. Statuimus*, fuit extenſa ad plu-
51 res caſus, ac perſonas, quàm ad viduas, & pupillos, ibi expreſſim mentionatos, de quibus caſibus, & perſonis diffuſim agit *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. caſu 66. per totum*.

52 In cauſis igitur præfatarum perſonarum denegatur remiſſio Baroni, niſi habeat in priuilegio particularem clauſulam, & facultatem cognoſcendi etiam inter pupillos, viduas, ac miſerabiles perſonas cum derogatione diſpoſitionis *d. l. vnicæ*, ac *Conſt. Statuimus*, prout habent multi Barones in Regno, & præcipuè hic in patria mea, in qua Baro ipſius habet ampliſſima priuilegia, & ſignanter cum clauſula præfata.

Poſſent in materia multa cumulari, ſed quia nonnulli *Doctores* peculiares tractatus conſcripſere de variatione, & electione fori, ne eorum dicta tranſcribere videar, vnicam tātùm quæſtionem excitabo, quæ fuit pluriès excitata, & controuerſa in noſtro Sacro Regio Cō-

ſilio

Digitized by Google

53 ſilio Neapolitano. An ſcilicet virgo, cui competere priuilegium iſtud variãdi forum vigore *d.l.vnic.C.quando Imper. ac Conſt. Statuimus* poſt *Iſern. Affl.* & alios per *ipſum* relatos cenſuit *D. de Francb. deciſ.* 100. *in princ.* in qua dicit, ſic fuiſſe ſepè iudicatum in Sacro Conſilio, & ſic ſemper, & indiſtinctè in eo ſeruari, cum quibus cõſentiunt *Cumia ad Ritus Magnæ Curiæ Regni Siciliæ c.*38. *nu.*460. *&* *Menocb. de arbitr. Iud. d. caſu* 66. *nu.*26. habeat priuilegium iſtud variandi ex *d.l. vnica C.quãdo Imper.* etiam in caſu, quo exiſteret ſub patris poteſtate, ſi eueniret caſus, quòd accuſaret de morte fratris. Et *D. de Franch. d. deciſ.* 100. *num.* 11. refert, tàm in Magna Curia Vicariç, quàm in Sacro Regio Conſilio ad relationem ipſius Magnæ Curiæ Vicariæ fuiſſe deciſum, quòd gauderet dicto priuilegio, & cum eo conſentit etiam *Marcellus Calà in tract. de modo artic. & prob. gloſ.* 1. *num.* 111. *fol.* 13. *Muſcatell. D. Regens Tapia, Viuius, Maſtrill.* & alij relati per *D. Thoro in compend. deciſ. Regni* 1. *par. in verbo virgo patrem habens*, cum quibus concordat etiam *Capiblanc.* tàm *ſuper Pragm.* 8. *tit. de Baron. num.* 163. quàm *in ſuis pract. quæſt. ad d. pragm. c.* 44. *nu.* 13. *cum ſeqq.* vbi ad tollendam ambiguitatem exortam ex *deciſ. D. de Franch.* 671. videtur diſtinguere iudicium criminale à ciuili, & concludit, quòd in criminalibus potiatur priuilegio *d.l.vnic.* in ciuilibus verò non.

Sed quia cùm aliàs obtigiſſet caſus iſte in eodem Sacro Conſilio fuit contrarium dijudicatum, quòd ſcilicet non gauderet, ſicuti refert *Horatius Viſconte in addit. ad d. deciſ.* 100. *D. de Franch.* & refert *idem D. de Franch. d. deciſ.* 671. idcircò diſcutiendum mihi videtur de veritate huius articuli.

Et pro ejus explicatione relictis argumentis ad partes, arbitror veriorem negatiuam ſentẽtiam, quòd ſcilicet virgo in poteſtate patris exiſtens non gaudeat priuilegio *d.l.vnica*, & conſequenter quòd non poſſit talis virgo variare forum, quod & placuit etiam relictis antiquioribus *Couar pract. quæſt c.*7. *nu.*2. vbi ſententiam iſtam aduersùs communem tuetur.

Ad quod conuincendum relictis medijs, de quibus apud *Couarru.* & cçteros reuoco in dubium, priuilegium *Impera-*
54 *toris in d.l.vnica* reſpexiſſe ad miſerabilitatem perſonarum exorantium iudicium Imperialis celſitudinis, nõ autem ad illarum ſtatum ſimpliciter. Patet hoc ipſum ex verbis, quibus *Imperator Con-*
55 *ſtant.* concipit priuilegium iſtud, dùm formaliter ſubdit. *Quòd ſi pupilli, vel viduæ, alijque fortunç iniuria miſerabiles, &c.* Ergò de illis tantùm loqui videtur in eo, qui iniuria fortunæ ſunt miſerabiles, & tales ſunt pupilli, & viduç: accipiendò pupillos ſecundùm *gloſ. ibidem in verbo contrà pupillos* pro illis, qui ſunt ætate impuberes, & abſque patre, de quibus apud *Pomponium in l. pupillus* 239. *in princ. ff. de verbor. ſignific.* Et accipiendo viduas pro illis, quæ ſimiliter iniuria fortunæ verè ſunt viduæ.

56 Idipſum demonſtrat verbum, ſiuè dictio illa, *alij*, ibi, *alijque iniuria fortunæ, &c.* cuius natura eſt relatiua, & præſentatiua eiuſdem qualitatis, ac repetitiua ſimilium, ad not. *in l. quidam relegatus ff. de reb. dub.* notauerunt *Abb. in cap. ſedes de reſcript. & in cap. officij in* 2. *notab. de pœnit. & remiſſ. Affl. deciſ.* 244. *num.* 1. *&* 2. *Surdus deciſ.* 265. *nu.* 24. facit *gloſ. in l. ſerui fugitiui, vbi Bald. Angel. Paul. & Salyc. C. de ſeru. fugit.* Vnde ſi aliter accipienda eſſent verba illa, non congruerent, dùm dicit, *alijque fortunæ iniuria miſerabiles*: Vt ergò congruant neceſſe eſt de illis loqui, tàm ſcilicet viduis, quã pupillis, qui ſunt fortunæ iniuria miſerabiles, quorum numero non videntur poſſe dici, quæ aùt qui patrem habeat: Nàm quis iniuria fortunæ miſerabilem arbitrabitur virginem illam, quæ patrem habet, ſub cuius poteſtate vitam ducit?

Non obſtant modò in cõtrarium adducta, & ſic non obſtat aſſumptum ex *l. malum §. uiduam ff. de uerb. ſignif.* quo
57 loci *Iabolenus*, viduã nèdum eam appellat, quæ aliquando nupta fuit, verùm etiam eam, quæ virum non habuit, & ſic cœlibem vitam ducet: Nàm relicta expoſitione *gloſ. in d. l. malum §. uiduam*, ac etiam *in d.l.unic.C.quando Imper.* dicentis,

centis, viduam in terminis *d. §. viduam* ſumi largè, non autem ſtrictè, quemadmodùm cenſuerunt etiam poſt eam *Socin. in cap. ex tenore nu. 6. de foro compet. Felin. in c. ſignificantibus nu. 8. de offic. deleg.* ac *Alciat. in d. l. malum*. Eſt animaduertẽdum, verbum iſtud, ſiuè dictionem iſtam, *viduam*, duplicem retinere ſignificationem ex duplici ethymologia, ſiuè vocabuli deriuatione, quã habet: Nàm aùt concedunt *Doctores*, viduam dici, quaſi à viro idua, vel dici viduam à, væduo, ideſt ſine duitate. Et primò caſu ſi conceſſerimus viduam dici, quaſi à viro idua, ideſt diuiſa, vel ſeparata, ſicut exponit *gloſ. in c. vidua diſtinct.* 34. apparebit, viduam dici illam, cuius vir mortuus eſt. Et ſic placuit *Diuo Hieronymo Epiſt.* 128. *ad Fabiolam de veſte ſacerdotali*, relato in *d. c. vidua*. Si verò admittemus, viduam dici à dictione, *va*, priuatiua, idem ſignificante, quod ſine, & verbo *duo*, quaſi, ſine duitate, ſicuti & vecors, & veſanus, ideſt ſine corde, & ſine ſanitate, & tunc *Iabolenus in d. l. malum §. viduam* reſpondit, non tantùm dici viduam, quæ aliquando nupſit, verùm etiam illam, quæ virum non habuit, cælibemque ducit vitam: quaſi dicat, in nihilum differre vnam ab altera, cùm vtraque ſine duitate ſit.

58 Hoc præludij vice poſito, non obſtat *tex. in d. §. viduam* ex eo, quia intentio *Iaboleni* in eo fuit diffinire in genere, quid veniat appellatione viduæ, ſecundùm Ethymologiam, ac deriuationem ab eo ductam, ex dictione illa, *va*, ideſt ſine, & *duo*, ideſt ſine duitate. Et quia ſecũdùm illam, vtraque venit, & quæ nuſquàm nupſit, & quæ virum habuit, qui tamen mortuus ſit, de iure reſpondit, vtrumque venire. Ceſſat hoc in *d. l. unic. C. quando imper.* ex eo, quia, vt ſuprà diximus, videtur tantummodò *Imperator* in ea *lege* loqui de ijs, qui fortunæ iniuria ſunt miſerabiles. Et quia verba debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam, in qua poſita ſunt, vt notat *Bart. in l. 1. nu. 6. C. de recept. arbitr.* per *tex. in l. ſi uno in princ. ff. locat. & in l. ſi ſtipulatus ff. de uſuris*, debentque etiam verba intelligi ſecundùm qualitatem perſonę, ad quam referuntur *l. plenum §. equitij ff. de vſu, & habit. l. ſi quis filio exhæredato ff. de iniuſt. teſtam. idem Bar. in l. 1. nu. 2. ff. ad leg. falcid.* eaque quandoque etiã impropriantur ratione materiæ, vt ipſemet Bar. teſtatur in *l. edicto §. ſin autem aliquis nu. 4. C. de edict. Diui Hadr. toll.* per cotas, quas adducit: Dùm *Imperator* loquitur de perſonis, quæ iniuria fortunæ ſunt miſerabiles, neceſſariò cõcludendum eſt, de ea tantùm vidua loqui in *d. l. vnic.* cuius maritus mortuus eſt, quæ verè fortunæ iniuria vidua, ideſt à viro diuiſa dicetur, non autem de ea, quæ virum non habuit, quæ nullam in hoc iniuriam fortunæ paſſa eſt.

59 Ex ijs modò infer. Primò, priuilegium iſtud non competere alicui virgini, vt virgini, ſed benè oportere, quòd aliquã aliam habeat etiam qualitatem, qua motus Iudex, cui id eſt arbitrarium, vt poſt *gloſ.* cenſuerunt *Dyn. Alber. & Bar. in d. l. vnica*, arbitrari valeat, eidem non eſſe beneficium *dictæ legis vnicæ* denegandum, ſicuti monet etiam *Couar. d. c. 7. pract. quæſt. nu. 2. verſ. cęterùm*.

60 Infer ſecundò, nec etiam beneficium *d. l. unicæ* competere filio pupillo exiſtenti in poteſtate patris, vt tetigimus ſuprà, quod adnotauit *gloſ. in ead. l. vnic.* Et ratio eſſe poteſt, quia talis etiã nõ dicetur iniuria fortunæ miſerabilis, quod eſt proprium, ad quod videtur reſpexiſſe *Imperator* in ea lege.

61 Amplia hoc etiam in eo pupillo, qui mortuo patre remanſit ſub poteſtate aui, etiam quòd ſit impubes, ac minor quatuordecim annorum, vt deciſum extitit per Sacrum Conſilium, teſte *D. de Franch. deciſ.* 671. Et quàmuis cõtrarium referat deciſum *D. Rouit. deciſ.* 49.

62 poſthæc ſcripta viſus, vbi tradit, fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, quòd cauſa remaneret in Magna Curia Vicariæ ſtante electione fori facta per minores, & iuramento præſtito de perhorreſcentia ſeruata forma *Conſtit. Regni Stãtuimus*, attamen videtur ſe reſtringere ad negligentiam patris, qui nedùm neglexit proſequi accuſationem, verùm (quod plus) remiſit. Et ita poterunt limitari tradita per *ipſum D. ibi*, vt ſcilicet pro-

Digitized by Google

procedant data negligentia patris. Ve-
63 rùm adhùc dubito de ipſius *Dom.* dictis, traditis, & deciſis, dum innuit, quòd data negligentia, efficitur ac ſi pater non eſſet in medio, & cõſequenter filii tamquàm verè pupilli, & minores iure ſuo poſſent quærelare, & proſequi, cùm vnũ non conueniat cum altero, nec conceſſo vno, ſuccedat neceſſariò alterũ: Nàm quòd poſsit quærelare proprio iure, tranſeat. Quòd verò, quia proprio iure quærelare poſſit, competat ob id priuilegium *d. l. vnic.* circà fori electionem, vtique non erit admittendum, cùm admittatur primum lege permittente, vt ſcilicet in crimine homicidij deſcendente ex *l. Cornelia de ſicarijs* admittatur filius ad accuſandum, etiam patre contradicente, ad *tex. in l. 1. ff. de public. iudic. l. inter liberos, & l. filium ff. ad leg. Iul. de adulter.* quas recenſet *idem D. ibidem num. 4.* ſecundum verò non admittitur, circumſcripta qualitate miſerabilitatis, & proinde aſſumptũ *eiuſdem D.* de quo *ibidem num. 7.* dicentis, venire vnum in conſequentiam alterius, propter diuerſitatem iuris, & rationis in vtroque intercedentium ceſſat ex ſupra poſitis, quæ ſunt apud me inconuincibilia, cùm eo tantùm caſu dicantur fortunæ iniuria miſerabiles, quando ſine patre exiſtunt, quando verò patrem habent, nequaquàm. Et ob id quando adhuc admitteretur in caſu illius *deciſionis* data negligentia patris, non eſſet idem affirmandum ea ſublata, ex eo ſolo, quia in minori ętate conſtituti, dum patrem habent, propter quæ ceſſant omnia tradita per *ipſum D.* cùm ipſa eò tantùm tendere videantur, ſcilicet quando negligentia intercedit, quò verò ad ſtatum pupillarem nihil ſolidum adducit, quod verè conuincat, poſſe illis competere priuilegium *d. l. vnic.* & miror quidem in hoc de tàm facundiſſimo Iuris cõſultiſſimo, ex cuius ſublimi ingenio profluerunt ſemper ſolidiſſimæ, & acutiſſimę rationes, & argumenta, in reſolutione, & ſolidatione quæſtionum, quomodo in hoc nihilum, ad amuſſim, & adequatè, nè quidem tetigerit dignum ſublimitate ſui perſpicaciſſimi ingenij, per quod ſuaderi poſſit, admitti filium in pupillari ætate cõſtitutum ſub poteſtate patris degentem ad variationem, & fori electionem ex priuilegio *d. l. vnic. C. quando Imper.* circumſcripta negligentia ipſius patris ad accuſandum, & accuſationem proſequendam, dum ſic deciſum tradit.

64 Infert tertiò ex eo, quod diximus, arbitrio Iudicis relinqui, quæ dicantur perſonæ miſerabiles, ad finem vt competat illis priuilegium *d. l. vnica*, fuiſſe priuilegium illud ad multos extenſum, de quibus longa ſerie apud *Menoch. de arbitr. Iud. d. caſu 66. à num. 1. vſque ad nu. 26.* vbi enumerat decem, & ſeptem perſonas, ad quas fuit extenſum priuilegium iſtud variandi forum vigore *d. l. vnic.* quem conſulere poterit cupidus lector in contingentia facti.

65 Limita nonò in receptantibus contumaces, & delinquentes Magnæ Curiæ Vicariæ, Regiarum Audientiarum, aùt alterius Regij Tribunalis, in quibus caſibus conſuetudine inductum eſſe tradit *D. de Franch. deciſ.* 470. vt vaſalli Baronis delinquentes circà eorum receptationes nõ debeant remitti ad Barones, ſiuè originis, ſiuè locorum, in quorum territorio fuit facta receptatio, ſed benè illorum cognitio ſpectare habeat ad illud Regium Tribunal, cuius erat contumax inquiſitus ille receptatus, non obſtante quòd dicti Barones habeant priuilegia de mero, & mixto imperio, ac regalijs, cum clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis, & quòd ita tàm temporibus ſuis, quàm etiam antea fuerit iudicatum per Sacrum Conſilium, ac Magnam Curiam Vicariæ iteratis vicibus.

66 Mouetur ſola ratione cõtemptus, dicens, quòd dùm iuriſdictio Regij Tribunalis fuit contempta, illud ſolum erit Iudex huius contemptus, adducit *tex. in l. ſi quis id, quod, in l. ſi familia ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. de ætate, §. ſi quis tamen ff. de interrogator. action.* ex quibus colligitur, quòd aduersùs corrumpentem album prætoris datur pœna propter contemptam ipſius maieſtatem, facit etiam *tex. in l. 1. ff. ſi quis iuriſdict. nõ obtemper.* vbi etiam *Doctores.*

Addu-

Digitized by Google

Adducit in argumentum ſimile ex *l. nullum C. de teſtib.* ex quo excipitur, quòd ſi teſtis depoſuerit falſum coràm
67 Iudice de aliquo negotio ciuili, punitur per eundem Iudicem, licèt aliàs non ſit eiuſdem falſum deponentis Iudex competens, ea ratione, quia ſunt offenſæ eius aures, & hoc idem ſequitur *D. Rouitus ſuper Pragmat.* 1. *de receptator. numer.* 4. *& ſuper Pragmat.* 2. *titul. vbi quis de delict. conueniri deb. nu.* 13.

Aduersus eos tamen inſurgit *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul.* 1. *de prouiſ. fieri ſolit.* §. 3. *à num.* 26. *cum ſeqq.* vbi excutit articulum, & multa adducit pro ſua ſententia confirmanda *à d. num.* 26. *vſque ad num.* 53. ſecundùm quam poſteriorem ſententiam pluries iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ, iteratis etiam vicibus refert *Foller. in pract. crimin. verbo audiantur excuſatores num.* 134. *ac Horatius Viſcont. in addit. ad D. de Franch. d. deciſ.* 470. In tantum quòd, vt obſeruari poterit, diuerſa videntur prodiſſe Senatuſconſulta in hoc articulo in ijſdemmet Sacro Conſilio, & Magnâ Curia Vicariæ.

Huiuſcèmodi extricatio contingere poteſt ex reſolutione illius quæſtionis,
68 quam ſuo loco excitant, & reſoluunt *Doctores*, vtrùm ſcilicet poſſit Princeps cognoſcere de cauſis vaſallorum burgenſium mediatorum, hoc eſt ſubiectorum Feudatario, ſiuè Baroni, illiſque præiudicium inferre, non obſtantibus facultate, & iuriſdictione eiſdem attributis in inueſtitura, de mero, & mixto imperio, cum clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis.

Super qua omiſſa diſputatione, reſolutiuè procedendo, adhibita diſtinctione reſpondebo, aliquos conſtituendo caſus.

Primus caſus eſt, quando tractatur de pœnis ordinarijs delictorum. Et in hoc concurrunt communiter *Doctores*, nullum poſſe inferri præiudicium feu-
69 datario infeudato, ea ratione, quia inueſtiendo illum in tali caſu cum clauſulis præfatis, de mero, & mixto imperio, priuat ſe Princeps iuriſdictione, & emolumentis *Bald. in l.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 35. *ff. de rer. diuiſ. Martinus Laudenſis in tract. de Principe rubr.* 1. *concluſ.* 138. *Boſſius tit.* 1. *de pœnis num.* 25. *Grammat. deciſ.* 30. *num.* 10. alios cumulat *Theſſaur. deciſ.* 132. *num.* 2. qui loquuntur in fortiori caſu confiſcationis bonorum. Et *Afflictus deciſ.* 282. *num.* 16. dicit, per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum, confiſcationem bonorum propter delictum ſubfeudatarij ſpectare ad feudatarium, qui fuerat inueſtitus de mero, & mixto imperio, cum iure confiſcationis bonorum burgenſaticorum, & feudalium, non autem ad Principem inueſtientem, & ſic ad Regem. Et in Regno hoc eſt expeditum per *Regiam Pragmat.* Regis Ferdinandi Primi, quæ eſt 2. incip. *Querula expoſitione ſub titul. vbi de delict. quis conuen. deb.* de qua meminit *Grammat. dict. deciſ.* 30. *num.* 9. qua caue-
70 tur, quòd in primis cauſis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus cognoſcant Iudices ordinarij in locis, & cauſæ ipſæ à proprio foro non extrahantur, etiam per Magnam Curiam Vicariæ, per quam *Regiam Pragmaticam*, vt inquit *idem Grammat. loco citato*, ſatis conceſſa videtur iuriſdictio priuatiuè ad Magnam Curiam Vicariæ, & ad quodcumque aliud Regium Tribunal.

Et hoc coadiuuari ſubdit, ex *Capitulo* obtento ad inſtãtiam Ciuitatis Neapolitanæ, & Baronum Regni, vt ſcilicet priuilegia conceſſa Baronibus inuiolabiliter obſeruentur.

71 Hinc videmus, Barones emanare Banna pœnalia, nè eorum vaſalli adeãt Regia Tribunalia per ſaltum, omiſſo medio Iudicis primarum, vel ſecundarum cauſarum *Paris de Puteo in tract. de ſyndic. titul. de exceſſ. Baron.* §. *an Baro*, *Freccia de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 10. vbi cotas adducit. Et licèt *Anna ſenior ſingul.* 62. dicat, feciſſe contrarium iudicare in Officialibus Sereniſſimæ Reginæ Poloniæ, vt ſcilicet ſinerent vaſallos Griptaliarum adire Regia Tribunalia: attamen ad

T tol-

Digitized by Google

72 tollendas difficultates; Barones expedire faciunt prouiſiones pęnales à Regio Collaterali Conſilio, præcipientes eorum vaſallis ſub pœna, nè adeant Regia Tribunalia per ſaltum, & in tali caſu exigitur pœna à Baronibus, vt refert deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa Vniuerſitatis Solofræ cum ipſius Domino *Capiblancus de Baron. Pragm. 3. nu.* 129.

73 Hinc etiam fit, non poſſe Principem facere gratiā vaſallo mediato in præiudicium inferioris Domini, ſicuti authoritate *Frecc. Affl. & Boſſij* refert *Amadeus de Pont. de Laudim. quæſt.* 24. *num.* 12. cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, per quem fuit declaratum, gratiam Principis non ſe extendere ad pœnas declaratas in fauorem feudatarij, quod aliàs cenſuit idem Senatus in alia cauſa, teſte *Theſaur. filio quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 9. Quod eſt in Regno ſimiliter expeditum per *Regiam Pragmat.* Cardinalis de Granuela editam de menſe Decembris 1572. quæ eſt 8. *ſub tit. de abolition.* per quam cùm fuiſſet orta differentia tempore indultus emanati per Catholicam Maieſtatem ex cauſa lætitiæ obtentæ victorię Naualis contrà Turcas, ac Natiuitatis Sereniſſimi Principis, iunctis Tribunalibus Sa-

74 cri Regij Conſilij, & Magnæ Curiæ Vicariæ in Regio Collaterali Conſilio, fuit declaratum, quòd vaſalli Baronum comprehenderētur in indultu, ac comprehenderentur etiam omnes caſus, præter eos tantùm, in quibus tractatur de pœna pecuniaria vaſallorum Baronum, ad quos deberent ſpectare dictæ pęnæ pecuniariæ, cùm eæ non includerentur in tali caſu, nec poſſent pro ijs gaudere dicto Regio indultu.

75 Secundus caſu eſt, quando Princeps auget, vel commutat pęnam aliàs de iure præfixam. Et in hoc ſimiliter caſu concludunt *Doctores*, cognitionem ſpectare etiam ad feudatarium *Boſſ. tit. de pęnis num.* 25. *circà medium*, *Amadeus de Ponte dict. quæſt.* 24. *num.* 33. vbi adducit pariter *Nattam in conſil.* 346. probauerunt etiam *Theſaur. dict. deciſ.* 132. *num.* 2. & *Foller. in pract. criminal. dict. verbo audiantur excuſatores num.* 132. cùm in nihilum videatur differre caſus iſte à præcedenti.

Tertius caſus eſt, quando Princeps facit de non delicto delictum. Et tunc ſubdiſtinguendum puto: nàm aùt Prin-

76 ceps ſtatuit pęnam ſimpliciter abſque reſeruatione cognitionis, ad quem ſcilicet ſpectare debeat cognitio, & in tali caſu cognitio ſpectabit ad feudatarium, ſiuè inferiorem Dominum, & ita concludunt communiter *idem Boſſ. loco cit. d. num.* 25. *Amadeus de Ponte d. quæſt.* 24. *num.* 30. *Theſſaur. d. deciſ.* 132. *num.* 2. vbi etiam *Theſſaurus filius in addition. ad eundem*, *D. de Francb. deciſ.* 434. vbi refert caſum pęnæ nouiter indictæ per *Regiam Pragmaticam*, vt ſcilicet nemo incederet per Ciuitatem Neapolis vendendo bona vetera, ſub pœna triremis per triennium, quòd ſcilicet cùm fuiſſet inquiſitus quidam exercens artem lanæ, fuiſſetque hæſitatum in Sacro Conſilio, ſi inquiſitus ille deberet remitti ad Conſules artis lanæ, qui habet iuriſdictionem ordinariam, ciuilem, & criminalem aduersùs exercentes prædictam artem lanæ, refert fuiſſe deciſum, debere remitti ad dictos Conſules, quod placuit etiam *D. de Ponte de poteſt. Proreg. d. titul.* 1. §. 3. *num.* 1.

77 quo loci meminit de præfata deciſione, mouentur ij ea ratione, quia ſub generali conceſſione veniunt, & includūtur etiam futurę acceſſiones, & quicquid poſt illam accedit, argum. *tex. in l. gregem ff. de legat.* 1. & *in l. peculium ff. de legat.* 2. facit *tex. in l. ſi ſeruit. ff. de ſeruit. vrban. præd.* quem *D. de Ponte d.* §. 3. *num.* 37. dicit à nemine ponderatum ad id, illumque de mente *Iſern. in cap. imperialem* 5. *colum. verſic. multò fortius* dicit habere locum in priuilegijs.

78 Aùt verò in tali caſu Princeps reſeruat ſibi pęnam, & in hoc, vt exiſtimat *D. de Ponte loco cit. num.* 40. non eſt locus remiſſioni, ſed pœna exigetur per

79 Principem ſtatuentem. Nec erit de quo conquæri poſſit feudatarius; cùm nihil

Digitized by Google

nihil ſit ei ablatum, ſed eſt tantùmmodò ſpeciali lege conditum ius, quod ipſe non habebat. Et ita videmus in dies obſeruari in pluribus *Regijs Pragmaticis*, & ſignanter in *Pragm.* emanatis ſub *tit. de annona* circà reuelationem frumenti, contrauentionem in pretijs, ac vẽditionem vectoribus ad minutum, alijſque ad id ſimilibus, in quibus quia erat impoſita pœna ſuper delicto, quod priùs non erat delictum, refert *D. de Franch. deciſ.* 434. *in fine*, ſemper cognouiſſe de illis Regiam Curiam: quicquid videatur contendere *Theſ. filius in addit. ad d. deciſ.* 132. *ſui Genitoris, ac in conſ. edito pro vaſallis Patriæ Pedemontanæ*, de quo in priori impreſſione *additionum ad deciſ. Theſ. patris*, & infra mox ſubijciendis.

80 Amplia hoc nedùm in caſu, quando facit Princeps de non delicto delictum, vt ſcilicet poſſit in pœna impoſita ſuper eo præiudicare feudatarijs; verùm etiã, vt poſſit in alijs caſibus ex cauſa, per legem, & proclamata generalia, ac etiam limitare, reſtringere, & arctare conceſſionem illis factam *Bart. Salyc.* & cæteri *in l. omnes C. ſi contra ius, vel vtil. public.*

81 Subampliat *Foller. de cenſib. in verbo & ſubmiſſionis cuicumque foro num.* 29. etiam ſi Princeps conceſſiſſet per viam contractus iuriſdictionem Baronibus, ſeu feudatarijs, & ita poſt *Caſſan. in Conſuetud. Burgund. tit. quand le ſegn.* §. 8. *nu.* 5. cenſuerunt, nedùm *Foller. vbi ſupra*, verùm etiam *Boſſius de foro compet. num.* 49. *idem Theſ. filius d. quæſt.* 58. *num.* 20. vbi alios etiam cumulat, *Sola ad decr. Sabaud. tit. de foro compet. decr. ſubditos noſtros gloſ.* 1. *nu.* 11. vbi in *anteced. num.* dicit, nõ lædi ex hoc ius feudatariorum, ex quo lex eſt vniuerſalis ſuper toto Principis dominio, non autem particularis in odium aliquorum, adducit in argum. tradita per *Bart. in l. ambitioſa ff. de decr. ab ordin. fac.* Et ita videmus ferè quotidiè in praxi in Regno noſtro, in quo propter frequentiam delictorum, emanant, vt plurimùm, Regiæ Pragmaticæ, & banna pęnalia ab Excellentiſſimo D. Prorege, eiuſque Regio Collaterali Conſilio, præiudicantia iuriſdictioni Baronum, & ſtatuentia pœnæ applicationem Fiſco Regio, etiam in delictis, quę per priùs erant delicta, in quibus, vel augetur pœna ordinaria, vel immutatur. Quod etiam obſeruatũ ambigimus in *Pragmaticis* imponentibus veniam, & indulgentiam debitorum, de quibus paſſim in volumine *Regiarum Pragmaticarum*. Et hoc, vt dicit *D. de Ponte d. tit.* 1. §. 3. *nu.* 43. admittitur ex ſuprema po-
82 teſtate Principis, qui vigore illius poteſt ſtatuere cum clauſula prohibitiua ad feudatarios, ſiuè Barones, & quòd ſic ſint intelligenda allegata per *Surdum conſ.* 152. *vol.* 2. *& per Menoch. conſ.* 604. *vol.* 8.

Et his modò, & forſitàn non inutiliter vice præludiorum præmiſſis patet reſponſio ad principale dubium. Nàm aùt ſimpliciter ſtatuitur pœna contrà receptantes, vel ea augetur, aùt commutatur. Et in tali caſu verior reddetur opinio *Follerij, ac D. de Ponte loco cit.* quòd ſcilicet remiſſio delinquentium fieri debeat ad Barones, tàmquàm inueſtitos de mero, & mixto imperio priuatiuè quòad Principem concedentem, ſiuè inueſtientem, quo caſu, vt ſuprà diximus, veniunt etiam futuræ acceſſiones, & ſic ceſſabunt adducta per *D. de Franch* ex *l. nullum C. de teſtib.* ac ex *l. ſi quis id, quod, & in l. ſi familiæ ff. de iuriſdict. omn. iud.* cum concordantibus, ex quo cùm habeant feudatarij, & ſic Barones cognitionem omnium cauſarum priuatiuè quòad Principem, ſufficit quòd deliquerint eorum ſubditi, ad hoc vt fiant Iudices ordinarii eorum, tàmquàm inueſtiti in vniuerſum de cognitione ſuorum vaſallorum delinquentiũ, non autem de aliquibus cauſis tantùm. Aùt verò Princeps reſeruat ſibi, vel eius Fiſco pœnam, & in hoc caſu ſi generalis eſt legis promulgatio, quo caſu poterit Princeps, vt ſupra diximus, præiudicare feudatario, verior reddetur opinio *D. de Franch.* vt ſcilicet denegetur remiſſio feudatario, ſed cognitio ſpectabit ad ipſummet Principem ſtatuentem, eiuſque immediata Tribunalia in omni caſu, in quo fecit ſibi reſeruationem

T 2 pœnæ

Digitized by Google

pœnę ex cauſa, vt ſuprà tetigimus, non tantùm in caſu, quando facit de non delicto delictum.

83 Limita decimò quòad vagabundos, in quorum odium, quia ceù otioſi ſunt, venenum Ciuitatis, ac proni ad libidines, inuidiam, ſeditiones, & turbas, vt inquit *D.Rouit.ſuper rubr. pragm. de vagabund.num.*3.inductum eſt, vt eo loci, vbi reperti fuerint, puniri, & caſtigari poſſint, in tantùm, vt denegandam eſſe illorum remiſſionem ad Iudicem originis, vel domicilij firment *Peguer. deciſ.*3. *nu.*7.*Borrell. in addit. ad Bellug. in Spec. Princip.rubr.*11.§. *ex quo prædiximus limit.*5. *Menoch.* qui alios etiam recenſet *de arbitr.Iudic.caſu* 531.*num.*2. *&* 3. ijs adde, remiſſiuè tamen *D.Rouit. ſuper d. rubr.pragm.de vagabund. nu.*2.

84 Pœna vagabundorum in Regno ex diſpoſitione *Pragm.*2.*&* 3.*de vagabund.* ea reperitur cauta, vt reperti, & capti condẽnentur, ipſoque facto condemnati intelligantur ad remigandum Regijs triremibus per quinquennium, & deinde etiã ad beneplacitum arbitrio Principis, aliaque etiam pœna arbitrio Principis addita.

85 Quæ *Regiæ Pragmaticæ* fuerunt deinde extẽſæ. Primò etiam quòd in vno, vel duobus diebus hebdomadæ exercitio vacent in Apotheca alicuius Artificis, ſi non continuò vacauerint, addita quoque pœna contrà facientes fidem, ipſos ſubeſſe ſub eorum ſeruitio. Secundò, vt procedat etiam contrà Neapolitanos otioſos, & vagabundos, vt in dictis *pragm.*2. *&* 3. *de vagabund.* de quibus meminit etiam *Borrell. de magiſtr. edict.lib.*3.*c.*16.*nu.*19. conſimilemque triremis pęnam ſimiliter per quinquennium, præcedente etiam priùs fuſtigatione fuiſſe cautã in Prouincia Cathaloniæ teſtatur *Peguera deciſ.*3. *num.*9. quam extollit *Menocb. de arbitr. Iudic. caſu* 531.*num.*12. iuſtamque eſſe legem illam ex indubitata pręſumptione, quòd facinora, & furta committere per neceſse habeant, & ſoleant, refert *D. de Pont.de poteſt.Proreg.tit.*4.*de regal.impoſit.in princ.nu.*56.

Ortumque id habuit ab Athenienſibus, qui teſte *Valerio Maximo lib.*2.*tit. de inſtit.antiqu.* inertes, hoc eſt, eos, qui ſine arte, ſeu exercitatione viuebant, tamquàm obnoxios delicto protrahebantur etiam in forum, vt punirentur, diligenterque inueſtigabant, qua quiſque ratione victum ſibi pararet, ac ſe, ſuoſque aleret *D.Rouitus*, qui alios etiã in id adducit *d.rubr.pragm.de vagabund. nu.*3.

Areopagitæ pariter conſimilem circùmſcripſere legem, vt obſeruari poterit apud *Caſſanæum in cathalog. glor. mundi par.*11.*conſider.*1.

86 Et circumſcripta peculiari lege alicuius Dominij, arbitrio Iudicis fore illos puniendos tradit *Menoch.de arbitr.Iud. d.caſu* 531.*num.*2.& poſt eum *D.Regens Conſtantius in l.*1. *C.de mendic. valid. lib.*11.*nu.*4.

Extenſa eſt pœna iſthæc non tantùm quòad otioſos, & vagabundos, veluti improbatum genus hominum in omni benè inſtituta Republica, vt poſt *Platon. Petr.Gregor.*& alios dicit *D. Conſtantius*

87 *d.l.*1.*nu.*6. verùm etiam quòad mendicantes validos, vt ſcilicet ſi mares ſint, remigent per quinquennium, ſi verò fœminæ fuerint, fuſtigentur, & exulent per quinquennium, & ita cautum extitit ex *Regia Pragm.*2.*ſub tit. de mendic. validis.*

Cuius quidem *Regiæ Pragmaticæ* decidendi ratio deſumpta videtur ex doctrina *Ioan. de Platea ſuper d. l.*1.*C. de mendic.valid.lib.*11. vbi inquit, quòd ſi mora forenſium mendicantium ſit Ciuitati damnoſa, quia vigeat cariſtia, & ipſi auferunt victum pauperibus, & infirmis de loco, vel ſi eorum mora ſit in Ciuitate periculoſa, vt quia peſtis in vicinia loca iam irrepſerit, omnes euelli poſſunt. Sequitur illum *Ripa in tract.de peſte tit. de remed.præſeruat. cõtra peſtem nu.*165. *qui* (quod plus) *ibidem ſub num.* 166. addit, eos fore (etiam ceſſantibus his cauſis) explodendos, vel cogendos, ſaltim ad exercẽdum aliquod publicum miniſterium.

De iure verò communi ex decreto *Imperatorum Gratian. Valent. & Theodor.* de quo in *d. l.*1. *C. de mendic. valid. lib.*11.

Digitized by Google

88 *lib.* 11. tales mendicantes validi, ſi ſerui ij fuerint, Iudici addicũtur, ſi verò liberi, perpetuo colonatui adſcribuntur ſecũdùm communem intellectum *Doctorum* ad *legem* illam, de quibus apud *D. Conſtant. ſuper ea l. nu.* 1.

89 Mendicantes verò validi dicuntur ij, qui ſunt integri membris, nec aliàs debilitati, vel ſenio confracti, vt colligitur ex *decreto Sabaudiæ vnico ſub tit. de mendic. valid.* quo cauetur, vt tales homines, quemadmodùm etiam otioſi, & vagabundi perpetuo exilio mulctentur à locis illius dominij.

Et *Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 532. *nu.* 6. poſt *gloſ. in d. l.* 1. *C. de mendic. valid. lib.* 11. inquit, eos dici mendicantes validos, qui cùm poſſent proprijs laboribus, & induſtria victum ſibi quærere, oſtiatim mendicare, & otio frui volunt.

Ea proinde ratio decidendi in ijs caſibus eſt, quia cùm poſſint proprio ſudore victum quærere, vel ex induſtria, aùt aliundè viuere, vſurpando ſibi eleemoſinas pauperibus inualidis neceſſarias, non parùm delinquunt, ita vt fures

90 dici poſſint, & ob id grauiter eos peccare tradunt *Ripa loco cit. nu.* 169. *& Anton. Sola ad decr. Sabaud. vnic. tit. de mendic. valid. nu.* 5. illicitamque mendicitatem affirmat *Diuus Thomas* 2. 2. *q.* 187. *art.* 5. eoſque tamquàm falſarios fore puniendos, qui fucatis coloribus, ſe pallidos exhibent populo, fingentes ſe infirmos, vt eleemoſinas extorqueant, tradit *Lapus alleg.* 18. & poſt eum *Menoch. d. caſu* 532. *nu.* 19.

91 Amplia hoc etiam quòad eos, qui ſe ipſos, aùt filios ad hunc finem debilitãt, quorum plurimos in dies videmus, faciẽtes ſibi herbis, & ſuppoſitorijs tibias, vel manus intumeſcere, vt claudi videãtur, vel manibus contracti: cùm verè nõ ſint, quoniam ij animaduerſione magis digni ſunt, grauiorique pœna plectendi, ſecundùm *Lapum d. allegat.* 18. & poſt eum *Ripa loco cit. nu.* 173. *Anton. Sola d. decr. vnic. nu.* 6. *Menoch. d. caſu* 532. *n.* 6. *D. Conſtant. d. l.* 1. *nu.* 7.

92 Limita primò in nobilibus pauperibus, quos non cadere ſub diſpoſitione, & pœna indicta contra mendicantes validos affirmant *Ioan. de Plat. d. l.* 1. *C. de mendic. valid. lib.* 11. *nu.* 2. vbi etiam *Iacob. Rebuff. nu.* 3. *Ripa loco cit. nu.* 178. *Petrus Gregor. Tholoſan. ſintagm. vniuerſ. iur. lib.* 39. *c.* 6. *num.* 17. *verſ. excipiuntur quoque*, *Menoch. d. caſu* 532. *num.* 24. *Peguera deciſ.* 4. *nu.* 11. *in additionibus*, *D. Conſtant. d. l.* 1. *nu.* 8.

93 Limita ſecundò in religioſis perſonis, quæ mendicitatem profeſſæ ſunt ex voto religionis cauſa, vtputa ſunt ſacræ mendicantium familię Diuorum Auguſtini, Franciſci, Dominici, & Carmelitarum, quibus ſunt additæ etiam religiones Seruorum, Minimorũ Sancti Franciſci de Paula, aliorumque plurium. *Menoch. ubi ſupra num.* 26. *Peguera loco cit. nu.* 11. *in addit. in fine*, *Petrus Gregor. loco cit. ac D. Conſtantius d. l.* 1. *num.* 10. *per tex. in cap. unico* § *ſanè de relig. domib. in* 6.

94 Tertiam addit limitationem *D. Conſtantius ubi ſuprà nu.* 9. vt non procedat in ſenibus, cùm ſenectus ſit morbus, ad quos quidem ſenes excipiendos multa pia loca, quæ Gerontocomia appellãt, fuerunt inſtituta. Diciturque Gerontocomium locus, vbi pauperes, & propter ſenectutem infirmi curantur, ſecundùm *gloſ. in* §. *hæc ergo nos in uerbo gerontocomiorum in Auth. de non alien. aut permut.* quam non allegat *D. Conſtant. ibi*.

Alia permulta in materia mendicantium validorum excipi poterunt ex *Ripa d. remed. præſeruat. contra peſtem à nu.* 165. *uſque ad nu.* 181. *Sola d. decr. unico de mendic. ualid. per totum*, *Peguera d. deciſ.* 4. *tota*, *Menoch. d. caſu* 532. ac nouiſſimo loco ex *D. Conſtant. d. l.* 1. *C. de mendic. ualid. lib.* 11. *ſimiliter per totam*.

Alij permulti ſubnecti poſſunt caſus, ac limitationes, in quibus denegatur remiſſio vaſallorũ Baroni, de quibus apud *Capiblanc. de Baron. c.* 8. *à num.* 232. *cum ſeqq.* ad quem remiſſiuè, *D. Rouitus ſuper Prag.* 2. *ubi de delict. quis deb. conuen. nu.* 12. *&* 13. *ac Borrell.* à quo tacito nomine habuit *Capiblanc. in addit ad Bellug. in Spec. Princip. rubr.* 11. §. *ex quo prædiximus*, vbi triginta vnam limitationes affert.

Pro coronide tandem vnum addas, velim,

Digitized by Google

velim, in materia declinatoriæ fori, videlicet, quòd hæres conuentus ex contractu defuncti non declinat forum ex priuilegio ei competente ex perſona propria, quando priuilegium non eſt inſertum in corpore iuris, ita per *tex.* clarum in *l. apud Iulianum ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. ac in l. hæres abſens ff. de iudic. ibique Bar. & alij, ac Couar. pract. quæſt. c.8. col.5. verſ. tertia concluſio*, concludit *D. de Franch. deciſ.* 234. *nu.*2.

96 Amplia hoc in Regno etiam in caſu, quo electio competeret ex perſona propria, vigore priuilegij in corpore iuris clauſi, vt in caſu, quando eligens eſſet pupillus, vidua, & ſimilis, de quibus in *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. vid. & miſerab. perſon.* ex diſpoſitione *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* incip. *Item ubi pupillus* 234. in ordine, adde *Carau. ibidem Viu. deciſ.* 49. *nu.* 9. *ac deciſ.* 250. *nu.* 1. & 2. *ac Muſcatell. in praxi ciu. p.*2. *gloſ. competentes nu.*91. *cum ſeqq.* quicquid dicat *Bartholomæus de Capua in Conſtit.* Regni *Statuimus*, eò quòd *Barthol.* ſcripſerat id antequàm fuiſſet conditus *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ*, vt tradit *D. de Frãch. ibidem ſub nu.*2. *poſt Carau. d. ritu* 234.

97 Intelligas tamen diſpoſitionem dicti *Ritus*, quod ſcilicet pupillus ex contractu paterno non declinet forum, quando ſcilicet fuiſſet conuentus in foro paterno, in quo pater conueniri poterat, vt declaratum per Sacrum Conſilium tradit *idem D. de Franch. deciſ.* 553. *per totam*, vbi præſertim *ſub num.*5. adducit *Carauitam* id declarantem ſuper *d. Ritu* 234.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pœnarum, mulctarumque condemnationes, exactiones, ac confiſcationes ſunt in fructu.*

2 *Pœnæ, mulctæ, & confiſcationes pertinent ad virum uſufructuarium, in caſu, quo mulier dederit ei in dotem Caſtrum cum iuriſdictione.*

*Intelligas tàm de confiſcationibus bonorum mobilium, quàm immobilium, nu.*3.

4 *Pœnæ, mulctæ, & confiſcationes in Terris mediatè ſubiectis Principi non ſpectant ad ipſum Principem, ſed benè ad Dominum mediatum, & ſic ad Baronem, ſeù feudatarium, & nu.*5.

*Intelligas tamen, quando Baro eſt ſpecialiter inueſtitus de illis: cùm in dubio non habeant Barones eorum intentionem de iure fundatam in hoc, abſque inueſtitura, nu.*6.

*Venient tamen per clauſulam illam*, cum omnibus iuriſdictionibus, fructibus, & prouentibus, *nu.*7.

8 Capiblanc. *affirmans in* Pragm.8. de Baron. num.112. *per inueſtituram factam de mero, & mixto imperio venire omnes pœnas, ac ſubintrare infeudatos in locum Fiſci, reprobatur.*

9 *Pœnæ, mulctæ, & confiſcationes veniunt, ſi fuerit quis inueſtitus de mero, & mixto imperio cum Regalibus, eo quia ſunt de Regalibus.*

10 *Pœnæ, mulctæ, & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionis, non verò Caſtri, eò quòd poteſt dari iuriſdictio ſinè dominio Caſtri, & Caſtrum ſine iuriſdictione, & nu.*15.

11 *Pœnæ, mulctæ, & confiſcationes an ſint fructus meri imperij, an verò iuriſdictionis, ſi in vna Terra vnus fuerit inueſtitus de cauſis criminalibus, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, aùt ciuilis, aùt mutilationis membri, alter verò de iuriſdictione ciuili, excutitur articulus.*

12 *Ad iuriſdictionem ciuilem ſpectant culpæ omnes, caſus, & crimina, pro quibus non venit principaliter imponenda pœna mortis naturalis, aùt ciuilis, aùt mutilatio membrorum, è contrà verò in quibus talia imponenda veniunt, ad iuriſdictionem criminalem pertinent.*

13 *Fructibus Caſtri legatis, aùt conceſſis an ueniat etiam iuriſdictio ipſius Caſtri.*

14 L. eleganter §. fin. ff. de pignorat. act. *intellectus.*

16 *Coerctionem in ſeruum, ac in uincula coniectionem habet, nedùm Dominus ſerui, uerùm etiam quilibet eiuſdem poſſeſſor.*

17 *Pœnæ, & mulctæ differunt inter ſe, uti genus, & ſpecies, ac uti ſpecies, & in quibus differant.*

18 Pæ-

18 *Pœna, & mulctæ ſunt arma, quibus tuetur iuriſdictio.*

19 *Mulcta eſt pœna ſpecialis peccati, & proindè extendenda erit non ſolùm in caſu, quo fuerit cauta ante delictum, verùm etiam in caſu, quo præuia diſpenſatione Principis Dominus mediatus poteſt commutare pœnam corporalem in pecuniariam.*

20 *Barones, & alij habentes merum imperium non poſſunt facere gratiam condemnato propter delictum, ac etiam non concordata* Parte, *& nu.22.*

*Poterit tamen pendente appellatione, ſi fuerit à ſententia condemnatoria appellatum ad Iudicem ſecundarum cauſarum eiuſdem, nu.21.*

23 *Componere, commutare, tranſigere, & remittere, ſiuè indulgere differunt inter ſe.*

24 *Compoſitio eſt quæ fit in caſu liquido, vel confeſſato, tranſactio verò quæ fit ſuper dubio ſtatu criminis.*

25 *Vaſalli appellare poterunt ab immodica, & exceſſiua tranſactione, & compoſitione.*

26 Grati*am facere de delictis non concordata Parte ſpectat ad ſolum Principem, & ex cauſa.*

27 *Pœna omnis in Principe eſt arbitraria.*

28 *Princeps arbitrium ſuum ſumit ex motu cœleſti.*

29 *Proreges Regni poſſunt facere gratiam de delictis, etiam non concordata Parte, & alteri quoquè facultatem iſtam delegare, cum cauſa tamen, quia ſi abſque cauſa id facerent, reuocari poterit gratia per Supremum Italiæ Conſilium, & afferuntur caſus.*

30 *Acceſſus ad loca, in quibus degunt Partes offenſæ ſi fuerit prohibitus, non comprehendit raram, & momentaneam habitationem, vt putà in tranſitu per locum illum.*

31 Re*miſſionem denegans offenſus, & petendo pro illa exceſſiuam pecuniarum quantitatem, poteſt cogi recepta ſatiſfactione arbitranda per Superiorem.*

32 *Gratia facta per Principem cum conditione, quòd non accedat ad loca, in quibus degunt Partes offenſæ, vtrùm importet conditionem, an verò modum.*

33 *Iudices non poſſunt ex diſpoſitione* Regiæ Pragm. *in ſententijs reſeruare facultatem indulgendi, moderandi, aùt commutandi pœnam corporalem in pecuniariam.*

34 *Condemnationem in exilium cum facultate redimendi non poſſunt Iudices facere, quando non adeſt remiſſio Partis offenſæ.*

35 *Condemnationes factæ ſub formula, videlicèt,* aùt exulat, aùt ſoluat, *an iure ſubſtineantur.*

36 D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. num. 15. *ſubſtinēs, cōdemnationes factas per alternatiuam,* aùt exulet, aùt ſoluat *non impugnari, reprobatur.*

37 Cap. Regn. Exercere volentes *intellectus.*

38 *Clandeſtinorum delictorum emendandorum per Vniuerſitates pœna eſt ſublata in Regno per impoſitionem factam de ſoluendo granos quinque pro quolibet foculari pro ſalario Capitanei* de Campagna.

39 *Barones abutentes facultate aggratiandi, & tranſigendi in caſu, quo aggratiarent, aùt tranſigerent abſque Partis remiſſione, poterunt ſuſpendi, nè tranſigant, attenta etiam Partis remiſſione, inconſulto Superiore.*

40 *Remiſſio Partis offenſæ eſt neceſſaria etiā in caſu compoſitionis delicti, dato adhùc quòd ipſa Pars offenſa non expoſuerit quærelam.*

41 *Remiſſionem extorquētes per vim à Partibus offenſis puniuntur pœna mortis naturalis.*

42 *Remiſſio offenſi an ſit ſufficiens, ſi poſt remiſſionem factam deindè moriatur.*

43 *Filiusfamilias an admittatur ad accuſandum ſine conſenſu patris, excutitur articulus.*

44 *Remittere an poſſit ſolus pater abſque filio, & è contrà an filius abſque patre, an verò vterque requiratur ad remittendum in caſu offenſi filij, excutitur* latiſſimè *articulus.*

Authoris *opinio pro reſolutione quæſtionis cum diſtinctione, nu.45.*

46 *Iniuriarum actio dicitur eſſe in bonis noſtris.*

47 Cre-

47 *Creditores hæreditarij an habeant actionem ſuper pecunia peruenta filio ex pace, ſiuè remiſſione de nece patris occiſi, in caſu, quo ipſe filius remittens renunciauerit hæreditatem paternam.*

48 *Remiſſio facta per patrem vilis conditionis, ac abiectæ non eſt ſufficiens pro offenſa facta filio honeſtæ conditionis.*

49 *Remittere poterit filius emancipatus abſque patris conſenſu iniuriam ipſi filio factam.*

50 *Remittere non poterit pater abſque filio iniuriam factam ipſi filio per cognatum, aùt perſonam aliquo modo cõiunctam.*

51 *Remittere an poſſit tutor pro pupillo, & an requiratur decretum Iudicis, remiſſiuè.*

52 Pragm.8. de compoſit. *requirentis remiſſionem omnium, ad quos ſpectat ius accuſandi, ac quærelandi intellectus fuſiſſimè examinatur.*

53 Pragm.8. de compoſit. *requirens pro forma, remiſſionem debere fieri per conſanguineos proximiores, & magis coniunctos, quibus de iure defertur hæreditas, vtrùm requirat qualitatem iſtã hæreditariam actualiter, an verò habitualiter.*

54 D. de Ponte *ratio in* tract. de poteſt. Proreg.tit.1.§.4.nu.31.*dicentis, ſororem excluſam vigore ſtatuti haberi, ac redigi ad inſtar diuerſi, & ſic ſecundi gradus, excutitur.*

55 *Sanguinis iure competentia excipiuntur ab hæreditate.*

56 D.Rouit. in Pragm.8. de compoſit. ſub nu.80. *redditur dubitabilis.*

57 Pragm.8.de compoſit.*requirit copulatiuè conſanguinitatem in proximiori, ac magis coniuncto gradu, & habitualem qualitatem ſuccedendi.*

58 *Remiſſio Partis offenſæ requiritur etiam in caſu, quo per Curiam fuerit proceſſum ex officio abſq; Partis offenſæ quærela, aùt denuncia.*

59 *Vxori competit ius accuſandi de morte viri.*

*Dummodò poſt mortem viri non tranſierit ad ſecunda vota, nu.60.*

*Item dummodò non concurrant cum ipſa filij defuncti, nu.61.*

*Rursùs dummodò non concurrant etiam cum ipſa alij conſanguinei viri ſanguine coniuncti, quibus defertur de iure hæreditas ipſius defuncti, nu.62.*

63 *Remiſſio Partis requiritur etiam in caſu criminis falſi, quod nõ habuit effectum conſumatum.*

64 *Remiſſio Monachi occiſi ad quem ſpectet, ſi ſcilicet ad Monaſterium, an verò ad ſanguine coniunctos.*

65 *Remiſſio non requiritur in caſu inſultus facti cum armis, citrà tamen offenſionem perſonæ.*

66 *Remiſſio nõ requiritur in caſu pœnarum, ac mulctarum pecuniariarum Fiſco debitarum, quas poteſt Iudex remittere, & tranſigere abſque Partis remiſſione.*

67 *Remiſſio facta ſub conditione, de non accedendo, an admittatur, & ſi tenebitur obtinens ad obſeruantiam.*

*Et quid ſi pro obſeruantia conditionis quis ſe obligauerit ad aliquam pœnam pecuniariam, etiam fauore Eccleſiæ, n.68.*

*Item quid quando conditio fuiſſet appoſita per Principem, nu.69.*

70 *Tranſigi, nec componi poteſt in criminibus Sodomiæ, & Blaſphemiæ Omnipotentis Dei, eiuſque Beatæ Virginis Mariæ, ac Sanctorum.*

71 *Tranſactio, ac compoſitio exigit iuſtam cauſam, qua ceſſante, ceſſabit etiam facultas tranſigendi, & componendi.*

72 *Transigi non poteſt de delicto, quod non fuit probatum per teſtes, aùt per confeſſionem ipsius inquiſiti.*

73 *Condemnationis tempus attenditur in pœnis, & mulctis debitis alicui vigore priuilegij, non autem exactionis, in caſu concurſus duorum illas vendicantium.*

74 *Pœna imponenda per Barones habentes Baiulationem in eorum Terris, non poteſt excedere damnum datum.*

75 *Pœnæ exactio in cauſa damni dati non eſt potior damno, ſed debet priùs exigi damnum, deindè verò pœna.*

76 *Pœna, siuè mulcta deſcendens ex delicto, etiam ſi agatur ciuiliter, dicetur cauſa criminalis, non verò ciuilis.*

77 *Publicatio bonorum in caſu uſurariæ prauitatis an ſpectet ad Baronem iuriſdictionis ciuilis, an verò ad Baronem*

iuriſ-

Digitized by Google

*iuriſdictionis criminalis, & nu.79.*

78 *Pœna extraordinaria puniri poterit quis in caſu, quo ſola publicatio bonorum eſſet indicta pro crimine, quando nõ adeſſet facultas puniendi pœna ordinaria.*

80 *Pœna pecuniaria ſtatuta ex diſpoſitione* Conſtit. Regn. Violentias, *cui ſit applicanda, ſi ſcilicet Parti, an verò Curiæ.*

81 *Pœnæ pecuniariæ indictæ per Iudicem nõ exiguntur totæ in caſu ſpreti mandati, ſed moderantur ad rationem vnius tareni pro qualibet vncia.*

*Niſi tamen inobedientia haberet qualitates aggrauantes, propter quas poſſet exigi maior pœna, nu.82.*

83 *Banna, quæ fiunt per Officiales in ingreſſu eorum officij ad hoc vt ligent, debent fieri cum conſilio Ordinarij Conſultoris ſiuè Aſſeſſoris.*

84 *Pœna vnica tantùm debetur in caſu, quo quis fuiſſet carceratus pro debito, & pœna, ſi præſtitam cautionem, qua fuerit excarceratus fregerit, nõ ſe præſentãdo.*

85 *Pœnarum, & mulctarum vigore nõ præfertur Fiſcus creditori hypothecaria agenti.*

*Etiam ſi ſola actione perſonali ageret creditor, nu.86.*

*Item etiã in caſu, quo unica ſententia fuerit condemnatus quis in pœna pecuniaria erga* Fiſcum, *& ergà offenſum, nu.87.*

*Contrarium concludunt communiter* Doctores, *vt nu.88.*

*Intelligendo tamen fauore Fiſci Principis, non autem fauore Exactorum Baronalium, eò quòd Barones non habent priuilegium Fiſci, nu.89.*

*Amplies in quacumque emenda fauore priuati damnum paſſi, qui præferretur ſẽper Fiſco pro ſuis pœnis, nu.90.*

91 *Pœna pecuniariæ, mulcta, & prouentus, tametſi ſint in fructu, ac fructus ſint iuriſdictionis, non ueniunt tamen in liquidatione introituum feudalium, tàmquàm incerti, tametſi illos augeãt.*

92 *Condemnatus in pœnã pecuniariã luet in corpus, ſi non habebit in ære, & nu.97.*

*Et hoc non tantũ reſpectu pœnæ, verùm etiã reſpectu expenſarum, & intereſſe debitorum Parti ex cauſa delicti, nu.93.*

*Luitio autẽ iſthæc qualiter ſit facieda, n.94.*

95 *Condemnatus ad pœnam pecuniariam propter delictum nõ poteſt cedere bonis.*

*Amplia in quocumque debito prouentente ex cauſa delicti, nu.96.*

98 *Mulier pro debito ratione delicti non admittitur ad ceſſionem bonorum.*

99 *Cedere bonis vtrùm poſſit condemnatus ad intereſſe Parti læſæ ex cauſa delicti.*

100 *Pœna idem quandoquè ſignificat, quod damnum.*

101 *Maritus ex dolo conuentus perdit priuilegium, nè conueniri poſſit, niſi in quantum facere poterit.*

102 *Comburens negligenter, ſiuè caſu aceruum tritici, iuxtà eius domum poſitum, aùt ſarciet damnum, aùt ſi idoneus non eſt, leuiter caſtigabitur.*

103 *Tutor, qui negligenter verſatus eſt in adminiſtratione rerum pupilli, ſi non erit ſoluendo, aùt idoneus ad reſarciendum damnum illatum pupillo, extrà ordinem punietur.*

## CAP. XIII.

1 INter fructus iuriſdictionis connumerant *Doctores* pœnarum, & mulctarum condemnationes, ac illarum, bonorumque confiſcatorum exactiones, ita excipi diſertis verbis licet ex *tex. in l. mulctarum, vbi Cyn. C. de modo mulctar.* poſt quẽ ſic cenſuerunt *Bar. in l. fin. n.1. ff. ſol. matrim. Bal. in l.1. C. de fruct. & lit. expenſ.* ac in *c.1. §. è contrario de inueſt. de re alien. fact. Ang. & Alex. in l. diuortio §. ſi vir ff. ſol. mat.* adde *Capyc. dec.27. n.15. Boſſ. tit. de crim. læſæ maieſt. nu.85. & tit. de pœnis nu.32. Gizzarell. deciſ.34. nu.19. Iacobin. in ſua inueſt. feud. in verbo Marchio in Italia verſ. dubitatur etiã,* ibi *addite ad dictum Imolæ, Caſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.1. §.7. in verbo l'amẽde nu.2. Boer. deciſ.180. nu.4. Molin. de Hiſpan. primog. lib.1. c.25. nu.22. Riminald. iun. Tiraqu. Surd. & Petr. Greg. in locis relatis per Maſtrill. deciſ.12. num.1.* adde etiam *Peregr. Conſil. Theodor. Cened. Parid. & Eſcobar,* de quibus meminit *Mele ad d. deciſ. Gizzarell.34. num.89.* & nouiſſimo loco *D. Reg. Conſtant. in l.1. C. pœnis fiſcal. cred. præfer. nu.70.*

2 Iuxtà quæ format quæſtionem *Bar. in d. l. fin. num.1. ff. ſol. matrim.* de Caſtro

cum iuriſdictione dato per mulierem in dotem viro, & concludit Caſtro taliter dato omnes confiſcationes, cõdemnationes, & mulctas ſpectare ad virum vſufructuarium, illius vita durante, *Bartolum* ſequuntur *ibi Doctores* communiter, quibus addendi ſunt *Franc. Tigrin. Martin. Laud. Camerar. Iacob. & Capyc.* relati per *Gizzarell. d. deciſ.* 34. *nu.* 19. & vltra per *ipſum* relatos *Boer. deciſ.* 180. *nu.* 4. ac *Papon.* de quo meminit *Ariſmin. Tepat. var. concluſ. iur. tit.* 456. *c.* 29. alios etiam recenſet *Barboſa in l. diuortio* §. *ſi vir nu.* 41. *ff. ſol. matrim.*

3 Et quamuis à *Bartolo* diſcedat *Baldus* in ſolo caſu confiſcationis bonorum immobilium, quæ cedere tradit in beneficium vxoris dantis, ceù proprietariç, nõ verò mariti vſufructuarij: attamen aduersùs *Baldum* pro *Bartolo* inuehit *Paulus de Caſtro* bonis rationibus, de quibus per *eum*, & notat *Additio ad eundẽ Bar. ibi*, & ita quòad vtrumque caſum concordant communiter *Doctores*, tàm *ibi*, quàm *alibi*, quemadmodùm etiam poſt multos, quos refert profitetur *Barboſa d.* §. *ſi vir num.* 42. ijs etiam adde *Amęd. à Ponte in qq. Laudimial. q.* 29. *num.* 6. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *c.* 25. ac *Gutier. de tutel. p.* 3. *c.* 24. *nu.* 9. vbi alios etiam recenſet, & profitetur cum omnibus ſuprà relatis *nu.* 1. *&* 2. in præfatis caſibus *à nu.* 9. *vſque ad nu.* 10.

Aduertas tamen, quòd quicquid excipi poſſit ex *tex. d. l. mulctarum C. de modo mulctar.* ac ex *c. vnic. tit. quæ ſint regal. in vſib. feud.* quibus cauetur, dictas pœnas, mulctas, ac confiſcationes ſpectare

4 ad Principem, intelligendum eſt tamen illud, vt habeat locũ in Terris immediatè ipſi Principi ſubiectis, non verò quòad mediatè ſubiectas: nàm in tali caſu ſpectabunt ad ipſos Dominos mediatos, & ſic ad Barones, ſeù feudatarios de illis inueſtitos, non verò ad Principem inueſtientem, vt benè declarat *And. de Iſern. in c.* 1. §. *quinimo, &* §. *poſt natale de pace tenend. in vſib. feud.* vbi expreſsè concludit, quòd fructus prouentuum, & cõdemnationum in pecunia, quæ fiunt in Terris Baronum, ſunt Baronis, adde *Angel. in* §. *fin. in Auth. vt nulli Iudic.* de vtriſque meminit *Capyc. deciſ.* 185. *nu.* 3. prout in ſpecie etiam de confiſcatione, ſiuè publicatione bonorum, quòd ſcilicet ſint fructus iuriſdictionis, & ſpectent ad Baronem, tradit deciſum per Sacrũ Conſilium *Viuius deciſ.* 237. *in fine*, de hac deciſione Sacri Conſilij in cauſa Comitis Mõtellæ cum quodam ſuo vaſallo meminit *D. Conſtant. in d. l.* 1. *C. pœnis fiſcal. cred. præfer. nu.* 6. ac *D. Rouit. ſuper pragm.* 1. *de vſur. nu.* 21.

6 Hoc tamen intelligas, quando Baro eſt de illis particulariter inueſtitus à Domino directo, eò quia cùm ſint de Regalibus, vt *in d. tit. quæ ſint regal.* non habebunt in dubio Barones eorum intentionem fundatam de iure circa exactionem ad eorum beneficium, niſi habeant ſpeciale priuilegium de hoc, & inueſtituram, vt tradit *Capyc. in ſua inueſt. feud. in* §. *feudorum clauſulæ verſ. cum mulctarum, pœnarumque compendijs fol.* 126. poſt *Aluarot. in c.* 1. §. *ſi quis aliam col. fin. in vlt. oppoſit. nu.* 6. *de pace tenẽda,*

7 qui tamen dixerunt, venire nihilominùs per clauſulam illam *cum omnibus iuriſdictionibus, & fructibus, & prouentibus.*

8 Et ex his nõ eſt ſimpliciter recipiendũ id, quod tradit *Capibl. de Baron. pragm.* 8. *n.* 112. dicẽs, per inueſtituram factam de mero, & mixto imperio venire omnes pœnas, ac ſubintrare infeudatos in locum Fiſci: nàm oportet, vt vltrà inueſtituram de mero, & mixto imperio, ſint etiam ſpecialiter inueſtiti de fructibus, & prouẽtibus: nàm aliàs eſſemus in terminis *d. l. mulctarum*, qua cauetur, dictas pœnas ſpectare ad Principem, ſufficiet tamen ſi fuerit inueſtitus de mero, & mixto imperio cum regalibus, eò quòd per inueſtiturã taliter factam de regalibus, cùm mulctarum, pęnarum, & confiſcationum compẽdia ſint de regalibus, venient vtiq; ſub illa, ex quo per dictam conceſſionem de regalibus, & mero, & mixto imperio, priuat ſe Princeps iuriſdictione, & emolumẽtis, vt in caſu relato per *Theſ. dec.* 132. *nu.* 2. exceptis tamen confiſcationibus bonorũ in crimine læſæ Maieſtatis, quę reſeruantur ipſi Principi in ſignũ ſupremę Maieſtatis, ſecundùm *Nattã, Boſſium, Roland. & Alciatum* rela-

Digitized by Google

relatos per *eundem Theſ. loco cit.* quicquid cenſuerint alij ab *eodem Theſauro* relati: nàm ita irrepſit vbique obſeruantia, non obſtante inueſtitura facta de regalibus, ac de pęnarum, mulctarum, & confiſcationum compendijs, ac fructibus.

10 Aduertas inſuper, quòd dicuntur fructus iuriſdictionis, non verò Caſtri, eò quòd poteſt dari Caſtrum abſque iuriſdictione, & è contrà iuriſdictio Caſtri abſque dominio illius, in tantum, vt (quod plus) Caſtrum ſit etiam allodiale alterius, iuriſdictio verò eiuſdem, vti de iure publico, ſemper cenſebitur in feudum, vt benè declarat *Capyc. in d. inueſt. feud. in verbo feudales appellationes verſ. Epiſcopus in fine fol.* 75. item in §. *feudorum clauſula in verbo Caſtris verſ. & caſtra omnia circa finem fol.* 101. *ac in* §. *feudorum genera verſ. præſumitur iuriſdictio fol.* 224. vbi dicit, poſſe ſtare ſimul, quòd corpora locorum, putà Caſtra teneantur iure priuato, & ſint allodialia, iuriſdictio tamen habeatur iure publico, allegat *Innoc. in c. cæterùm de iudic.* tradentem differẽtiam inter feudũ rerum, & feudũ iuriſdictionis, quæ differẽtia eſt ſatis cõmendanda ad intellectum ſupra traditorum, ac infrà etiam dicendorum.

11 Ad quem modò ſpectẽt, & cuius ſint fructus, pœnæ, & mulctæ, ac confiſcationes, ſi ſcilicet meri imperij, an verò iuriſdictionis in caſu, quo in eadem Terra fuerit vnus inueſtitus de cauſis criminalibus, pro quibus debeat inferri pęna mortis, aùt mutilationis mẽbri, aùt exilij, ſiuè mortis ciuilis, alter verò de iuriſdictione ciuili, fuit examinatũ apud *Capyc. deciſ.* 27. *nu.* 12. ac diffinitũ per Sacrũ Conſilium apud *eundem ibidẽ nu.* 19. cũ diſtinctione, quòd aùt .ſ. commutatio fit ex volũtate, putà quia vigore literarum arbitrariarum, de quibus eſt inueſtitus Baro iuriſdictionis criminalis ex diſpoſitione *Cap. Regni Exercere volẽtes* 221. in ordine, aùt ex forma ſuorum priuilegiorum, ad notata in *c. eiuſdem Regni* 252. in ordine incip. *Adperuerſorum*, ipſe Baro iuriſdictionis criminalis cõmutet, & in hoc caſu ad ipſum ſpectabunt, quando verò ex neceſſitate, vt quia ex aliqua cauſa eſt pęna minorãda, iuxtà terminos *d. c. Regni Adperuerſorum*, & in tali caſu ſpectabunt ad Baronem ciuilis iuriſdictionis, ita poſt *Capyc. loco cit.* notat *Niger in d. c. Adperuerſorum nu.* 22. & rurſùs in *commentar. ad Pragm.* 2. *de iuriſdict. inuic. non turb. ac Carau. ſuper ritu* 272. *nu.* 8. quam diſtinctionem eſſe ſatis notãdam, vti in Regno receptam tradit *D. Reg. Conſtant. in d. l.* 1. *C. pęnis fiſcal. cred. præf. nu.* 37. Eſt tamen benè verum, quòd ſecũdum præfatæ diſtinctionis caput reddit dubitabile *ibi nu.* 38. vbi ſubdit in calce *d. nu.* 38. eſſe cogitãdum ſuper illo, cũ caſus acciderit, & rectè quidẽ, cùm ad hoc vltra adducta per ipſum *D.* faciat etiam *tex. in l. ſi id, quod* 34. *ff. de donat.* qua cauetur, & excipitur axioma indubitatum, ſemper .ſ. eſſe inſpiciẽdam cauſam originalẽ, per quem *tex.* vt infra pariter dicemus in 3. *illat. num.* 76. concludit *Andr. de Iſern. in c. imperialem* §. *præterea ſi quis infeudatus ſub n.* 28. quòd ſi pœna eſſet commiſſa ex delicto, & peteretur ciuiliter ex promiſſione, ſemper erit dijudicãda criminalis, ſcilicet ex delicto, attenta cauſa originali. Verùm, vt infrà etiam dicã *d. illat.* 3. *ſub nu.* 79. hoc totum intelligitur de iure cõmuni, ſecùs verò de iure Regni ex diſpoſitione *Regiæ Pragm.* 2. *de iuriſdict. inuic. non turb.* per

12 quam cùm conſtitutũ, ſiuè declaratum ſit, ad iuriſdictionẽ ciuilem ſpectare omnes caſus, culpas, & crimina, in quibus nõ venit imponenda pęna mortis naturalis, aùt ciuilis, ac mutilatio membrorum principaliter. Cætera verò, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, aùt ciuilis, aùt mutilatio membrorum principaliter ſpectare ad iuriſdictionem criminalem, non video quomodò poſſint ſubſiſtere tradita per *D. Conſtant.* ad excluſionem dicti ſecundi capitis relati per *Capyc. loco cit.* attento dicto iure Regni.

13 Infertur modò ex præfatis ad quæſtionem aliàs excitatam in Sacro Conſilio, & per idẽ reſolutã apud *eundẽ Capyc. in deciſ.* 185. *per totam*, vtrùm .ſ. in legato, aùt conceſſione fructuum Caſtri veniat etiam iuriſdictio ipſius Caſtri, ità

V 2 vt

vt legatarius, aùt taliter conceſſionarius poſſit cōſtituere Capitaneū, aliaq; exercere, quæ ad iuriſdictionem pertinent ipſius Caſtri, in qua tradit, fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium non venire, & conſequenter non ſpectare ad legatarium, nec creationem Officialium, nec fructus iuriſdictionis criminalis.

Sed quia in reſolutione iſtius quæſtionis fuit dubitatū ſuper diſpoſitis per *tex. in l. eleganter §. fin. ff. de pignor. act.* ex quo excipitur, quòd creditor, qui pro maleficijs ſeruorum eos coercuit, aùt vinxit, aut obtulit Prefecturæ, aut Preſidi, non tenetur actione pignoratitia, ſi fuerit ille factus deterior, & ex quo *tex.* deſumpſit *Roman. in ſingul.* 554. incip. *quæritur à me*, creditorem, cui fuit datum Caſtrum in pignus, poſſe exercere iuriſdictionem, eſt proinde diſcutienda poſitio *Romani*, an ſcilicet rectè deſumatur ab eo *tex.*

Et quamuis ad ipſius intellectum tradat ipſe *Capyc. ibi nu.* 2. fuiſſe in caſu *Romani d. ſing.* 554. datum in pignus Caſtrum cum iuriſdictione, non autem merum imperium, quę ſunt differentia inter ſe, vt patet ex ſuprà poſitis, ac quòd *tex. d. §. fin.* loquatur de coerctionibus, & vinculis, quæ poſſunt eſſe de modica iuriſdictione. Rursùs quòd licèt *tex.* ille loquatur de oblatione facta Præſidi, poteſt id nihilominùs intelligi de minore Magiſtratu, ad *tex. in § audient in Auth. de defenſ. ciuit.* attamen non videtur reſponſio iſthæc *Capicij* taliter adæquata, ita vt totaliter eneruet poſitionem *Romani*: quinimò videtur diuinatiua aſſertio, dùm non id exprimit *Romanus*, fuiſſe ſcilicet datum in pignus Caſtrum cū iuriſdictione, ſed tantùm ſimpliciter dicit, fuiſſe datum Caſtrum in pignus.

14 Verus itaque intellectus (ſaluo ſemper ſaniori cuiuſpiam rectiùs intelligentis iudicio) conſtituitur ex differentia intercedēte inter coerctionem in ſeruum, in vinculaque coniectionem, & iuriſ-
15 dictionem Caſtri: Nàm Caſtrum poteſt concedi abſque iuriſdictione, & è contrà iuriſdictio abſque Caſtro, in tantum, vt non ſit vnum acceſſorium, nec pars integralis alterius; ita vt vno conceſſo, veniat in conſequentiam alterum; & ſic nō eſt de eſſentia Caſtri, vt habeat poſſeſſor illius etiam iuriſdictionem in ipſo, vt patet ex ſupra poſitis: At coerctio in ſeruum, ac coniectio in vincula, ſemper, & vbique cenſetur in conſequentiam, & vti acceſſoriū poſſeſſionis illius, adeò vt non poſſit poſſideri ſeruus, ſiuè iure dominij poſſideatur, ſiue pignore, ſiuè præcario, ſiuè aliàs, quin non competat poſſidenti coerctio in ipſum, ac coniectio in vincula.

16 Hoc ipſum facilius reddetur, ſi oſtenderimus, iure licere Domino, ac licere etiam poſſeſſori coerctionem in illum, ac in vincula coniectionem. Et quòad Dominum vltra tradita per *tex. in l.* 1. iuncta *gloſ. in verbo ſine cauſa ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. iur.* patet diſertis verbis in *l.* 1. *C. de emendat. ſeruor.* vbi *Conſtantinus Cæſar* ſic ſanxit, *Si virgis, aùt loris Dominus ſeruum afflixerit, aùt cuſtodiæ cauſa in vincula coniecerit dierum diſtinctione, ſiuè interpretatione depulſa, nullum criminis metum ſeruo mortuo ſuſtineat.* Et ſubdit, *Nec verò immoderatè ſuo iure vtatur, ſed tunc reus homicidij, &c.* Ergò coercendo Dominus ſeruum, ac in vincula cuſtodiæ cauſa conijciendo, aliaque deſuper notata faciendo, ſuo iure proprio vtitur.

Quo modo ad poſseſsores tantùm illorum, excipitur ex *l. qui ſeruum* 96. *ff. de verb. oblig.* in qua habetur, quòd ſi quis promiſerit ex ſtipulatu alteri ſeruum, ſi antequàm tradiderit, deprehenderit illum in facinore, poteſt in eum ſæuire, ità vt non detur vtilis actio contrà ſęuientē, ecce dominium erat apud alium translatum per ſtipulationem, poſſeſſio verò tantummodò erat pœnès promittentem, & dicit, competere poſseſsori coerctionem, per legem impartitam.

Rursùs ex *l. quid ergo ſi neminem §. ſi hæres ff. de legat.* 1. vbi *Vlpianus* tradit, quòd ſi hæres ob facinus occiderit ſeruum alteri legatum, non tenebitur, ſecùs tamen ſi noxæ dederit, quia poteſt redimere. Vnde ratione ſolius poſseſſionis, quæ datur hęredi poſſidenti (cùm dominium ſpectet ad legatarium) nedùm coerctio, verùm etiam ſæuitia in caſu

Digitized by Google

caſu permiſſo videtur conceſſa.

Ac tandem ex eadem *l. eleganter §. fi. ff. de pign. act.* in qua idem *Vlpianus* tradit, quòd ſi creditor ſeruum pignori acceptum malè tractauerit, vel debilitauerit pro ſuis maleficijs, aùt coercuerit, vel vinxerit, aùt tradiderit Præfecturæ illum caſtigandum, non tenebitur actione pignoratitia. Et ſic creditor ratione ſolius poſſeſſionis pignoris cauſa poteſt coercere ſeruum, vincere, ac Pręfecturæ tradere caſtigandum in conformitatem illius, quod de Domino poſſidente cautum eſt in *d. l. 1. C. de emendat. ſeru.*

Si igitur proprio iure competit poſſeſſori coërctio in ſeruum, ac in vincula coniectio, ſiuè Dominus ille ſit, ſiuè tãtùm poſſeſſor, ità vt non ſit neceſſe ſpeciale pactum à Domino, vt poſſit poſſeſſor talia exercere, cùm etiam inuito Domino poſſit, vt patet ex dictis iuribus denegantibus actionem aduersùs poſſeſſorem ſæuientem ergà ſeruum. E contrà verò poteſt dari Caſtrum ſine iuriſdictione, & iuriſdictio ſine Caſtro, non conuenientiæ, aùt paritatis, ſed benè diſcriminis, ac diſparitatis ratio intercedit inter vnum, & alterum caſum, & proinde malè excepit à *d. l. eleganter §. fin. ff. de pignorat. act. Romanus* axioma ab ipſo propoſitum in *d. ſingul.* 554. poſſe ſcilicet creditorem, cui fuit datum Caſtrum in pignus exercere iuriſdictionem: Niſi in ſpecie fuerit etiam conceſſa dicta iuriſdictio, ac illius exercitium, & conſequẽter rectè decreuiſſe Sacrum Conſilium in caſu allato per *Capyc. d. deciſ.* 185. non potuiſſe ſcilicet ſpectare ad legatarium exercitium iuriſdictionis, nec creationem Officialium, eò quia fuerũt ſibi legati fructus Caſtri, in ſimili quæſtionem excitauit, & reſoluit *Bellug. in Spec. Princ. rubr. 23. in verſ. ſed pone in princ.* de quo nullus ex præfatis meminit, & in ea refert deciſum pro proprietario contra vſufructuarium.

17 Pro cognitione modò terminorum eſt præmuniendum, pœnas, & mulctas poſſe differre inter ſe, & vti genus, & ſpeciem, ac vti ſpecies: cùm pęna ſit generale nomen, & coërctio omnium delictorum, & ſic pœna imponitur pro delicto communi, & generali, vt puta pro furto, adulterio, & huiuſmodi: Mulcta verò eſt ſpecialis tantùm peccati, cuius animaduerſio pecuniaria eſt. Et ſic pęna dicetur illa, quę eſt à lege ſtatuta, ſiuè ſit corporalis, ſiuè pecuniaria, cùm vtroque modo eſſe poſſit, ſufficit enim, quòd certa ſit à lege cauta, ita vt pęna dici poſſit, è contrà verò mulcta eſt peccati animaduerſio pecuniaria Iudicis arbitrio ſtatuenda, ita declarat, ac diſertis verbis diffinit *Vlpianus in l. aliud* 131. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* vbi *gloſ. in verbo competit*, adde alium *tex. in l. ſi qua pœna ff. eod. tit. Carau. ſuper pragmat. de Senatuſconſ. Maced. §. 3. in princ. Peregr. de iure Fiſci lib. 4. tit. 8. num. 2. ac D. Rouit. deciſ. 91. num. 24.* ante ipſos declarauit *Bar.* ac etiam *Alexander in d. l. ſi qua pœna ff. dè verb. ſignificat.* Alias ſubdit differentias inter pęnam, & mulctam, vltrà relatas per *Vlpianum gloſ. ibidem d. verbo competenti*, vt per *eam*, ac cęteris pleniùs *Rebuff. in commentarijs ad d. l. ſi qua pœna, & in l. aliud eſt §. 1. ff. eod. tit. de verb. ſignif.* vbi treſdecim cumulat differentias inter vtramque. Potiſſima tamen videtur ea differentia, quam ſubdit *Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 8. num. 2.* dicens, quòd cùm pęna à lege cõſtituatur, mulcta verò Iudicis arbitrio iudicatur, vt ſuprà, propterea à mulcta per Iudicem indicta appellatur, eò quòd eſt grauamen à Iudice illatum, à pœna verò non appellatur, ceù grauamine à lege illato. Aliam ſubdit *ibidem* differentiam, quia pœna indicitur officio Iudicis mercenario, accuſationi, vel actioni deſeruiente, mulcta verò indicitur officio Iudicis Nobili, adducit *Bar. in l. Iudex poſteaquàm in prima oppoſit. & ibi etiam Alex. ſub nu. 3. ff. de re iudic.*

18 Pęna igitur, ac mulcta ſunt arma, quibus tuetur iuriſdictio, ſic permittente iure, vt ſcilicet liceat Magiſtratibus defẽdere iuriſdictionem pęna, aùt mulcta, ad *tex. in l. 1. ff. ſi quis iuſdic. non obtemper.* iuxta quæ dixit *Horatius*, de quo meminit *gloſ. in l. 1. in verbo metu pœnarum ff. de iuſt. & iure. Oderunt peccare mali formidine pœna.*

19 Cùm ergò mulcta ſit pęna pecuniaria

ria ſpecialis peccati,extendenda illa erit non tantùm in caſu,quo fuerit ante delictum cauta, verùm etiam in caſu, quo præuia diſpẽſatione, ac priuilegio Principis permiſſum eſt Domino mediato commutare pęnam corporalem in pecuniariam, quæ incerta eſt à principio. Dixi, ſpeciali priuilegio, eò quòd id ſolius Principis eſt, vt commutare poſſit *Andr.de Iſern.tit. quæ ſint regal.in verbo & bona committẽtium crimen læſæ maieſtatis nu.75.in fine,Capyc.in inueſt.feud. §.feudorum clauſulæ in verbo cum mulctarum,pœnarumque compendijs fol.126.*

Sed quia mulctarum,ac pecuniariarũ pęnarum exactio,quas cõmuniter, Prouentus,appellant omnes, eſt valdè frequens in Regno,& eſt fructus principalior iuriſdictionis feudi Baronũ,cùm eorũ omnibus, quibus impartita eſt iuriſdictio criminalis cum mero,& mixto imperio in Feudum, ſit etiam communicata facultas quatuor literarum arbitrariarũ, inter quas ſunt illa, de qua *in cap. Regn.Exercere volentes* 121.in ordine,ac alia in *cap. Ad peruerſorum*, quorum vigore indulgetur, vt poſſint componere de delictis,quinimò,quòd plus,nominatim, & in ſpecie cum facultate commutandi pœnas de corporali in pecuniariam,ante ſententiam tamen, & cõcor-
20 data Parte, eò quòd poſt ſententiam habentes merum imperium nõ poſſunt facere gratiam condemnato propter delictum,ad *tex. in l.1.§.fin. in fine ff. de quæſt. ac in l. Diui fratres ff. de pęn.* per quem ſic concludunt *Iacobin. in ſua inueſtit. feud. in verbo cum mero col.2.* ac *Capyc.in conſimili inueſtit.feud. §.feudorum clauſulæ in verbo etiam poſt ſententiam*,adde *tex.in l. relegati in fine ff. de quæſt.& in l.1.C. de legib. ac Afflict. & Andr. de Iſern.in locis relatis per Carau. ritu 271.nu.21.ac etiam Luc. de Penn. in l.1. C. de deſertor. num.42.lib.12.* Eſt ta-
21 men benè verum, quòd poterunt pendente appellatione apud Iudicem ſecũdarum cauſarum eiuſdem Baronis, ſi contingerit fuiſſe appellatum; vt deciſum per Sacrum Conſilium tradit *D. de Franch. deciſ.* 70. & *Nos* aliàs tetigimus in noſtro *tract. de reſtit.interd.in gloſ.2.* *num.28.* quemadmodum nec etiam re-
22 mittendi crimina, tàm capitalia, quàm non capitalia, non concordata Parte, cũ ſit illud proprium; Principi reſeruatum,& ex cauſa,in ſignum ſuæ ſupremæ poteſtatis,ſecundùm *Andr. de Iſern. & Afflict.in locis*, de quibus apud *Carauit. ibidem num.* 21. quamuis nõ deſint aliqui Barones in Regno,quibus ſit etiã impartita iſta particularis prærogatiua commutãdi, remittendi,ac indulgendi, etiam poſt ſententiam, ac Parte non concordata, inter quos ſunt Princeps Biſiniani, ac Dux Martinæ,vt tradit *Capiblanc.de Baron.Pragm.6.nu.24.* proindè inſiſtendo aliquantulum ſuper materia iſta, præmuniendum ſtatuo, dari dif-
23 ferentiam inter componere, tranſigere,commutare,& remittere, ſiuè indulgere.

Compoſitio verſatur circà delictum liquidum,quod aùt probationibus, aut confeſſione inquiſiti innoteſcit.

Tranſactio eſt de delicto dubio,vt infrà patebit.

Commutare eſt propriè mutare pęnam corporalem in pecuniariam.

Remiſſio, ſiuè indultus eſt abolitio totalis delicti, quam vulgò gratiam de delictis appellamus.

Propriùs autem modò ad præfata, & materiam ipſarum promiſcuè accedendo concludo,quòd compoſitio, & tranſactio licèt de iure communi ſint ſynonima,ita vt vnum,& idem ſignificent,vt patet ex *tex.in l. ab accuſatione 6. ff. ad Turpill.*vbi *gloſ. in verbo locutus* appellat tranſactionem, quam *Paulus in eo tex.* dicit compoſitionem, ac in *cap. de cætero,ac cap.final. extra de tranſact.* in quibus quod dicitur in rubro, ſcilicet de tranſactionibus, ibi explicatur in nigro ſub verbo,ſeù nomine compoſitio, per quæ iura ſic firmant *Luc. de Penn. in l.1. num.43.C.de deſertor. lib.* 12. ac *Paris de Puteo in tract.Syndic. in verbo compoſitio c.1.nu.6.* & vtraque eſt commutatio pœnæ corporalis in pecuniariam, vt patet ex *tex. in cap. præsbiteri extra de pęnis*, quem in id rectè expendit *Luc. de Penn. d.l.1.nu.44.* attamen poteſt dari inter illas aliqualis differentia: Nàm compoſi-

tio

24 tio dicitur quæ fit in caſu liquido, vel confeſſato. Tranſactio verò eſt, quæ fit ſuper dubio ſtatu criminis. Quãdo enim Iudex ex rigore iuris, quia ſcilicet ſic conſtat ex probatis,& deductis in actis, poteſt, ac debet condemnare delinquẽtem in pœnam corporalem, & virtute facultatis ſibi attributæ, vt poſſit commutare pęnam corporalem in pecuniariam, intercedentibus etiam alijs cauſis, de quibus infrà dicemus, condemnat ipſum in pecunia, dicitur tũc tranſactio. Sic excipi licet ex *Conſtit. Regni Aſperitatem*, vbi condemnatio illa, quæ attento iure communi debebat eſſe perſonalis, commutata poſtmodùm ibi in pecuniariam, appellatur tranſactio. Et ità intelliguntur verba ambiguè prolata per *Afſl. ibi nu.* 11. ac per *D. Rouit. in rubr. pragm. de compoſit. num.* 1. dum dicunt, quòd compoſitio dicitur propriè condemnatio pecuniaria, quã facit Iudex, vt ſcilicet intelligatur in caſu, quo condemnatio in pœnam corporalem fieri debebat, & fuit facta in pecuniariam.

Quando verò Iudex non condemnat ex probationibus factis,& ſic ex meritis cauſæ, ſed benè ſtante dubietate probationum, aùt aliarum extrinſecarũ qualitatum, admittit reum ad tranſactionem, tunc dicitur, non compoſitio, ſed benè tranſactio, vt aduertit idem *D. Rouit. ibidem ſub num.* 2. vbi *num.* 3. adducit vnum notabile, ad quod, dicit, nullũ Baronem aduertere, quòd ſcilicet non poſſit aliquis ad compoſitionem admitti, niſi conſtet de delicto per teſtes, vel per cõfeſsionem inquiſiti, adducit in id *Ritum M.C.V.* 276. expreſsè hoc cauentem.

Duas differentias inter compoſitionem, & tranſactionem de mente aliorum, quos refert tradit *Capiblanc. de Baron. pragm.* 6. *nu.* 25. *&* 26. Prima eſt, quia compoſitio cùm reſultet ex crimine liquido, aùt per probationes, aùt per cõfeſſionem, infamat, tranſactio verò, vti ſuper dubio delicti ſtatu non infamat. Amplia, vt neque liberetur ab infamia contracta per delictũ in caſu abolitionis ſecutæ vigore generalis indultus emanati à Principe, ex diſpoſitione *tex. in l.* 1. *C. de general. abolit.* quinimò tanto magis remanet notatus infamia, cùm Princeps non aboleat crimen, ſed tantùm accuſationẽ, adde ad hoc *Alber. & Andr. de Iſern.* relatos per *D. Rouit. ſuper rubr. pragm. de abolitionib. nu.* 4. *&* 5.

Secunda differentia eſt, quia tranſactio reuiuiſcit nouis ſuperuenientibus indicijs, compoſitio verò nouis ſuperuenientibus non reuiuiſcit. Eſt benè verum, quòd ſubdit, iſtam ſecundam differẽtiam eſſe communiter exploſam: nàm ſiuè per compoſitionem, ſiuè per tranſactionem fuerint delicta ſublata, adhùc nouis ſuperuenientibus non reuiuiſcunt ampliùs, adducit *Grillan. & Parid. de Puteo* in locis inibi per *ipſum* commemoratis.

Quicquid tamen ſit de iſtis differentijs inter compoſitionem,& tranſactionem, cùm eæ hodiè confundantur in admiſſione ad ipſas, ex eo, quòd inſtantes pro illis, in ſupplicationibus, aùt petitionibus dicunt, quòad finem ſe redimendi à vexationibus, cùm non poſſint, aùt propter paupertatem, aùt aliud extrinſecum ſe defendere, nec demonſtrare eorum innocentiam, ſe ſubmittunt gratijs Curiæ,& petunt admitti ad amicabilem, & tolerabilem tranſactionem,& compoſitionem, videntur pęnitùs ſublatæ differentiæ deſuper allatæ inter ipſas, ita vt nec infament, nec reuiuiſcant amplius crimina. Reuertendo modò ad id, quod ſuprà dicebamus, nõ poſſe ſcilicet aliquem admitti ad compoſitionem, ſiuè tranſactionem, niſi cõſtito de delicto per teſtes, vel per confeſſionem, iure inductum eſt, quòd quãdo inquiſiti remittunt ſe gratijs Curiæ, & petunt admitti ad tolerabilem tranſactionem, aut compoſitionem, non per hoc poterunt Barones, aùt eorum Officiales habere largas habenas, & immodicè illos grauare, ſed benè miſericorditer cum illis agere debent: nàm
25 aliàs ab immodica, & exceſsiua tranſactione, & compoſitione poſſent inquiſiti appellare, prout deciſum per Sacrũ Conſilium tradit *Gizzarell. deciſ.* 57. ſecundùm priorem impreſsionem, ſecundùm verò ſecundam *deciſ.* 55. *per totam*, per quod dicit, fuiſſe non tantùm ad-

miſſam

Digitized by Google

miſſam appellationem, verùm etiam reductam compoſitionem factam per Baronem ad ratam per idem Sacrum Conſilium arbitratam, adde ad id *D. Rouit. d.rubr.pragm. de compoſit.nu.*11. *ac prag.* 8.*eod.tit. num.*9. vbi alios etiam adducit, ac *Capliblanc.in pract.quaſt.ad prag.*6.*de Baron.c.*7.*ſub n.*11.*cũ ſeqq.* vbi paulò ante,& ſic ſub *nu.*12.dixit, quòd poſt factã compoſitionem,ſiuè tranſactionem non poſſunt Barones pœnitere, ad finem vt ſi vaſalli inquiſiti grauati appellauerint ab immodica, & exceſſiua tranſactione, poſſint dicere,omnia reponantur ad priſtinum, reuertantur ad carceres, & tranſactio, ſiuè compoſitio habeatur pro non facta.

Ad hoc autem vt Barones poſſint trãſigere, componere, commutare, aut indulgere de delictis multa requiruntur, &

Primò, quòd habeant in ſpecie facultatem iſtam,indulgendi, tranſigendi,ſeù componendi, aut commutandi pœnam corporalem in pecuniariam, cum elargitione quatuor literarum arbitralium, vt ſuprà traditum eſt.

26 Secundò, quòd præcedat remiſsio Partis offenſæ: cùm aliàs abſque Partis offenſæ remiſsione ſit ſoli Principi reſeruatum ex cauſa,ad *text.in l.generalis,in l. cùm indulgendo,*iuncto *toto tit. C. de ſent. tent.paſſis,*cum cæteris coaceruatis per *Cacheran.deciſ.*101.*nu.* 1.adde *Burſatum in conſ.*177.*nu.*1.*lib.*2. *Theſ.deciſ.*21.*in princ.ac D. Rouitum,*alios etiam referentem ſuper *Rubr.pragm. de abolit.nu.*9.*&* 10.Ratio eſt, quia Princeps ſuprà legem

27 eſt *l.Princeps ff. de legib.* Et proindè fiet in Principe omnis pœna arbitraria. Et dixit *Baldus in l.*1.*col.*8 *.verſ.vltimò opponitur C.de ſumma Trinit. & fide Cathol.*

28 quòd arbitrium ſuũ ſumit ex motu cœleſti,ſequuntur illum *Felin.in cap. Qualiter, & quando in* §. *ad corrigendos nu.*17. *de accuſat. Afflict. in cap.* 1. *in verbo & bona committentium nu.* 160. *tit. quæ ſint regal.in uſ.feud.*adde *Grammaticum,*alios referentem *deciſ.*36.*nu.*13 *.ac Caſſan. in Cathal.glor.mund.part.*5 *.conſider.*24. *nu.* 34. *&* 37. Et hoc tàm in præiudicium agnatorum occiſi,ac in præiudicium etiã Reipublicę reſpectu vindictę publicę,ſecundùm *Diuum Thom. in* 2.2. *quaſt.*68. *in fine,*de quo meminit *Afflict. loco citat. num.* 155. quàm pariter in præiudicium offenſi viuentis. Factum enim Principis, cùm permiſsione Dei factum cenſeatur, omninò tolerandum eſt,vt dixere *Angel.* & cæteri in *l.contentionem ff.de pact.*adde *Iaſ.in l. venia col.fin. C. de in ius voc. ac Afflict. loco cit.num.* 156. Intelligendo tamen de abſoluta ipſius Principis poteſtate: nam ſecus de ordinaria, eò quòd in tali caſu ius tertij læderetur, vt dixit in proprijs terminis *Grammat. voto* 36.*nu.* 10.& antè *ipſum* voluerunt *gloſ. & DD. in l.*2.*C.de in ius voc.*

Et quàmuis aliqui Barones in Regno habeant hoc priuilegium indulgẽdi, etiã Parte non concordata, non debent tamen illo abuti: nàm aliàs eſſent reprehenſione digni, quemadmodùm in aduẽtu Inuictiſsimi Imperatoris Caroli V. fœlicis mem. in hoc Regnũ fuit obiurgatum ab ipſo cuidam Proceri habenti tale priuilegium, quòd malè feciſſet ſic indulgendo,dùm nec ipſe Imperator id faceret, attenta adhùc eius ſuprema poteſtate abſque iuſta cauſa.

Iuxtà quæ refert *D. de Ponte in tract. de poteſt.Proreg.tit. de prouiſ.fier.ſolit.*§.4.

29 *num.*6. quòd licèt Proreges Regni vti alter Ego Domini Regis, nedùm habeãt poteſtatem indultandi, & commutandi abſque Partis remiſsione,verùm poſſunt illam alteri etiam delegare, quemadmodùm(vt plurimùm)delegant Commiſſarijs Generalibus de Campanea:attamen non concurrente cauſa tali,non poſſunt, & ſi id faciunt, per Supremum Italiæ Conſiliũ apud Catholicam Maieſtatem, in Hiſpania reſidens reuocatur, prout in facto refert, fuiſſe reuocatam quandam gratiam factam à Prorege abſque Partis remiſsione.

Aliud exemplum ante *ipſum* attulit de hoc *Annaſen.in repetit.cap.*1. *de vaſallo decrep. ætatis num.* 252. vbi tradit, quòd cùm per Proregem tunc temporis Regni fuiſſet quidam aggratiatus abſque Partis offenſæ remiſsione, in aduentu poſtmodùm Proregis ſucceſſoris, fuit ad inſtantiam Partis quærelantis aggratiatus ille captus,& examinata cauſa, vigore

re etiã literarum expeditarum in Supremo Italiæ Conſilio, ac comperto, quòd abſq. Partis offenſæ remiſſione fuerat indultatus, extitit annullatus indultus, & laqueo ſuſpenſus inquiſitus, non obſtãte indultu. Hoc totũ comprobat *D. de Pont. loco cit.* ex diſpoſitione *Rit. M. C. V.* 272. 273. & 275. quibus cauetur, ne compoſitiones, & gratiæ fiant, non præcedente priùs Partis offenſę remiſſione. Et ſubdit, quòd tametſi vigore alterius *Ritus eiuſdẽ* M. C. *V.* 274. in ordine indulgeatur, poſſe fieri cõpoſitiones, ſaluo iure Partis: attamen ſubdit de mente *Carau. ſuper d. Ritu* 272. fuiſſe illũ correctum per præfatum R*itum* 272. & quòd ob id nullo modo fieri poſſit nec compoſitio, nec gratia cum clauſula illa, *ſaluo iure Partis*.

Et tametſi in Regijs indultibus generalibus, qui quandoque ex cauſa conceduntur per Sereniſsimos Dominos Reges, ſoleat impartiri gratia de delictis in illis nõ exceptuatis, cum præfixione termini inquiſitis, infrà quem valeant procurare Partium offenſarum remiſsiones: attamen D. Rex non facit hoc ex abrupto, & ſine cauſa, ſed benè cum cauſa, putà publicæ lætitiæ, per coniugiũ ipſius, aùt Natiuitatis filij primogeniti, aùt per aſſumptionem ad Regnum: item ex cauſa victoriæ habitæ contrà inimicos, aùt aliàs, vt obſeruari poterit in Regijs indultibus, qui pro tempore emanarunt per Suam Catholicam Maieſtatem, de quibus aliqui habentur in *volu. Reg. pragm. ſub tit. de abolition.* quinimò ſemper in illis additur clauſula, *dummodò infrà illud tempus non accedant ad loca, in quibus degunt Partes offenſæ,* quam clauſulam ordinariè quoq; apponi ſolere in gratijs, quæ obtinẽtur à Sereniſſimis Ducibus Sabaudiæ, & interinantur poſtmodũ in Senatu, teſtatur *Theſ. filius quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 26. in princ.*

30 An autem iſtud de acceſſu ad loca, in quibus degunt Partes offenſæ, militet etiàm in caſu raræ, & momentaneæ habitationis, putà in tranſitu per locum, vbi illæ habitant, notabiliter deducit *D. Rouit. ſuper rubr. pragmat. de abolit. num.* 8. vbi concludit, non cõprehendi caſũ iſtũ poſt *Carauit. & Foller.* per ipſũ citatos.

Item in caſu, quo infrà dictum terminum præfixum ad obtinendam remiſsio-
31 nem Partium, ipſa Pars offenſa per calumniam nollet ſe concordare, ſed peteret pro remiſsione exceſsiuam pecuniarum quantitatẽ, concludit *Lucas de Pen. in l. 1. col. pen. in fine C. de deſertor. lib.* 12. poſſe cogi offenſum, recepta ſatisfactione ad concordiam, ad *text. in cap. ſi quis cõtriſtatus diſt.* 90. & ità deciſum per Senatum Pedemontanum tradit *Theſ. deciſ.* 21. *ſub num.* 3. per quod tradit, fuiſſe moderatũ intereſſe Partis, & deciſum, quòd ſoluto illo iuxtà moderationem factam, aùt factum de eo depoſito, gratia interinetur, de qua obſeruantia teſtatur etiàm *Theſ. filius quæſt. forenſ. lib. 4. q. 26. nu. 3. & 4.* de vtriſq; meminit *D. Rouit. in rubr. pragm. de abolit. nu. 7.*

32 Rurſùs in caſu gratiæ factæ per Principem, aùt alium eius vices agẽtem, cum conditione, quòd non accedat ad loca, in quibus degunt Partes offenſæ, aùt ad Ciuitatem Neapolis, & eius Suburbia, aùt aliò, conditio iſthæc an importet cõditionem, an verò modum, ità vt contraueniendo corruat gratia in totum, an verò teneatur ad obſeruantiam tantùm promiſſorum, adeundus eſt *D. Rouit. deciſ. 4. per totam*, vbi tradit, per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum, importare conditionem, & proindè in caſu, de quo inibi procedendum eſſe ad vlteriora in cauſa principali, non obſtante gratia obtenta, ac quòd ità fuerit ſemper ſeruatum, & adhùc ſeruetur in Magna Curia Vicariæ.

33 Nouiſsimè autem, vt eò reuertamur, vndè digreſsi ſumus, cautum eſt per Regiam pragmat. 21. incip. *Per quanto ſemo informati ſub tit. de Baron.* nè Officiales in ſententia condemnatoria criminali poſsint ſibi ipſis, aùt Baroni reſeruare facultatem indulgendi, moderandi, aùt commutandi pœnam corporalem indictam, in pecuniariam, eò quòd eſſet ſpecies compoſitionis abſque Partis remiſſione, quæ omnino prohibita eſt.

34 Hinc non poſſunt fieri condemnationes in exilium cum clauſula *cum facultate redimendi pro ducatis tot*, quando non intercedit Partis remiſsio,

quemadmodùm nec etiàm, quòd exulet, aùt ſoluat tantam pecuniarum quantitatem, prout declaratum extitit per *Regiam pragmaticam* 45. in ordinę *ſub tit. de offic. Magiſtr. Iuſtit.* nàm aliàs eſſet ſpecies cōpoſitionis, vt dicit *ead. Regia pragmat.* Et licèt clauſula pręfata, *cum facultate redimendi pro ducatis tot*, quandoq; vtatur Magna Curia Vicariæ, hoc tamen facit mediante ſpeciali diſpenſatione D. Proregis Regni, & ad tempus elargita, & in caſibus, in quibus adeſt remiſſio Partis offēſæ, vt fuit mihi relatū per aliquos Scribas Fiſcales dictæ M.C.V. cùm certus ſit Prudentiſsimus D. Prorex pro tēpore, Magnam Cur. Vicariæ, ſiuè eiuſdę Magnificos Dominos Iudices in criminalibus non eſſe facultatę illa abuſuros, ſed benè in occurrentibus caſibus cum magna circumſpectione proceſſuros.

35 Eſt benè verum, quòd *D. de Pont. loc. cit. ſub nu.* 15. in caſu, quo in condemnatione diceretur, exulet, vel ſoluat tātam pecuniarum quātitatem, tradit, iure poſſe ſubſtineri ſententiam, ea ratione, quia in tali caſu eſt certa pęna reſpectu delinquentis, & nihilum repoſitum eſt in Officialis, ſiuè Baronis arbitrium, ad quod propriè reſpexit *Reg. pragm.* cuius intentio fuit tollere arbitrium Baronis in hoc, ſubdēs, quòd nō ſit illud cōponere, diminuere pęnam, vel gratiā facere, ſed condemnare, adeò quòd ſi delictum nō merebatur pœnam pecuniariam, ſed benè perſonalem, hoc non facit ad caſum, ſiuè ad articulū diminutionis pęnæ compoſitionis, aut gratiæ, ſed benè ad iniuſtitiam ſententiæ. Hæc *D. de Pontę loc. cit.* quæ ta-

36 men (ſalua pacę tanti viri) eſt in confeſſo, non poſſe aliquo modo ſubſiſtere de iure, dùm tradit, hoc facere quòad iniuſtitiam ſententiæ, nō verò ad articulum diminutionis pęnę, compoſitionis, aùt gratiæ, quoniàm ſi rectè introſpiciamus & mentem *Regiæ pragm.* ac clauſulæ inueſtituræ, ſiuè priuilegij vires, dùm illis inhibetur commutatio pęnæ corporalis in pecuniariam, ac in ſpecie etiam diminutio illius abſq; Partis offenſæ remiſsione, condemnando poſtmodùm in pœnam pecuniariā, tametſi ſub alternatiua, *aut*, videlicèt, aùt exulet, aùt ſoluat, non video, curnō poſsit dici diminutio pœnę, aùt commutatio. Si etenim fieret illa ſimpliciter, condemnetur. ſ. ad tātam pecuniarum quantitatem, poſſet vtique colorari quod tradit *D. de Pontę ibi*, eò quòd tunc pœna pecuniaria eſſet principaliter certa, & ſtabilita, & ageretur de iuſtitia, aùt iniuſtitia ſententiæ, ſed quia præfigitur certa pœna corporalis, cum facultate tamen ſe eximendi ab illa per ſolutionem quantitatis, in ſententia deductæ, tametſi per dictam alternatiuam, *Aut*, eſſet vtiq; diminuere pœnam corporalem certam ab ipſomet Iudice declaratam, & indictam, pro qua nulla admittitur pecuniaria, eò quòd libertas, quæ adimeretur per exilium eſt res ineſtimabilis, vt inquit *Iuſtinianus in* §. *ſed cùm libertas Inſtitut. quib. ex cauſ. manumitt. non lic.* iuxtà quæ dixit *Poeta*, *Non benè pro toto libertas venditur auro*, quod fuit proprium *Regiæ pragmat.* vt ſcilicèt non tantùm intelligatur prohibita per illam commutatio, aùt compoſitio, verùm etiā diminutio pęnæ, & proindè per dictam alternatiuam fieret fraus, nedùm menti, verùm etiàm expreſsis verbis Statuentis. Probat hoc diſertis verbis *d. Regia prag.* 21. in qua prohibendo Officialibus, tàm domanialibus, quā Baronalibus, nè pœnas ad ſui arbitrium, vel Baronis commutandas referuent, ſubdit hæc verba, *Ma debbiano imponere nelli loro decreti, e ſentēze pena certa, ſin come per le leggi, Cōſtitutioni, Capitoli, e Pragmatiche ſe li deue imponere*. Vndè dùm pęna certa corporalis fuit ab ipſis impoſita, & talis fuit arbitrata meritoria delicti, neſcio quomodò poſsit illa poſtmodū cōmutari in pecuniariā, ità vt vnico tēpore, & in eodem caſu poſsit eſſe corporalis, & pecuniaria ſimul, pp manifeſtā implicationē, & ſūmā cōtradictionē, quā facerēt adinuicē.

Nec facit ad caſū (vt hoc nō omittarur) elargitio literæ arbitralis, de qua in *c.*

37 *Regni Exercere volentes*, quia c. illud agit de cōmutatione in illis caſibus, in quib. nulla pōt intercedere, nec requiritur remiſsio Partis, ceù nō neceſſaria ad illos, quales sūt pęnę portationis armorū, pęnæ fideiuſsionū, & parēdo iuri, itē pęnæ, in quibus mulctatur de iure deſiſtens ab

ac-

Digitized by Google

accuſatione ſine licetia, tàm antè litẽ cõteſtatã, quã poſt, & huiuſmodi. Et licèt in *d.c.* fiat mentio de homicidio clãdeſtino, id tamen intelligitur, nõ de principalibus committentibus dicta homicidia clandeſtina, ſed benè de Vniuerſitate, quæ tenetur pro maleficijs, & homicidijs clandeſtinis, iuxtà aliud *cap. Regni* 242. incip. *Præſidentes*, in conformitatem aliorum etiàm *cap.* 26. in ordine incip. *Conſtitutionem Diui Patris*, ac *cap.* 158. cum concordantibus, ad hoc vt conueniat paritatis ratio in hoc caſu, cum alijs adductis in d. *cap. Exercere volentes*, in quibus nulla prorſus neceſſaria videtur Partis remiſsio, cùm ſit pœna illa negligentiæ, non delicti, & ſic omiſsionis, non commiſsionis, & proindè ſolius Fiſci fauore videtur introducta.

38 Quæ pœna hodiè eſt ſublata in Regno per impoſitionem factam de ſoluendo granos quinque pro quolibet foculari, ſiuè fumante pro ſalario Capitanei *de Campagna*, & eius militum, vt cautum eſt etiam per *Regiam pragmaticam vnic. de damnis clandeſtinis.* Et hæc inculcata ſint ad demonſtrandum, an iure procedant tradita per *D. de Ponte* ſuper diffinitione dicti articuli, cùm contrà *ipſum* adſit *Regia pragmatica* 45. in ordine ſub *tit. de Offic. Magiſtr. Iuſtit.* qua (vt ſupra quoque tetigimus) fuit annullatum quodam decretum tali forma latum per Magnam Curiam Vicariæ, & cautum, quòd procederetur ad determinationem, & expeditionem cauſæ, ac ſi decretum illud non fuiſſet latum, inhibitumque, ne in futurum ſic decernatur, eò quòd eſſet ſpecies compoſitionis.

39 Et ex his, quando Barones abutuntur hac poteſtate, Suprema Regia Tribunalia prouidere poterunt, & debent, prout in proprijs terminis de quodam Procere Regni, qui ſolebat facere compoſitiones, & tranſactiones in caſibus prohibitis, &, abſque Partis remiſsione tradit *Capiblanc. in ſuis pract. quæſt. ad pragm. 5. de Baron. cap. 27. nu. 10. & 11.* fuiſſe per Sacrum Conſilium prouiſum, quòd deinceps non componeret inconſulto ipſo Sacro Conſilio, comprobat hoc ex diſpoſitione *text. in l. qui ſine ff. de negot. geſt. & c. vt priuilegia de priuileg.* quibus cauetur, quòd abutens priuilegio, debet illo priuari. congerit etiàm ad id *Afflict. in Conſtit. Ea, quæ ad decus nu. 14. D. Reg. Tap. in l. fin. ff. de conſtit. Princ.* ac *Anton. Fabrum in ſuo Cod. Fabr. titu. quando lib. ſine iudic. ſe vendic. diffinit. vlt.* Patet hoc expreſsiùs in *pragmat. 6 ſub tit. de Baron.* qua mandatur Baronibus, & eorum Officialibus, vt debeant malefactores, & delinquentes, debitis pœnis punire, aut puniendos mandare. Et ſubdit, quòd qui poteſtatem virtute ſuorũ priuilegiorum habent componendi, commutandi, aut remittendi pœnas, ea poteſtate taliter vtantur, ne ex eorum abuſu pro iuſtitia prouidendum ſit.

Addas quoàd neceſsitatem remiſsionis Partis offenſæ, in caſu compoſitionis delicti, quòd dato etiàm caſu, quòd Pars
40 offenſa nõ expoſuerit quærelam, adhùc non poterit tranſigi, niſi priùs obtenta remiſsione, & ſic practicari in Magna Curia Vicariæ, & in alijs Regiis Tribunalibus Regni poſt *Carauit. ritu 272. nu. 20.* tradit *D. de Ponte in tractat. de poteſt. Proreg. tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. nu. 13.* quicquid autumauerit *Luc. de Penn. in l. 1. numer. 64. verſic. hoc autem C. de deſert. lib. 12.* cum quo concordat *Paris de Put. in tract. Sindic. verbo compoſitio §. an ſi compoſitio*, dicentes, potuiſſe fieri præcedente termino impartiendo offenſo ad comparendum, quo intimato, ſi non comparuerit, poſsit procedi ad illam, eò quòd cùm vigore dicti *Ritus* M. C. V. omnino requiratur remiſsio Partis offenſæ, & per *Regiam prag.* datur modus, qualiter fieri debeat, non præcedente illa, nec obſeruata ſollemnitate, ad illam requiſita ex diſpoſitione *d. Reg. pragmat.* inhibebitur omnino compoſitio, ſi non præceſſerit remiſsio, dato adhùc quòd non expoſuerit quærelam, vt rectè deducit *D. de Ponte loco cit. nu. 36. & 37.*

Addas etiam ad hæc alium caſum diffinitum per *Reg. pragm. primam* in ordine
41 ſub *Rubr. de capientibus hom. per vim*, quòd ſi quis extorſerit per vim remiſsionem, non tantùm non debet illa gaudere, ſed puniẽdus veniet ob tale flagitium pœna mortis naturalis.



Digitized by Google

Cuius modò requiratur remiſſio, ad hoc vt iure poſſit fieri commutatio, tranſactio, aùt gratia de delicto, videtur quæſtio iſthæc habere duo capita. Primum caput reſpicit perſonā ipſius offēſi, qui in humanis degat. Secundum verò reſpicit perſonam hæredum poſt ipſius offenſi mortem.

Priori caſu, quādo offenſus viuit, ſunt ſubdiſtinguendi alij duo caſus. Primus eſt, quando offenſus eſt ſui iuris, & iſte nullam habet difficultatem, eò quòd ipſe eſt offenſus, & ipſe quoque ſolus remittere poterit.

42 Fallit tamen in caſu, quo ipſe offenſus perijſſet ex cauſa vulneris ſibi illati: quoniam in tali caſu nō ſufficiet ſola remiſſio ab ipſo facta, ſed poſt ipſius mortem requiritur etiam remiſſio coniunctorum cum qualitatibus, de quibus in *Regia Pragm.* 8. *ſub tit. de compoſit.* de cuius intellectu infra dicemus, cùm ipſe offenſus in hoc caſu potuiſſet tantùmmodò remittere de vulnere, non verò de morte. Et ità declaratum extitit per *Regiam Pragm.* 6. *dicto tit. de compoſit.* de qua meminit *Carau. ritu* 272. *ſub nu.* 1. adde *Clar. in pract.* §. *fin. q.* 58. *verſ. quaro pone*, vbi ait, ſic ſeruari de conſuetudine, quicquid aliàs de iure ſtatui poſſit.

Secundo verò caſu, quando eſt filiusfamilias, & ſic ſub poteſtate patris, & in tali caſu erit diffiniendum, vt infrà dicemus. Verùm antequàm ad reſolutionē accedamus; ex quo in Regno per *Regiam Pragm. prædictam* 8. *de compoſit.* cauetur in principio ipſius, ius remittēdi ſpectare ad omnes illos, quibus de iure competit actio quærelandi, & ac-
43 cuſandi, indagandum propterea puto priùs, an filijfamilias admittantur ad accuſandum ſine conſenſu patris.

In qua quæſtione *gloſ. in l. fin.* §. *neceſſitate in gloſ. magna in verbo imponense C. de bon. quæ liber.* tenuit, quòd nō. Hoc voluerunt etiam *Specul. in* 3. *parte tit. de accuſat. nu.* 6. *Pract. Papienſ. in forma inquiſitionis in verbo contra, & aduerſus in fine*: licet tamen id malè ſeruari per Iudices ſcribat, & ſic communiter teneri per *Doctores* refert *Carrerius* allegatus per *Clarum in loco* infrà mox citando.

Mouentur ij per *tex. in d. l. fin.* §. *neceſſitate C. de bon. quæ liber.* ibi, *neceſſitate per officium Iudicis patri imponenda tantùmmodò filio conſentire, vel agenti, vel fugienti, ne iudicium ſine patris voluntate videatur conſiſtere*, per quem *tex.* inquit *gloſ. loco cit.* fuiſſe correctum *tex. l. inter liberas* §. *fin. ff. ad legem Iul. de adulter. & l. nam quod* 14. *in princ. ff. ad trebell.*

Contrarium verò, vt ſcilicet abſque patris conſenſu admittatur filiusfamiliàs ad accuſandum voluerūt magis cōmuniter poſt antiquiores *Bar. in d.* §. *neceſſitate nu.* 13. *vbi etiam Paul. de Castr. Salyc. & Ioan. Faber, idem Bar. in l. fin.* §. 1. *ff. de verb. oblig. vbi Dyn. Bald. & Imola, & in l. poſt legatum* §. *filius ff. de his, quib. vt indign. Cardin. Alexandr. in c. de accuſatione col.* 9. *verſ. item ſecundùm aliques* 2. *q.* 8. vbi dicit, *glo.* illam communiter reprobari. Hanc *Bartoli* ſententiam contrà *gloſ.* tutati ſunt etiam *Prapoſ. in ſumma* 2. *q.* 8. *col.* 9. *in princ. verſ. item ſecundùm*, qui ſimiliter dicit, *glo.* illam communiter reprobari, *Aufrer. in addit. ad deciſ.* Capell. *Tholoſ.* 175. *Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. lib.* 2. *in rubr. de cauſis criminalibus criminaliter col.* 2. *verſ. ſed an praſens, Angel. de Maleſic. in verb. & ad quarelam num.* 81. *vbi etiam Auguſt. de Arimino, & Hieron. Cucbalon in addit. ad eundem ibidem*, qui dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando, *Anton. de Tremo in addit. ad Bonacoſſ. in pract. exceptionum in rubr. quib. mod. ſuo nom. nu.* 13. relatus à *Villalobos in tract. commun. opin. lit. F. nu.* 133. qui teſtatur etiam de communi, *Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excuſatores nu.* 38. *Clarus recept. ſentent.* §. *fin. q.* 14. *verſ. ſed quid in filiofamilias, vbi etiam Baiardus in addit. num.* 23. *Carau. ſuper ritu* 201. *nu.* 7. *Farinac. de accuſat. q.* 12. *num.* 10. qui teſtantur numquàm vidiſſe dubitari in practica in criminalibus cauſis, an filiusfamilias ſiuè agendo, ſiuè ſe defendendo poſſit ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, idque non tantùm ſi de crimine publico, quàm ſi de priuato crimine ageretur.

Et ex ijs inanis reddi videtur diſtinctio

Digitized by Google

ctio *Carauit.* & aliorum dicentium, quòd aùt ſcilicèt agit filiusfamilias, vel conuenitur pro crimine publico, aùt verò pro crimine priuato. Et quòd ſi pro publico, non requiritur, ſi verò pro priuato, ſit tunc neceſſarius patris conſenſus in filio agente, vel conuento: quia iſta ſua diſtinctio faceret tãtummodò ad quæſtionem illam, de qua infrà dicemus, ſi ſcilicet pater poſſit remittere pro filio.

Verùm dubiũ excitat *Foller. in pract. crimin. loco cit. d. nu.* 38. quid ſcilicèt concludendum ſit in Regno, in quo adeſt *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* incip. *Item ſeruat ipſa Curia, quòd quãdo*, qui eſt 201. in ordine ſecundùm *Carauit.* quo cauetur, quòd filiusfamilias non admittatur ad denunciandùm, vel accuſãdum abſq; obligatione, cui interueniat conſenſus patris. Et dicit, quòd cùm non debeat admitti ad accuſandum ſine obligatione cum conſenſu patris, videtur neceſſariò concludere, quòd non poſſit accuſare ſine eiuſdem patris cõſenſu: licèt tamen ſuper hoc cogitandum relinquat.

Cæterùm iſthæc conſideratio *Folleri* nihilùm vrget, ſed ea tũc obſtaret, quando ſolùm in caſu, quo accuſaret, vel denunciaret filiusfamilias, veniret præſtanda cautio illa, de qua in *d. Ritu*, ſed cautio prædicta exigitur, ac præſtari ea debet à cæteris denunciantibus, ſiuè accuſantibus, etiàm qui ſui iuris ſint, & ſic etiàm non filijsfamilias, vt in *Ritu* 199. quo inhibetur, non fore recipiendam denunciationem, niſi denuncians ſe obliget ad certam pœnam de probando ipſam denunciationem, & de non ſe concordando cum denunciato ſine licentia Curiæ. Et quia poterat dubitari, quid de filiofamilias denunciante, ideò ſuperuenit dictùs *Ritus* 201. in quo decernitur, hoc idem ſeruari debere de ipſo, vt ſcilicèt ipſe quoque ſe obliget, vt ſuprà, hoc eſt ſeruata forma alterius præcedentis *Ritus*, de probando ſcilicèt, & non ſe concordando ſine licentia Curiæ. Et (quod plus) debeat in dicta obligatione interuenire conſenſus patris. Et ſic conſenſus patris non præſtatur pro validitate denunciationis, ſed benè pro validitate obligationis faciendæ. Vndè malè ſentit *Follerius loco cit.* vigore dicti *Ritus.* Non omittam tamen, ambos dictos *Ritus*, tàm ſcilicèt 199. quàm 201. requirentes obligationem de probando, & non ſe concordando, vt ſuprà, abiiſſe in deſuetudinem, nec ampliùs illos ſeruari, vt teſtatur *Grammatic. deciſ. 39. nu. 11. ac Baiard. ad Clarum d. q. 14. nu. 24.*

Hoc modò poſito quòad reſolutionẽ pertinet illius quæſtionis ſuprà enunciatæ in ſecundo caſu, quãdo ſcilicèt filius
44 eſt in poteſtate patris, vtrùm ſcilicèt remittere poſſit ſolus pater abſque filio, an verò è contrà filius abſq; patre, vel tandem vterque requiratur, diffiniũt in hoc *Doctores*, poſſe patrem abſq; filio remittere iniuriam eidem factam, nec requiri ipſius filij iniuriã paſſi remiſſionem: quinimò (quod plus) addunt, etiàm inuito filio id patrem facere poſſe. Et ità per *text. in d. l. ſed ſi vnius* §. *filiofamilias ff. de iudic.* cenſuerunt *gloſ. & Bart. ibidem num. 2. Specul. tit. de iniur.* §. 1. *verſic. ſed numquid, Hoſtienſ. in ſumma tit. de iniur.* §. *cudetur verſic. ſi verò conſilio, idem Bart. in l. Lucius ff. ſolut. matrim. vbi Imola, Roman. & Alexan. ac in l. ſi ſine* §. *fin. ff. rem rat. hab. vbi etiam Caſtrenſ. & Imola, Iaſ. in l. contrà iuris* §. *ſi filius num.* 15. *ff. de pact. Roman. ſingul. 92. Fernand. Vaſqu. illuſtr. controu. cap. 15. nu. 7. Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 6. num. 21. Cataldin. de Sindic. num. 128. Boer. deciſ. 120. Magon. deciſ. Lucenſ. 100. num. 27. Maranta in aur. ſpec. parte 6. in verbo & peruenitur aliquando per viam inquiſitionis num.* 67. & hæc eſt communis opinio, vt obſeruari poteſt apud relatos, & refert *Clar. d. q. 58. verſic. quæro numquid*, pro quibus non deſunt etiàm Senatusconſulta, nàm ità deciſũ extitit per *Capell. Tholoſ. deciſ.* 241 & per Senatum Sabaudum, teſte *Antonio Fabro in eius Codice tit. de patr. poteſt. definit. 2.* infertq; *Bur. loco cit.* hoc valdè proficuũ pro locis, in quibus vigent ſtatuta, vt non poſſit imponi pœna pro delicto, habita pace, vel concordia, quia ſi habuerit illam à patre, ſufficiet etiam inuito filio, ad hoc vt poſſit gaudere impunitate, vt notauerunt etiàm *Angel. d.* §. *filiofamilias, Alber. Bald. & cæteri* relati per *D. Preſid. de Franch. deciſ. 715. nu. 3.*

Ab

Digitized by Google

Ab hac communi *Bartoli* recedunt tamẽ *Alber.d.§.filiofamilias, Azo in ſumma C.de iniur.num.*13. *verſ. hodie magis probat,Hoſtienſ.in ſumma eod. tit. de iniur.Iacob.de Are. in l. lex Cornelia ff. de iniur.Pinell.de bon.matern.l.*1.*par.*3.*nu.*105.moti ex *tex.d.l.*1.*C. de bon. matern. & l.fin.C.de bon.quæ liber.* ex quibus excipitur,in aduentitijs nullum inferri poſſe filio præiudicium per patrem,adducit in idem cõſimilem *Pinellus tex. in l. cùm oportet C.eod.tit.de bon.quæ liber.* qui generaliter loquitur. Confirmat hoc ipſum *Pinellus* ratione, quia pecuniaria æſtimatio iniuriç eſt filio acquirenda, & cõſequenter remiſſio patris eſſet in detrimentum filij: cùm poteſtas patris ad vtilia tantùm reſtringatur, non autem, vt ipſi filio detrimentum afferat.

Pro cõcordia diſtinguebãt alij, quòd aùt tractatur de iniuriarum actione deſcendente ex lege Prætoria, hoc eſt de iniuria verbali,& in tali caſu, quia iniuria vtrique,patri ſcilicet,& filio communis eſt, poſſit pater remittere abſque filio,aùt verò tractatur de iniuriarũ actione proueniente ex lege Cornelia, hoc eſt, quòd ſimus in altero de illis tribus caſibus,de quibus in *l. lex Cornelia ff. de iniur.* videlicet, quia fuerit filius pulſatus, vel verberatus, aùt in eius domum vi introitum, & tunc quia principaliter filius eſt offenſus, non ſufficiet ea ſola patris cõcordia,ſiuè pax, & in eam ſententiam poſt *Angelum loco cit. & Nellum de Sancto Geminiano in tract. de bannitis* 3.*p.*2.*temporis q.*47. extitit *Petrus Follerius in commentar.ſuper indultu cõceſſo de anno* 1554. *circa finem verſ. quid enim ſi fuerit facta offenſio,* quæ diſtinctio videtur approbata per *tex.in d. l.lex Cornelia §.illud.* Quò verò pertinet ad materiam ſtatutariam, diſtinguebant alij de mente *Angeli in d. §.filiofamilias nu.*3. quòd aùt verba ſtatuti ſunt in rem concepta, hoc eſt indefinitè, puta quia dictaret ſtatutum,quòd habita pace, vel concordia,nõ debeat imponi pęna, & tunc ſufficiat,à quocumque pax habeatur. Si verò ſtatuti verba diriguntur in perſonam, puta quia dictauerit,quòd habeatur pax ab offenſo, & tunc non ſufficiet illa ſola patris, ſed ipſe filius pacẽ facere debet,quia ipſe offenſus eſt. Hinc cùm caſus obtigiſſet in Sacro Cõſilio circa indulgentiam petitam vigore indultus, quia verba indultus dicebant, quòd haberetur remiſſio, & pax ab offenſis, videbatur inclinare *D. de Franch.* quòd non ſufficeret patris ſolius remiſſio,præcipuè in caſibus actionis iniuriarum ex lege Cornelia, ſed quòd vtriuſque, patris ſcilicet, & filij requireretur. Et *Iulius Clarus d.q.*58.*verſ.quæro numquid* refert,in Senatu Mediolanenſi ſeruari,quòd in remiſſione iniuriæ factæ filio interueniat vtriuſque conſenſus, filii ſcilicet,qui iniuriam accepit, & eius patris. Verùm quando iniuria fuerit tantùm verbalis, nec interuenerint cædes, aùt vulnera, ſufficiat ſolius patris remiſſio, & quòd ità fuerit iudicatum in eo Senatu.

Cæterùm,vt ipſe aperiam quod ſentio in hoc, dico; cęſpitaſſe admodùm *Doctores* in hac quæſtione circa conſiderationem caſuum,in quibus poſſit pater abſque filio, & in quibus non iniu-
45 rias remittere. Et proindè puto, fore diſtinguendos illos duos caſus,quos diſtinxit *tex. in l. lex Cornelia §. illud ff. de iniur.*& diſtinguunt etiam *Doctores*, tametſi alij aliter ſentiant in illis,quòd aùt ſcilicet agitur de actione iniuriarum deſcendente ex lege Prætoria, & ſic de iniuria verbali, & tunc poſſit indiſtinctè ſolus pater remittere,etiam inuito filio. Et ità intelligendus eſt *Bar. in d. §. filiofamilias*, & ſupracitati *Doctores*, ſicuti deciſum etiam extitit per Senatum Mediolanenſem, teſte *Claro loco ſuprà cit.* quod probat expreſsè *tex. in d.§.filiofamilias,*ibi,*differt,vel remittit, aùt condonat iniuriam.* Et ex ijs redditur inſulſum quod dicebant aliqui conſiderantes ex aduerſo; quòd ſuſpenderetur tãtùm exercitium, non autem tolleretur actio iniuriarum in perſona filij: cùm contrarium deſumatur expreſsè ex eo *tex.* dùm diffinit,tunc tantùm competere actionem filio, quando ſcilicet pater furioſus,vel abſens eſt,ea ratione, quia veriſimile eſt, patrem,ſi præſens fuiſſet, acturum fuiſſe: cùm quando aùt præſens

eſt,

Digitized by Google

eſt, aùt nolit, aùt condonet (vt ſupra) nulla actio datur filio. Et ex ijs tollitur etiam quod dicebant, ſiuè deducunt alij ex *l.1.C.de bon.mater.& ex l.cùm oportet, ac l.fin.C.de bon. quæ liber.* cum concordantibus, ex quibus deducebant, non poſſe patrem hæreditatem delatam filio repudiare, & conſequenter neque remittere iniuriam. Primò, quia (vt rectè monet *Iaſ.in d.l.contra iuris* §. *ſi filius nu.16.ff.de pact.*) longè differt vnum ab altero: quia iniuriarum actio non cen-
46 ſetur eſſe in bonis noſtris *l.iniuriarum in princ.ff. de collat. bon.* Et proinde ceſſabit regula deſumpta à dictis iuribus. Confirmat hoc ipſum quod in ſimili cenſuit Sacrum Conſilium iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, vt refert *D. Rouitus ſuper Pragmat. octaua*
47 *nu.80.de compoſit.*per quod fuit dictum, nullam dari actionem creditoribus hæreditarijs ſuper pecunia peruenta ex pace, ſiuè remiſſione de nece patris occiſi facta per filium, qui paternam hæreditatem repudiauerat, ex quo non iure hæreditario, ſed benè ſanguinis iure, & ſic ex perſona propria, non autem ſibi competebat facere pacem, ac remittere, & proindè dùm filio iure ſanguinis competebat actio illa iniuriarum, non ſeruabatur in hæreditate, attenta etiam diſpoſitione *d.Regia Pragm.8. de compoſit.* qua expreſsè cauetur, remiſſionem competere illis, quibus defertur ſucceſſio occiſi, quod fuit id, quod præbebat anſam dubitandi illis Dominis de Sacro Conſilio. Addit ſecundo loco *Fachinaus* in terminis *controuerſ. iur. lib.9. c.42.* longè differre vnum caſum ab alio, quia cùm expreſsè id caueatur in actione iniuriarum, non eſt ſubtili interpretatione per conſequentiam tollendum, & abrogandum quod expreſſa lege diffinitur: cùm non ſit inducenda legum correctio, niſi expreſsè caueatur. Aùt verò agitur de actione iniuriarum proueniente ex lege Cornelia, in altero ſcilicet de illis tribus caſibus comprehenſis in *l. lex Cornelia ff. de iniur.* vt quia ſcilicet fuerit pulſatus, vel verberatus filius, vel in eius domum vi ingreſſum, & tunc nulla cõpetat actio patri, ſed poſſit ſolus filius abſque patre agere, & conſequenter remittere, ſicuti expreſſa lege diffiniuit *Vlpianus lib.56.ad edictum,* relatus in *d.l.lex Cornelia* §.*illud*, vbi diſertis verbis vtrumque caſum diffiniēs dicit, quòd prætoria actio iniuriarum competit patri, actio verò iniuriarum legis Corneliæ filio competit, non patri. Vnde ſicuti in caſu actionis iniuriarum prętoriæ poteſt ſolus pater abſque filio facere pacem, & remittere, ſicuti frequentiori calculo *Doctores* communiter admittunt, ità in actione legis Corneliæ valebit ſolus filius abſque patre, adhoc vt ſeruetur æqualitas.

48 Limita, concluſionem præfatam non habere locum. Primò, quando pater eſſet perſona vilis, & abiecta, & è contrà filius perſona honeſta, vt in *d.l.ſed & ſi ſine* § *filiofamilias*, vbi rationem afferēs *Vlpianus* inquit, quòd non debet pater viliſſimus filij ſui contumeliam, ad ſui vtilitatem metiri, & ita per illum *tex.*cõcludunt communiter *ibi Bar. Alex. Angel. Roman.* & cæteri, item *Maranta, Plaza, Boer. Anton. Faber*, & alij in locis ſupra commemoratis.

49 Limita ſecundò in filio exiſtente ſub poteſtate patris, quia ſi eſſet emancipatus, tenebit remiſſio à filio emancipato facta abſque patre, & ita deciſum per Senatum Mediolanenſem refert *Clarus d.q.28.verſ. quæro numquid.*

50 Limitant tertiò loco *Doctores*, quando iniuria fuiſſet facta filio per cognatum, ſiuè per perſonam aliquo modo coniunctam, quia tunc non poterit ſolus pater remittere abſque filio, & in ea ſententia extitit *Bar. in l. Lucius 39.* per illum *tex.ff.ſol.matrim.ibique etiam Cuman. Alex. Angel. & Roman. idem Romanus ſingul.92. Aufrer. in addit. ad deciſ. Capellæ Tholoſ.241. Iaſ.in l.in perſonam ff. de pact.* de communi teſtatur *Clarus loco cit.* Impugnant tamen iſtam limitationem *Pinell.de bon.matern.ſuper l.1.3. par.num.105.ac Fachinæ.controu.iur. d. lib.9.c.42.verſus finem*, quos conſulere poterit ſtudioſus quiſpiam pro veritate huius limitationis. Vtrùm autem poſſit pater agere pro iniuria facta filio bannito, diſtinguit *Nellus de Bannit.1.par.2.*

tem-

Digitized by Google

*temporis q.60.* an ſcilicet agat ſuo nomine, an verò filii, vt ſcilicet primo caſu poſſit. Secundò verò agere prohibeatur, quod adnotauit etiã *Gayll. de pace publ. lib.2.c.12.nu.31.*

51 Quando autem poſſit tutor facere pacem pro pupillo, & remittere, vel ſolus, vel cum conſenſu pupilli, item nùm requiratur decretum Iudicis, & vtrùm valeat facere pacem tutor ſpecialis, vel tantummodò generalis, qui adimpleuit ſollemnia, ad quæ tutor de iure tenetur, adeundi ſunt *Carau. ſuper ritu* 275. *à n.* 19. *cum ſeqq.* *Clar. d. q.* 58. *verſ. quæro, an tutor*, & nouiſsimus omnium *Gutierrez de tutelis p.2. cap.7. per totum*, qui *ibi* quolibet pleniùs diſtinguit, & à quo excipi etiam poterũt *Doctores*, qui de materia iſta pertractant. Et hæc quòad primum diſtinctionis caput, quando ſcilicet viuit offenſus.

Secundò verò caſu, quando ipſe offenſus eſt mortuus, quicquid de iure communi, ſecundùm *Doctorum* tradita diffiniri poſsit, deueniendo ad ius peculiare huius Regni, totius difficultatis
52 cardo vertitur circa intellectum *Regiæ Pragm.8. de compoſit.* qua cauetur, requiri remiſsionem omnium, ad quos ſpectat ius accuſandi, ac quærelandi: intelligendo tamen de proximioribus in gradu, quibus defertur de iure hæreditas, & ſucceſsio mortui. Per quam *Regiam Pragm.* videtur pariter diffinita quæſtio illa, controuerſa admodùm inter *Doctores in l.4. §. Cato ff. de verb. obligat.* de quibus latè apud *Farinac. q.14. nu.11. cum ſeqq.* an ſcilicet in remiſsione faciẽda requiratur conſenſus omnium conſanguineorum, an verò ſufficiat maioris partis ipſorum: cùm expreſsim cautum ambigamus, requiri omnium proximiorum, ac magis coniunctorum, quibus de iure defertur hæreditas, & ſucceſsio, & ſic requiri omnium in eodem gradu exiſtentium coniunctorum. Seligitur itaque ex diſpoſitione *d. Regiæ Pragm.* duo videri neceſſaria. Primum eſt, quòd ſint proximiores in gradu. Secundùm, quòd de iure illis hæreditas mortui deferatur.

Difficultas modò verſatur circà vnũ, quod valdè cõtorſit ingenia *Doctorum* Noſtrorum Regnicolarum in factorum contingentijs, in Sacro Conſilio excitatorum: vtrùm ſcilicet *Regia Pragmatica* præfata, quæ pro ſecundo requiſito ponit, debere exigi remiſsionem, ac fieri per illos conſanguineos proximiores, &
53 magis coniunctos, quibus de iure defertur ſucceſſio, requirat actualiter qualitatem iſtam hæreditariam, an verò habitualiter, & ſic an ſufficiat, quòd poſſint de iure ſuccedere, tametſi non ſuccedant, aùt quia excluſi vigore ſtatuti, aùt quia defunctus alios hęredes extraneos inſtituerit, an verò omninò, & præcisè requiratur hæreditatis aditio, vltrà proximitatem, ſeù cõſanguinitatem in gradu proximiori.

Et in hoc (quicquid diſcutiendo, & examinando articulum ad partes ſeligi poſſit ex traditis per *D. Reg. Tap. ſuper d. Pragm.8. de tranſact. inſerta in 4. libro ſui iuris Regni*, *Anell. de Amato in conſ.18.* *D. de Põte in tract. de poteſt. Proreg. tit.1. de prouiſ. fieri ſolit. §.4. num.16. vſque ad nu.38.* *D. Reg. Rouitum ſuper d. pragm.8. ferè per totam*, inter cuius expoſitiones, & commentaria eſt etiam inſertum cõſilium vnicum *Ferdinandi Rouiti* eius filij à *num.14. vſque ad nu.57.*) fuerunt procliuiores *Doctores* in ea ſententia, vt ſufficiat habitualis ſucceſſio, & ſic quòd poſſint ſuccedere de iure, tametſi non ſuccedant, ad hoc vt poſsint remittere, & ita canonizando opinionem iſtam cenſuit Sacrum Conſilium in pluribus caſibus, quippè primò in cauſa Ducis Sanctæ Agathæ Gothorum cum Marchioniſſa Burgentiæ, de qua deciſione meminerunt, *D. Tapia, D. de Ponte, ac Anell. de Amato locis ſupra cit. & D. Rou. d. Prag.8. nu.80.* in qua cenſuit Sacrum Conſilium, dictam Marchioniſſam ſororem occiſi, vti excluſam vigore *Conſt. Regn. In aliquibus* à ſucceſsione, accedente quoque renũciatione per ipſam facta tempore dotationis, item in caſu, de quo apud *D. de Franch. deciſ.611.* in quo fuit admiſſus Nepos occiſi, tametſi dictus eius Patruus occiſus extraneum hæredem inſtituiſſet, & ſic Sacrum Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, vbi in ſpecie, ac diſertis verbis *D. de Franchis* tradit,

Digitized by Google

tradit, ſufficere habitualem delationem, ad hoc vt comprehendatur ſub diſpoſitione *d. Regiæ Pragm.* Rurſus & tertiò, in cauſa filiorum Fabritij de Noguera cum creditoribus apud eundem *D. Rouit. ibidem ſub nu.* 80. in qua fuit admiſſus filius, nõ obſtante repudiatione hæreditatis facta, & (quod plùs) dictũ, creditores nullam poſſe prætendere actionem ſuper pecunia habita ab ipſo filio pro remiſſione facta, & ſic paſſim obſeruatur in Magna Curia Vicariæ, ac in omnibus aliis Tribunalibus, & Curijs Regni, ità vt ſit auſus temerarius hæſitare ampliùs ſuper hoc.

Verùm, quàmuis præfatæ deciſiones ſic iure proceſſerint: attamen circà dicta per præfatos duo diſcutienda veniunt.

54 Primum eſt, ratio illa, quam de mente Ioannis Thomæ de Ruggerio tradit, & extollit *D. de Ponte loc. cit. nu.* 31. dùm ad repellendã ſororẽ excluſam vigore ſtatuti ſtantibus maſculis, dicit, quod in tali caſu ideò excludatur, quia habetur, ac redigitur ad inſtar diuerſi gradus, & ſic ſecundi. Et proinde tamquàm in ſecũdo gradu præferũtur illis fratres. ex traditis per *Paul. de Caſtr. in conſ.* 164. *n.* 18. *verſ. ſed vlterius pro dicto nepote vol.* 2. ſequũtur illum *Soccin. in l. gallus* §. *quidã rectè nu.* 9. *verſ. circà tertiã quæſtionem ff. de liber. & poſthum. Ruin. in conſ.* 120. *nu.* 11. *lib.* 1. *conſ.* 117. *nu.* 8. *conſ.* 151. *n.* 15. *conſ.* 154. *nu.* 3. *& conſ.* 167. *num.* 11. *lib.* 2. ac rurſus *in conſ.* 168. *n.* 6. *lib.* 3. *Curt. iun. in conſ.* 125. *nu.* 5. *Molina de Hiſpan. primog. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 12. vbi inquit, hoc dictum in Hiſpania eſſe quotidiè in ore Aduocatorũ, ac *Lanar. in conſ.* 1. *nu.* 36. vbi alios etiam recenſet, prẹter ſuprà relatos. Ratio enim iſthæc non eſt totaliter adæquata ad hoc: quoniã adhùc ſi illa redditur vera, reddetur tamen per fictionẽ iuris in caſu ſucceſsionis, & ſic in illis tantùm, quæ tangunt ſucceſsionem, circà admiſsionem, aùt excluſionem ab illa; non verò quòad iura ſanguinis, quæ cùm ſint immutabilia *l. iura ſanguinis ff. de regul. iur.* facit *tex. in l. filius, qui patri ff. de vulg. & pupill. ac in l. fin. ff. vnde legit.* ex quibus excipitur, quòd quæ com-
55 petunt iure ſanguinis, excipiuntur ab hæreditate, & proinde cùm ius aùt accuſandi, aùt remittendi competat, non ratione hæreditatis, ſed benè ratione ſanguinis, ad *tex. in l. quæſitum ff. de ſepulcr. viol.* tradũt *Bar.* & cæteri relati per *D. Conſil. Theod. alleg.* 9. *num.* 6. *cum ſeqq.* nõ poterit operari fictio, vt exiſtens verè, & realiter in primo conſanguinitatis gradu, eò quia excluſus à ſucceſsione vigore ſtatuti ſit in ſecundo gradu, vt in caſu noſtro, in quo principale, quod attendi debet ad præſcriptum *Regiæ Pragmat.* eſt, vt ſit in proximiori, ac magis coniuncto gradu conſanguinitatis, non autem habitus ſuccedendi, in tantum vt etiam ſi excludatur à ſucceſsione, adhùc admittetur, quod eſt notandum ad limitationem præfati axiomatis traditi per relatos DD.

Patet inſtantia ad hoc, quia ſi verificaretur axioma illud, ſequeretur in hoc abſurdum notabile: nàm patruus occiſi, qui eſt in tertio gradu cum occiſo, aùt ęqualiter admitteretur cum ſorore, quæ eſt iure ciuili in ſecundo gradu conſanguinitatis, ſed per fictionem iuris vigore excluſionis in tertio, aùt quarto, aùt tandem ipſam excluderet, ad *tex. in l.* 2. §. *hæreditas ff. de ſuis, & legit.* ac *in* §. *ſi vero neque fratres in Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* quibus cauetur, quòd proximior in gradu remotiorem excludit, & ſic fieret ille potior in remittendo, etiam in caſu, quo ipſa ſoror fuiſſet inſtituta à fratre, eò quòd cum vigore excluſionis per ſtatutum fieret remotior, & ceſſaret habitualis delatio, fieret vtique poſterior, quod nõ eſt admittendum.

56 Secundum, ſuper quo difficultari cõtingit, eſt traditio *D. Rouiti in d. Pragmat.* 8. *de compoſit. ſub num.* 80. vbi tradit, in caſu Ducis Sanctæ Agathæ Gothorum cum Marchioniſſa Burgentiæ non fuiſſe habitam rationem, ſi verè excluderetur ipſa Marchioniſſa, vti excluſa vigore *Conſtit. Regni In aliquibus,* ſtantibus maſculis, accedente etiam renunciatione facta ex cauſa dotationis fauore maſculorum, & proindè non fuiſſe reaſſumptam pro vera per *D. Reg. Tap.* concluſionem iſtam, quòd ſcilicet non



Digitized by Google

deferatur ſucceſsio fœminæ, quæ renunciauit, ſed benè fuiſſe proſpectum circà aliam concluſionem ponderatam ab ipſo *D.Tapia*, quippè publicæ vtilitatis, ex quo omnes Iudices erant optimè conſcij, quòd ipſa Marchioniſſa renuebat facere remiſsionem metu mariti, non verò ex propria voluntate: Nàm ratio præfata publicæ vtilitatis non facit ad caſum *Regiæ Pragm. prædictæ*: cùm re vera non admittatur ſoror excluſa per ſtatutum ſtantibus maſculis, ac media etiam renunciatione facta, & proinde deficit in ipſa qualitas ſuccedēdi, ſaltim habitualis, exiſtentibus maſculis, vnde deficiente qualitate habituali, non verificaretur in ipſa *Regia Pragm.* quinimò

57 eſſemus extrà caſum illius, duo copulatiuè requirentis, quippè conſanguinitatem in proximiori, ac magis coniuncto gradu, & habitualem qualitatem ſuccedendi: ita vt non ſufficiat alterum tantùm, tametſi non ſuccedat poſtmodùm, quia forſitan teſtator alium ex teſtamēto vocauerit, quæ qualitas habitualis ceſſat prorsùs in ſorore excluſa, ſtantibus maſculis, ac renunciatione facta per dotationem, cùm ſemper, & vbique excludatur habitualiter, niſi expreſſim vocata fuerit per teſtatorem, & ſic per fratrem occiſum.

Poſito nunc pro regula generali, ac maxima indubitata, omninò ſcilicet, & præcisè requiri remiſſionem Partis offenſæ, aùt poſt mortem eius magis coniunctorum reſpectiuè, ad hoc vt componi, tranſigi, vel aggratiari poſſit de delictis.

58 Amplies hoc primò etiam in caſu, quo per Curiam fuerit proceſſum ex officio abſq; quærela, vel denuncia Partis offenſæ *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. de prouiſ. fieri ſol. §. 4. nu. 36.* vbi dicit, ſic practicari in Regno ex diſpoſitione *Ritus*, ac *Pragm.* ipſius ibidem enunciatarum, adde *Carauit. ſuper ritu 272. nu. 20.* vbi quæſtionē iſtā excitat, & examinat.

59 Amplia ſecundò etiam in vxore, quia cùm ipſi cōpetat ius accuſandi de morte viri, ad *tex. in l. ſororem C. de his, quib. vt indign.* per quem ſic cōcludunt *Odofred. ibi*, quem ſequuntur relati per *D. de Franch. deciſ. 372. n. 1.* ac *D. Conſil. Theodorus d. alleg. 9. num. 3.* vbi id prouenire cōcludit, eò quòd ipſa quoque vxor videtur offenſa, vti pars corporis ſui viri, ratione, & effectu matrimonij, iuxtà illud *Geneſ. c. 2. & 3.* cum quo concordat *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. doctrina de ſacram. matrim.* eſt *tex. in c. admonere 33. q. 2.* & per *Regiam Pragm.* cauetur, ius remittēdi competere ei, cui ſpectat ius accuſandi, & quærelandi, vt in *d. pragm. 8. de cōpoſ.* iure igitur merito in Regno ex diſpoſitione *Ritus 191.* vbi *Carau.* & *rit. 195.* de quibus meminit etiam *D. de Franch. deciſ. 382. num. 9.* dùm ſpectat vxori ius quærelandi, ſpectabit etiam ius remittendi ex diſpoſitione *d. Reg. Pragm.*

60 Intelligas tamen primò, dūmodò poſt mortem viri non tranſierit ad ſecunda vota per ea, quæ tradit D. *Conſil. Theodorus d. alleg. 9. nu. 5.*

61 Intelligas ſecundò, dummodò cū ipſa non cōcurrant filij defuncti: nàm ij præferuntur adeò, vt penitùs ipſam excludant, vt patet ex traditis, & deciſis apud *D. de Franch. deciſ. 382. per totam*, adde *Gratian. diſcept. forenſ. c. 518. nu. 1. 2. & 3.*

62 Intelligas & tertiò, & amplies quod ſupra diximus, dùmmodò cum ipſa non concurrant alij cōſanguinei viri, ſanguineq; coniuncti, quibus de iure defertur hæreditas ipſius defuncti viri, ad *tex. in l. de crimine C. de his, qui accuſ. non poſſ.* adde magis clarū *tex. in l. ſenatuſcōſulto C. eod. tit. de his, qui accuſ. non poſſ.* ac *in l. 3. §. cùm talis de liberal. cauſ.* & ita deciſum per Sacrum Conſilium in caſu cōcurſus vxoris cū legitimis hæredibus viri, quibus de iure cōpetit, ac defertur hæreditas, vt excluderetur vxor, refert *Horat. Viſcont. in addit. ad Dom. de Franch. dec. 382. in princ.* ita etiam in conſimili caſu cōcurſus vxoris cū fratribus defuncti viri occiſi, vt. ſ. admitteretùr remiſſio facta per fratres legitimos hæredes, excluſa vxore, cenſuit idem Sacrum Conſiliūm teſte *D. Conſil. Theod. d. alleg. 9. per totam.*

63 Amplies tertiò etiam in caſu criminis falſi, quod nō habuit effectū cōſumatū, nā in eo requiri Partis remiſſionē tradit deciſum *D. Rouit. in pragm. fin. de abolit. nu. 17. & in Prag. 4. de falſis n. 29. cū ſeqq.* adde

adde *eundem Dominum in deciſ.2. per totam*, vbi recenſet eundem caſum, de quo in præfatis *commentarijs*.

64 Amplies quartò etiam in caſu Monachi, aût alterius Religioſi offenſi, in quo potiores erunt conſanguinei Monaſterio, ea ratione, quia cùm ius remittendi reguletur ſecundùm ius accuſandi, vt ſuprà diximus, & patet ex diſpoſitione *d. Pragm.*8. *de compoſit.* ex quo in accuſando occiſores Monachi præferuntur Monaſterio conſanguinei ipſius defuncti Monachi, ſecundùm communiorem *Doctorum* traditionem, de qua apud *Boer. deciſ.*121. *nu.*9. *Federicum de Senis Aret. Plaza, Farinac.* ac alios relatos per *Rouitum filium in conſil. vnico inſerto inter commentaria D. Rouiti patris ſuper d. pragmat.*8. *de compoſit. num.*47. meritò ius remittendi ſpectabit ad ipſos conſanguineos, non verò ad Monaſterium.

65 Limites modò primò in caſu inſultus cum armis, citrà tamen offenſionẽ perſonæ, prout à maioritate rationis in caſu inſultus facti cum archibuſio, ſeù ſclopo exonerato, Parte tamen non offenſa, ſcripſerunt *Doctores* relati per *D. Rouit. ſuper pragm.*11. *de abolit. nu.*19. adde *D. Thoro in compend. deciſ. p.*2. *verbo remiſſio, ſiuè exculpatio eius fol.*575. vbi examinat articulum ad partes, & refert, ſic cenſuiſſe Sacrum Conſilium.

66 Limites ſecundò in pœnis, & mulctis pecuniarijs Fiſco debitis pro delictis, quas poſſe per Iudicem remitti, & condonari, ac ſuper illis tranſigi abſq; Partis remiſſione, patet ex traditis per *Peregr. de iure Fiſci lib.*5. *tit.*8. *nu.*19. *& per Petram de poteſt. Princ. in loco relato per Capiblanc. de Baron.* §.6. *num.*29. & quòad compoſitionem adeſt litera arbitralis in Regno, de qua in *cap.* ipſius incip. *Exercere volentes*.

Limites tertiò in caſibus exceptis per *d. Regiam Pragm.*11. *de abolit. verſ. declarantes etiam*, quibus addi poſſunt caſus etiam relati per *Marant. in conſ.*118.

67 An autem in caſu, quo quis obtinuiſſet pacem, ſeù remiſſionem ſub aliquibus conditionibus, videlicet de non accedendo in aliquem locum, diſtinguendum erit, an prohibitio de non accedẽdo ſit tẽporalis, an verò perpetua, quia ſi temporalis, tenebitur ad obſeruãtiam, ſi verò perpetua, ruet in totum cõditio. Et hoc adeò verum, vt non poſſit illã Iudex inferior approbare, niſi ſolus Princeps, ita diſtinguit *D. Rouit. ſuper d. pragmat.*8. *de compoſ. nu.*17. ſubdens, ſic cenſuiſſe Sacrum Conſilium, ac ſuam præfatam diſtinctionem approbaſſe nedùm antè ipſum *Vulpell. in tract. de pace q.*55. *ac Gamma deciſ. Luſitan.*368. verùm etiã poſt ipſum *Maſtrill. deciſ.*38.

68 Et hoc ampliandum erit in caſu, quo ad obſeruantiam promiſſorum in remiſſione ſe obligaſſet obtinens illam ad aliquam pęnam pecuniariam, etiam fauore Eccleſiæ, quo caſu valebit remiſſio, benè verum teneretur promiſſor ad obſeruantiam promiſſorum *Gizzarell.* qui ita deciſum inquit in *deciſ.*10. *per totam*.

69 Limita tamen iſtud, quando conditio eſſet appoſita per Principẽ, vel eius vicem agentem in gratia: quia tunc contrà faciens incurreret in pœnam debitam pro delicto, quemadmodũ deciſum tradit *D. Rouit. deciſ.*4. *per totam*.

Et hęc quòad ſecundum requiſitum, ad hoc vt Barones poſſint vigore ſuorum priuilegiorum tranſigere, componere, commutare, aût indulgere.

70 Tertiò, ad finem prædictum requiritur, vt non ſimus in caſibus exceptis, inter quos in Regno vigore *Regiæ Pragmat.* connumerantur ſodomia, & blaſphemia Omnipotentis Dei, ac eius Beatiſſimæ Matris Virginis Mariæ, prout de crimine ſodomiæ adeſt *Regia Pragm.*2. *&* 3. *de ſodom.* & de blaſphemia Dei, ac Beatiſſimæ eius Matris eſt cautum per *eandem Pragm.*3. *de ſodom.* Et licet *Pragmat.* prædicta loquatur de blaſphemia tantùm Dei, ac eius Glorioſiſsimæ Matris, extenſa eſt etiam contrà blaſphemantes Sanctos, vt eſt videre apud *Capiblanc. in pract. quæſt. ſuper Pragm.*6. *de Baron. c.*29. *nu.*7. *cum ſeqq.* Item prohibetur compoſitio de iure in crimine raptus, & adulterij cũ inceſtu, ad tradita per *Boer. deciſ.*91. ac per *Menoch. de præſumpt. lib.*5. *præſ.*41. *nu.*16. *cum ſeqq.*



Digitized by Google

Et quòad raptũ iuncto etiam caſu oſculi violenti eſt *tex.in cap. Regni* incip. *Vt ſi-ne circa ſi.* de vtriſque meminit *D.Rouit. in rubr.pragm.de compoſ.nu.*7. & repetit in *Pragm.*1.*n.*2.*eodem tit.* Rurſus prohibetur in crimine falſi, vt teſtatur *Grammat. deciſ.*47. vbi allegat *Regiam Pragmaticam*, quam dicit *D.Rouitus vbi ſuprà num.*8. non potuiſſe inuenire, *ibique* etiam ampliat in caſu, quo non fuiſſet effectus conſumatus, vt diximus etiam ſuprà. Alij poſſent quoque addi caſus, in quibus denegatur, tùm de iure communi, cùm etiam de iure Regni compoſitio, de quibus paſſim apud *Doctores*.

71 Quartò requiritur, quòd adſit iuſta cauſa componendi, ſecundùm *Carau. ſuper ritu* 272.*nu.*4. Quæ autem ſint iſtæ iuſtæ cauſæ, habentur apud *Lucam de Penna in l.*1.*nu.*29. & 30. *C. de deſertor. lib.*12. vbi tradit, quòd cauſa poteſt dignoſci, & colligi ex perſona, ex tempore, ex loco, ex rei conditione, ex criminum vniuerſitate, & ex peccatorum qualitate, quæ omnia explicantur ab eodem *ibidem ſub num.*44. ipſum proinde videto. De ijs quoque quòad delictorũ qualitates, & perſonas delinquentes agit *Carau ſuper ritu* 272.*nu.*2.*cum ſeqq.*

72 Quintum addit requiſitũ *Carau. ibidem num.*11.*in fine*, & dicit, illud patere ex *Ritu* 276. & eſt, vt non poſſit componi de delicto, quod nõ fuerit probatum, aùt per teſtes, aùt per confeſſionem ipſius inquiſiti.

Redeundo modò ad materiam pęnarum, & mulctarum, bonorumque confiſcatorum exactiones, de quibus principaliter agimus, vti in fructu iuriſdictionis in præſenti capite, ceù pro corollarijs in tota materia inferendum ſtatuo.

73 Primò, in caſu pœnarum, & mulctarum debitarum Officiali, aùt Baroni, aùt alteri ratione inueſtituræ, & priuilegij, attendi tempus condemnationis, non verò exactionis, in caſu duorum illas vẽdicantium, vt quia ſcilicet per vnum fuerit tempore, quo exercebat iuriſdictionem facta condemnatio, verùm nõ fuiſſent exactæ: nàm ſucceſſor non poterit aliquid prętendere vigore exactionis non factæ, ita *Paris de Put. in tract. Syndic. in verbo prouentus c.*1.*poſt nu.*4. *verſ. tamen in Regno*, quem ad literam referendo adducit *D. Rouit.deciſ.*91.*nu.*30. Exemplum patere poterit in caſu relato per *Maſtrill. deciſ.* 12.*per totam*, ac in Regno in pœnis pecuniariis, & mulctis, quæ exiguntur præuia condemnatione per cõductores Baiulationum, Siclæ, Portulaniæ, aliarumque ſimilium iuriſdictionum, cum exactione fructuũ, prouentuum, mulctarum, & condemnationum emergentium per annum, aùt per aliud definitum tempus. Et hùc videtur etiam cadere quæſtio illa excitata per *D. Reg.Conſtantium in l.*1. *C. pęnis fiſcal.cred.præferri lib.*10.*n.*28. vbi quærit, an ſi Iudex Baronis mulctet vaſallum, aùt pœnam aliquam pecuniariam illi imponat, qui vti grauatus ad Principem, aùt ad eiuſdem Iudices, & Iudex appellationis confirmet ſententiam, an ſcilicet pęna illa ſit applicanda Iudici à quo, an verò Fiſco Regio, eò quòd à Iudicibus Regiis fuit confirmata ſententia illa, & in ea reſidet ſententia, ſpectare ſcilicet ad Iudicem à quo, illique magis deberi, quàm Fiſco Regio. Hanc quæſtionem latiſſimè examinat, & reſoluit *Gutier.de tutel.p.*3.*c.*14. *à n.*14.*cum ſeqq.*

74 Infer ſecundò, quòd pęnarum impoſitio facienda per Barones habentes Baiulationem in eorũ Terris, non poſſit, nec debeat excedere damnũ datũ *Niger in c.Regni Grauamina nu.*93.*ac Grãmat. dec.*67.*n.*14. quod tamẽ intelligas quòad ciues tãtùm: nàm quòad exteros poteſt exigi pęna ad ratam fidæ, quæ pęna appellatur diffida, ita deciſum ſcribit *Didacus de Mari in addit. ad Gizzarell. deciſ.*67. meminit de eo *D.Thoro in cõpend. deciſ.par.*2.*verbo pęna taxata fol.*446. Et ſic exigetur aliud tantum pro pœna, quantum exigitur, vel exigi poteſt pro fida, vt apparet ex traditis per *Frecc. de ſubfeud. in author. Baron.*46. *num.*3. ac per alios paſsim. Aduertas tamen in

75 hoc, quòd erit facienda priùs ſolutio damni, quàm pęnæ, ita notabiliter *Annaſen. in ſingul.*139. adde *Capiblancum de Baron.Pragm.*8. *num.*178. & *nu.*181. vbi ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium tradit.

76 In-

Digitized by Google

76 Infer tertiò, quòd pęna, ſiuè mulcta deſcẽdẽs ex delicto, ẽt ſi agatur ciuiliter, dicetur cauſa criminalis, nõ verò ciuilis, ex quo attẽditur ipſius origo, ſecundùm *Andr. de Iſern. in cap. imperialem §. prætereà ſi quis infeudatus ſub num. 28. de prohib. ſeud. alien. per Federicum*, per *text. in l. quicquid 34. ff. de donat.* faciunt tradita per *Nos* ſuprà ſub *num.* 11. & per *D. Conſtant. d. l. 1. C. pęnis fiſcal. cred. præſ. ſub nu.* 37. Et hoc deſeruiet ad plura, quorum præcipuum eſt in caſu relato per *Annam ſen. in ſingul.* 384. in quo deciſum tradit per Regiam Cameram Summariæ, & Collaterale Cõſilium, pęnas ſcilicèt impoſitas in bannis frumenti, ac pœnas incurſas per Barones in Dohana menępecudum, tanquàm criminales fuiſſe comprehenſas in indultu, de hac deciſione meminit etiàm *D. Conſtant. d. l. 1. C. pœn. fiſcal. cred. præſ. num.* 72. tacitọ tamen *Annæ* nomine. Deſeruiet item pro alio: nàm in caſu concurſus Baronis iuriſdi-
77 ctionis ciuilis, & Baronis iuriſdictionis criminalis, ſeparatam habentium iuriſdictionem, bonorum publicatio, quæ ſola, & nulla alia indicitur vigore *Conſtit.* Regni incip. *Vſurariorum* ſpectat de iure ad Baronem iuriſdictionis criminalis, non verò ciuilis. Super quo obiter notandum moneo, quòd licet aſſerat *D. de Franch. deciſ.* 213. *num.* 37. fuiſſe deciſum, fore
78 extraordinariè puniendum inquiſitum de vſuraria prauitate, de quo ibi, meminit etiàm de ipſo *D. de Franch. Marta deciſ. Piſana* 70. *nu.* 10. *ac Viuius deciſ.* 504. *ſub num.* 22. attamen procedit illud in caſu, quo non poteſt quis ordinaria pœna puniri, vt in caſu relato per ipſum *D. de Franch.* ex quo Neapolitani nõ puniuntur ex priuilegio peculiari cõceſſo Neapolitanis pœna publicationis bonorum, & ità etiàm in caſu relato per *Viuium*, in quo agebatur de filiofamilias, non habente in bonis: nàm ad hoc, ne delicta remaneant impunita, dùm non poſſunt puniri pœna ordinaria, extraordinària pœna, fuit deciſum, fore puniendos, & iure ſiquidèm. Declaranda tamen venit
79 illatio iſthęc attenta iuris communis diſpoſitione, non verò iuris Regni, ex quo ex diſpoſitione Regiæ *pragmat.* 2. *ſub tit. de iuriſdict. inuic. non turb.* declaratum eſt, quæ pertineant ad iuriſdictionem ciuilem, quæ verò ad criminalem, in qua quòad ciuilem iuriſdictionem declaratum extitit, pertinere omnes caſus, culpas, & crimina, pro quibus non erit principaliter infligenda pœna mortis naturalis, ſeù ciuilis, vel membri mutilationis. Et è contrà ad iuriſdictionem criminalem ſpectare caſus omnes, culpas, & delicta, in quibus venit imponenda principaliter pœna mortis naturalis, aùt ciuilis, ſeù membri mutilatio, & proindè cùm declaratum ſit, quæ pertineant ad Baronem iuriſdictionis criminalis, ex quo in hoc caſu venit imponenda pœna pecuniaria non comprehenſa ad pertinentia ad ipſum Baronem criminalis iuriſdictionis, meritò illa applicabitur Baroni iuriſdictionis ciuilis, quod eſt notãdum, quia prima facie quilibet contrarium affirmaret, & nemo hoc poſuit in terminis *d. Cõſtit. Regni Vſurariorum.*

80 Infer quartò, quòd pœna pecuniaria ſtatuta ex *Conſtit.* Regni *Violentias* contrà committentes ſpolium, quæ eſt medietas pretij rei, ſuper qua commiſſum eſt ſpolium, non erit applicanda Parti ſpolium paſſæ, ſed benè Fiſco, & conſequenter in locis Baronalibus ipſi Baroni, vt tradit *Afflict. in d. Conſtit. Violentias nu.* 16. tametſi *à num.* 10. videatur diſputare articulum ad partes.

81 Infer quintò, quòd licèt, vt ſuprà diximus, pęnæ, & mulctæ pecuniariæ ſint arma, quibus tuetur iuriſdictio, in caſu tamen, quòd illæ imponãtur per Iudicem, non exiguntur totæ ratione ſpreti mandati, ſed benè in Regno moderantur, & taxantur ad rationem vnius tareni pro qualibet vncia, & ità poſt *Parid. de Puteo in tract. ſindic. in litera an ſi poteſtates col.* 3. *verſic. ſi quis inciderit in pęnam vnius vnciæ*, tenet *Grammat. conſ. ciuil.* 72. *nu.* 2.

82 Niſi tamen inobedientia haberet qualitates aggrauantes, propter quas poterit exigi maior pœna. Et ità in pœna damni, vt vltrà dãnum exigi poſſit propter contemptum, pluriès fuiſſe deciſum tradit *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 3. *de elect. Official.* §. 1. *num.* 45. Item in pęna inobedientiæ ergà vaſallos non parentes, quãdo

do fuerint requiſiti ad ſeruiendum Domino, quæ licèt non debeat excedere tarenum vnum: attamen quando dicta inobedientia haberet qualitates aggrauantes, poſſet extendi vltrà tarenum. Et ità quòad vtrumque deciſum extitiſſe per Sacrum Conſilium refert *Capiblanc. de Baron. prag. 16. nu. 54.*

83 Infer ſextò, quòd ad hoc vt banna, quæ emanantur per Officiales locorum ligent, ac in pęnam ipſorum incidant contrauenientes, oportet vt ſint facta cum conſilio Aſſeſſoris Ordinarij: aliàs ſi emanantur abſq. conſilio illius, non ligēt, nec poterit exigi pęna. Et ità in facti cōtingentia iudicatum refert *Paris de Put. in tract. ſindic. verſic. Aſſeſſor ſub nu. 26.* adde *D. de Thoro*, qui de *Paride* meminit in *Compend. deciſ. parte 1. verbo Bannum emanatum à Capitaneo fol. 63.*

Infer ſeptimò ad caſum notabilem relatum per *eundem D. de Thoro in Compend. deciſ. part. 2. verbo pęna vna, vel plures debentur fol.* 440. quòd licèt ſcilicèt pęna incuſationis obligationum ſtipulatarum penès acta, vel liquidationis inſtrumentorum, quæ eſt caroleni vnius pro quolibet ducato, & ſic ad rationem decē pro quolibet centenario, debeatur
84 ſtatim facta incuſatione, vel liquidatione, ſi tamen euenerit caſus, quòd fuerit carceratus debitor, & præſtiterit cautionem de ſe præſentando, aùt ex cauſa infirmitatis, aùt feriarum, aùt aliàs, ſi poſt cautionem præſtitam, cuius vigore fuit relaxatus à carceribus, non ſe præſentauerit, & fuiſſet incuſata cautio præſtita prædicta de ſe præſentando, vnica tantū pęna exigi poterit, non verò duplex, & ità deciſum per Sacrum Conſilium refert *ibi*, quam deciſionem nota, tanquàm practicabilem, & quotidianam.

85 Infer octauò in pęnis, ac mulctis exigendis nullum habere priuilegium Fiſcum, aùt Baronem de illis infeudatum aduerſùs creditores cōdemnati, & proindè in concurſu præferendi erunt cre-
86 ditores qualeſcūque, & hoc tàm ſi actione hypothecaria experiantur creditores, quàm ſi perſonali, ac etiàm chyrografaria, ſic excipiunt communiter *Doctores ex l. 1. C. pęnis fiſcalib. credit. præferri lib.* 10. addunt *text. in l. quod placuit ff. de iure Fiſci*, & *in l. reſcriptum ff. de pact.* & annotauit *Afflict. in cap. 1. num. 45. de fratrib. de nouo benefic. inueſt. in vſib. feud.* Rationem ſubdunt *Doctores*, quia Fiſcus tractat de lucro quærendo, creditores verò de damno vitādo, & propterea non debet eſſe par ratio, aùt cauſa lucri, & damni, ad *text. in l. Proculus ff. de damn. infect.* Nec peioris conditionis eſſe debet qui damnum vitare intendit, quàm qui lucrum capere deſiderat *l. verùm §. item quæritur ff. de minor.* cum conſentientibus.

87 Amplia hoc in caſu, quo vnica ſententia fuiſſet condemnatus aliquis Reus in pęna pecuniaria ergà Fiſcum, & ergà offenſum, quoniàm ſi non erit ſoluendo pro vtraque quantitate, adhùc offenſus erit admittendus pro ſua portione, & Fiſco præferendus, prout deciſum Areſto Senatus Pariſienſis teſtatur *Ioannes Gallus quæſt.* 130. quicquid per prìus pro Fiſco cenſuiſſent Theſaurarij Generales Franciæ, quam ſententiam etiàm aduerſùs *Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 16. ſub num.* 8. tuetur *Peregrin. de iure
88 Fiſci lib. 4. tit. 8. ſub numer.* 12. Eſt benè verum, quòd fauore Fiſci ſteterunt magis communiter *Doctores*, de quibus apud *D. Reg. Conſtant. d. l. 1. C. pęnis fiſcal.
89 cred. præfer. ſub num.* 65. quod tamen ipſe declarat procedere fauore Fiſci Principis, non verò fauore Exactorum pęnarum Baronalium, eò quòd Barones non habent priuilegium Fiſci.

Amplia ſecundò principalem illationem in quacumque emenda fauore pri-
90 uati damnum paſſi, vt ſcilicèt ſemper præferatur Fiſco pro ſuis pœnis, prout iudicatum per eundem Senatum Pariſienſem refert *Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 70. col. vltim.* ſequitur *illum* idem *Peregr. d. nu. 12. in fine.* Intelligas hoc tamen ſecundùm eundem *D. Reg. Conſtan. d. l. 1. num. 74.*

Infer nonò ad notabile vnū, quia licèt, vt diximus ſuprà, pœnę pecuniariæ, mul-
91 ctę, ac prouentus ſint fructus iuriſdictionis: attamē illi tāquā incerti non venient in liquidatione introituum Feudalium, tametſi illos augeant, & ità receptum

con-

Digitized by Google

conſuetudine in Regno ex doctrina *Regentis Moles in tract.de iuribus regalibus Regni in titul.de iure releuij quæſt.* 10.refert idem *D.Conſtant.vbi ſuprà num.62.* Et notabile iſtud deſeruiet ad plura, quorum præcipua ſunt Primò in liquidatione introituum Feudalium in caſu, quo fieret venditio, aùt cõceſſio ad certam rationem, vt quotidiè practicatur in Sacro Conſilio, & in Regia Camera Sũmariæ, & deciſum per eandem Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio refert idem *Regens Moles vbi ſuprà.* Secundò in taxatione releuij, ad cuius præſtationem tenetur nouus ſucceſſor, ad rationem medietatis fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur. Nã in præſtatione, & liquidatione illius non habetur ratio de iſtis prouentibus, vti incertis, vt tradit idem ipſe *Reg. Moles d. quæſt.*10.de quo meminit *D.Conſtant.d. l.*1.*C. pœnis fiſcal. cred. præf. num.* 68. & *Nos* latiùs dicemus ſuo loco infrà, in ſecunda huiuſcè noſtri Operis parte.

92 Infer decimò pro coronide, quòd cõdemnatus in pœnam pecuniariam, ſi nõ habebit in ære, luebit in corpus per regulam deſumptam ex *l.*1.§.*fin. ff.de pœn.*

93 Quod ampliatum extitit non tantùm reſpectu pœnæ, verùm etiàm reſpectu expenſarum, & intereſſe debitorum Parti ex cauſa delicti, ad tradita per *Boer. in deciſ.*349.*per Peguer.deciſ. Cathalon.6.& D.de Franch.deciſ.*358.*per totam.* De veritate tamen iſtius ampliationis paulò poſt infrà dicemus.

94 Sed dubitationis eſt, qualis luitio iſthæc eſſe debeat. Alij ſentiunt pro pœna triremium, vt ſentit *Aſflict.in Conſtitut. Culpam in 6.notab.* vbi tradit, eſſe de hoc caſum ſpecialem in Regno, vt ſit pœna triremiũ. Alij pro exilio, vt colligi licet ex traditis per *Peguer. vbi ſuprà*, & cenſuit Sacrum Conſilium apud *D. de Franch.d. deciſ.*358.*in fine*, & repetit *deciſ.* 507. *nu.* 2. Placet tamen in hoc, quod tradit *Petrus Caball. in reſolut. criminal. cap.* 77. *nu.*15.*verſic.ſit id arbitrarium Iudici*, qui iuxtà quantitatem, aùt qualitatem pœnæ, ac etiàm perſonæ, quæ ad illam tenetur, poterit arbitrari, quid vice illius imponere habeat.

Nùm autem debitor iſtæ pœnæ pecuniariæ ergà Fiſcum admittatur ad miſe-
95 rabile beneficium ceſſionis bonorum, pro expedito habent *Doctores*, condemnatum ad pœnam pecuniariam propter delictum non poſſe cedere bonis, adducuntur in id ex diſpoſitione *tex.in l.fin.ff. de in ius voc. in l.fin. in fine C.de ſepulcr.viol.in l.quicumq.C. de ſeru.fugit. in l.*1.§.*fin. ff. de furt.* cum concordantibus adductis per *gloſ. in cap.finem litibus in verbo & ſi ſoluendo extrà de dolo, & contum.* ac per aliam *glo.Iuris ciuilis in d. l.*1.§.*fin.ff.de pœnis in verbo eludunt*, & ità communiter dixerunt *Angel. in l.*4.*nu.*4.*verſic.in criminali verò ff.de ceſſ. bonor. Cæpolla conſ.*9.*verſ. & ex prædictis apparet, Dec.in l.ſi quis id, quod num.*22.*ff. de iuriſdict. omn.iud.* Couar. *variar.reſolut. lib.*2.*cap.*1.*nu.*8. *Ioan. Faber in* §.*fin.Inſtitut.de act.vbi etiam Iaſ. num.*13. *idem Iaſ.in d.l.ſi quis id, quod num.*28.*Salyc.in l.*1.*quæſt.*6.C.*qui bon.ced.poſſ. Aufrer.in addit.ad* Capell. *Tholoſ. deciſ.*61. *Brunus de ceſſ.bonor.quæſt.*17. *num.*1. *Guid.*Pap. *deciſ.*211.*num.*13. *Viuius commun.opin. in verbo cedere, Clarus lib.*5.*recept.ſentent.* §.*fin.quæſt.*95. *Ioſeph. Ludouic. deciſ.Peruſ.*32.*num.*1.*&* 2.*Seraphinus de priuileg. iuram.priuileg.*91.*nu.*8. *Theſaurus deciſ.* 182. *num.*1. *Baez. de inope debit. cap.* 11. *Peguera deciſ.Cathalon.*6.*per totam, Anton.Faber in eius* Cod.*titul. qui bonis ced. poſſ.definit.*4. *Grinellus deciſ. Dolana* 78. *num.*2.vbi alios congerit.

96 Mouentur ij ea ratione, quia qui non habet in ære, debet luere in corpus, & proindè ceſſante potentia ſoluendi, excluſoque beneficio ceſſionis bonorum, debet pœna illa pecuniaria, ad quam fuit condemnatus commutari in corporalem, & ità colligi ſtatuunt ex prædictis iuribus ſuprà cumulatis.

Quis verò poſſit eam commutare in corporalem, quomodò commutanda ea ſit, quibuſuè in caſibus permittatur cõmutatio, non eſt præſentis ſpeculationis, ſed cupidus Lector excipere id poterit ad ſaturitatem à *Menoch.de arbitrar. Iudic. lib.*2. *centur.*5. *caſu* 447.*per totum*, multa etiàm tradit *D. Præſes de Franch.d. deciſ.*358.*per totam.*

97 Am-

Digitized by Google

97 Ampliant modò præfatam concluſionem *Doctores*. Primò etiàm in muliere, quæ ſimiliter non admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum ratione delicti *Pappon. lib.* 10. *tit.* 10. *areſt.* 4. *Ariſminus Tepatus concluſ. iur. tit.* 281.

98 Ampliant ſecundò in quocumq; debito proueniente ex cauſa criminali, ſiuè ex cauſa condemnationis in cauſa criminali, vt poſt multos voluerunt *Natta in conſ.* 301. *Boer. deciſ.* 341. *Couar. Clarus*, alijque deſuper citati. Et ità quandoque conſultus reſpondi, tàm in caſu cuiuſdam condemnati per viam notorij, in quadam pecuniarum quãtitate, quàm etiàm in alio, qui petebat admitti ad ceſsionem pro pęna debita Fiſco ex cauſa liquidationis inſtrumentorum, ac incuſationis obligationis penès acta ſtipulatæ, ad rationem tarenorum trium pro qualibet vntia, ex cauſa periurij, ſecundùm communem ſtylum, ac obſeruãtiam omnium Curiarum Regni.

99 Ampliant tertio loco etiàm quòad intereſſe, ad quod quis fuit condemnatus parti læſæ ex cauſa delicti, pro quo pariter dixerunt, non poſſe cedere bonis, ad inſtar pęnæ pecuniariæ Fiſco debitæ pro delicto *Abbas in cap. finẽ litibus num.* 5. *extrà de dolo, & contum. Baiardus ad Clarum quæſt.* 95. *num.* 14. *Peguera deciſ.* 8. *nu.* 16. videtur ſentire *D. de Franch. deciſ.* 358. vt colligitur ex dictis *ibidem nu.* 1. *&* 2. *ac in deciſ.* 507. voluerũt etiàm *D. Rouitus ſuper pragmat.* 3. *tit. de ceſſ. bonor. num.* 2. vbi ſic deciſum teſtatur per Sacrum Conſilium ipſo referente in plena Aula, in condemnato ex cauſa truffæ in quadam pecuniarum quantitate ergà Partem, & nouiſsimo loco *Ioannes Griuell. d. deciſ. Dolana* 78. vbi *num.* 1. ſic pariter deciſum per Senatum illum Dolanum refert.

Impugnant aliqui hanc ampliationem dicentes, quòd etiàm in tali caſu gaudere quis debeat beneficio ceſſionis bonorum, illamque tutati ſunt *Innoc. in cap. Odoardus de ſolut.* de quo meminit *Abb. loco ſupra cit. Couar. d. cap.* 1. *num.* 8. *circà finem*, *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.* 91. *num.* 9. *Theſaur. deciſ.* 182. qui *num.* 7. ſic deciſum inquit per Senatum Pedemontanum *Theſ. filius in addit. ad d. deciſ.* 182. *ſui genitoris*, vbi ſic pariter deciſum teſtatur, videturq; ſentire *Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu* 447. *nu.* 9.

Ego, omiſſa diſputatione, arbitror veriorem *Abb.* & cæterorum ſententiam affirmantium, in tali caſu non debere gaudere dicto bonorum ceſſionis beneficio, quam, omiſſis cæteris, probo.

Primò ex *tex. in d. cap. finem litibus extrà de dolo, & contum.* quem in id expendunt relati *Doctores*, in quo tractatur de damno, quod Parti infertur ex inducijs, & exceptionibus ab altera Partium, per excogitatam malitiam oppoſitis, & inquit, debere hunc talẽ ad expenſas condemnari, propter hoc erogatas, quas ſi condemnatus ſoluere non poterit, luebit pœnam ſecundùm arbitrium diſcreti Iudicis, reddit rationem, vt hoc ſaltim timore perterritus, non facilè quis in grauamen alterius falſas opponat exceptiones. Dicere autem, vt contrariæ ſententiæ Authores autumant, & probant *Theſ. ac Couar. locis cit.* quòd ſcilicèt in eo *tex.* damnum illud ſit loco pœnæ, ac quòd propterea quia pęna ſic in eo decidatur, ſtatuentes, id deſumi ex eo verbo inibi poſito, *puniatur*, quod verbum puniatur pęnã indicat, hoc falſum eſt, cùm ibi de mero damno, & expenſis litigatoris agatur, non autem de pęna, vt probãt eiuſdem *text.* expreſſa verba, ibi, *ad ſoluendas alteri Parti moderatas expenſas, tunc in iudicio faciendas, cum acceptis inducijs, ſi forſitàn in probationibus defecerit, condemnetur.* Nec minùs obſtabit, quod pro id confirmando adducit *Theſ. loco cit.* ex Rubr. *Inſtitut. de pœna temerè litigantium*, vbi expenſas Parti erogandas propter temerariam litem appellat pęnam, ibi, *de pœna temerè litigant.* Nàm dupliciter occurro.

100 Primò, quia quandoque pęna pro damno vſurpatur, vt obſeruari poterit apud *Ciceronem* relatum *à Calepino in dict. pęna.*

Secundò, quia in nigro illius tituli nõ tantùm tractatur de damno, & expenſis Parti reficiendis, verùm etiàm de pęna, vt in §. *ex quibuſdam*, vbi aliqua recenſentur iudicia, in quibus damnatus infamis,

Digitized by Google

mis, ſiuè ignominioſus redditur, alibiq; etiàm in eo enumerantur pœnæ dupli, & tripli, quæ non ſunt damni reſtauratiuæ, ſed pro culpa punitiuæ.

Secundò principaliter probat hoc ipſum *text. in l. ſi rerum amotarum ff. de re iudic.* cui conſimilis eſt etiàm alius *tex. in l. etiam §. licet etiam in dotalib. ff. ſol. matrim.* qui in id expenduntur à *Griuell. d. deciſ. Dolana* 78. *nu.* 7. in quibus maritus
101 ex dolo conuentus perdit priuilegiũ, nè conueniri poſſit, niſi in quãtum facere poteſt, de quo in *l. maritum ff. ſol. matrim.* Et ſi diceretur, quòd tractatur ibi de actione, in quantum facere poteſt, quæ denegatur ipſi, quæ differt ab hoc, in tantum, quòd nõ valebit ſequela, poteſt quis inſolidum conueniri, ergò non poteſt cedere bonis, cùm multi ſint caſus, in quibus maritus inſolidum conuenitur, non autem in quãtum facere pót, & tñ pót in illis cedere bonis, de quibus abundè apud *Brunum d. tract. de ceſſ. bon. quæſt.* 20. quoniam in iſto caſu particulariter, non poſſe maritum cedere bonis, affirmauit idem *Brunus loco cit. nu.* 6.

Tertiò probat hanc noſtram ſententiã *tex. in l. qui ædes ff. de incendio ruin. &*
102 *naufrag.* vbi quando quis caſu, ideſt negligentia aceruum frumenti iuxtà domum poſitum combuſſerit, iubebitur, aut ſarcire nouam, aùt ſi minùs idoneus, erit leuiter caſtigandus. Loquitur inibi in caſu, in quo non propter dolum, & latam culpam tenetur quis ad reſarciendum damnum, & tamen inquit, quòd ſi non poterit reſarcire damnũ, debet luere in corpus: nàm ità exponendum erit verbum illud, *noxam*, ideſt, damnum, nõ autem, noxam, ideſt, pęnam, vt colligitur clariſſimè ex eo *text.* & probauerunt *Ouidius lib.* 15. *Metamorphoſeos*, ibi

*Nocte nocent pœnæ, ſine noxa luce labuntur.*

& *Colum. lib.* 1. *cap.* 6.

*Ea res à noxa curculionum videtur fruges defendere.*

Quarto loco probat hoc etiam *text. in l. obſ&nus* 50. *ff. de admin. & peric. tut.* vbi *Paulus* ait, quòd ſi tutor, qui negli-
103 genter verſatus eſt in adminiſtratione rerum pupilli non ſit ſoluendo, nec idoneus ad reſarciendum damnum, extrà ordinem coercebitur. Loquitur ibi de damno illato pupillo propter negligentiam, & tamen decidit, extrà ordinem pùniendum tutorem, ſi non poteſt illud reſarcire. igitur vera concluſio, quòd in caſibus damni, ſiuè intereſſe dependentis ex delicto Parti applicandi, ſi condemnatus non habebit in ære, debet luere in corpus, in tantum, vt ei non ſuffragetur beneficium ceſſionis bonorum. Quapropter iure receptum hoc eſſe, inquit *Couar. loco cit.* non obſtante peculiari pragmatica conſtitutione contrarium cauente, vbi dicit, quòd Iudices Regiarum Curiarum, non obſtante dicta pragmatica ſanctione hunc taliter ſic pro mero damno Parti damnatum, damnare, mittereque in publicas triremes, ad hoc vt mercede publica ibidem remigis officio fungatur, donec ex mercedis pœna in damnum priuatum reſarciatur.

Poſthæc à me ſcripta prodierunt in lucem deciſiones Doctiſſimi *Regentis Rouit.* qui *deciſ.* 86. *per totam* ex profeſſo agit, vtrùm debitor Fiſci ex contractu poſſit cedere bonis, ipſum adito, nàm multa bona excipies, & ſignanter limitationem fauore debitoris Fiſci ex contractu, vt ſcilicèt non obſtante priuilegio Fiſci admittatur ad beneficium ceſſionis bonorum, & deciſionem affert in caſu *ibi* per *ipſum* relato.

## SVMMARIVM.

1 *Laudimiorum exactio eſt in fructu.*

2 *Laudimium eſt fructus iurium, & actionum.*

3 *Laudimium eſt fructus ex re, ſiuè propter rem emphyteuticariam prouenięns.*

4 *Laudimiorum exactio pertinet ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium.*

5 *Laudimiorum exactio pertinet ad conductorem rei emphyteuticariæ, non ad Dominum locantem, quàmuis locator laudare non poſſit.*

6 *Laudimiorum exactio pertinet ad vxorem vſufructuariam relictã à marito, alio hærede vniuerſali relicto. Intelligendo tamen iuxtà conſuetudinem Bulgari cõ-*

Z muni-

Digitized by Google

*muniter approbatam, vt ibidem.*
*Pertinet etiã ad maritum, vti vſufructuarium rei dotalis dominij, nu.7.*
*Rursùs ſpectat ad patrem vſufructuarium bonorum filij, nu.8.*
*Niſi tamen fuerit emphyteuſis relicta filio ſub conditione, nè pater aliquid conſequatur, nu.9.*
10 *Laudimiorum præſtatio, & exactio eſt quinquageſima pars pretij, vel æſtimationis.*
*Poteſt tamen conſuetudine induci, vt ſit maior quinquageſima, & cõſuetudo iſthæc eſt approbata de iure, nu.11.*
12 *Vtilis Dominus rei emphyteuticariæ in caſu, quo fuerit auctum laudimium vltrà quinquageſimam, potitur, vt poſſit alienare inconſulto Dño directo ipſius rei.*
13 *Laudimium petẽdi an ſit in electione Domini iuxtà pretium diſtinctum in contractu, an verò iuxtà æſtimationem.*
14 *Laudimiorum materia eſt diſpoſita, & capax ad recipiendas varias fraudes, ex probabilibus coniecturis reuincendas.*
15 *Laudimium debetur etiam ex venditione facta cum pacto de retrouendendo.*
*Debetur rursùs etiàm in caſu dationis in ſolutum facta creditoribus, nu.16.*
*Debetur inſuper ex quacumque neceſſaria alienatione, & ſignanter in facta ſub haſta, quando alienatio neceſſaria orietur ex obligatione cõtracta per ipſum alienantem, nu.17.*
*Debetur item in caſu donationis, & legatorum rei, ac iuris emphyteutici, nu.18.*
*Itẽ ex permutatione rei emphyteuticæ, n.19.*
*Debetur etiàm in caſu retractus iure propinquitatis, nu.20.*
21 *Releuia dicuntur eſſe in fructu, ac fructus ſunt iurium, & actionum, & pertinet illorum exactio ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium.*
22 Releuiorũ *exactio prouenit ratione* Feudi.
23 *Releuiorum exactio an ſit inuentum* Regnicolarum *noſtrorum, an verò Siculorum, remiſſiuè.*
24 *Releuium eſt id, quod ſoluitur, qñ moritur vaſallus vtilis Dñs* F*eudi per eius hæredẽ, pro confirmatione, ſiuè inueſtitura.*
25 *Releuium eſt medietas fructuum illius anni, quo moritur Feudatarius, aùt vnius anni.*
26 *Releuium dicitur à releuando, eò quòd releuat Dominum.*
27 Releuium *ad inſtar laudimij debetur pro mutatione dominij, & inueſtitura præſtanda.*
28 *Feudatarius ob non petitam inueſtituram infrà annum, & diem priuatur* Feudo.
Fallit *in Regno, in quo nouus ſucceſſor ratione releuij, quod ſoluit, non amittit Feudũ; ſed tenetur ad duplex releuium, nu.29.*
30 *Dominus* Feudi *tenetur gratis facere inueſtituram* Feudatario.
31 Subuentiones, *& adiutoria an ſint in fructu, & an pertineant ad vſufructuariũ, an verò ad proprietarium, latiſſimè excutitur articulus, & nu.59.*
32 Subuentiones, *& adiutoria in quibus caſibus debeantur de iure* Regni.
33 Subuentiones, *& adiutoria in quibus caſibus poſſint petere Prælati tenentes* Feuda, *à ſuis vaſallis.*
34 *Subſidia charitatiua ſoli Prælati Eccleſiaſtici, & ſic* Summus Pontifex, *Cardinalis*, Patriarcha, *Archiepiſcopus, & Epiſcopus petere poſſunt, nõ verò inferiores Epiſcopo, niſi habeant ex priuilegio, aùt ex conſuetudine.*
35 *Vſufructuarius non nunciat nouum opus ſuo nomine.*
36 Fructuum *omnium in locatione nõ venit id, quod datur de conſuetudine in fælici introitu Archidiaconi, & nu.52.*
37 *Vſufructuarius exigit laudimia omnium rerum cenſualium.*
*Item agit actione furti, nu.38.*
*Rursùs petit cautionẽ dãni infecti, nu.39.*
*Item tenetur ad onera collectarum, & alia quæcumq; onera, nu.40.*
*Inſuper habet vſumfructum etiam in nominibus debitorum, nu.41.*
42 *Vſufructuarius dicitur Dominus ratione præeminentiæ.*
43 *Vſufructuarius, aùt alius poſſidens, præſtans ſeruitium militare ratione poſſeſſionis* Feudi, *poteſt petere ſubuentiones, & adiutoria, & nu.62.*
44 Fructus *dicitur, nedùm illud, quod prouenit nobis ex re, verùm etiam quod propter rem, aùt occaſione rei.*
45 Subuentiones, *& adiutoria ligant, & afficiunt homines, & vaſallos* Feudi, *non autem Vniuerſitatem, ac corpus Collegij vniuerſalis.*

46 Sub-

Digitized by Google

46 *Subuentionum, & adiutoriorum in exactione an ſit facięda diſtributio per capita, an verò per as, & libram.*

*Et an æqualiter vniformiter, nu. 47.*

48 *Subuentiones, & adiutoria præſtare non tenentur vaſalli exteri habitantes in ea Terra, per cuius vaſallos, & ciues eſt facienda præſtatio.*

49 *Subuentionum, & adiutoriorum in exactione an ſit attēdēdus numerus foculariorum actualiter inhabitantiū, an verò iuxtà numerationem vltimo loco factā.*

50 *Subuentiones, & adiutoria conſtituunt onus perſonale ratione bonorum, & ſic tenentur perſonæ pro modo facultatum, & proindè non tenentur ad illa vaſalli, ſi fuerint effecti non ſoluendo, aut Vniuerſitas depauperata.*

51 *Munera, ac dona, quæ dantur Baroni per vaſallos non veniunt in reſtitutione fructuum Feudi, ſi Baro ad illa fuerit condemnatus.*

53 *Reſtituere grauatus non tenetur ad reſtitutionem eorum, quæ acquiſiuit propria induſtria, ſi fuerit grauatus reſtituere quicquid ex re perceperit.*

54 *Beneficium, quod contulit libertus vxoris viro non venit in reſtitutione in caſu reſtitutionis fructuum.*

55 *Cameræ reſeruatæ occaſione quod præſtatur* Baroni, *an præſtetur intuitu perſonæ, an verò Feudi.*

*Et an veniant in reſtitutione fructuū, n. 56.*

57 *Releuium an ſit ſoluendum de illis, quæ præſtantur Baroni per Vniuerſitatem annuatim ex nominatione facta in Cameram reſeruatam.*

Authoris *opinio circà reſolutionem quæſtionis, nu. 57. cum ſeqq.*

58 *Diſtributiones quotidianæ dantur ex aſſiſtentia in Diuinis Officijs intuitu ſolius perſonæ.*

*An ſuper illis cōſiſtat vſusfructus, & in quibus caſibus, ibidem.*

60 *Subuentiones, & adiutoria an pertineant ad proprietarium, an verò ad vſufructuarium* Feudi.

61 *Subuentiones, & adiutoria tunc pertinent ad vſufructuarium, quando eſt verè fructuarius ad proprium commodum, qualis eſt maritus rerum dotalium, expreſſim in dotem datarum, ac ſimiles.*

*Item quando præſtat ſeruitium militare, num. 62.*

63 *Subuentiones, & adiutoria præſtantur etiàm Domino Feudi, cum pacto de retrouendendo, & ſic reuocabiliter illud poſſidenti.*

*Item Domino poſſidenti Feudum vigore vēditionis factæ cum annua perceptione introituum ad certam rationem, ac cum reſeruatione tamē aliorum introituum, & iuriſpatronatus, nu. 64.*

65 *Subuentionum, & adiutoriorum exactio pertinet ad Dominum Feudi ex prærogatiua dominij, non autem ex perceptione fructuum.*

66 *Subuentiones, & adiutoria debētur etiàm vtili Domino tenenti Feudum in burgenſaticum ab Eccleſia, aùt ab alterò taliter concedente.*

67 *Subuentiones, & adiutoria debētur etiàm Nepoti ſuccedenti in Feudo ſui Auunculi in caſu maritagij ſororis, ipſius ſororis ſuccedentis.*

68 *Subuentiones, & adiutoria debentur Baroni habenti ciuilem iuriſdictionem, nō verò habenti criminalem in Feudum.*

69 *Subuentiones, & adiutoria debentur Baroni non tantùm pro prima filia maritanda ſed pro omnibus, & ſic pro plurib.*

70 *Subuentiones plures an ſint præſtandæ eodem anno, ſi plures caſus præſtationis emerſerint in illo, & nu. 97.*

71 *Subuentiones exigit frater non tantùm pro prima ſorore maritanda, ſed etiàm pro omnibus, ſi plures haberet.*

72 *Subuentiones Baroni pro ſorore maritāda non præſtantur, quando eſt Feudum nouum, ab ipſo fratre acquiſitum, ſed tātùm quando Feudum eſt antiquum.*

73 *Subuentiones, & adiutoria an præſtari debeant à vaſallis in caſu maritagij filiæ naturalis tantùm, ſiuè ſpuriæ.*

74 *Subuentiones, & adiutoria præſtātur Baroni à vaſallis, etiàm in caſu maritagij neptis, non tantùm filiæ.*

*Etiàm ſi pater eſſet in medio, & ipſe Auus poſſideret* Feudum, *nu. 75.*

*Intelligas tñ quòad Auum paternum tātùm, non verò quòad maternum, nu. 76.*

*Intelligas etiàm, dato adhùc quòd Auia materna maritaret neptem ob paupertatem parentum: nàm non exiget in tali caſu*

adiutorium, num.77.

78 Subuentiones, & adiutoria præſtantur fratri maritanti ſororem, etiàm in caſu, quo pater legauerit dotem.

79 Subuentionum, & adiutoriorum exactionis ius tranſmittitur ad hæredes, ſi obierit Baro, non facta exactione.

80 Subuentiones, & adiutoria debentur Baroni, etiam in caſu monacationis filiæ, aut ſororis, aut amitæ.

Verùm præſtatio in tali caſu non fit tempore ingreſſus, ſed tempore profeſſionis, nu.81.

In tantùm, quòd ſi Baro tempore profeſſionis non poſſideret Feudum non erunt ei præſtanda, dato adhùc quòd fuerint ingreſſa tempore dominij ipſius, nu.82.

83 Subuentiones, & adiutoria præſtanda pro monacatione nõ ſunt æqualia cum præſtandis pro maritagio, ſed pro medietate debentur, & ſic ad ratam granorum vigintiquinque pro qualibet foculari.

84 Subuentiones, & adiutoria peti poſſunt à vaſallis, etiàm in caſu, quòd habuiſſet aliàs pro maritagio, & perdidiſſet dotẽ, ſi ſecundò maritaretur.

Intelligas tamen, niſi culpa ſua perdidiſſet dotem, nu.85.

Item in caſu, quo repeti non poſſet, eo quia non eſſent ſoluendo: nàm in tali caſu de nouo peti poſſunt, nu.86.

87 Subuentiones, & adiutoria an petere poſſit mater poſſidens Feudum pro filia maritanda.

88 Subuentiones, & adiutoria exigere nõ poterit Baro, quando ipſe, aùt eius filius ducit vxorem.

89 Subuentiones, & adiutoria debita pro emẽda Terra, pro vnica tãtùm vice debentur, nõ verò ſi plures Terras emeret.

Et hoc tàm ſi fuerit Terra mutata, quàm ſi nõ, & ſic etiàm in caſu emptionis Mottæ, Oppidi, vel Caſalis, dummodò habitent ibi vaſalli, etiàm infrà numerum decem foculariorum, nu.90.

Non debetur tamen in tali caſu, ſi emeret vnam iuriſdictionem, vt putà iuriſdictionem criminalem, vel ſecundas cauſas, aùt ſimilia, nu.91.

92 Baro iuriſdictionis ciuilis dicitur verè Dominus Terræ, non verò Baro iuriſdictionis criminalis.

93 Subuentiones, & adiutoria an petere poſſit filius pro Terra emenda, ſi fuerint aliàs præſtita Patri, ſimiliter pro Terra ab ipſo patre empta.

94 Subuentiones, & adiutoria an debeantur patri pro doctoratione filij, ſicuti debentur quando facit ipſum filium militem.

95 Barones excedẽtes in petitione ſubuentionum, & adiutoriorum à ſuis vaſallis, aùt exigentes illa in caſibus non permiſſis, tenẽtur ad duplum Regiæ Curię.

96 Subuentiones, & adiutoria nõ poſſunt petere Barones pro Faſcia, quando eorum vxor, aùt Nurus pepererit.

97 Subuentiones, & adiutoria debentur pluriès in anno, ſi plures in eodem anno emerſerint caſus faciendarum præſtationum, in caſibus tamen comprehenſis in Conſtitutionibus, ac Cap. Regni.

## CAP. XIV.

Laudimiorum exactio, quæ pro inueſtitura, ac approbatione contractus elargitur approbanti, ad præſcriptũ
1 *tex. in l. fin. C. de iure emphyt.* quòd ſit illa in fructu, patet nedùm ex recenſitis per
2 *Menoch. de præſumption. lib. 4. præſ.* 14. *in fine*, vbi dicit, Laudimium eſſe fructum iurium, & actionum, ac per
3 *Amadeum de Ponte in quæſt. laudim.* 20. *num.* 3. vbi ſcribit, quòd laudimium ſit fructus ex re, vel propter rem emphyteuticam proueniens: verùm etiàm ex traditis per *Doctores* ſuper illius quæſtionis reſolutione, an ſcilicèt pertineant illa ad fructuarium, an verò ad proprietarium, in qua communiter poſt *Oldradum*, quem vti aurigam, & anteſignanum agnoſcunt omnes in *conſ.* 24. incip.
4 *quòd dominæ vſufructuariæ*, pertinere ſcilicèt ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium concludunt, *Afflict. in Conſtitut. Regni Quamplurium num.* 17. *Guid. Pap. deciſ.* 477. *nu.* 2. *Alex. in l. diuortio* §. *ſi vir ſub num.* 8. *ad finem ff. ſol. matrimon. ibique etiam* Barboſa *num.* 43. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 12. *Menoch. in conſ.* 66. *à num.* 76. *lib.* 1. *ac de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 142. *num.* 22. *Clar. in* §. *emphyteuſis quæſt.* 23. *in fine*, *Socin. iun. in conſ.* 70. *nu.* 31. *lib.* 3.



Digitized by Google

*Surd.conſ.*57.*nu.*25.*Franc.Marcus deciſ.* 605.*p.*1.*Burſat.conſ.*165.*nu.*55.*Peregr. de fideicomm.art.*10.*nu.*6.*Solſon.in tract. de Laudim.cellula* 2.*num.*15.*Amed. de Ponte d. quæſt. laudim.* 20.*Annaſen. in ſingul.*294.*ibique etiam Annafilius in addit. Anton. Sola ad decr. Sabaud. tit. de iure emphyt.gloſ.*1.*num.*33.*fol.*35.ijs adde *Parid.de Put. Tiraquell. Bellon. Bellacomb. Alciat. Crauett. & Redoan.* quos coacerauat, & ſequitur *Maurus Burgius de Laudim.p.*1.*inſpect.*4.*ſub num.*8.adde etiam *Gutierrez de tutel.par.*3.*c.*24.*n.*10. *Anton.Fabrum in eius C. tit. de iure emphyt.definit.*46. ac nouiſſimo loco *Carolum Anton. Blancard. in ſuis notis laudimialib. ad Amede. de Ponte de laudim. nota* 20. vbi tuetur opinionem iſtam aduersùs aliquos modernos, contrariam ſententiam ſectantes, ac dicentes, laudimium non deberi intuitu rei, ſed benè intuitu perſonæ, & proinde ſpectare ad proprietarium, non verò ad vſufructuarium, quod eſt falſiſsimum, vt ipſemet *Blancardus ibi* intuetur. Patet igitur ex eo, quod ad vſufructuarium laudimia pertineant, non verò ad proprietarium, eſſe illa in fructu: nàm aliàs non fieret, ſi ad ipſum non pertinerent.

5 Amplies, vt laudimiorum exactiones pertineant etiam ad conductorem fructuum rei emphyteuticæ, non autem ad Dominum locantem, tametſi ipſe conductor laudare non poſsit. Et ita concludit *Annæus Robertus rerum iudicat. lib.*3.*cap.*18. & poſt ipſum probat *Blancard.d.nota* 20.*in fine*. Quod eſt notandum, vti quotidianum, præcisè in conductoribus fructuum alicuius beneficii habentis vti directi Domini bona aliis data ſub natura, & pactis emphyteuticis. Item in affictatoribus Caſtrorum, & Terrarum, quorum vtiles Domini exigunt cenſus, & laudimia à poſſeſſoribus bonorum, aùt Feudalium, aùt burgenſaticorum, in emphyteuſim alteri datorum.

6 Amplies ſecundò, vt ſpectet illorum exactio vxori relictæ vſufructuariæ omnium bonorum per maritum, alio hærede vniuerſali inſtituto *Caſſan.in Conſuetud.Burgund. tit: des droict, ſeu rubr.* 4. §.6. *verſ. prout en iouyr in fine*, adde *Riminald.iun.in conſ.*481.*num.*123.*in fine.* Declarando hoc tamen in caſu, quo fuerit relicta vſufructuaria, Domina, & patrona à marito exiſtentibus filijs, ſecundùm conſuetudinem Bulgari communiter receptam, de qua apud *Bart. in l.Titia cum teſtamento* §.*fin.ff.de legat.*2. *gloſ.in Auth.hoc locum C.si mulier ſecund. nupſer.ibique* Baldus, & *Doctores*, *Iaſ. in l.& ſi contra tabulas nu.*5.*ff.de vulg.ſubſtit.Guiliel. Bened. in repetit.cap. Raynutius verſ.cætera bona nu.*6. *de teſtam.* habeturque paſsim apud *Doctores*.

7 Amplies tertiò, vt pertineat etiam ad maritum, vti vſufructuarium dominii rei dotalis, non verò ad ipſam vxorem proprietariam *Boer.in Conſuetud.Biturig.tit. des cooſtu.des fiez gloſ.*1.*in fine*.

8 Amplies quartò, vt pertineat etiam ad patrem vſufructuarium bonorum filij *DD. in l. cùm oportet C. de bon. quæ liber. & in* §.1 *Inſtit: per quas perſon. nob. acquir.* per illa iura ſic cenſuerunt pariter *Valaſcus de iure emphyt.q.*38.*nu.*28. *Aſcan. Clement.de patr. poteſt. effectu* 2. *num.*27.*&* 34. alios congerit *Burgius de laudim.p.*6.*inſpect.*4.*nu.*23.

9 Quod tamen limites in caſu, quo tali cõditione fuerit relicta filio emphyteuſis, ne pater aliquod conſequatur, & ita ex *tex.in Auth.excipitur C.de bonis, quæ liber.& in l.ſi vſusfructus* §.*ſi ita ff.quãdo dies leg.ced.* concludunt *Mantua ſingul.*55.*Aſcan.Clement.d.effectu* 2.*nu.*14. *verſ.limita tertiò, Caualcanus in tract.de vſufr.mulier.relict.nu.*179.*Dilect.de arte teſt.tit.de leg.caut.*16.*nu.*1.

10 Laudimii præſtatio, atque exactio, attenta iuris communis diſpoſitione, eſt quinquageſima pars pretii, vel æſtimationis rei, ſic diſertis verbis probat *text. in l.fin.* C.*de iure emphyt.verſ. & ne auaritia.* Dicitur in *ea l.* quinquageſima pars pretij, vel æſtimationis rei, eò quòd dupliciter contingere poterit caſus. Vel quia ſcilicet alienetur res emphyteutica pro certo, & diffinito pretio, prout contingit in contractu venditionis, & tunc quia pretium eſt certum, non eſt quid quærere, quantum importet quinquageſima pars illius. Aùt verò alienatur

Digitized by Google

natur mediãte alio titulo, vt purà,donationis,legati,permutationis,aùt aliàs,de quibus infrà dicemus in ampliationibus,& tunc quia de nullo apparet certo, nec diffinito pretio , erit in tali caſu quinquageſima pars æſtimationis , eò quòd cùm ſit alienata ad corpus, debet fieri æſtimatio , vt ſuprà, & facta æſtimatione liquidabitur ad dictã ratam quinquageſimæ,ſic notabiliter declarat *gloſ. in d. l. fin. in verbo partem pretij* , *& in verbo æſtimationis*.

Cæterùm aduertendum puto, quòd licet ex diſpoſitione *d.l.fin.C.de iure emphyt.* laudimium ſit quinquageſima pars
11 pretij,aùt æſtimationis rei:attamen cõſuetudine induci poteſt , vt ſit maior quinquageſima, quam conſuetudinem iure comprobant *Franc. Marcus deciſ. 612.Alex.conſ.23.vol.5.* ante ipſos *Hoſtienſ.in ſumma tit. de locato §.ſi quod ſit in fine*, quicquid ex aduerſo cenſuerint *Fulgoſ. conſ.6. & Crau. conſ.332.* dicentes,hanc conſuetudinem ſordem auaritię reſpicere,& ita vbique receptum extitit. Nàm alibi ſoluitur trigeſima pars, ſecundùm *Syluestr. in ſumma §. emphyteuſis num.28*, Alibi præſtantur quinque pro centenario, vt aſſerit ſeruari Bononiæ *Laurent. de Pinu conſ.123. in fine* in re emphyteutica donata. Alibi decima pars, vt in Vrbe Catanæ apud Regnum Siciliæ vltrà Pharũ, refert *Maurus Burgius de laudim part.1.inſpect.6.ſub nu.3.* Alibi quarta, quinimò vſque ad tertiam partem pretij, vel æſtimationis rei emphyteuticæ venditæ, aùt aliàs alienatæ, vt teſtantur *Bertrand.conſ.192.nu.4.p.3. Bertazzol.conſ.85.lib.1. in ciuilibus, Foller.ſuper Pragm.de cenſib.verſ. huiuſmodi nu.52. Burſat.conſ.44.nu.15.*

Vnum eſt tamen ſuper hoc notãdum, quod aduertit *Frecc. de ſubfeud. lib.2. limitat.27.num.80.81.82.& 83.fol.* mihi *119.col.2.* poſt *Andr.de Iſern.in cap.imperialem §. illud quoque col.2. de probib.*
12 *feud.alien.per Federic.* videlicèt, quòd in locis, in quibus eſt acutum laudimium, ità vt maior pars, quàm quinquageſima præſtetur, fruitur in excambium vtilis Dominus libertate alienandi ſine aſſenſu Domini. Et ita ob id ſeruari in Gallia teſtis eſt *Ioan.Faber in auth.ingreſſi C.de Sacroſ.Eccleſ.* ac in Patria Pedemontana tradunt *Purpur. in l. fin. in addit. ad Iaſ. nu.10. C. de iure emphyteut. Amadeus de Ponte quæſt. laudimial.13. ac Antonius Sola ad decr.Sabaud.gloſ.1. nu.6.* vbi addit etiam *Tiraquell. in loco* inibi per ipſum relato , & ſubdit, conſuetudinem omiſſionis conſenſus Domini, ea ratione prouenire , quia in ea Patria Pedemontana vbique ab emphyteutis præſtatur laudimium maius, quã quinquageſima. Vndè in locis præfatis,alijſque, in quibus fuit acutum laudimium vltra quinquageſimam, ſi vendiderit emphytheuta irrequiſito directo Domino, non poterit ipſe directus Dominus agere ad deuolutionem rei, ſed tantùm ad laudimium ſibi debitum de conſuetudine. Et hoc eſt notandum,quia quotidianum, & habui pluriès in facto.

13 Sed difficultas oritur in hoc , an ſcilicet ſit in electione directi Domini petere laudimium iuxtà æſtimationem rei, etiam in caſu vẽditionis, an verò teneatur inuitus recipere iuxtà pretium diffinitum in contractu,ex eo,quod videmus in ſimili cautum in iure congrui, vigore *Cõſuetud. Neapolitanæ* incip. *Si quis emit ſub tit.de iure congrui*, qua cautum eſt, vt retrahens teneatur ſoluere pretium, nõ iuxta expreſſionem factam in inſtrumento,ſed benè iuxtà æſtimationem faciendam per Appretiatores Neapolitanos. Et ratio eſſe poterit, quia poſſet de facili interuenire fraus in vẽditionibus: nàm poſſent in illis contrahentes exprimere maius pretium,quàm conuentum ad fraudandum vicinum, aùt alterum, cui vigore *Conſtit.Regn.Sancimus de iure prothomiſ.* competit ius congrui. Et in hoc quicquid dixerint aliqui, aſſerentes *tex.in d.l.fin.C.de iure emphyteut. in verſ. & nè auaritia*, ibi, *quinquageſimam partem pretij, vel æſtimationis*, fore legendum, quinquageſimã partem pretij per æſtimationem, videtur ſopita quæſtio per *Imolam in c.potuit col.6. verſ.ſed aduerte, quòd licet extrà de locato*, de quo meminit *D.de Franch. deciſ.201.ſub nu.3.verſ.His ſic diſcuſſis*, dicentem, deberi iuxta pretium conuentũ,non verò iuxtà æſti-

Digitized by Google

æſtimationem laudimium: nàm aliàs eſſet violare literam. Hiſce tamen noſtris temporibus, in quibus nedùm malitia ſuppleuit ætatem, verùm excreuit adeò, vt videatur ferè impoſſibilis (vt ità dicam) negotiatio, in qua non quærat quiſpiam circumuenire proximũ ſuum, quinimò mirum in modum ſtudet, qua arte, qua calliditate, quibus fallacijs decipere valeat, iuxtà quæ dixit *Solſon. in lucerna laudim. cellula* 1. *num.* 32. *in fine*,
14 quòd materia laudimiorum eſt diſpoſita, & capax ad recipiẽdas varias fraudes, ex probabilib⁹ coniecturis reuincẽdas, ex quo iam receptum eſt, vt laudimium præſtetur ferè vbique maius quinquageſima, quinimò (vt plurimùm) vſque ad tertiam, & quartam portionem pretij, vel æſtimationis rei, non eſſet ponere os in cœlum ſubſtinere contrariam opinionem aduersùs *Imolam*, in caſu, quo probabiliter dignoſci poſſit, interueniſſe fraudẽ in expreſſione veri pretij, ad hoc vt minus appareat, minorque reddatur quantitas, pro iure laudimij debita, & ego ſum in hoc teſtis in cauſa propria, propter quod in facti contingentia, apparente notoria fraude inſtiti pro declaratione pretij iuxtà æſtimationẽ rei, non verò iuxtà pretium expreſſum in contractu venditionis rei, & obtinui.

Quibus autẽ modis detegi poſſit hæc fraus, vide *Maurum Burgium de laudim. par.* 1. *inſpect.* 10. *per totam*.

Poſito modò pro maxima vniuerſali, & indubitata, deberi ſcilicet laudimium directo Domino ex translatione dominij, quæ fit rei emphyteuticæ in tertium non comprehenſum in inueſtitura.

15 Amplies primò, vt debeatur illud etiã in caſu venditionis rei emphyteuticę factæ cũ pacto de retrouendẽdo, ea ratione, quia venditio à principio perfecta eſt, nec pendet à futuro aliquo euentu, licèt ſit reſolubilis, quinimò in tali caſu videtur effectualiter translatum dominium vtile, per cuius translationem debetur laudimium, & ità cæteris prætermiſſis ſentijt *Amadeus de Põte in quæſt. laudimial.* 37. *nu.* 5. tametſi non defuerint, qui contrariam ſectati fuerint ſententiam, & ita ſecundùm affirmatiuam *Amædei*, quòd ſcilicet debeatur laudimium cenſuit Senatus Pedemontanus apud *Theſ. deciſ.* 75. pro qua adducit *Tiraquell. de retract. conuent.* §. 6. *num.* 9. ſequitur ipſos *Burgius de laudim. par.* 2. *inſpect.* 50. *nu.* 1. & 2. Et hoc nullam admittit difficultatem, cùm ita vbique receptum ſit.

Hæſitatio tantummodò in eo vertitur, an ſcilicet tempore retrouenditionis debeatur aliud laudimiũ. Hanc quæſtionem plenius quolibet alio examinat *Burgius d. inſpect.* 50. *à num.* 4. *vſque ad num.* 9. in qua poſt aliquos, quos ibi recenſet, diſtinguit, an pactum de retrouendendo fuerit appoſitum in eodem contractu, aùt ſaltim incontinenti, hoc eſt, eadem die poſt contractum venditionis, & in tali caſu vnicum tantùm debeatur laudimium, tempore ſcilicet emptionis, non verò tempore retrouenditionis, aùt ex poſt facto, & ſic ex interuallo, & tunc duplex laudimium conſequatur directus Dominus. Agnoſcit huius diſtinctionis authores *Tiraquellum de retract. conuent.* §. 6. *gloſ.* 2. *nu.* 19. *Hieronym. à Laurent. deciſ. Auenion.* 122. *in fine*, *Theſ. d. deciſ.* 75. *ſub num.* 3. *Solſon. in lucerna laudim. cellula* 10. *nu.* 20. *Amæd. de Ponte d. quæſt. laudim.* 37. alioſque per ipſum relatos.

16 Amplies ſecundò, vt debeatur etiam in caſu dationis inſolutum factæ creditoribus *Ludouic. deciſ. Peruſ.* 60. *num.* 2. *Amæd. de Pont. quæſt. laudim.* 27. *nu.* 6. & *ſeqq. Theſ.* qui ita iudicatum per Senatum Pedemontanum refert *deciſ.* 139. *nu.* 1. adde *D. de Francb. deciſ.* 277. *ſub nu.* 1. vbi adducit *Alciat.* & *Caſſane. in locis* inibi per ipſum relatis. Et hęc ampliatio contingere præciſè poterit in Regno in caſu adiudicationis, quæ fit pro concurrente debiti quantitate in iudicio iuris aſſiſtendi, ad præſcriptum *Regiæ Pragm.* incip. *Aſſiſtentiam de aſſiſtent. præſtanda*.

17 Subamplia hoc in quacumque alia neceſſaria alienatione, & ſignàter in facta ſub haſta, intelligendo tamen ſecundùm *D. de Francb. d. deciſ.* 277. quando alienatio neceſſaria oriretur ex obligatione contracta per ipſum alienantem, ſub-

Digitized by Google

ſubdens, quòd ita fuerit ſemper iudicatum per Sacrum Conſilium, adde etiam in caſu venditionis factæ ſub haſta *Anton. Fabrum in ſuo Cod. tit. de iure emphyt. definit.* 23.

18 Amplia tertiò, vt debeatur etiam in caſu donationis, & legatorum rei, ac iuris emphyteutici *D. de Franch. d. deciſ.* 201. licèt tamen ipſe *Dominus* videatur ſe reſtringere ad caſum, quando ſcilicet de conſuetudine ſolet ſolui laudimium de donatis, & legatis. Verùm quòd debeatur circùmſcripta etiam conſuetudine, voluerunt *Laurent. deciſ. Auenionenſ.* 143. *per totam*, *Amæd. de Ponte quæſt. laudim.* 30. Boer. *Burſatus*, *Cumia*, *Guid. Papæ*, *Puteus*, *Bertrand. Publicius*, *Corbulus*, & cæteri longa ſerie cumulati per *Burgium d. tract. de laudim. p. 2. inſpect.* 3. *ſub nu.* 4.

19 Amplia quartò, vt debeatur etiam in caſu permutationis rei emphyteuticæ *Aymon Publicius in Conſuetud. Aluerniæ tit.* 16. *art.* 2. *num.* 2. *Solſon. in lucern. laudim. q.* 1. *in princip. nu.* 1. *Rodoanus de reb. Eccleſ. non alienand. q.* 11. *verſ. iſta autem quinquageſima*, *Burſatus in conſ.* 254. *nu.* 4. *lib.* 3. *ac in conſ.* 456. *nu.* 13. *lib.* 4. *Bertrandus in conſ.* 123. *nu.* 1. *lib.* 1. alios recenſet Burgius *d. tract. par.* 2. *inſpect.* 4. *num.* 4.

20 Amplia quintò, vt debeatur etiam in caſu retractus iure propinquitatis, ad tradita, & deciſa per *Rotam Florentinam deciſ.* 100. meminit de ea *D. de Franch. d. deciſ.* 201. *in fine*.

Poſſet aliis modis tùm ampliari, tùm limitari regula iſta, poſſentque etiã alia adduci in materia laudimiorum, ſed quia de laudimiis, eorum iuribus, exactione, denegatione, & aliis ad ea pertinentibus multi reperiuntur editi peculiares tractatus, eorum tamen copioſiores apud *Solſon. de iurib. laudim. Amæd. de Ponte de quæſtionibus laudimialibus*, ibique etiã notæ ad ſingulas quæſtiones per *Carolum Antonium Blancardum*, *Maur. Burg. de laudim.* aliqua etiam habentur apud *Valaſcum in quæſtionibus iuris emphyteutici*, item apud *Ariſmin. Tepat. variar. concluſ. iuris tit.* 389. *de laudimijs par.* 2. aliosque paſſim, ideò ad tradita per præfatos cupidum lectorem remittimus: nã hæc ſatis circa concernentia materiæ noſtræ, quòd ſcilicet ſint illa in fructu.

Eademmet modò ratione, quam ſupra deduximus ad cõuincendum, quòd laudimia ſint in fructu, inter fructus cõputẽtur, fructuſque ſint iurium, & actionum, patebit etiam, RELEVIA, quæ
21 conſuetudine magis, quàm iure exigũtur in Regno à ſucceſſoribus in feudo poſt mortem feudatarij ratione inueſtituræ, ad inſtar laudimiorum eſſe in fructu, ac fructus eſſe iurium, & actionum, & conſequenter illorum exactionem ſpectare ad vſufructuarium, non verò ad proprietariũ; patet ex traditis per *Conſiliar. Annam in conſ.* 3. *nu.* 35. *cum ſeqq.* & ſignanter ſub *num.* 38. cum quo videtur concordare *Muta in cap. Regni Sicil.* 6. *Regis Iacobi nu.* 25. de vtriſque meminit *Maurus* Burgius *de laudim. p.* 1. *inſpect.* 4. *nu.* 83. & 85. Et tametſi dicant aliqui, ſolutionem releuii computari inter onera, quæ reſpiciunt, non feudum, ſed feudatarium, vt poſt *Andr. de Iſern.* tradit *D. de Franch. decis.* 121. *nu.* 14. attamen ne-
22 gari non poteſt, quin exactio illa non ſit ratione feudi. Et fructus, vt pluries inculcatum extitit ſuprà, non tantùm dicuntur illi, qui percipiuntur ex re, verùm etiam illi, qui percipiuntur propter rem, aùt occaſione, vel ratione rei.

Accedat, quòd quemadmodùm ſemper, quòd imponitur onus rei, aùt fructibus, aùt perſonæ pro rebus, ſemper ad onus illud tenetur fructuarius, ad *tex. in l. hactenus*, *in l. ſi pendentes* §. *ſi quid cloacarij ff. de vſufr.* adde Bart. & *Alber.* relatos per *Camill. de Medices conſ.* 18. *nu.* 5. *ac D. de Franch. d. decis.* 121. *nu.* 3. quæ deciſio emerſit in eodemmet caſu, ſuper quo cõſuluit idem *Medic. d. cons.* 18. eademmet ratione, ſicuti releuiorum ſolutio ſpectat ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium, ita etiam illorum exactio ſpectabit ad fructuarium, non verò ad proprietarium, ad hoc vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, vulgatis iuribus. Et ità in proprijs terminis feudi, in quo ſit vnus proprietarius, alter verò vſufructuarius, quòd ſit præſtandum

Digitized by Google

dum releuium vſufructuario, non verò proprietario, poſt *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 3. nu. 5. verſ. quando in feudo* voluit *D. de* Franch. *deciſ.* 132. *nu.* 19.

Caſus de hoc contingere poterit in Regno præſertim, in quo ſunt multi Barones habentes ſub ſe ſubfeudatarios: nàm ad inſtar ipſorum feudatariorũ, qui ſoluunt D. Regi releuia in caſu ſucceſſionis, tenentur & ipſi quoque præſtare releuia pro ſubfeudis, quæ ab ipſis feudatarijs, ſiuè Baronibus tenent, ſecundùm *gloſ. Marini in Conſt. Poſt mortem* tradit *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 3. in princ.* cæterique paſſim poſt eos.

Dixi, de conſuetudine, quia releuiorũ præſtatio, & exactio eſt contrà iura feudorum, non autem ſecundùm illa, eò quòd Dominus attento iure feudorum, tenetur gratis, abſque vlla mercede facere vaſallo inueſtituram, ſecũdùm *Bal. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 36. extrà de conſtit.* quem ſequuntur *Frecc. d. author. 3. nu. 2. 3. & 16. Capyc. in inueſtit. feud. §. feudorum inueſtituræ verſ. pro inueſtitura*, cæterique longa ſerie cumulati per *Capanum de iure releuij p. 1. q. 1. n. 2. & 4.*

23 Vtrùm autem exactio iſthæc releuiorum ſit inuentio Regnicolarum noſtrorum, an verò Siculorum, eò quòd in Regno Siciliæ vltrà Pharum adeſt particularis *Conſtitutio Regis Petri ſub tit. de Notarijs*, relata à *Petro de Gregor. de conceſſ. feudi par. 8. quæſt. 16. num. 16.* vide *Borrell. in ſua ſumma deciſ. tit. de releuio nu. 3.*

24 Eſt ergo releuium id, quod ſoluitur quando moritur vaſallus vtilis Dominus feudi per eius hæredem pro confirmatione, ſiuè inueſtitura, ſecundùm *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. ſed & plures num. 7. per quos fiat inueſtit. in cap. 1. de Cap. qui Cur. vend. in cap. 1. §. ſimiliter de Cap. Conrad. & in cap. imperialem §. ſed illud de probib. feudi alienat. per Feder. Ayell. de iure adhoæ num. 70.* cæteroſque paſsim. Et quod in Regno appellatur releuium, ius ciuile denominauit introitum, vt dicit *gloſ. in d. Conſtitut. Poſt mortem in verbo recepto* per *tex. in l. his verbis §. fin. ff. de leg. 3.*

25 Eſt item releuium medietas fructuũ illius anni, quo moritur feudatarius, aùt vnius anni, vt dicunt *Andr. de Iſern. in d. Conſtit. Regn. Poſt mortem col. fin. verſ. & quidem ſecundùm vſum Curiæ, ac in c. 1. §. ſimiliter in oſtenditijs, Loffred. in ſua paraphraſi ad Iſern. in cap. 1. §. ſed & res per quos fiat inueſtit. fol.* mihi 20. *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 112. vbi plura quoq; tradit in materia, alios recenſet *D. de Franch. deciſ. 121. nu. 2.* adde *Gizzarell. deciſ. 8. n. 8. Camill. de Medic. conſ. 18. nu. 3.* quod ſiquidem quomodò intelligatur, dicemus aliàs ſuo loco infrà *par. 2.*

26 Dictum eſt releuium à releuando, eò quòd Dominum releuat, & adiuuat, ſecundùm *Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſimiliter nu. 14. de Capit. Conrad. verſ. ſunt etiam releuia, & in d. Conſtit. Poſt mortem*, ſequuntur illum *Frecc. de ſubfeud. d. author. 3. nu. 3. D. de Franch. d. deciſ. 121. nu. 16.*

Conuenit modò Releuium in multis cũ laudimio, de quo ſuprà diximus, licèt tamen in multis etiam inuicem differãt.

Conueniunt primò, quia ſicuti laudimium debetur pro approbatione contractus, & mutatione dominij, ſic rele-
27 uium pro mutatione pariter dominii, & inueſtitura præſtanda à Domino directo nouo ſucceſſori.

Conueniunt ſecundò, quia ſicuti nouus emphyteuta non petens inueſtituram infrà annum, & diem, & nõ ſoluens infra illud debitum laudimium, priuatur iure, quod habet in re emphyteutica ratione vtilis dominij, ſic feudatarius ob
28 non petitam infra eundem terminũ inueſtiturã perdit feudum, ex diſpoſitione *c. 1. per quos fiat inueſt. c. 1. de cap. Cõrad. c. imperialem §. præterea ſi quis de prohib. feud. alien. per Feder. c. ſancimus*, vbi notant *Andr. de Iſern. & cæteri quo tempore miles*, adde *Curt. iun. Zaſ. Nigrum, & Viuium in locis* relatis per *Conſiliarium Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 1.*
29 *num. 11.* Hoc tamen eſt limitatum in Regno, in quo poſt anni, & diei lapſum non amittit feudum, ſed benè, cùm nouus ſucceſſor teneatur ad ſolutionem releuij, ratione nouæ inueſtituræ, ſi non ſoluerit releuium, nec denunciauerit mortem infrà dictum annum, & diem, ad *tex. in cap. Regni. Apud Fogiam*, quod

Aa eſt

eſt 256. in ordine ſecundùm *Nigrum* ſoluet duplicatum releuium, vt dicunt *Grammat. deciſ.* 103. *num.* 224. *Niger d.c. Apud Fogiam nu.* 26. cæterique paſſim.

An autem poſt lapſum dicti termini, anni ſcilicet, & diei poſſit purgari mora per vaſallum, ad euitandam amiſsionem feudi, communis opinio *Doctorum* eſt, vt admittatur, ſic profitentur *Ardizzon. in ſumma q.* 43. *in tit. quib. ex cauſ. excuſ. vaſall. ſi intrà tempus inueſtit. non petier. Guid. Pap.* qui ſic iudicatum tradit *deciſ.* 166. *Clarus in* §. *feudum q.* 49. *verſ. ſed numquid vaſallus*, alios congerit *D. de Ponte deciſ.* 1. *ſub nu.* 13.

Verùm aduertas in hoc ad vnũ, quod tradit *Loffred. in ſua Paraphraſi feud. ad Andr. de Iſern. ſuper c. imperialem* §. *firmiter verſ. prædictis tamen non obſtantibus fol.* mihi 59. *col.* 1. vbi dicit, quòd quàmuis per Regiàm Cameram ſit introductum, vt per nõ ſolutionem releuii ſoluatur duplicatum releuium, nõ verò amittat feudũm, illud tamen dicit fore ſeruandum in caſu, quo pœnitentia ductus vaſallus vellet purgare morã, quia ſi recuſauerit ſoluere, non erit vtique in tali caſu recedendum à iure communi, per quod ſtatuitur, fore priuandum feudo, ſequitur *illum Capanus in tract. de iure releu. p.* 1. *q.* 1. *num.* 17. *& par.* 5. *q.* 18. *num.* 5.

30 Ego tamen de hoc dicto *Loffredi* valdè dubito. Et ad meam hæſitationem comprobandã induco, quòd tametſi vaſallus teneatur de iure denũciare mortem Domino, & petere ab eo inueſtituram, attamẽ, vt ſuprà diximus, nihil recipiet Dominus pro dicta inueſtitura, ſed tenetur illam facere gratis, vt diximus etiam ſupra ex *Baldo in c. quæ in Eccleſiarum nu.* 36. *de conſtit.* cum concordãtibus *ibidem* cumulatis. Vndè dùm eſt certa ſolutio, & ſtabilita, qualis eſſe debeat, rurſùs in caſu non ſolutionis certa etiam pœna introducta fuit, quippè ſolutio duplicata, nõ erit aliquo pacto recedendum ab illa, ſicuti in ſimili dicebamus etiam in materia laudimij, quòd ſcilicet vbi illud acutum eſt ex conſuetudine vltrà quinquageſimam, potitur emphyteuta priuilegio, vt poſsit alienare inconſulto directo Domino, ità vt non priuetur iure, quod habet in re emphyteutica propter alienationem factã ipſo inconſulto, ſed teneatur tantùm nouus emphyteuta præſtare laudimium iuxtà alterationem conſuetudinariam, vt poſt *Andr. de Iſern. in loco* inibi per ipſum relato docet *Freccia de ſubfeud. lib.* 2. *limit.* 27. *ſub nu.* 80. *cum ſeqq.* quem ſequuntur alij etiã deſuper relati. Non ſecùs in caſu noſtro, in quo propter ſolutionem, ad quam tenẽtur præfixã noui ſucceſsores in caſu denunciationis non factæ, cũ de iure nõ teneantur, vti grauati in vno, releuari debent in alio, ſicuti ratiocinabatur *Andr. loco cit.* pro nouo emphyteuta, vt ſcilicet nõ cadat in commiſſum, & ita paſsim videmus obſeruari. Nàm in caſu nõ ſolutionis releuij factæ expediuntur Cõmiſſarii pro exactione, aùt ſimplicis, aùt duplicati releuii, iuxtà facti contingentiam reſpectiuè. Benè verùm in caſu retinentiæ ſuſpẽdi poterit iuriſdictio, ad hoc vt tædio affecti Barones ſoluant, ſicuti paſsim etiam fit pro debitis, in quibus adeſt Regius Aſſenſus ſuper obligatione feudalium: nàm in ſubſidium, aùt ſequeſtrantur iuriſdictiones ad inſtantiam creditorum, aùt affictantur introitus Baronales inſimul cum iuriſdictione.

Conueniunt tertiò, quia vtrumque, tàm ſcilicet laudimium, quàm releuium tendit ad vtilitatem directi Dominis aùt alterius, ab eo cauſam habentis, cùm ob id ſit dictum laudimium à laudando, ſcilicet eò quòd per ipſum laudem, & vtilitatem directus Dominus conſequatur, releuium verò à releuando Dominum, per vtilitatem ſimiliter, quam conſequitur directus Dominus feudi ob dolorem amiſsi vaſalli.

Differunt modò primò, quia laudimium exigitur à quocumque nouo emphyteuta, ſiuè ratione contractus inter viuos, ſiuè ex diſpoſitione in vltima voluntate, quãdo alienatur res emphyteutica, aùt traditur in non cõprehenſum in inueſtitura, & ſic debetur ratione trãslationis, aùt ceſsionis vtilis dominii, vt per *tex. in d. l. fin. C. de iur. emphyt.* profitentur *Doctores* innumeri relati per *Bergium de*

lau-

Digitized by Google

*laudim.p.2.inſpect.1.nu.1.* Releuium verò debetur tãtummodò à nouo ſucceſſore, cui de iure defertur feudalis ſucceſſio, & ita conſuetudine vſurpatum eſt in Regno, vt etiam ſuprà diximus, vnde debetur illud à cõprehenſis in inueſtitura.

Differunt ſecũdò, quia laudimium taxatur ad ratam pretij, vel æſtimationis rei, *ad tex. in d.l.fin.C. de iure emphyt.* Releuium verò taxatur ad ratam fructuum illius anni, quo moritur feudatarius, vel vnius anni, vt diximus ſuprà, & dicemus etiam infrà ſuo loco in *ſecunda parte*.

Differunt tertiò, quia laudimium habet locum in bonis emphyteuticarijs, nõ verò in allodialibus, aùt feudalibus: Releuium verò habet locum in inueſtitura rerum feudalium, quæ fit per directum Dominum ſucceſſori defuncti vaſalli, qui tenebat feudum.

Differunt quartò quòad pœnam in vtroq; caſu indictam, eò quòd in pœnam non ſoluti laudimij, & non petitæ inueſtituræ cadit emphyteuta à iure, quod habet in re emphyteuticaria: In caſu verò non ſoluti releuij non cadit à iure rei feudalis, ſed tenebitur tantùm ad duplicatum releuium, vt diximus, & declarauimus ſuprà in ſecunda conuenientia.

Differunt quintò, quia laudimium eſt onus reale, cùm debeatur, aùt iuxtà pretium rei, aùt iuxtà ipſius rei æſtimationẽ, vt in *d.l.fin. C. de iure emphyt.* Releuium verò eſt onus perſonale, tametſi detur ratione rei, ex quo debetur de fructibus.

Et hæc quòad laudimium, & releuiũ.

31 Locus modò ſupereſt videre, an eadem ſit ratio, ac militet in aliis obuẽtionibus occaſione feudi, & ſignãter in ſubuentionibus, ad quas tenentur vaſalli ergà Dominũ in Regno vigore *Cõſtit.* ipſius, vtrum.ſ. ſubuentiones iſtæ, quas vulgò, adiutoria *Doctores* noſtri appellãt ſint in fructu, & conſequenter an appellatione fructuũ veniãt, ità vt ſpectent ad perceptores fructuum, quales ſunt vſufructuarius, & ſimiles, an verò ad proprietariũ.

In cuius quæſiti reſolutione eſt inprimis adnotandum, ſubuentiones iſtas poſſe dirigi ad plura capita, ſiuè genera.

Primum genus eſt earum, quæ præſtãtur per vaſallos Baroni ex diſpoſitione *Conſt. Regni Quamplurium* in illis
32 quinq; caſibus, inibi expreſſis, videlicet.

Primò pro redemptione à captiuitate, ſi contingerit, quòd Dominus militãs pro Rege fuerit captus ab inimicis. Secundò pro militia filii. Tertiò pro maritanda filia, vel ſorore, aùt amita. Quartò pro emenda Terra pro vnica tantùm vice. Quintò pro ſeruitio Regis, vel Exercitus ipſius, in his, quæ pro corredo dantur, hoc eſt, pro expenſis, quæ miniſtrantur ipſi Regi, & eius Curiæ, nàm id vult dicere verbum illud, *pro corredo*, ideſt pro expenſis, vt benè declarat *Affl. in d.Conſtit. Quamplurium nu.*27.

Secundum genus eſt earum ſubuentionum, de quibus habetur in *Conſtit. ſequ.* incip. *Comitibus*, videlicet pro militia fratris ipſius Baronis.

Tertium genus eſt earum, quæ præſtantur Baronibus pro ſeruitio debito, quod faciũt in illo anno, & hæc ſubuentio ſemel tãtùm in anno præſtatur, & de ea habetur in *Cap.Regni Comites* 161. in ordine ſub *titulo de ſubuent.vaſallorum*.

33 Quartùm genus eſt earum, quæ petuntur à Prælatis Eccleſiarũ tenentibus feuda, qui ex diſpoſitione eiuſdem *Conſtit. Quãplurium* in his tantùm caſibus eas petent à vaſallis ſuis, videlicet. Primò, dum vocãtur ad Conſiliũ à D.Papa. Secundò pro ſeruitio Exercitus Regis, in caſu, quo in dicto Exercitu fuerint. Tertiò, quando vocati acceſſerint ad ipſum D.Regem. Quartò in caſu, quo D. Rex miſerit illos pro negotiis ipſius D. Regis. Et quintò pro corredo ipſius Regis in caſu, quòd contingerit hoſpitari in Terris ipſorũ Prælatorum, aùt corredũ ab illis recipere. Alium caſum videtur ſubnectere *Affl. ibidem ſub nu.*29. & eſt, quando Prçlatus fuerit electus, & accedit Romam pro conſecratione.

Quintũ genus eſt earũ, quę dãtur Prçlatis Eccleſiaſticis ex diſpoſitione iuris Canonici, & dicuntur ſubſidia charitatiua. Dixi, Prælatis Eccleſiaſticis, quia ſoli
34 Sũmus Põtifex, Cardinalis, Patriarcha, Archiepiſcopus, & Epiſcopꝰ poſsũt petere iſtã ſubſidia charitatiua, nõ verò alii Prælati inferiores Epiſcopo, niſi habeãt ex priuilegio, aùt ex cõſuetudine, ſecun-

dùm *Abb. in cap. cùm Apoſtolus de cenſibus*: prout de Summo Pontifice habetur in *c. fin. de dilat.* qui poteſt petere etiam decimam fructuum, ad *tex. in cap. ad liberandam de Iudæ.* cum traditis per *Geminian. in conſ.74. attento puncto nu.16.* Et de alijs Prælatis inferioribus Summo Pontifice habetur in *cap. conquerente de offic. ordinar.* ac in *d. cap. cùm Apoſtolus §. prohibemus de cenſib. & in cap. quia plerumque de immun. Eccleſ.* De quo ſubſidio charitatiuo non erit ſermo noſter in hoc capite, ſed de eius materia habetur paſſim apud Canoniſtas, & adſunt peculiares tractatus *Franciſci Pauini, Bartholomæi Belengini*; aliàs *Zenzolini*; & aliorum *de ſubſidio charitatiuo*, aliqua etiam habentur apud *Boer. deciſ.133.* & ex noſtratibus apud *Grammat. deciſ.88.*

Hoc poſito, pro reſolutione modò principalis quæſtionis, an ſcilicet ſubuẽtiones iſtæ ſint in fructu, veniantque appellatione fructuum: itemque num debeantur vſufructuario, an verò proprietario, cenſuit *Affl. in d. Conſtit. Quamplurium nu.17.* non venire, & cõſequenter cedere, non beneficio vſufructuarij; ſed benè proprietarij. Agnoſcit huius reſolutionis authorem *Andr. de Iſern. in eadem Conſtit. Quamplurium*; & dicunt ambo, extendi etiã ad poſſidentes feuda iure creditoris, *Afflictum* ibi ſimpliciter, gratiſque ſequitur *D. de Franch. dec. 172. nu.11.*

Mouetur *Afflictus* ad id affirmandũ: Primò, quia iſta adiutoria ſunt ad inſtar partus hominum, qui non ſunt in fructu, ad *tex. in l. in pecudum, & l. vetus fuit quæſtio ff. de vſufruct.* ac *in §. in pecudum Inſtit. de rer. diuiſ.*

Secundò, quia adiutoria prædicta dicuntur extrà rem, & propterea non cõpetũt poſſeſſori, ſed benè proprietario, argum. *l. hinc quæritur §. poteſt ff. de pecul.* Et ſubdit, non mirum ſi proprietario cõpetant, cùm ei aliqua alia etiam competant in fundo, in quo habet alter vſumfructum, de quibus in *l. fundi, & in l. ſi ita legatus ff. de vſu, & habitat.* voluit *Bar. in l.1. §. quod ait col.2. verſ. ſed hic dubitandum ff. vti poſſid.*

Tertiò, quia *Conſtitutio* prædicta cõcedit iſtas ſubuentiones, ſiue adiutoria, aliàs adiuuamenta Domino, at poſſides iure creditoris, aut vſusfructus non dicitur Dominus, & propterea non habebit illa in caſibus de iure permiſſis.

Quartò, quia de iſtis ſubuentionibus non ſoluitur releuium, quod tamen ſoluitur de fructibus, eò quòd eſt medietas fructuũ. Et hoc ideò, quia veniunt extrà rẽ, & præſtantur potiùs ex charitate. Vnde non debent dijudicari eſſe in fructu.

35 Quintò, quia vſufructuarius non poteſt ſuo nomine nunciare nouum opus, eò quòd non habet ius in re, ad notata per *Bar. & Imol. ac Alex. in l.1. §. fin. ff. de oper. noui nunciat.*

36 Sexto, & vltimò loco adducit *Oldradum in conſ.126. incip. In quæſtione, qua quæritur*, vbi tenet, quòd illud, quod datur de cõſuetudine in fœlici introitu Archidiaconi, non venit in affictu omnium fructuum, ſed erit ipſius Archidiaconi, adducit in argum. *tex. in l.1. §. hæc actio ff. ſi quid in fraud. patr. Oldradum* ſequũtur in hoc *Alex. in l. diuortio §. quod in anno nu.9. ibique etiam Iaſ. nu.8. & Barboſa nu.6. ff. ſol. matr.* adde *Boer. dec.133. num.4. Baezam de decima tutoris cap.25. nu.11.* vbi alios quoque recenſet.

Cæterùm, contrarium reaſſumendo articulum, videtur concludere *Capyc. deciſ.184. per totam*, adducendo alia media, ad demonſtrandum, quòd dictæ ſubuentiones, & adiutoria ſint in fructu, & pertineant ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium, &

37 Primò, quia vſufructuario debentur laudimia omnium rerum cenſualium, ſecundum *Oldrad. in conſ.24. incip. Quod Dominæ vſufructuariæ*, & fatetur idem *Affl. loco cit. d. nu.17.* ergò debentur eidem etiam ſubuentiones, & adiutoria.

38 Secũdò, quia vſufructuarius agit actione furti, ad *tex. in l. creditoris §.1. ff. de furt.* quæ aliàs denegaretur, ſi non haberet ius in re.

39 Tertiò, quia vſufructuarius petit cautionem damni infecti *l. vſufructu legato ff. de vſufr.*

40 Quartò, quia vſufructuarius tenetur ad onera collectarũ *l. hactenus in princ. verbo quoniam ff. de vſufr.*

Quin-

Quintò, quia vſufructuarius alia quæcumque onera agnoſcit, vt in *l. arbores §. fin. l. ſi pendentes §. ſi quid cloacarij ff. eod. tit. de vſufr.*

41 Sextò, quia vſufructuarius habet vſufructum etiam in nominibus debitorum *l. 1. & ibi DD. C. de vſufr.*

42 Septimò, quia vſufructuarius dicitur Dominus ratione præeminentiæ, ſecundùm *gloſ. in l. non quæcumque §. fundum verſic. ſi aberit ff. de legat. 1.* ac *Florian. in Rubr. ff. de vſufr. in fine*, ſubdit tamen *Capyc. ibi in fine*, articulum iſtum, an ſcilicèt vſufructuarius ſit Dominus, nec nè, excuti, & determinari per *Iaſ. in §. æquè col. 11. de action.*

Et ità per hæc media reſidet *Capyc. d. deciſ.* 184. ad vſufructuarium ſpectare dictas ſubuentiones, & adiutoria: quamuis tamen referat, articulum non fuiſſe deciſum per Sacrum Cõſilium, eò quòd non adhùc euenerat caſus in ea facti contingentia. Et ſubdit, quòd quando caſus occurreret, Sacrum Conſilium prouideret: benè verum inquit, fuiſſe per idem Sacrum Conſilium declaratum, donantem iuxtà terminos quæſtionis ibi propoſitæ eſſe vſufructuarium, donatarium verò è cõtra eſſe Dñm Feudi donati cũ reſeruatione vſusfructus.

Eſt verum, quòd *Afflictuſmet* videtur diſtinguendo cõcordare has opiniones,

43 dicens de mente *Andr. de Iſern. in ead. Conſtitut. Quamplurium*, quòd aut ſcilicèt vſufructuarius, vel poſſidens iure creditoris præſtant ſeruitium militare ratione poſſeſſionis Feudi, & ſic Adoha, aut verò non. Quia in primo caſu, ſi præſtat, poterunt petere has ſubuentiones, & adiutoria à ſuis vaſallis, affert rationem, quia ſi habent onus, debent habere etiam emolumentum, argum. *l. Quoties, & l. hactenus ff. de vſufr.* ac *cap. cum ſecundùm de præbend.* Secundo verò caſu ſi non preſtabunt ſeruitium militare, non habebunt.

Ego pro reſolutione huius ancipitis, ſatiſque perplexæ quæſtionis, nõ adhùc ab aliquo plenè, prout par eſt, extricatæ, puto, poſſe illam redigi ad plura capita.

Primum caput eſt, vtrùm ſubuentiones iſtæ debeantur ab Vniuerſitate, & corpore Collegij ipſius Feudi, an verò ab hominibus Feudi ſingulariter, & ſic an debeantur intuitu Vniuerſitatis, an verò intuitu perſonarum. Secundum caput eſt, an debeantur domino Feudi, & ſic Baroni intuitu Dominationis Feudi, an verò intuitu perſonæ ipſius Domini, & poſſeſſoris Feudi. Tertium caput eſt, an ſubuentiones iſtæ ſint in fructu, veniatq; appellatione fructuum, ac verè fructus appellari poſſint. Quartum caput eſt, vtrùm pertineant illæ ad vſufructuarium, an verò ad proprietarium.

Verùm antequàm ad illorum reſolutionem aſcendamus, præmuniendum

44 priùs ſtatuo vnum, quod aliàs ſuprà deduximus *in cap. 3. num. 3.* nempè, fructus dici, nedùm quod prouenit nobis ex re, verùm etiam id, quod prouenit propter rem, & ſic intuitu, ac occaſione ipſius rei, ad *tex. in l. vſufructu legato ff. de vſufr.* ex quo *tex.* quàm clariſſimè excipitur, in legato vſusfructus fundi pertinere ad fructuarium quicquid in fundo naſcitur, quicquidue ex fundo percipitur, quemadmodùm in legato vſusfructus ædium, quiſcumq; rei redditus ad vſufructuarium pertinet, ac quæque obuentiones ſunt ex ædificijs, ex areis, & cæteris quæcumq; ædium ſunt, facit etiam *text. in l. vxori meæ 47. ff. de vſufr. legat.* adde in proprijs terminis *Alciat. in l. ſi Vrbana, ibiq; etiam Iaſ. num. 8. ff. de condit. indeb.* ac *Barboſ. in l. diuortio §. ſi vir nu. 38. ff. ſolut. matrim.* tametſi ſub nomine obuentionum collocent fructus, qui occaſione rei, ac propter rem prouenjunt.

His premiſſis, quoàd veram reſolutionem primi capitis, dico, quòd tàm ſi at-

45 tenderimus verba *Conſtit.* quàm ſi verba *cap. Regis Caroli Secundi*, apparet vtique, ſubuentiones iſtas, ac adiutoria ligare, & afficere homines, & vaſallos Feudi, non verò Vniuerſitatem, & ſic corpus Collegij vniuerſalis.

Patet primò ex *d. Conſtit. Quamplurium*, in qua de hominibus loquitur *in prin.* ibi, *ab hominibus ſuis adiutoria exigunt, & extorquent*, & vlteriùs *ibidem in verſic. Statuimus*, ibi, *in ſubſcriptis caſibus tantùm ab hominibus eorum.*

Hoc idem apparet in *Conſtit. Comitibus*

*tibus*

Digitized by Google

*tibus*, in qua *Imperator Federicus* ſic affatur, *Ab hominibus ſuis adiutorium exigere moderatum, &c.*

Hoc ipſum affirmauit etiàm *Rex Carolus Secundus in d. cap. Regni, Item ſtatuimus, quòd Comites,* in quo ( mutato tãtùm nomine, hominis, in vaſallum, quod tamen nihil intereſt ) ità ait, *Item ſtatuimus, quòd Comites, Barones, & alij Feuda tenentes, ſeù Prælati Eccleſiarum, qui ratione Eccleſiarum ſuarum Terras, vel Feuda tenẽt à vaſallis ipſorum in caſibus, &c.* apparet itaque ex præfatis *Conſtit. & Cap. Regni* diffinita quæſtio, vt ſcilicèt ab hominibus ſingulariter ſint illa exigenda, nõ verò ab Vniuerſitate, & ſic à corpore Collegij vniuerſalis.

46 Eſt tamen verum, quòd facienda erit exactio per capita, non tamen æqualiter, ſed benè iuxtà facultatem vniuſcuiuſq; & ſic per æs, & libram: ità vt qui plus habet in facultatibus, plus ſoluet, vt cauit expreſsè *cap. Regni Comites* 154. in ordine, ibi, *ſubuentionem poſtulent à vaſallis iuxtà facultates eorum, & ſecundùm conditionem negotij, pro quo ſubuentio petitur vaſalli prædicti ſubueniant Dominis ſuis.*

Reſultant modò plura ex iſtius capitis reſolutione, in praxi multùm vtilia, ſicuti frequentia.

47 Primum eſt, quia attento, quòd ſubuentiones præfatæ debeantur ab hominibus Feudi ſingulariter, impoſitio pro illarũ præſtatione erit facienda per capita, verũ nõ æqualiter, & vniformiter, ſed benè per æs, & libram, vt patet ex *d. cap. Regni Comites, & Nos* paulò mox diximus.

Et ità ex præfatis apparet, quòd cùm ſubuentiones præfatæ debeantur ab hominibus Feudi ſingulariter, impoſitio verò pro illarum præſtatione per capita, at non æqualiter, ſed per æs, & libram, iure haùd ſubſtineri poſſe, quod conſuetudo introduxit, exigenda ſcilicèt illa ad rationem focularium, ſiuè fumantium æqualiter, ac vniformiter, cum limitatione etiàm, quòd non excedat medietatem collectæ generalis, & ſic ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari, ſiuè fumante: Quoniàm licèt *d. cap. Regni Comites* 154. in ordine dicat, hoc circà non exceſſum medietatis collectæ generalis, illud tamen loquitur in ſolo caſu ſeruitij debiti, quod fecerit Baro in illo anno, de quò propriè agitur in eo *cap. in princ.* In alijs verò caſibus *Conſtitutionibus Regni* cõprehenſis dicit, ſubuentionem eſſe petendam à vaſallis iuxtà eorum facultates, ac ſecundùm conditionem negotij, pro quo ſubuentio petitur, ità vt ſi de quantitate ſecundùm facultates, & qualitatem negotij perſoluẽdi inter Dominos, & vaſallos emerſerit quæſtio, dicentibus Dominis, plus ſibi deberi, cùm facultates eorum ſint amplæ, & negotium vrgẽns, & arduum, pro quo ſubuentionẽ depoſcunt, vaſallis verò è contrà minus debere, nec tantum eſſe in facultatibus ipſorũ, quantùm eorum Domini ſperant, & dicunt, ac nec qualitatem negotij tãtam quantitatem exigere, in tali caſu huiuſmodi cognitio, & deciſio iudicij terminandi, atque diffiniendi, abſque alio mandato D. Regis committitur Iuſtitiarijs Regionum. Hactènus *cap. Regni* præfatum, ex quo elicitur, in vno tantùm caſu exigi ad ratam non excedentem medietatem collectæ generalis, in cæteris verò iudicio Iuſtitiarij Regionis eſſe terminãdum, & ſic non reddi vniuerſaliter verum quoad omnes caſus comprehenſos in *Conſtit.* faciendam ſcilicèt eſſe præſtationem, ità vt non excedat dictam medietatem collectæ generalis, & ſic ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari.

Eſt tamen verum, quòd ex quo taxatio remittitur Iuſtitiariis, cùm tàm Sacrũ Conſilium, quàm Regia Camera Summariæ ſic arbitrata fuerint, ac in factorum contingentiis determinauerint, ipſorumq; determinatio in dubiis caſibus facit ius in Regno, vt poſt *Bald. in l. fin. C. de legib.* tradit *Afflict. deciſ.* 169. *num.* 9. *& deciſ.* 383. *num.* 8. illorum determinationi erit ſtandum in hoc, quòad præſtationem tamen, non verò quòad exactionem, ità vt vniformiter quilibet Ciuis teneatur ad dictos carolenos quinque, tàm ſcilicèt diues, quàm pauper, quia cùm *cap.* præfatum ſtatuat, exactionem debere fieri attentis facultatibus cuiuſque hominis, ac vaſalli, nedùm erit

fa-

Digitized by Google

faciēda partitio ad ratam focul ariorum, ſiuè fumantium, verùm etiàm ad ratam facultatum, & ſic per æs, & libram, ità vt qui plus habet in bonis, plus contribuere habeat, & debeat in ſolutione dictarum ſubuentionum. Et hæc ſunt notanda pro releuamine pauperum, cùm ſint ſolida, & ad verum ius *d. cap. Regni Comites*, nec aliquis ad illa adhùc aduertit.

Secundum reſultat, quia cùm exigenda ſint præfata adiutoria, & ſubuentio-
48 nes per Barones ab hominibus ſuis, non tenentur ad illa vaſalli Burgenſes alterius Baronis, exiſtentes in aliena Terra, & ſic in Terra illa, in qua habitant, non tenentur ratione incolatus ad dicta adiutoria, & ità poſt *Andr. de Iſer. & Afflict. in dict. Conſtit. Quamplurium*, ac *Capyc. in ſua inueſtit. feud. in verbo feudorum adiutoria* tradit *Praſ. de Franch. deciſ.* 131. *num.* 24. adde *Frecciam in tract. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 2. *nu.* 31.

Tertium reſultabit: nàm attentis determinatione Sacri Regij Cōſilij, & Regiæ Cameræ Summariæ, ac conſuetudine exigendi illa ad ratam focul ariorum, ſiuè fumantium, exigenda vtique erunt habita ratione ad focularia, quæ effectualiter reperiuntur tempore præſtatio-
49 nis debitæ, ipſorum faciendæ, ſiuè illa aucta ſint, ſiuè diminuta, & ità iuris eſſe apparet ex præfatis, tametſi ad remouenda litigia contendat, ac ſuadeat *Frec. d. author.* 2. *num.* 28. fore exigenda ad ratam focul ariorum deſcriptorum in vltima numeratione Terrarum, pro quibus effectualiter ſoluunt functiones fiſcales Domino Regi, eò quòd ſi D. Rex, eiuſq; Fiſcus non curat de augmento, neque debet eſſe ſubtilis inquiſitor ipſe Baro. Hoc tamen an iure procedat, quilibet arbitrari poterit ex ſupra poſitis.

Quartum reſultans erit, quia dùm adiutoria præfata conſtituunt onus perſo-
50 nale, & ad illa perſonæ tenētur pro modo facultatum, ſi vaſalli, aùt aliqui ipſorum fuerint effecti nō ſoluendo, ac Vniuerſitas depauperata, non erunt in eorum defectum iniungenda contrà corpus Vniuerſitatis, aùt bona eiuſdē, prout in ſimili per Sacrum Conſilium deciſum ambigimus in cauſa Vniuerſitatis Tricarici cum ſuo Barone, petente adiutoria à vaſallis pro ſorore nuptui tradita: nàm ex quo vaſalli, & Vniuerſitas erant effecti inhabiles ad ſolutionem fiſcalium functionum, fuit dictum, & deciſum, fieri immunes, nec teneri ad adiutoria. De dicta deciſione meminit *Capiblanc. in ſuis pract. quaeſt. ad prag.* 1. *de* Baron. *cap.* 1. *nu.* 16. & hæc quòad primum caput.

Quò modò ad ſecūdum, videtur iſtud diffinitum ex *Conſtit. Quamplurium*, *Cōſtitut. Comitibus*, itemque *ex cap. Regni Item ſtatuimus, quòd* Comites; *ac cap. Comites*, ſpectare ſcilicèt illa occaſione Feudi, & ſic non intuitu perſonæ Baronis: nàm loquuntur inibi de Comitibus, Baronibus, aliiſq; Feuda poſſidentibus, ac de vaſallis ſuis, qui vaſalli dicuntur ſui occaſione Feudi, in quo originem, ac incolatum trahunt. Et licèt ipſa adiutoria, & ſubuentiones non ſint ex Feudo, & ſic ex corpore Feudi, ſunt tñ propter illud, ac occaſione illius, ſicuti & aliæ obuentiones prouenīētes ex iuribus feudi, quippè collectę, vectigalia, pedagia, conſtitutio Officialium, mulctæ, pœnæq; pecuniariæ, Angariæ, aliaq;, de quibus ſuprà locuti ſumus, & infrà etiā dicemus, quæ non ſunt ex Feudo, ideſt, ex corpore Feudi, ſed tantùm occaſione Feudi.

Cōfirmat hoc ipſum *Baldus in cap.* 1. *col. fin. de Cap. qui cur. vend.* cum quo cōcordat *Capyc. in ſua inueſtit.* Feud. §. *Feudorum adiutoria verſ. & quando* Feudum *fol.* 27. vbi dicit, quòd quando Feudum eſt francum, non poteſt Baro petere adiutorium, ergò ſequitur, non intuitu perſonæ, ſed Feudi deberi, propter onera illi impoſita à directo Dño in inueſtitura.

Reſultat modò ex huius reſolutione axioma notabile, videlicet, nō eſſe idem iudicium de illis, quæ præſtantur intuitu Feudi, cū illis, quæ intuitu perſonæ poſſidentis Feudū, in caſu reſtitutionis Feudi cum fructibus.

51 Et in iſtis terminis intelligenda eſt *deciſio D. de Franch.* 172. in qua deciſum tradit, non fuiſſe iudicata obnoxia reſtitutioni munera, & dona, quæ fuerunt data Baroni per vaſallos, in caſu cōdemnationis reſtitutionis Feudi, vnà cū fructibus: eò quòd dona prædicta dantur ex

mera

Digitized by Google

mera liberalitate, & proindè nõ habent certam formam annuæ præſtationis, ſiuè erogationis, ſed benè incertam voluntatem, ad tradita per *Baldum in l. ſi verò* §. *itèm quicquid ff. ſolut. matrim.* iuxtà quæ dixit *Alber. in l. vſufructu legato in finè ff. de vſufr.* quòd dona, & enxenia non veniunt in locatione obuentionum, vel fructuum, per *text. in l.* Seio §. *medico ff. de annu. legat.* meminit de vtriſque *D. de* Franch. *d. deciſ.* 172. *num.* 7. *&* 10.

In iſtis ēt terminis intelligitur quod tradit *Odradus in conſ.* 129. incip. *In quæ-*
52 *ſtione, qua quæritur*, vbi dicit, quòd illud, quod datur de conſuetudine in fęlici introitu Archidiaconi, non venit in affictu omnium fructuum, ſed erit ipſius Archidiaconi, argum. *l.* 1. §. *hac actio ff. ſi quid in fraud. patr.* notat *Afflict. in d. Cõſtit. Quamplurium num.* 17. & *Nos* ſuprà quoque recenſuimus *nu.* 36. alios etiam ibi cumulando.

53 In iſtis quoque terminis intelligendum erit id, quod quis acquiſiuit ex propria induſtria: nàm non tenetur illud reſtituere grauatus reſtituere quicquid ex re illa perceperit, ad *text. in l. venditor la ſeconda ff. de hæred. vel act. vend. in l.* 3. *ff. ad leg. falcid. & in l. ſocium* §. *primo ff. pro ſocio.*

54 In iſtis pariter terminis eſt intelligēdum id, quod habetur in *d. l. ſi verò* §. *itē quicquid ff. ſolut. matrim.* in qua habetur, quòd beneficium, quod contulit libertus vxoris viro, non venit in reſtitutione, eò quòd vir de ſpeciali liberalitate, & beneficiò illud conſequitur, non verò vti maritus, nec vti patronus.

55 In iſtis quoq; terminis erit dijudicandum id, quod ſoluitur Baroni ex cauſa nominationis in Camerā reſeruatam ſingulis annis: nā cū præſtetur illud intuitu perſonæ, non verò Feudi, eò quòd nominatio in Cameram reſeruatam nō contingit de natura Feudi, ſed prouenit ex mera voluntate Baronis, cui id eſt arbitrarium, velit, nec nè nominare in Cameram, iuxtà priuilegium Baronibus indultum per Sereniſſimos retrò Reges in Regno, meritò vti intuitu perſonæ ipſius
56 nominantis facta præſtatio non veniet in reſtitutione fructuum, & conſequenter nec etiam de illis fore ſoluendum releuium, tenet diſputando articulum *Pomponius Magaldus in allegat. vnic. inſerta inter opera* Capani *de iure releu. par.* 2. *q.* 2. *nu.* 3. *cum ſeqq.* vbi idē *Capanus ibidem ſub num.* 26. *verſ. ex quibus* extendit etiàm ad id, quod ſingulis annis ſoluit Vniuerſitas Baroni, eò quòd priuilegium fuerit ipſi Vniuerſitati impartitum, vt Capitaneus ſit legum Doctor, aùt non ſit conterraneus.

57 Cæterùm, quicquid cenſuerint *ipſi* aliter mihi concludendum videtur ex reſolutione fundamentorum, quibus innituntur pro eorum opinione confirmanda.

Primò, quia in vtroque caſu ceſſat incertitudo, cuius occaſione concludebāt noſtri Regnicolæ, ceſſare releuium, vt infrà dicemus, eò quòd certa, & vniformis præſtatur ſingulis annis ſolutio, vt patet.

Secūndò, quia, vt patet etiam ex ſuprà hactènus traditis, inficiari nequit, quin præſtationes iſtæ dicantur fructus p̄p rē, ſiuè occaſione rei, & ſic occaſione Feudi, tametſi nō ſint corporaliter ex Feudo: nàm aliàs nō haberet facultatem Baro, nec indicēdi illas, nec exigēdi circùmſcripto Feudo, & proindè dicentur in fructu: tametſi impropriè fructus aliqui appellent.

Tertiò, quia vti præſtationes certæ, & vniformes ſingulis annis ſumus in terminis illius diſtinctionis *Bart.* communiter amplexæ *in l. fin. ff. ſol. matrim.* de qua aliàs diximus ſupra *in cap.* 8. *num.* 4. quòd ſcilicèt ſufficiat, ad hoc vt præſtationes dicantur eſſe in fructu, ſi renaſcantur ſaltim genere, tametſi non numero, vndè quia præſtationes iſtæ renaſcuntur genere, & numero, dicētur proindè verè, proprièq; fructus, ad differētiam redituum prouenıētium ex exemplatione prothocollorum Notarij, ſuper quo vim facit ipſe *D. Magaldus*, eò quòd illi ſemel percepti non ampliùs renaſcuntur, neque genere, neque numero, vt fuit ſupra inculcatum, & concludunt communiter *Doctores ſuper l. diuortio* §. *ſi vir ff. ſol. matrimon.* vndè non obſtat argumentum iſtud.

Quar-

Quartò, quia ſatis differunt præſtationes iſtæ à diſtributionibus quotidianis, quia illæ (vt *ipſimet* fatentur *dict. quæſt.* 2. *num.* 10.) dantur ex aſſiſtentia in Diuinis Officijs, & ſic intuitu ſolius perſonæ, tametſi adhùc negare *ijdem* nòn
58 ſint auſi, in caſu, quo ex Præbenda, aut Canonicatu nulli fructus percipiuntur, quin ipſæ diſtributiones, vſumfructum conſtituant, poſt *Decian. conſ.* 43. *nu.* 13. *vol.* 1. *ac* Felin. *in conſ.* 18. relatos per *Ill. D. Ricc. in prax. rer. quotid. reſol.* 290. *nu.* 2. *&* 5. & *Nos* aliàs dicemus *ſequ. cap. per totum.*

Et quod *ipſi* tradunt in ſimili *ſub num.* 15. de prouentibus criminalibus, quòd ſcilicet de illis non ſoluatur releuium poſt *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 3. *nu.* 11. id prouenit ratione incertitudinis, quæ fit in cauſa, vt ceſſet releuium, vt ſuprà tradidimus, quod non eſt in hoc caſu, eò quòd ſunt certæ præſtationes, & annuæ.

Rursùs obiectum per *eoſdem* relatum *ibidem ſub num.* 17. 18. *&* 19. faciliter diluitur ex inſtantia in ſimili: nàm idem ius eſſet de collectis, pedagijs, decimis, affictibus Actuariatus, Baiulationis, & ſimilibus iuribus incorporalibus Feudi, quæ non ſunt ex Feudo corporaliter, ſed tantùm occaſione ipſius debentur, & tamen nemo non admittit, quin ex illis non ſit ſoluendum releuium.

Corruit inſuper reſponſio per *ipſos* tradita ad obiectum Fiſci ſub *num.* 22. *&* 23. quia non per hòc, quòd habeat talis donatio initium ex obligatione antidorali, tollitur, quin ſit occaſione Feudi, ac fructus propter rem, de quibus datur certitudine, & annua præſtatione, ſemper, & vbique eſt ſoluendum releuium. Et obiectum tunc ſibi locum vendicaret, quando ſemel, at pro vnica tantùm vice aliquid reciperet Baro pro nominatione præfata, eò quòd tùnc quia non renaſcerentur numero, eſſemus in terminis exemplationis prothocollorum, quos ideò non venire in fructu tradunt *Doctores*, & diximus ſuprà, ac pluriès in hac prima parte, quia nunquàm renaſcuntur ampliùs, neque numero, neque genere poſt factam vnicam exemplationem. Et licèt traxerit originem ex obligatione antidorali, id tamen efficiet, vt teneantur vaſalli ad antidoram, nàm aliàs fieret quodammodò ſocietas leonina, ſi gauderent ipſi beneficio nominationis in Cameram reſeruatam, propter beneficia exindè reſultantia, renuerent verò è contrà ſoluere id, ad quod ſe obligauerunt, & in iſtis terminis loquuutur *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 1. §. 6. *num.* 20. *in fine*, iuncto *num. ſeq. D. Rouit. ſuper prag.* 5. *de admin. vniuerſ. nu.* 39. cæterique per ipſos *ibidem* relati *num.* 23.

Confirmatur hoc ipſum ex vno, quod valdè vrget: nàm aliàs Fiſcus fieret in damno, ex quo vigore nominationis in Cameram perdit ratam debitam ex cauſa præſidiorum fixorum, vndè efficeretur deterior ex duobus, quia ſcilicèt non exigeret releuium, & non exigeret etiam dictam ratam ex cauſa præſidiorum fixorum, quæ cederet beneficio Vniuerſitatis electæ in Cameram.

Corroboratur tandem ex eo, quod tradit *D. de Franch. deciſ.* 172. vbi refert, fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, munus vniforme, quod ſingulis annis ſoluit Vniuerſitas Baroni venire in liquidatione fructuum. Ergò non eſt facienda diſtinctio aliqua: cùm ſufficiat, quòd ſit annuum, & vniforme, qualia ſunt id, quod ſoluitur annuatim pro dicta Camera reſeruata, ac id, quod ſoluitur in terminis caſi relati per *Capanum vbi ſuprà* ex priuilegio Vniuerſitati indulto per Baronem, quòd ſcilicèt Capitaneus ſit legum Doctor, ac non ſit conciuis.

Et hæc mihi videntur de iure in hac quotidiana quæſtione, quæ ſint inculcata ad excitanda aliorum præclariora ingenia, quorum rectiùs ſentientis iudicio me ſubmitto.

De nominatione modò in Cameram reſeruatam, quarè ſcilicèt fuerit introducta, quarè fuerit id indultum Baronibus, quantas poſſint nominare, nùmquid licitè poſſit exigi aliquid pro illa, ac de alijs in materia agit præceteris *D. de Pont. de pot. Proreg. d. tit.* 1. *de prouiſ. fieri ſol.* §. 6. *nu.* 17. *cum ſeqq.*



59 Quò-

Digitized by Google

59 Quòad tertium caput, an ſcilicèt iſtæ ſubuentiones, & adiutoria ſint in fructu, apparet vtique ex ſuprà traditis, quòd ex quo occaſione Feudi illa præſtantur, & in fructu non tantùm ſunt quæ ex re percipiuntur, verùm etiàm quæ propter rem, ac occaſione ipſius rei, meritò vti ratione Feudi ex natura illius, ac iure vaſallagij debita in fructu eſſe dicentur.

Et omiſſo, quòd ſic diſertis verbis affirmat *Andr. de Iſern. d. Conſtit. Quamplurium verſ. alij exponunt*, vbi formaliter inquit, *Quia hæc ſubuentio fructus eſt, & ſi eos lucrifaciat ex pacto, vel à lege, ſuus erit*, ſequitur illũ *F recc. de ſubfeud. lib. 2. in quæſt.* per ipſum relata poſt *author. 2. num. 10. fol.* mihi 178. patebit clariùs, ac lucidiùs, ſi oſtenderimus media ad id adducta per *Afflict. in dict. Conſtitut. Quamplurium nu. 17.* ad demõſtrandum, quòd dictæ ſubuentiones, & adiutoria nõ ſint in fructu, non vrgere pro ipſo.

Non obſtat itaquè primum, quo ipſe affirmat, iſta adiutoria eſſe ad inſtar partus hominum, qui non ſunt in fructu, ad *tex. in l. vetus fuit quæſtio, & in l. in pecudum ff. de vſufruct. ac §. in pecudum Inſtit. de rer. diuiſ.* nàm negatur aſſumptum, cùm non paritatis, ſed longè valdè diſparitatis ratio intercedat inter ipſa, & partus hominum, & proindè ſuum erat probare hanc paritatis rationem, ad hoc vt pro ipſo vrgeret obiectum. Cœterùm dato adhùc, abſque tamen veri præiudicio, quòd paritas enunciata intercedat, aduertendum eſt, in iuribus ſuprà allegatis non tradi indiſtinctè, ac præcisè, quòd partus hominum non ſint in fructu, ſed benè, quòd non ſint in fructu ad id, vt ſcilicèt cedant beneficio vſufructuarij, & talis proponitur, ac diffinitur quæſtio in illis iuribus. Nec hoc implicabit, quòd ſcilicèt ſint in fructu, & tamen non cedant beneficio vſufructuarij.

Non obſtat ſecundum, quo ipſe tradit, adiutoria ſcilicèt præfata eſſe extrà rem, & propterea non competere vſufructuario, ſed proprietario, eò quòd tametſi ſint extrà rem, ſunt tamen propter rem, & occaſione rei, vt ſuprà pluriès deduximus, & proindè non minùs erunt fructus, quàm ij, qui ex re proueniunt, dùm vtrumque ex iuris diſpoſitione dicitur eſſe in fructu, vndè ceſſat obiectum.

Non obſtat tertium, quòd ſcilicèt non ſoluatur de illis releuium, quod quidem ſoluitur de fructibus, eò quia eſt medietas fructuum; nàm non ex quo non ſoluitur de illis releuium, proficiſcetur, non eſſe ea in fructu, ſed benè quia in liquidatione releuij non habetur ratio de illis, ceù fructibus incertis, & ſic ratione incertitudinis ipſorum non venient in liquidatione, & ità conſuetudo obtinuit in Regno, vt ſcilicèt releuium debeatur ex fructibus certis, & æqualibus, & de ordinario naſcentibus, ſicuti ex *Domino Regente Moles* ità ratiocinante in *deciſione manuſcripta quarta ſub titulo de iure releuij* deducit *Capanus in tractat. de iure releuij parte quarta quæſt. 2. num. 13. & 14.* & inter illos computat etiam prouentus prouenientes ex iuriſdictione, tametſi ſint illi in fructu, & nomine fructuum comprehendantur. Quod tamen an iure procedat, eò quòd releuiũ eſt medietas fructuum, qui eo anno percipiuntur, & propterea cùm poſſit haberi eorum certitudo, ſaltim eo anno, quo præſtandum erit releuium, non poteſt vtique cadere incertitudo, forſitàn (Deo benè iuuante) dicemus in *ſecunda* huius operis *parte in capite*, quod inſtituemus de *Diuiſione fructuum facienda inter directum Dominum, & hæredes vaſalli ſuccedentes in Feudo eo anno, quo Feudatarius moritur, ratione inueſtituræ.*

60 Quò tandem ad quartum caput, an ſcilicet iſta adiutoria pertineant ad fructuarium, an verò ad proprietarium, videtur quæſtio iſthæc deciſa ex *Cap. Regni Item ſtatuimus, quòd Comites 112.* ad cuius intellectũ nullus hùcuſq; aduertit, in quo agit *Rex Carolus II.* illius Author de adiutorijs debitis Baronibus ex diſpoſitione *Conſt. Regni*, & inquit, illorũ exa-

Digitized by Google

exactionem ſpectare, nedùm ad Comites, & Barones, verùm pariter ad alios quoſcumq; Feuda tenentes, ipſum audiamus, *Item ſtatuimus* (inquit) *quòd Comites, Barones, & alij Feuda tenentes, ſeù Prælati Eccleſiarum ſuarum Terras, vel Feuda tenentes à vaſallis in caſibus Regni Conſtitutionibus permiſſis, poſſint moderatum adiutorium petere, ſeù recipere.*

Vrget locus iſte pro fructuario. Primò, quia agit expreſſis verbis de Feuda tenentibus, inter quos fructuarius computatur, ad differentiam Comitum, & Baronum, qui non tantùm habent tenutam Feudi, verùm etiàm vtile habent ipſius dominium, ſiuè vtilem proprietatem, tranſmiſſibilem ad comprehenſos in inueſtitura. Secundò, quia Feuda tenentes videntur æquiparari Prælatis Eccleſiaſticis ratione Eccleſiarum ſuarum Terras, vel Feuda tenentibus, qui quidem Prælati, tametſi habeant ſimplicem tantùm tenutam vti fructuarij in vita, non verò vti Domini vtilis proprietatis, exigunt tamen ad proprium eorum commodum adiutoria, ità vt non teneantur illa reſtituere, nec reſeruare ſucceſſoribus in Prælatura.

Non obſtant modò contraria per *Afflict.* ad id adducta pro ſua confirmanda ſententia, quòd ſcilicèt cedant beneficio proprietarij, non verò vſufructuarij. Non obſtat nempè primum, quòd ſcilicèt *Conſtitutio* loquatur de Domino, & Fructuarius non eſt Dominus: quoniàm adhùc etiàm vſufructuarius dicitur Dominus ratione præheminentiæ, ad tradita per *gloſ. in l. non quocumque §. fundum verſ. ſi aberit ff. de legat.* 1. *ac per* Flor. *in rubr. ff. de vſufr. in fine*, meminit de præfatis Capyc. *dict. deciſ.* 184. *ſub num.* 5. Itèm quia Dominus in terminis illius quæſtionis accipitur pro dominante, vt tradit *Andr. de Iſern. d. Conſtit. Quamplurium*, & repetit *Capyc. dict. deciſ.* 184. *ſub num.* 4. vndè non minùs dicetur dominari fructuarius, quàm Dominus, vt probat etiàm *d. Cap. Regni Itèm ſtatuimus, quòd Comites*, quod extendit, vt ſuprà diximus, *Conſtitutionem* illam ad quoſcumque Feuda tenentes, nedùm ad Dominos, aùt dominantes.

Non obſtat ſecundum, quòd ſcilicèt fructuarius non poſſit nunciare nouum opus: nàm reſpondetur, hoc ideò fieri, quia nunciatio noui operis reſpicit proprietatem, & dominium, & ideò ad ſolum Dominum proprietatis ſpectabit nunciatio. Circumſcriptis modò illis, quæ proprietatem reſpiciunt, omnia poteſt vſufructuarius ad fructus pertinētia, quæ poſſet ipſe Dominus proprietatis: Nàm fructuarius conſequitur laudimium omnium rerum cenſualium. Itèm vſufructuarius tenetur ad onera collectarum, aliaq; pariter onera agnoſcit, ac conſequitur etiàm vſumfructum in nominibus debitorum, vt eſt videre apud *Capyc. d. deciſ.* 184. *ſub num.* 5. vbi præfata cumulat ad vſufructuarium ſpectantia, & in vnoquoque ipſorum cotas adducit.

61 Intelligas tamen præfata aliquibus concurrentibus. Et primò, quòd ſit verè vſufructuarius, qualis eſt fructuarius conſtitutus eius vita durante, aùt in vltimis voluntatibus, aùt per contractus inter viuos, ac qualis eſt maritus bonorum in dotem datorum expreſsè, & ſic taliter, vt fiat ipſorum Dominus vita durante, ad *tex. in l. doce ancillam C. de rei vendic.* ad differentiam eorum, quæ poſſidet mulier extrà dotem, in quibus habet maritus ſolam præheminētiam vti maritus, quod eſt notandum pro reſolutione illius quæſtionis, quam tangit, ac pariter reſoluit *Niger in dict. Cap. Regni Item ſtatuimus, quòd Comites ſub num.* 15. vbi quærit de marito habente filiam ex prima vxore præmortua: nàm ſi duxerit ſecundò vxorem, à qua habuerit Caſtrum in dotem, & velit maritare filiam primi matrimonij, tùnc tantùm pro illa maritanda poterit petere adiutorium à vaſallis, iuxtà terminos *dict. Conſtitut. Quamplurium*, ſi Caſtrum fuerit illi in dotem expreſſim datum, non autem ſi habuerit in illo præheminentiam vti maritus, vt ſuprà diximus: quoniàm in tali caſu ipſa vxor poſſet petere ſubuentionem, quic-

Bb 2 quid

Digitized by Google

quid aſſerat *ibi Niger* requiri traditionem in dotem ex æſtimatione, quæ faciat emptionem, eò quòd in tali caſu per dictam traditionem æſtimatim factã fieret maritus irreuocabiliter Dominus proprietatis, & vſusfructus, ad *text. in l. quoties, & in l.cùm dotem* C.*de iure dot. & in l.plerumque ff.eod.tit.* cum concordãtibus, & eſſemus extrà terminos quæſtionis proprietarij, & fructuarij.

62 Intelligas ſecundò, dũmodò fructuarius præſtet ſeruitium militare, aliaque habeat onera, ad quæ tenetur proprietarius Feudi, vt expreſſim diſtinguendo videtur ſentire *Andr.de Iſern.d. Conſtit. Quamplurium*,*ac Afflict.ibidem d.num.* 17.ea ratione, quia ſi habet onus, debet habere etiam emolumentum, argumen. *tex. in l.quotiès, & l. hactènus ff.de vſufr.* cum concordantibus. Sufficit tamen ſi illi fuerit ſeruitium remiſſum, vt tradit Capyc. *in inueſtit.feud.* §.*feudorum adiutoria verſic. & ad hoc, vt Baro fol.* 26. *col.* 2.vndè ſi taliter quis teneret Feudum, vt ſolos fructus exindè percipiat, abſque tamen onere, & ſeruitio militari, qualis eſt præcæteris cõductor fructuũ Feudi, ac iuriſdictionis, cum deductione onerum ipſius, non poſſet vtique petere adiutoria in caſibus permiſſis, cùm & ideò præſcripta cernantur ex diſpoſitione *Conſtit.* vt ſcilicèt adiuuẽt Dominum onera portantem, ex quo dicta ſunt adiutoria, & ſubuentiones ab adiuuando, & ſubueniẽdo, & proptereà ceſſantibus oneribus, non eſt quid quærere, nec ſperare adiuuamenta à vaſallis, ſed illa ad eum pertinebunt, qui verè Feudalia ſeruitia, & onera portat.

Et ex his videtur terminata quæſtio iſthæc, an ſcilicèt adiutoria, ac ſubuentiones ſint in fructu, & pertineãt ad vſufructuarium, an verò ad proprietarium.

63 Progrediendo modò vlteriùs in materia. Infer primò, adiutoria præfata fore præſtãda, nedùm irreuocabiliter Domino, verùm etiàm ei, qui reuocabiliter poſſidet Feudum, putà mediante emptione facta cum pacto de retrouendendo, ità deciſum per Sacrum Conſilium tradit *Frecc.in ſua quaeſt.inſerta poſt Author.2.de Baron.lib.2.de ſubfeud. num.*1. & ità quotidiè practicari in Supremis huius Regni Tribunalibus teſtatur *D. de Franch. deciſ.* 76. *in princ.* ſequuntur ipſum *Capiblanc. de Baron.pragmat.* 1. *nu.* 48.*ac Anell.de Amat.conſ.*79.*nu.*9.

64 Ampliat hoc idem *D.de Franch.* in caſu inibi per ipſum relato in venditione facta Terræ cum annũa perceptione introituum, ad rationem certæ ſummæ conuentæ pro centenario, cum reſeruatione tamen aliorum introituum, & iuriſpatronatus, & ſic non in vniuerſum: nàm fuit dictum per Sacrum Conſilium iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, deberi emptori cum iſtis condi-

65 tionibus adiutorium, vt ipſemet *D.* tradit *ibi ſub num.* 3.& hoc quia ius ſubuentionis, ſiuè adiutorij prouenit ex prærogatiua dominij, ad tradita per *Andr. de Iſern.in d.Conſtit.Quamplurium*, ac per *Frecc. dicta quaeſt. vnica*, non verò ex perceptione fructuum, in tantùm, quòd ſi adhùc nulli perciperentur fructus ex Feudo, adhùc deberentur à vaſallis in caſibus in *dict.Conſtit.* comprehenſis, vt ipſe idem *Dominus* ratiocinatur *ibidẽ nu.6.& 7.*

66 Infer ſecundò, deberi ſubuentiones, & adiutoria vtili etiam Domino tenenti Feudum in Burgenſaticum ab Eccleſia, aùt altero taliter concedente, & ità deciſum per Sacrũ Conſilium refert idem *D.de Frãch. deciſ.*131.præcisè *ſub nu.*21. *& in fine*, quibus in locis diuerſas recẽſet ſuper eodem deciſiones ipſius Sacri Conſilii, antè ipſum docuit *Anna ſen. in allegat.*105.*per totam*, qui conſuluit pro Barone in eadem cauſa Baronis Sancti Arſenii, ſuper qua deciſione affert *D.de Franch. loc. cit.* de vtriſq; meminit *Marta deciſ.Piſa.* 34.*nu.*10.

67 Amplia, vt debeatur etiã Nepoti ſuccedẽti in Feudo ſui Auunculi in caſu maritagii ſororis ipſius Nepotis ſuccedentis, & ità benè diſcuſſo articulo refert, fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium idem *D. de Franch. deciſ.*73.*per totam*. Præfatam etiam deciſionem Sacri Conſilii in caſu prædicto affert *Regens Salernitanus deciſ.*22.*per totam*, alios recenſet *D.Thoro in addit. ad d. deciſ.*22.*Reg. Salernit.nu.*1. adde *Taſſonum ſuper pragm.*

de

*de anteſato verſ.3.obſeruat.4.num.*25.

68 Infer tertiò, deberi ſubuentionem iſtã Baroni habenti ciuilem iuriſdictionem in feudo, non autem habenti criminalem in caſu, quo ſint duo Domini eiuſdem loci, quorum vnus habeat ciuilem iuriſdictionem, alius verò criminalem, & ità poſt *Frecc.de ſubfeud. lib.2. author.* 2.*nu.*21.*in fine*, ac poſt *D. de Franch. deciſ.*131. concludit *Capiblanc. de Baron. pragm.*1.*num.*53. adde etiam *Borrell. de præſtant.Regis Cathol. c.*20. *num.*33. vbi alios quoquè addit.

69 Infer quartò ad id, quod dicitur in *d. Conſtitut. Quamplurium*, deberi ſcilicet adiutorium pro filia, aùt ſorore, aùt amita maritanda, vt procedat non tantùm quòad vnicam, ſeù primam filiam, verùm etiam quòad ſecundam, & tertiam, & ſic deinceps quòad omnes, & ita deciſum per Sacrum Conſiliũ tradit *Ayell. de iure adhoa nu.*30. *in fine*, adde *Capiblanc.d.pragm.*1.*nu.*67. *ac D. Thoro in compend.deciſ.par.*1.*uerbo adiutorium an debeatur fol.*22. vbi aliam quoquè deciſionem eiuſdem Sacri Conſilij affert de mente *Fuſci in ſingul.*25. *litera F.* & ita pariter in dies ſeruari, ac decidi in eodẽ Sacro Conſilio teſtatur *D.de Franch. deciſ.*215.*nu.*12.*& deciſ.*306. *in princ. ac Borrell.de præſtant. Reg. Cathol. d. c.*20. *num.*36. qui tamen aſſerit, quòd contrariam *ipſe* opinionem teneret, tametſi aliud extiterit per Sacrum Conſilium determinatum.

70 In caſu verò, quo eodem anno emerſerit euentus duarum ſubuentionũ præſtationis, vt quia Baro maritaſſet duas filias, aut emerit vnam Terram, & ſimul maritauerit, *D.de Franch.* tradit deciſum *d. deciſ.*306.*in fine*, vtraſque deberi. Fateor (ſiquidem) videri hoc minùs rigoroſum. Poſſet tamen temperari rigor iſte media dilatione ad ſoluẽdum infrà certum tempus congruum, prout in ſimili cenſuit idem Sacrum Conſilium in cauſa pariter adiutorii, & ſubuentionis, de qua teſtatur *D. de Thoro in compend. deciſ.par.*2. *verbo adiutorium*, & tangemus etiam infra *nu.*97.

71 Et quod dictum eſt de patre maritante plures filias, intelligendum erit etiam de fratre maritante plures ſorores; cùm in vtroque caſu loquatur *d. Conſtitut. Quamplurium*, deberi ſcilicet adiutoriũ, quinimò etiam de Nepote maritante plures amitas.

72 Quò autem ad ſororem maritatam à fratre, tametſi *Conſtitutio* loquatur in ſpecie de ſorore: attamen facienda eſt diſtinctio, an feudum à fratre poſſeſſum ſit nouum, vt quia ſcilicet fuerit ab ipſo acquiſitum, an verò feudum ſit antiquum: Nàm quòad feudum antiquum, tenentur vaſalli ſubuenire. Quò verò ad feudum nouum, ex quo non eſt propriũ onus fratris dotandi ſorores, nec poſſunt ſorores prætendere paragium ſuper dicto feudo nouo, tradit deciſum per Sacrum Conſilium *Loffred. in ſua Paraphraſi feud. in c.*1. §. *vt autem æquitas in verbo ſed cum alij vaſalli verſ. his autem de pace iuram.firm.* non teneri vaſallos prę̃ſtare ſubuentionem, adde *Afſl. in d. Conſtit. Quamplurium in* 6. *notab. in q.*5.*ſub num.*14.*D.de Franch.deciſ.*73. *num.*10.*Molfeſ.Capiblanc.Borrell. Maxill. & Frecc. in locis cumulatis per Capanum de iure releu.p.*3.*c.*14. *num.*14.

73 Amplies modò ſupradicta primò etiã quòad filias naturales tantùm, ſiuè ſpurias, pro quibus poſſe peti ſubuentionem affirmat *Ayell. de iure adhoa nu.*31. poſt *Marian. Soccin. & Martin.Laud.* quos ibi recenſet, alios quoque refert, & ſequitur *Capan. de iure releu. d. q.*14. *p.*3.*nu.*29. Contrarium tamen ſuadent *Annaſen. in*[illegible]*ul.* 12. *poſt Boer. in deciſ.*127. *& de*[illegible]40. *nu.*20. *ac Annafilius in addit.ad eundem*, item *Cannet. in cap. Regni Sicil.Si aliquem* §. *ad illam quæſtionem per totam*, voluerunt *Iacobin. à Sancto Georg.in ſua inueſt.feud.* §. *qui quidem inueſtiti nu.*79. *ac Borrell. de præſtant. Reg. Cathol.d. c.*20.*nu.*34.

Quando tamen opinio affirmatiua ſuſtineri poſſet, intelligas illam duobus concurrentibus. Et primò de mente *Caſſan.in Conſuetud.Burgund.rubr.*1.§. 4. *in verbo mariagge d'vne fille uerſic. ſed iuxtà hoc quæritur nu.*7. in caſu, quo ipſa filia non haberet vnde ſe poſſet dotare, aùt vnde ſe alere, poſt *Bar. Bald. Præpoſ.* & alios, quos ibi recenſet. Secundò, quòd

Digitized by Google

quòd ſubuentio non ſit æqualis, & vniformis, quemadmodùm in filia legitima, & naturali, ſed taxetur illa arbitrio Iudicis, & ità concludit *Ayell. de iure Adhoæ d.nu.*31.poſt *Martin.Laud.*ab ipſo commemoratum.

74 Amplies ſecundò, etiam quòad neptes maritandas, ità *Ayell.d.tract.num.*29. vbi dicit, adeſſe de hoc in Regno *Literas Caroli Ducis Calabriæ filij Regis Roberti*, quæ conſeruantur in Archiuio, & ita deciſum extitiſſe per Sacrum Conſilium in cauſa Principis Venuſij cum ſuis vaſallis refert *Molfeſ.ad Conſuetud.Neapol.par.6.q.4. num.22.* meminit de dicta deciſione D.*Thoro in compend. deciſ.1. parte verbo adiutorium, ſiuè ſubuentio fol.22.col.2.in fine.*

75 Subamplies hoc, etiam ſi pater exiſteret in medio, & auus paternus poſſideret feudum, quia tunc cùm propter inopiam patris onus dotãdi ſpectet ad auũ, vti diuitem, poſſet auus petere ſubuentionem à vaſallis, ſecũdùm *D. de Franch. deciſ.*215.*Maſtrill. deciſ.1.num.7. Capiblanc.de Baron.pragm.1.nu.69.* quos recenſet *Capan. de iure releuij par.3.q.14. nu.26.*

Declares hoc tamen quòad auum paternum maritantem neptem ex filio, vt in caſu relato per præfatos, ſecùs ta-
76 men quòad auum maternum, quia cùm ipſe non teneatur neceſſariò maritare neptem ex filia, non erunt cõſequenter obligati vaſalli ad ei ſubueniendum in tali caſu. Et ita deciſu[illegible]dit idẽ *Molfeſ.loco cit.nu.*23. quemadmodùm etiam de auia materna maritante neptem ob
77 paupertatem parentum, quòd non ſit pręſtandum adiutorium, cẽſuit Sacrum Conſilium, teſte eodem *Molfeſ. loco cit. nu.*23.de quo meminit *D.Thoro in compend. deciſ. d.prima parte verbo adiutorium fol.*20.

78 Amplies tertiò, etiam quòad ſororem, cui fuit dos legata à patre, & ita deciſum per Sacrum Conſilium ex doctrina *Andr.de Iſern.& Neapod.* per ipſum relatorum tradit *Anna ſen.ſingul.* 11. adde *Frecc.de ſubfeud. lib.2.author.2. num.*56. *Capiblanc. de Baron. pragm.1. num.*71. *Molfeſ.ad Conſuetud.Neapol.par.6. q.5. num.2.tit.de iure dot.ac Capan.de iure releu.d.p.3.q.14. nu.16.* quicquid in contrarium autumet *Camill. Salern. in Conſuetud.Neapol.in addit. ad rubr. de iure dot.in addit.* incip. *Rubrica iſta de iure dotium verſ.cæterùm adde.*

79 Amplia quartò, vt ius iſtud petendi ſubuentiones in caſibus de iure permiſſis vigore *Conſtit. Regni* tranſmittatur etiam ad hæredes in caſu, quo quis ſororem, filiam, aùt amitam maritauerit, deinde vitam poſtmodùm obierit, non facta exactione *Capyc. in inueſtit.feud. §. feudorum adiutoria verſ.item ſcias, quòd quando fol.*26.

80 Amplia quintò, etiam quòad filias, ſorores, aùt amitas monacandas *Iacobin. à Sancto Georg.in inueſt.feud.§. qui quidem inueſtiti nu.*80.*Caſſan.in Conſuetu. Burgund. rubr.1. §.4. in verbo mariagie d'vne fille num.4. Affl. ſuper d. Conſtit. Quamplurium num.*21.*Frecc.de ſubfeud. lib.2. author.2. in caſu* 3. faciunt tradita per eundem *Affl.in deciſ.*348.vbi ęquiparat matrimonium ſpirituale matrimonio carnali, alios concordantes recenſet *D.de Franch. deciſ.42.nu.1.*

81 Intelligas tamen, vt ſubuentio iſthæc ſit præſtanda, & ſoluenda, non tempore ingreſſus, ſed benè tempore profeſſionis, ſeù conſecrationis, ſecundùm *Affl. d. Conſtit. Quamplurium q.12.num.21. ac Frecc.de ſubfeud.lib.2.d.author.2.in 3.caſu*, & ita cenſuit Sacrum Conſilium, teſte *Anna ſen. ſingul.*13.adde *D.de Frãch. deciſ.42.nu.3.*vbi *ſub nu.*4. ſubnectit ca-
82 ſum de quodam Barone, qui dederat dotem Monaſterio pro filia monacãda, & petierat ſubuentionem à vaſallis. Sed quia tempore profeſſionis, ſiuè conſecrationis ipſe Baro exierat de dominio feudi, fuit dictum per Sacrum Conſiliũ, quòd vaſalli abſoluerentur ab impetitis, ſtante quòd tempore profeſſionis ipſe exierat de dominio feudi, nec ampliùs illud poſſidebat, tametſi poſſideret tempore ingreſſus, ſequuntur eundem *Paſchal.de virib.patr.poteſt.par.4. cap.10. nu.27.Borrell.conſil.40.nu.11.*cæteriquę paſſim.

83 Intelligas ſecundò, vt ſubuẽtio iſthæc pro monacatione debita non ſit æqualis,

Digitized by Google

lis, & vniformis cum ſubuentione præſtanda pro maritagio; nàm taxatur illa pro medietate, & ſic ad rationem granorum vigintiquinque pro quolibet foculari, ſiuè fumante. Et ità decìſum per Regiam Camerā Summariæ tradit *Taſſonus ſuper pragm. de antefato verſ.3. obſeru.4. nu.46.* & ità quotidiè ſeruatur in Regno in ocurrentibus caſibus.

84 Amplies ſextò quòad ſororem maritatam, quæ aliàs habuit ſubuentionem in caſu, quo perdidiſſet dotem, & ſecundò maritaretur: nàm adhùc de nouo eſſet præſtanda ſubuentio à vaſallis, & ita poſt *Alex. in l. ſi cùm dotem §. fin. col.3. ff. ſol. matrim. & in conſ.212.* incip. *Viſo cōſilio aliàs pro me reddito vol.1. ac Iaſ. in l. diuortio §. quod in anno ff. eod. tit. ſol. matrim. & in §. fuerat Inſtit. de act.* voluit *Ayell. de iure adhoa nu.32.* quicquid in contrarium voluerit *Baldus in l. fin. col.2. C. de dotis promiſſ.* nam *Baldum Iaſ. in d. §. fuerat* reprehendit.

85 Limites tamen præfata. Primò, quando abſque culpa ſua perdidiſſet dotem, quia ſi culpa ſua malè conſumpſiſſet, excluderetur à petitione nouæ ſubuentionis, ad tradita per *Bart. & DD. in l. pater dotem, & in l. ſi cùm dotem §. ſi poſt ſolutum ff. eod. tit. ſol matrim.*

86 Limites ſecundò, in caſu, quo dos à primo marito, vel eius hæredibus repeti non poteſt, eò quia non ſunt ſoluendo, quoniam neque tunc iterùm ſubuenire tenerentur vaſalli, ad *tex. in l. ſi ſocius in verb. quòd ſi ſolus ff. pro ſoc.*

87 Quòad matrem, an ipſa quoque petere poſſit adiutorium pro maritanda filia, dubitat *Frecc. de ſubfeud. lib.2. author. 2. num.* tamen in caſu, quo illa eſſet dotāda ex bonis maternis in ſubſidium, vt quia eſſent inopes pater, auus paternus, ac auia paterna, tradit decìſum per Regiam Cameram Summariæ *Ioannes Aloyſius Mormilis ſuper d. Conſt. Quamplurium nu.4.* quòd petere poſſit.

88 Sed quid in caſu, quando ipſe Baro, aùt eius filius ducit vxorem, an tùnc poſſit petere adiutorium à ſuis vaſallis, negatiuè concludit *Capyc. in ſua inueſt. feud. §. feudorum adiutoria verſ. quid autem quando Dominus fol.26.* conſentit cum ipſo, tacito tamen nomine *Taſſon. ſuper pragm. de antefato verſ.3. obſeru.4. nu.45.* ſubdit tamen *ibi Taſſonus*, non defuiſſe *Doctores*, qui contrarium ſenſerunt.

89 Infer modò quintò quòad ſubuentionem debitam vigore *Conſtit. Quamplurium*, pro emēda Terra, vt ſcilicet intelligatur pro illa emenda vnica tantùm vice: Vnde ſi alias Terras emeret poſt primam, non tenerentur vaſalli ad ſubueniendum *Ayell. de iure adhoa num.32. verſ. quartus caſus eſt*, vbi dicit, vidiſſe de hoc ſententiam Sacri Conſilii tempore *Regis Ferdinandi Primi*.

90 Amplies quod dictum eſt pro vnica tantùm Terra emenda in *Conſtit.* vt procedat, tā ſi Terra ſit muris vallata, quàm ſi ſine, & ſic etiam quòad mottam, oppidum, vel caſale, dummodò habitent ibi vaſalli, dato adhùc quòd eſſet decem focularìorum *Frecc. de ſubfeud. lib.2. author.2. nu.25.* poſt eū voluit *Taſſon. ſuper Pragmat. de anteſ. verſic.3. obſeru.4. ſub nu.82.*

91 Limites tamen, quando emeret vnam iuriſdictionem, putà quia emeret iuriſdictionem criminalem, aùt emeret ſecundas cauſas, aùt nominationem Officialis in aliqua Ciuitate, vel Terra, aùt ſimilia, quia in iſtis caſibus non diceretur Dominus, ſecùs ſi emeret Terram cum ſola

92 iuriſdictione ciuili, eò quòd tunc vti Dominus iuriſdictionis ciuilis diceretur verus Dominus Terræ: nàm poſſet ipſe depingi facere ſua arma, petere adiutoria, & omnia alia iura Dominicalia exercere, quæ verè pertinent ad vtilèm Dominum, idem *Frecc. d. lib.2. author.2. nu.21.* vbi latiſsimè hoc declarat, & affert ſub finem ſententiam *Regis Alphonſi*, declarantis, verum Dominum Terræ dici Baronem iuriſdictionis ciuilis fauore Abbatis Sancti Ioannis Baptiſtæ in Lamis, tunc temporis habentis iuriſdictionem ciuilem in Terra ſancti Ioannis Rotundi in Monte Garganico, & ità in terminis huiuſcè noſtræ limitationis in caſu, quo Baro emeret iuriſdictionem criminalem in aliqua Terra, quòd non debeatur ei adiutorium reſidet idem *Frecc. d. author.2. nu.26.*



Digitized by Google

93 Quid ſi pater emerit Terram, & habuerit ſubuentionem à vaſallis, deinde mortuo patre, filius, qui ſucceſsit vult emere aliam Terrã, an poſsit iure petere ſubuentionem, vide *Affl. in d. Conſtit. Quamplurium nu.8. ac Frecc. de ſubfeud. d. author.2. nu.36.*

94 Infer ſextò quòad adiutorium debitum pro militia fratris, non extendi ſcilicet caſum illum ad filium doctorandum idem *Frecc. de ſubfeud. d. author.2. nu.15.* vbi etiam tradit, abuſu receſsiſſe ſubuẽtionem præfixam iuxtà terminos *Cõſtit. Quamplurium* in caſu militię fratris, nec hodiè haberi de illa rationem, eò quòd non fiunt veri milites, ſicuti fiebant illi antiqui, vt per *eum*, adde *Borrell. de præſtant.* Reg. *Cathol. c.20. nu.37.*

95 Aduertas modò pro coronide tandem in materia, Barones non poſſe excedere in petendo ſubuẽtiones, & adiutoria à ſuis vaſallis in caſibus non comprehenſis in *d. Conſtit. Quamplurium*, iuncta *Conſtit. ſequ.* adeò vt ſi peterent in caſu non conceſſo, aùt immoderatè exigerent, tenentur ad duplum Regiæ Curiæ ex diſpoſitione *Cap. Regni* incip. *Item ſtatuimus, quòd Comites* 112. in ordine, adeſt etiam conſimilis prouiſio *Regis Ferdinandi Primi*, de qua meminit

96 *Ayell. de iure adhoæ nu.36.* Vnde contrà ius *Conſti. ac Cap. Regni* eſt prętenſio aliquorum Baronũ petẽtium adiutoriũ, ſeù donatiuũ pro faſcia, quando eorum vxores pepererint, aùt pro maritagio, quãdo ipſi, aut eorũ filij vxores ducunt.

97 Aduertas etiam ad aliud, quòd dato, quòd Baro eodẽ anno maritauerit plures filias, aùt maritauerit filiam, & emerit Terram, aùt contingerit caſus præſtationis pluriũ ſubuentionum, iuxtà diſpoſita per *Conſtit. Regni Quamplurium*, non ad vnicam tantùm ſubuentionem tenebuntur vaſalli, ſed ad omnes, dato adhùc quòd eſſent plures, & ità iuxtà tradita per *Affl. in d. Conſtit. Quamplurium à nu. 10. vſque ad n.19.* & per *Frec. de ſubfeud. lib.2. in quæſt.5.* vbi ſic deciſum refert per Sacrum Conſilium, fuit aliàs de nouo iudicatum per idem Sacrum Cõſilium in alia cauſa, in qua interueniebant inopia, & paupertas vaſallorum, ac è contrà diuitiæ, & opulentia Baronis, vt refert *D. de Thoro in compend. deciſ. p.2. verbo adiutorium debitum à vaſallis fol.* 8. Benè verum ſubdit, fuiſſe per Sacrum Conſilium datã quandam dilationem ad ſoluendas quãtitates pro dictis ſubuentionibus, ſiuè adiutoriis debitis.

Et hæc ſatis in materia ſubuentionũ, & adiutoriorũ, quæ diximus eſſe in fructu, & eſſe fructus feudi, occaſione ſcilicet ipſius, & ſic propter rem, tametſi non ex re.

## *SVMMARIVM.*

1 *Beneficiales reditus, ſiuè prouentus ſunt in fructu.*
2 *Diſtributiones quotidianæ quot nominibus appellentur de iure Canonico.*
3 *Diſtributiones quotidianæ quid ſint.*
4 *Morticina, & anniuerſaria defunctorum computantur inter diſtributiones quotidianas.*
5 *Diſtributiones quotidianæ diſtribuuntur inter eos, qui interſunt horis diurnis, & nocturnis Eccleſiæ, ac Choro, actualeſeruitium, miniſteriumq; cõpetens exhibẽt.*
6 *Diſtributiones quotidianæ extenduntur ad ea, de quibus in* Extrauag. cùm nõnullæ de præbend.
7 *Diſtributiones quotidianæ an dicãtur eſſe in fructu, & veniant appellatione fructuum.*
8 *Beneficij valor exprimẽdus eſt in impetratione illius, à Summo Põtifice obtinẽda.*
9 *Diſtributiones quotidianæ ſunt illæ, quæ competunt Clericis Cathedralium, aùt* Collegiatarum *Eccleſiarum.*
10 *Fructus ciuiles appellantur qui non ſunt natura ipſa, ſed proueniunt ex re, & ſic ciuiliter producuntur immediatè, aùt ex iure, aùt ab obligatione inducta ex lege, aùt hominis prouiſione.*
11 *Diſtributiones quotidianæ non ſunt, neque ſimpliciter perſonales, ſiuè induſtriales, nec ſimpliciter ciuiles, ſed utriuſque habent admixtionem.*
12 *Diſtributiones quotidianas non lucrantur deſeruientes Eccleſiæ per Vicarium, vigore priuilegij.*
13 *Diſtributionum quotidianarum in taxatione fit diuiſio, & ipſarum certa pars aſſigna-*

Digitized by Google

aſſignatur pro ſeruitio intereſſentibus, certa alia verò rõne iuris, & ſic officij exẽptibus ex priuilegio ab intereſsẽtia.
14 Fructus ex iure prouenientes, obuentiones Doctores appellant.
15 Fructus dicuntur diſtributiones quotidianæ, quando prouiſus non haberet præbendã, nec alios fructus præter ipſas.
16 Condemnatus ad reſtitutionem fructuum beneficij an teneatur reſtituere etiam diſtributiones quotidianas.
17 Merces operarum hominis eſt in fructu laboris, licèt non ſit in fructu rei.
18 Fructuum, iurium, & emolumentorum appellatione veniunt ſpolia, & ſucceſſiones Curatorum ſubiectorum, prouenĩtium tempore locationis, morientium in locatione.
19 Diſtributiones quotidianæ quare nõ cõputantur inter fructus in valore beneficij.
20 Diſtributiones quotidianas lucrari intẽdens, oportet quòd ſit de corpore Capituli, aut Collegij, ac interſit diuinis.
21 Sacrum Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reform. recipit declarationem à iure cõmuni, vt ſcilicet habeat locum in illo iuſta cauſa, & rationabilis, de iure approbata, licèt in eo non expreſſa.
22 Diſtributiones quotidianas ad hoc ut quis lucrari valeat, non ſufficit ſolum impedimentum de iure approbatum, ſed requiritur, quòd ſit etiam ſolitus intereſſe diuinis lucrari intendens.
Requiritur etiam conſuetudo præſtandi illas in caſibus neceſſitatis, aut vtilitatis Eccleſiæ, nu. 23.
24 Vtilitas Eccleſiæ requiſita ad lucrationem diſtributionum quotidianarum ſufficiet, ſi reſpexerit vtilitatem alterius Eccleſiæ loci, licèt non illius particularis, cui abſens inſeruit.
25 Proteſtatio requiritur ad hoc ut poſſit quis cõdẽnari ad diſtributiones quotidianas.
Et proteſtatio eſt facienda cum Principali, non verò cum Procuratore, etiam ſpeciali, ibidem.
Fallit in odium intruſi, nàm non obſtante proteſtatione non facta poteſt condemnari, nu. 26.
Item fallit in odium Capituli, quando facto ipſius Capituli quis impeditur reſidere, ac intereſſe, nu. 27.
Rursùs, quando fuiſſet expulſus à Capitulo, & non poſſet ob id inſeruire, nu. 28.
29 Diſtributiones quotidianæ licèt non dentur quando fuerint diuiſæ inter alios de Capitulo, aut Collegio, debentur tamen quando fuerit quis proteſtatus.
30 Diſtributiones quotidianas ad hoc ut quis abſens lucrari poſſit, non ſufficit priuilegium commune indultum ad lucrandos fructus in abſentia, ſed oportet, quòd ſit ſpeciale ad lucrãdas diſtributiones, n. 31
32 Diſtributiones quotidianas lucratur prouiſus, dato adhuc quòd non præſtiterit iuramẽtum fidei, licèt ſecùs quoàd alios fructus beneficij, ſi non iurauerit.
33 Diſtributiones quotidianas lucratur, obſes datus ab Eccleſia toto tempore, quo detinetur ab hoſtibus.
34 Diſtributiones quotidianas lucrãtur Examinatores beneficiorum, qui fuerũt electi à Synodo Diœceſana, ſi ex cauſa examinis ad beneficia abſuerint à Choro.
Item lucrantur in abſentia Beneficiati intereſſentes Concilio Generali, nu. 35.
Lucrantur item duo Canonici Epiſcopo inſeruientes in viſitatione, nu. 36.
Inſeruientes verò extrà viſitationem non lucrantur, & quæ ſit diuerſitatis ratio, nu. 37.
Lucrantur rursùs etiam non obſtante intereſſentia exercentes curam animarum imminentem illi Eccleſiæ, ſi tempore officij, aut horarum actualiter adminiſtrent ſacramenta, num. 38.
Lucrantur quoque Canonicus, vel Archidiaconus viſitans Eccleſiam, iura, aut reditus ſuæ Eccleſiæ, num. 39.
40 Diſtributiones quotidianas in abſentia lucrantur Collectores Generales Cameræ Apoſtolicæ, aut Subcollectores, Aduocati, Procuratores Fiſcales, & Notarij in caſibus ſpoliorum, & iurium pertinentium ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam, durante eorum officio.
Lucrantur etiam Auditores Rotæ Romanæ ac ſi actualiter Eccleſiæ inſeruirent, nu. 41.
Item lucrantur Inquiſitores Hereticæ prauitatis, nu. 42.
Rursùs abſentes à diuinis officijs propter neceſſitatem, aut vtilitatem Eccleſiæ, nu. 43.



Digitized by Google

*Inſuper lucrantur iniuſtè carcerati, aùt detenti, nu. 44.*

*Lucrãtur quoq; iniuſtè excõmunicati, n. 45.*

*Et lucrantur iſti tales, ſemota etiam quacumq; conſuetudine in cõtrarium, n. 46.*

*Lucrantur pariter excommunicati pro cauſa Eccleſiæ, & defenſione iurium ipſius, num. 47.*

*Lucrantur inſuper nulliter, vel iniuſtè interdicti ab ingreſſu Eccleſię, nu. 48.*

*Lucrantur pariter toto tempore, quo extiterit Eccleſia interdicta, dummodò non dederint cauſam interdicto, ac conſueuerint reſidere in illa, num. 49.*

50 *Diſtributiones quotidianas lucrãtur iniuſtè ſuſpenſi, ſiuè ab officio, ſiuè à beneficio.*

*Lucratur quoque iniuſtè bannitus, aùt relegatus, num. 51.*

*Etiam ſi iuſtè fuerit carceratus, aùt tortus, ſi poſtmodùm per ſententiam fuerit abſolutus, nu. 52.*

*Dato adhùc etiam quòd fuerit condemnatus per ſententiam, ſi poſtmodùm appellauerit, & in ſecunda inſtantia fuerit abſolutus, nu. 53.*

*Lucratur etiã qui vi detinetur, aùt prohibetur ad Eccleſiã accedere, aùt qui nõ audet accedere propter partialitates, n. 54.*

55 *Diſtributiones quotidianas lucratur Senex, ſi ita fuerit ſenio confectus, vt cõmodè non poſſit perſonaliter Eccleſiæ deſeruire.*

56 *Diſtributiones quotidianas lucratur morbo impeditus, qui propter morbum non poteſt adeſſe diuinis officijs.*

*Etiam ſi culpa ſua in morbũ inciderit, n. 57.*

*Dummodò ſolitus intereſſe fuerit ante morbum, aliàs ſecùs, nu. 58.*

*Ac dummodò ſit prę ſens, ac reſideat in loco, vbi eſt Eccleſia, nu. 59.*

60 *Abſentes cauſa ſtudij an lucrentur in abſentia diſtributiones quotidianas.*

61 *Capitulum non poteſt concedere facultatem, vt quis lucretur diſtributiones quotidianas in abſentia.*

62 *Diſtributiones quotidianas vt quis lucretur, non poteſt conſuetudo inducere.*

*Fallit in conſuetudine liberante Beneficiatum, qui inſeruierit per quatraginta annos, nu. 63.*

*Item quando conſuetudo fuiſſet inducta, ſciente, patiẽte, ac tolerãte Papa, nu. 64.*

*Rursùs quòad celebrantes, aùt audientes confeſſionem ſacramentalem tempore, quo canitur officium diuinum, num. 65.*

*Rurſus ſi conſuetudo liberaret abſentes certis tantùm horis, nõn verò in vniuerſum, nu. 66.*

*Intelligas, vt non ſuffragetur conſuetudo quòad lucrationem in abſentia abſque intereſſentia, non autem quòad percipiendum plus, vel minus, hoc eſt plus vnus, quàm alter, nu. 67.*

68 *Diſtributionum quotidianarum perceptio conſtituit perceptorem in quaſi poſſeſſione Canonicatus, ſi vti talis percipit, tametsi non ſit talis.*

69 *Diſtributiones quotidianę reſpiciunt diuini cultus augmentum.*

## CAP. XV.

1 Beneficiales reditus, ſiuè Prouentus quòd ſint in fructu, ac appellatione fructuum veniant, nemo eſt, qui inficiat, cùm dicti ſint reditus, eò quia ſingulis annis redeunt, quinimò principales Beneficiorum fructus appellantur, vt patet ex multis Põtificij iuris locis, quos recenſere laborioſum potiùs, quàm proficuum fieret.

Difficultas tantummodò verſatur, an idem ſit affirmãdum de obuentionibus quotidianis, quas aliàs diſtributiones
2 quotidianas paſſim *Doctores* appellant, vt colligitur ex *Sexto decretal. in c. licet de præbend. in c. fin. de reſcript. in cap. vnic. de cleric. non reſid. in cap. cùm non deceat de elect. & in cap. fin. §. adijcimus de ſent. excommun. d. lib. 6.* item ex *extrauag. poſtulaſti,* iuncta *extrauag. ſequ. de præbend. inter communes,* & habetur in *Sacroſ. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 3. & ſeſſ. 24. c. 12. & 15. de reform.* Aliàs appellãt portiones quotidianas in *cap. dilectus il 2. de præbend. in fine.* Aliàs diſtributiones ſimpliciter, nullo alio adiectiuo adiuncto, vt in *cap. fin. §. ſi autem de conceſſ. præbend. in 6. & in clement. vt ij, qui 2. in ordine de qualit. & ord. præfic.* Aliàs victualia, & ita in *d. cap. vnic. de cleric. non reſid. in 6.* ac in *cap. de cætero extrà eod. titul. de cleric. non reſid.* Aliàs ſportulas, & diarias,

&

&ita appellat illas *Stephan. Duran. de Rit. Eccleſ. Cathol. lib. 3. c. 15. nu. 3.* Aliàs beneficia manualia, vt in *eod. c. vnic.* & ibi *Doctores* etiam notant *de cleric. non reſid. in 6.*

3 Sunt autem diſtributiones quotidianæ Diurnum, aùt Horarium ſtipendium, diſtribuendum ijs, qui quotidiano miniſterio in celebrandis diuinis officiis Eccleſiæ ſubſeruiunt, ſecundùm *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 13. in princ.* cum quo concordat *Hieronymus Verrutius in ſuo Lexico iuris in verbo diſtributio*, dicens, diſtributionem quotidianam Pontificis eſſe id, quod pręſtatur his, qui horis certis diuinis inſeruiunt, à quibus non videtur diſsẽtire *Moneta de diſtribut. quotid. p. 1. q. 4. nu. 10.* vbi eas diffiniendo inquit, eſſe diurnum ſtipendium, quod Clericis Collegiatarum Eccleſiarum diſtribuitur, pro ſui muneris qualitate inſeruiẽtibus. Benè verum addit *Moneta, quatenùs verè, vel per fictionem iuris interſunt*, quę verba, *per fictionem iuris* addere videtur, ad demonſtrandum, quòd eæ quandoque etiam debeantur per fictionem iuris intereſſentibus, quales ſunt abſentes propter corporis neceſſitatem, & infirmitatem, ad *tex. in d. c. vnico de cleric. non reſid. in 6.* Super quibus eſt notandum, quòd licèt dixerint præfati, quòd diſtributiones quotidianę ſint Diurnum ſtipendium, non per hoc excluduntur diſtributiones illæ, quæ pro nocturnis horis debentur, iuxtà *tex. in extrauag. cùm nonnullę la 1. §. prętereа de prębend.* ſed dictũ extitit, quòd ſint diurnum ſtipendium, tùm quia denominatio fit à maiori parte, ex quo plures ſunt horæ Canonicæ diurnæ, quàm nocturnæ, tùm etiam quia dies ſumitur naturaliter pro ſpatio viginti quatuor horarum, & ita in hoc poſt *Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. quęſt. 4. nu. 13. verſ. minus etiam addidimus* reſidet *Polydor. Ripa in tract. de nocturno tempore c. 95. per totum.*

4 Connumerantur inter ipſas morticina, & anniuerſaria defunctorum, ad *tex. in d. c. vnic. in fine de cleric. non reſid. in 6.* vbi diſertis verbis id diffinit *Bonifacius Octauus* illius Author.

5 Diſtribuuntur verò inter eos, qui intersunt horis Diurnis, & Nocturnis Eccleſiæ, ac Choro actuale ſeruitium, miniſteriumq; ſibi competens exhibent, ad *tex. in c. licet de præbend. ac d. c. vnic. de cleric. non reſid. in 6.* facit *tex. Sacri Conc. Trid. d. ſeſſ. 21. c. 3. ac ſeſſ. 24. c. 12. & 15. de reformat.*

6 Sunt qui inter diſtributiones quotidianas connumerant ea, de quibus habetur in *extrauag. cùm nonnullę la 1. 2.* in ordine *ſub tit. de prębend. & dignit. inter communes*, & ſunt certa quantitas panis, & potus, ac quandoq; etiam certa quantitas bladi, quinimò certa ſumma pecuniæ, ſiuè etiam alterum pro altero, quæ dantur in aliquibus Eccleſijs, in quibus non ſunt deſtinatæ præbendæ, tametſi certus ſit numerus Clericorũ, ac diſtinctus, inter quos ſunt omnia communia, benè verum ex communibus datur ſingulis diebus, vel hębdomadis, aùt menſibus ſingulis Clericis, ſiuè Beneficiatis præſentibus in loco ſuarum Eccleſiarum, quamuis tamen non interſint horis, vel officiis diuinis, quinimò etiam abſentibus cauſa ſtudiorum, aùt aliter abſentibus de licentia Capitulorum Eccleſiarum.

Connumerant etiam illas, quas portionem priuilegiatam appellat *Rebuff. in Concord. Gall. tit. de collat. §. 1. verb. diſtributionum*, & ſunt quæ dantur quandoq; his, qui non interſunt diuinis officiis, ſaltim aſſiduè, dùmmodò ſint pręſentes in illis Eccleſiis, in quibus præbendæ ſunt diſtinctæ, & eſt prætereà menſa cõmunis, ex qua illæ dantur, ad *tex. in extrauag. poſtulaſti §. licet autem, & in extrauag. cùm nonullę la 1. §. prętereà de prębend.*

Connumerant tandem alii emolumenta omnia, quæ diuiduntur, ac diſtribuuntur præſentibus tantùm, ac iis, qui interſunt certis ſacris, & piis actionibus, qualia ſunt dicta mortuaria, & anniuerſaria defunctorum, de quibus in *d. cap. vnic. de cleric. non reſid. in 6.*

His poſitis pro intelligentia terminorum, ad principale quæſitum deueniendo, vtrùm ſcilicet diſtributiones iſtæ
7 quotidianæ dicantur eſſe in fructu, ac

Cc 2 appel-

appellatione fructuum beneficialiũ veniant, negant communiter *Doctores*, & ità profitetur *Cæſar de Graſſis deciſ.* 116. aliàs eſt 5. *ſub tit. de præbend. num.* 1. cum quo concordant Boer. *deciſ.* 340. *num.* 4. *Couar. var. reſolut. d. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. *Oyeda de incompatibil. beneſ. par.* 1. *c.* 12. *nu.* 8. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 29. *nu.* 17. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 283. *num.* 9. *ac c.* 806. *nu.* 12. aliique paſsim.

Adducuntur ij, præſertim Couar. *loco cit.* in id iuribus, & ratione. Et quòad iura tradit *Couar. vbi ſupra d. num.* 1. patere ex *d. cap. vnic. de cleric. non reſid. in* 6. & ex *cap. fin.* §. *in illis de conceſſ. præbend. eod. lib.* 6. ſubdens, iura iſthæc facere optimè ad hoc.

Quòad rationem afferũt, quia tametſi in impetratione Eccleſiaſtici beneficij à Summo Pontifice obtinendi, ſit omni-
8 nò exprimendus valor beneficij, ad præſcriptum *Regul. Cancell.* 21. 60. & 62. tradunt *Gomeſ. in præfat. d. Reg.* Cancell. poſt *gloſ. & Doctores in clem.* 1. *de præbend.* adſtipulantur etiam *Felin. in cap. cauſam, quæ col.* 3. *de teſtib. Abbas in cap. ad aures de reſcrip. ibique etiam Ripa num.* 76. *Dec. conſ.* 156. *Selua de beneſic.* 3. *par. quæſt.* 12. *ac Oldrad. conſ.* 216. attamen erit ſufficiens, ſi in æſtimatione apponantur ſoli reditus abſque præfatis quotidianis diſtributionibus, & ità argum. in *l. cùm duobus* §. *ſi in coeundo ff. pro ſocio, & in l.* 1. *in* 2. *reſponſ. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* cõcludunt *Oldradus conſil.* 118. *Anchàran. in clement.* 1. *de præbend. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. rubr. de conceſſ. præbend.* Felin. in *d. cap. ad aures num.* 14. *Rota Rom.* Barbatia, *Probus, Pariſ. Staphila. & Gomeſ. in locis relatis per Couar. d. cap.* 13. *ſub nu.* 1. alios recẽſet *Moneta de diſtribution. quotidian. par.* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 3. quibus adde *Belencin. de ſubſid. charitat. quæſt.* 76. *nu.* 1. & 2. *Rebuff. in tract. congruæ portionis nu.* 86. *Gutierrez in conſ.* 8. *nu.* 2. *ac* Barboſ. *in l. diuortio* §. *quod in anno num.* 7. *ff. ſolut. matrim.*

9 Cæterùm, quicquid præfati cenſuerint, arbitror ego, aliter fore diffiniẽdum. Verùm antequàm ad reſolutionẽ aſcendam, puto prius præmuniendum, diſtributiones quotidianas in terminis huiuſcè noſtræ quęſtionis non dici illas, quę competũt Rectoribus Eccleſiarum Parochialium, aùt Capellanis, aùt alijs Beneficiatis, ſed benè quę competũt Clericis Cathedraliũ, & Collegiatarum Eccleſiarum, intelligendo tamen verbum illud *Clericis* genericè, ità vt comprehendat quoſcumque, ad quos ratione dignitatis, aùt ordinis pertinent diſtributiones iſtæ quotidianæ, ſic probat *tex. in d. c. vnic. de cleric. non reſid. in* 6. ibi, *cõſuetudinem, quam Canonici, & alij Beneficiati, ſeù Clerici Cathedralium, & aliarum Collegiatarum Eccleſiarum diſtributiones quotidianas qualitercumque in Ciuitatibus, ſeù alijs locis, in quibus ipſæ cõſiſtunt Eccleſiæ, ſiuè præſentes ex integro percipiunt iunctis ijs ſtatuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ Canonicis, aùt alijs Beneficiatis, & Clericis ipſarum Eccleſiarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſiis adfuerint tribuãtur, &c.* Probat rursùs *clem. vt ij, qui de ætat. & qualit. præl.* ibi, *qui Diuinis in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis ſunt mancipati officijs.* Et vlteriùs ibi, *illi verò, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi pacificè nunc obtinẽt in iiſdem Eccleſiis, vel obtinebunt in futurum.* Et vlteriùs ibi, *ipſiſque diſtributionum, quæ dantur his, qui certis horis interſunt pars dimidia ſubtrahatur.* Probat etiam *Sacrum Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 3. item *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat. & in eadem ſeſſ.* 24. *c.* 12. §. *præterea*, ibi, *obtinentibus in eiſdem Cathedralibus, aùt Collegiatis, aùt Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aùt* Portiones *non licet vigore cuiuslibet ſtatuti, aùt conſuetudinis vltrà tres menſes ab iiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe.* Et vlteriùs, *alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum.* Et mox vlteriùs ibidem, *diſtributiones verò qui ſtatis horis interfuerint recipiant.* Ex quibus colligitur, diſtributiones quotidianas, vt dictum eſt, conſiderari reſpectu Clericorum Cathedralium, aùt Collegiatarum Eccleſiarum, non verò reſpectu Clericorum, aùt Rectorum Parochialium Eccleſiarum, aùt Capellanorum, ſimiliumque Bene-

Beneficiatorum aliarum Eccleſiarum nō Collegiatarum, aùt nō Cathedraliū.

10 Præmittas item ſecundo loco aliud, quod ſuprà ex communi *Doctorum* traditione retulimus *cap. 2. num. 3.* Ciuiles ſcilicèt fructus appellari qui non ſunt natura ipſa, ſed benè ex re proueniunt, hoc eſt, ciuiliter producuntur immediatè, aùt à iure, aùt ab obligatione inducta, ſiuè ex lege, ſiuè ex hominis prouiſione, ad *tex. in l. ſi nauis in princ.* ibi, *non natura venit, ſed iure percipitur ff. de rei vendicat.* Et iſti adeò fructus appellantur, vt dixerint *Alexand. in conſ. 181. in fine lib. 1. & Afflict. in deciſ. 44. num. 7.* eſſe eos ad ſimilitudinem naturalium, benè verum largè, non verè ſtrictè, & propriè dicuntur fructus, in tantùm. quòd *tex. in l. mercedes ff. de petit. hæredit.* differit, eſſe illos loco fructuum.

11 Oritur modò ex præfatis, diſtributiones iſtas quotidianas non eſſe ſimpliciter perſonales, ſiuè induſtriales, & ſic non eſſe debitas ratione ſolius ſeruitij perſonalis, vt autumabat *Boer. deciſ. 340. num. 4.* nec ſimpliciter ciuiles, ſed habere vtriuſque admixtionem. Non ſcilicèt perſonales induſtriales ſimpliciter, quoniam tametſi dentur ex ratione miniſterij perſonalis, ſiuè ex cauſa intereſſentiæ Diuinis Officijs, aùt alijs Diuinis, quorum ratione impartiuntur, non tamen cuicumq; elargiuntur, ac debētur, ſed illis ſolis, qui ſunt de corpore, aùt

12 Capituli, aùt Collegij, quo fit, vt ſi quis ſpeciali priuilegio, aùt diſpenſatione deſeruiat Eccleſiæ per Vicarium, adhùc dictis priuilegio, aùt diſpenſatione non obſtantibus non lucrabitur abſens dictas diſtributiones quotidianas: eò quòd perſonale miniſterium nō exhibet Eccleſiæ, nec eius nomine lucrabitur Vicarius, quia nō eſt Canonicus, & ità notabiliter deducunt *Calder. conſ. 1. de Cleric. non reſidentibus, Couar. variar. reſolut. d. lib. 3. cap. 13. num. 2. verſic. etiam ſi diſpenſationis, ac Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. num. 21.* Non ciuiles ſimpliciter, quia licet dentur Collegialiter viuentibus, ac habētibus Dignitates, Canonicatus, aùt Præbendas in dictis Capitulis, aùt Collegijs, dantur tamen ratione miniſterij perſonalis, & intereſſentiæ, vt colligitur ex præcitatis iurium locis, hactènus ſuprà

13 deductis. Quò etiàm fit, vt in taxatione ipſarum de vtriſque ratio habeatur, vt ſcilicèt certa pars aſſignetur ratione ſeruitij, & miniſterii perſonalis, & certa alia pars ratione dignitatis, vti de corpore, aùt Capituli, aùt Collegii, ſicuti in caſu exemptionis ex cauſa ab intereſſentia, vt detrahatur à dictis diſtributionibus quotidianis tertia pars, quæ inſeruientibus accreſcit, cenſuit Congregatio Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Præpoſitorum ſuper declaratione Sacri Cōcilii ſub die 5. Decembris 1596. his verbis, *Congregatio Concilij cenſuit, Canonicos Epiſcoporum in viſitatione comitantes, percipere quidem debere fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas in illis Eccleſijs, in quibus fructus præbendæ ſunt diſtincti à quotidianis diſtributionibus vniuerſi Capituli reditus conſtent, percipere debere iſtas diſtributiones dimiſſa tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit: verùm huiuſmodi dictis de cauſis abſentes nullo modo poſſe percipere eleemoſynam pro Anniuerſarijs, vel Miſſis relictam, aùt elargitam, niſi ipſi Eccleſiæ per ſe ſeruitium præſtiterint.* Hactènus Congregatio Sacri Concilii, ex cuius declaratione apparet, non intereſſentes in caſibus permiſſis lucrari diſtributiones quotidianas, dimiſſa tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit. Confert alia etiam eorundem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium vltimo Ianuarii 1601. qui ità cenſuerunt. *Congregatio Sacri Concilij cenſuit, Epiſcopū priuilegio Sacris Canonibus conceſſo poſſe vti opera duorum Canonicorum, eoſque dum illi inſeruient debere percipere fructus præbendæ, amiſſis diſtributionibus quotidianis, ſi diſtributiones quotidianæ ſemotæ ſint à fructibus præbendæ. Quòd ſi omnes fructus in quotidianis diſtributionibus conſtent, debere percipere earum duas partes, amiſſa tertia, quæ accreſcit inſeruientibus,* ergò in caſu, quo illas lucratur, ſemper dimittitur tertia inſeruientibus.

Probatur hoc clariùs ex *clement. vt ij, qui extrà de ætat. & qualit.* in qua habetur, quòd diſtributiones, quæ debentur ijs,

is, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus ſunt annexi certi ordines obtinebit, vel obtinebunt, ſi infrà annum non fuerint promoti, diſtributionum, quæ dantur his, qui certis horis interſunt pars dimidia ſubtrahatur, igitur tametſi debeantur illæ ratione intereſſentiæ, habetur tamen ratio de iure, quo illæ competunt, ſcilicèt certi ordinis annexi, quo ceſſante medietas ſubtrahenda veniet. Et ſunt etiam declarationes iſtæ, ac diſpoſitio *d. clement. vt ij, qui* cõformes iuris communis diſpoſitioni, quo pro collectione fructuum ſemper taxatur, & relaxatur pro cultura, & collectione ipſorum medietas, iuxtà quæ dixit *Cacheran. deciſ.* 82. *num.* 8. & poſt ipſum *Theſ. deciſ.* 55. *nu.* 4. ſemper pars fructuum debetur Colono ratione operis, laboris, & ſumptuum factorum in percipiendis fructibus, cùm fructuum nomine contineatur quod, iuſtis ſumptibus deductis, ſupereſt *l. 1. vbi Bart. C. de fruct. & lit. expenſ.* & licet ex diſpoſitione *d. cap. vnic. de cleric. non reſid. in 6.* ac Sacri Conc. Triden. *d. cap.* 12. §. *prætereà ſeſſione* 24. *de reformat.* nõ intereſſentes priuentur omninò emolumentis diſtributionum quotidianarum, id euenit in odium non intereſſentium, & pœnam, nulla exiſtente legitima cauſa non reſidentium, ac non intereſſentium: at exiſtẽte legitima cauſa non priuantur præciſè, & abſolutè, ſed percipiũt, deducta rata, quæ intereſſentibus accreſcit, argum. traditorum in *d. clemen. vt ij, qui*, & in præfatis declarationibus Congregationis Sacri Concilii, quæ nota, & cogita, ſi veritati innituntur, nam nullus circà hæc aduertit, circùmſcriptis caſibus, de quibus in dictis declarationibus, *& clem. vt ij, qui.*

His nunc iactis fundamentis, ſiuè ſolidiſſimis principiis, cùm fructus dicantur, non tantùm ii, qui percipiuntur ex
14 corpore, verùm etiàm qui ex alia cauſa, & ſic ex iure percipiuntur, quos licèt obuentiones appellauerit *text. in l. vſum pecuniæ ff. de verb. ſignific.* agit fuſiſſimè *Alexan. in l. diuortio in print. verſic. puto tamen ff. ſolut. matrim.* eò quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa proueniunt: attamen generaliter appellatione fructuum ſimpliciter venire probat *text. in d. l. ſi nauis C. de rei vendic. & in l. loci corpus* §. 1. *ff. ſi ſeruit. vendic. & in l. fructus rei ff. de regul. iur.* quinimò fructibus naturalibus æquiparari excipitur ex *l. prædium, & l. vſura vicem ff. de vſur. l. ſi is, quis bona* §. *Antiſana ff. de pignor. l. apud Iulianum* §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. lecta in fine ff. ſi cert. pet. l. ſi vrbana ff. de condit. indeb. l. domum C. de rei vendicat. & l. vſufructu legato* §. 1. *ff. de vſufr.* per quæ iura ſic probat *Baeza de decim. tutor. cap.* 22. *nu.* 7. *& Barboſa in l. diuortio* §. *ſi vir nu.* 38. *circà finem ff. ſol. matrim.* & poſt eos *Gutier. de tutel. par.* 3. *cap.* 23. *num.* 17. neſcio quomodò autumare poſſint, ac negare valeant præcitati *Doctores*, diſtributiones quotidianas non connumerari inter fructus, nec venire appellatione fructuum, inter quos, ac quorum appellatione continentur, ac veniunt, computanturq; quæcumq; obuentiones ex re, vel propter rẽ, aùt ex iure prouenietes.

Et nè authoritate deſtituti loqui videamur, videtur diſtinctio ſuprà poſita de mẽte *glo. vnic. in c. licet de præbend.* & notat *Couar. d. lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 13. *ſub num.* 2. diſertis verbis agnoſcentium illas vti fructus beneficij, & Canonicatus, tametſi impropriè, & largè fructus eſſe dicant, dùm fructus beneficij diuidunt in eos, qui dantur ex eo tantùm, quòd quis canonicè beneficium obtineat, ac in eos, qui quotidiano miniſterio inſeruiunt, vt adnotauit etiàm *Moneta de diſtribut. quotid. parte* 1. *quæſt.* 4. *num.* 13. videtur facere etiàm diſtinctio alia, quã de mente *Franc. Marci deciſ.* 881. *nu.* 13. *parte* 2. *ac Monaldi conſ.* 27. ponit *Ioan. Bapt. Coſta de ratione ratæ quæſt.* 106. *nu.* 3. *& 4.* in ea quæſtione, an ſuſpenſus faciat fructus ſuos, diſtinguentium fructus, qui deſtinantur pro intereſſentia Diuini Officij tantùm, & fructus, qui non deputantur tantùm pro intereſſentia illius.

Patet clariùs ſecũdo loco ex *text. in cap. fin. de reſcript. in 6.* quem pro contraria ſententia inducit *Viuius commun. opinin. verbo diſtributiones quotidianæ*, cui eſt conſimilis alius *text. in cap. cùm non deceat de elect. ſimiliter in 6.* in quibus formalibus verbis habetur, ac hæc verba le-

Digitized by Google

legitur, *de fructibus beneficiorum, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis*, quæ capitula in id quoq; expendūtur per *Monet. de diſtribut. quotidian. d. parte prima quæſt. 4. num. 13.* arguentem exindè, quòd cùm exceptio ſit de regula, ſecundùm vulgata iuris loca, dùm de fructibus beneficiorum agēs Summus Pōtifex, excipit ab illis in ijs caſibus inibi propoſitis diſtributiones quotidianas, clarum redditur, ipſas quotidianas diſtributiones computari inter fructus beneficiorum.

Adducor in idem tertio loco ex eo, quod poſt *Geminian. in cap. præſenti de offic. ordinar. in 6.* ac alios, quos recenſet probant *Tiber. Decian. in conſ. 43. nu. 14. cum ſeqq. volum. 1. ac Philipp. Probus in addit. ad Ioan. Monac. in d. cap. Vnico nu. 60. & 64. de cleric. non reſid. in 6.* quibus adde etiàm alios, quos cumulat *Ill. D. Ricc. in praxi rer. quotid. reſol. 190. num. 2. & 5.* affirmantes, quòd in caſu, quo Ca-

15 nonicatus aliquis non haberet præbendam, nec alios fructus, præter diſtributiones quotidianas, quoàd illum Canonicatum, venire diſtributiones quotidianas nomine fructuum, vndè in fructu eas eſſe affirmare oportet, nàm aliàs eſſet manifeſta contradictio, ac implicatio, ſi non eſſent in fructu, aùt eorum appellatione non venirent in eo caſu.

Fauet rursùs quarto loco authoritas *Rotæ Romanæ deciſ. 618. nu. 1. parte prima*

16 *in nouiſſim.* decidentis, in condemnatione facta ad reſtitutionem fructuum teneri condemnatum reſtituere etiā quotidianas diſtributiones, & diſtinctio, quā *ibi* format eadem *Rota*, an ſcilicèt ſint perceptæ, an verò non, eò quòd ſi perceptæ tenebitur ad illarum reſtitutionē, quia in fructu, non perceptos verò non teneatur reſtituere, non facta proteſtatione, quoniam non ſunt in fructu, non facit ad caſum iſtum, ſed benè ad illum, ſi teneatur reſtituere non perceptos, ſtante nō proteſtatione facta. Et tametſi ſubdat verba illa, *quia non ſunt in fructu*, hoc intelligitur, non eſſe in fructu, ad finem reſtitutionis, de qua agebatur in theſi illius *deciſionis*, ſtante quòd condemnatus non perceperat. Quod tamen de proteſtatione facta, aùt non facta ex communi ſtylo Romanæ Curiæ docet *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. num. 23.* & nos infrà dicemus.

Facit quinto loco *Sacrum Conc. Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 12. §. prætereà de reformat.* quo loci agitur de lucratione fructuum ab obtinentibus in Cathedralibus, aùt Collegiatis Eccleſijs Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aùt Portiones, & concludit, non licere vigore cuiuslibet ſtatuti, aùt conſuetudinis vltrà tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, ſaluis tamen earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitii tempus requirunt, alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiàm præbendæ, ac reſidentiæ facit ſuos, ac quòd ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus iuribus, quæ eodem anno lucratus fuerit, ac inſuper, quòd creſcente contumacia contrà eos iuxta Sacrorum Canonum cōſtitutiones procedatur, ſubdit mox idem *Sacrum Concilium, Diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerit recipiāt reliqui, quauis colluſione, aùt remiſſione excluſa his careant iuxtà Bonifacij Octaui decretum, quod incipit conſuetudinem.* Ecce igitur agitur in eo *tex.* de fructibus lucrandis, aùt non lucrandis propter abſentiam, ac non intereſſentiam, & fit mentio etiàm de diſtributionibus quotidianis, quæ debentur illis, qui ſtatis horis interſunt, ergò apparet, computari illas inter fructus, de quibus propriè agitur in eo *text.* quem ad hoc inducit quoq; *Moneta de diſtrib. quotid. d. part. 1. quæſt. 4. nu. 5.*

Adducor ſexto loco ex ſententia *Baldi* in ſimili in *l. aduerſus num. 1. C. de*

17 *locato*, vbi ait, quòd tametſi merces operarum non ſit in fructu rei, dicitur tamen fructus laboris, iuxtà quæ eſt illud *Sap. cap. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus*. Et licèt contendant aliqui, id procedere quoàd operas tantùm ſeruorum, & ancillarum, quæ ſolæ ſunt in fructu, ad *tex. in l. mercedes ff. de petit. hæred.* liberi verò hominis non ſunt in fructu. Vndè *gloſ. in l. 1. in verbo officium ff. de oper. ſeru.* conſtituit magnam differentiam inter ope-

Digitized by Google

operas hominis liberi, & operas ſerui, hoc tamen intelligitur quoad id, vt ſcilicèt alius non valeat percipere fructus operarum hominis liberi, ex quo liber homo alterius ſeruus effici nequit, non tamen ad efficiendum, quin operæ præfatæ non ſint fructus in beneficium ipſius liberi hominis operantis, & ità intelligenda ſunt quæ tradunt *Baeza de decima tutor.cap.24. num.19. & Eſcobar de ratiocin.cap.29.nu.17.* alijque poſt ipſos, dicentes, nullam deberi decimam tutoribus, & curatoribus de fructibus, quos pupillus, aùt adultus collegerint ex ſua induſtria, & labore, ea ratione, quia cùm ſint liberi hominis operæ, nõ acquiritur alteri ſuper illis vſusfructus, aùt portio, aùt ius, non verò quòd operæ illæ non ſint in fructu. Non ſecùs in hoc caſu, in quo cùm diſtributiones quotidianæ debeantur ex miniſterio corporali, ratione intereſſentiæ in Diuinis, non video, cur non poſſint dici illius intereſſentiæ, ac miniſterij fructus.

Facit ſeptimo loco quod tradit *Bertrand. in conſ. 202. lib.3.* cum quo concordant *Barboſa*, qui alios etiàm refert in *l.diuortio §. quod in anno ſub num. 6. ff. ſolut. matrim. & Eſcobar de ratiocin. cap. 29. num. 18. in fine, & num. 19.* dicentes,
18 appellatione fructuum, iurium, & emolumentorum venire ſpolia, & ſucceſſiones Curatorum ſubiectorum Prioratui, & tempore locationis morientium in caſu conductionis fructuum, & omnium iurium, ac emolumentorum certi Prioratus factæ, ergò fortiùs diſtributiones iſtæ.

Adducor octauo loco, quoniàm multi ſunt caſus, in quibus quàmuis quis non interſit, lucratur diſtributiones præfatas, de quibus aliquos infrà ſubdemus, quod non fieret, ſi non eſſent fructus, & ſic darentur tantummodò propter ſolam intereſſentiam.

Non obſtant modò in contrarium adducta per *Couar.* & alios deſuper relatos: Nàm non obſtat primum ex *cap. vnic. de cler. nõ reſid. in 6.* cùm appareat, *tex.* illum potiùs contrà *Couarr.* & ſequaces retorqueri, vt ſuprà deductum extitit.

Non obſtat ſecundum ex *cap. fin. §. in illis de conceſſ. præben. ſimiliter in 6.* quia, vt aduertit etiam *Moneta de diſtrib. quotid. d. quæſt. 6. num.4.* non probatur in eo id, pro quo ipſe *Couar.* adducit, ex quo nec *ibi*, nec in *d.cap. vnic. de cleric. non reſid. in 6.* fit mentio aliqua de cæteris fructibus beneficij.

19 Non obſtat tertio loco ratio ab ipſis allata, quòd ſcilicèt diſtributiones quotidianæ non computentur in valore beneficij, quia, vt aduertit, ac reſoluit *Rota Romana deciſ. 1170. ſub num. 3. parte 3. in nouiſſ.* id, quod dicunt, quòd ſcilicèt diſtributiones quotidianæ nõ ſint fructus, nec veniant appellatione fructuum, declarat procedere, ac intelligi, vt non ſint fructus, ad effectum impetrandi, non tamen (ſubdit) negari poteſt, quin ſint fructus (ſunt formalia verba *Dominorum de* Rota ibi, *ſi aliquis reſediſſet*) ergò videtur expreſsè affirmare, quòd ſint illæ fructus, & propterea in caſibus, in quibus dicuntur, nõ eſſe fructus, nec computari inter fructus, non fit id perpetuò & abſolutè, ſed intelligitur, quòd non ſint fructus in caſus contingentia propoſita per *Doctores*, non verò, vt indefinitè ipſi *Doctores* diffiniant, non eſſe illos fructus. Differentia enim maxima intercedit, an ſint fructus, an verò computentur inter fructus, eò quòd ſemper, & vbique ſunt illæ fructus, benè verum dãtur poſtmodùm caſus, in quibus, quàmuis ſint fructus, nõ dicuntur fructus iuxtà contingentiam facti, nec computantur inter fructus, quemadmodùm euenit in caſu propoſito in obiecto, in quo non dicuntur fructus, nec computantur inter fructus circà computationem valoris ſcilicèt beneficij, eò quòd ſunt incertæ, & vti incertæ non conſtituunt valorem certum, neceſſariò exprimendum in impetratione, & ſic deinceps, in quibus aùt negant *Doctores*, eſſe illas in fructu, aùt computari inter fructus, quia, vt tradit *Rota Roman. deciſ. 402. num.4. part. 1. in nouiſſ.* diſtributiones quotidianæ non dicuntur de corpore beneficij, & proindè non veniunt in condemnatione fructuum beneficij, quemadmodùm etiam circà aliud, quòd ſcilicèt ſuper illis non imponatur penſio, quæ imponenda venit



Digitized by Google

nit ſuper fructibus beneficij, nam illæ non dicuntur abſolutè fructus beneficij, quia habent annexum miniſterium perſonale, item in reſeruatione fructuũ beneficij, & ſic de ſingulis, in quibus quando aliàs nulli alij adfuerint fructus, non negant ſententiæ contrariæ ſectatores, poſſe conſtitui ſuper illis omnia præfata, quæ aliàs non conſtituerent ius ſuper illis, ſi non eſſent in fructu.

Patet igitur, aùt ratione ſolius intereſſentiæ, aùt etiàm ratione iuris, quo debentur eæ illis ſolis, qui ſunt de corpore, aùt Capituli, aùt Collegij, dici verè fructus, aùt iuris, aùt perſonalis miniſterij, aùt mixtim, dùm dantur caſus, in quibus circùmſcripta adhùc intereſſentia præſtantur, vt infrà patebit. Et hæc videntur mihi de iure pro reſolutione iſtius quæſtionis, an ſcilicèt diſtributiones quotidianæ ſint in fructu, & veniant appellatione fructuum, ſuper quibus rogo à Peritioribus cogitãdum, cùm iuxtà tenue ingenium meũ videntur, ni fallor, adæquatè concludere.

Proficiſcitur modò, ac eliciuntur ex præfatis infraſcripta notabilia, ac illationes.

20 Et primò notandum eſt, non fore ſcilicèt habendam circà lucrationem diſtributionum quotidianarum rationem de ſola intereſſentia, ſed oportere, quòd lucrari intendens, ſiuè percipiens ſit etiam de corpore Capituli, aùt Collegii, cùm proficiſcantur eæ, vt ſuprà diximus, ex duplici capite, quippè primò ratione iuris, vti debitæ ei, qui eſt de corpore Capituli, aùt Collegii. Et ſecundò ratione miniſterii perſonalis exhibendi per intereſſẽtiam ſtatis horis iis Diuinis Officiis, quibus ſũt illæ annexæ, & proindè in caſu legitimæ abſentiæ nõ lucrabitur integras, ſed vel deducta tertia parte, iuxtà declarationem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium præpoſitorum ſuper declaratione Concilii, de qua ſuprà meminimus, vel detracta medietate fauore intereſſentium, ac inſeruientium, iuxtà tradita per *clemen. vt ij, qui* 2. in ordine *de ætat. & qualit.* eò quòd ſemper venit deducenda certa portio applicanda intereſſentibus, quod eſt notandum, quia, vt etiam ſuprà dixi, non video, ad hoc aliquem aduertiſſe ex omnibus, quos hùcuſque viderim, & eſt maximi momenti. Eſt tamen benè verum, quòd in odium, ac pœnam non intereſſentium abſque legitima, & approbata cauſa, ſanctiſſimè decreuit *Sacrum Concilium Tridentinum dicta ſeſſione* 24. *cap.* 12. §. *prætereà verſic. diſtributiones verò de reformat.* tales non intereſſentes ſtatis horis omninò dictis diſtributionibus carere debere, quauis colluſione, aùt remiſſione excluſi, quod decretum eſt conforme conſtitutioni aliàs deſuper factæ per *Bonifacium Octauum*, De qua *in dicto cap. vnic. de cleric. non reſiden. in ſexto.* Et nota, quòd adeò eſt neceſſaria intereſſentia, vt non ſufficiat ſola reſidentia quòad illas lucrandas, & ità per *text. in dicto cap. vnic. de cler. non reſid. in* 6. voluerunt *Cæſar de Graſſis deciſ.* 5. *num.* 3. *de præben.* Couar. *d. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 13. *nu.* 3. *& Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 806. *nu.* 10.

21 Nota ſecundò, quòd tametſi ex diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini dicto cap.* 12. §. *prætereà* à cauſa non intereſſentiæ non excipiatur iuſta, & rationabilis cauſa non intereſſendi, ità vt accedente iuſta cauſa lucretur quis diſtributiones præfatas, non obſtante non intereſſentia, recipit tamen illud interpretationem à iure communi, vt ſcilicèt non procedat quòad illos, qui aut propter infirmitatem, & euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ex aliqua alia etiam iuſta, & rationabili corporali neceſſitate impediantur, iuxtà diſpoſitionem *d. cap. vnic. de cleric. non reſiden. in* 6. cuius verba comprehẽdunt omne aliud iuſtum impedimentum, propter quod non poteſt Prouiſus adire Eccleſiam, ac ſuo muneri ſatisfacere, ſicuti anteà ſolitus erat, aùt feciſſet, ſi impedimentum non obſtaret, & ità cenſuit Congregatio *Sacri Concilij*, vt refert *Moneta de diſtribut. quotidian. parte ſecunda quæſtion. octaua num.* 11. & ratio ea eſt, quia intentio Summi Pontificis in eo *cap.* eſt excludere à dictis diſtributionibus tãtùmodò negligentes, vel contemnentes reſidere, ac intereſſe, nõ verò impotẽtes.



Digitized by Google

Intelligendo tamen impotentiam, quando abſentia non eſt voluntaria, ſed benè cauſata ab aliquo facto, adeò vt non ſtet per Beneficiatum, quominùs reſideat, & ità concludunt *Geminianus*, Francus, *& Probus in dicto cap. vnico*, adnotauerunt *Calderin. in conſil.* 17. *de præbend. ac Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 591. *numer.* 40. Addas etiam, quòd iuſtum impedimentũ in iſtis terminis, vt ſcilicèt lucretur abſens dictas diſtributiones quotidianas erit arbitrariũ Iudici quando dicatur iuſtum, per ea, quæ poſt *gloſ. in cap. ſi quis iuſtè de election.* adnotauit *Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu* 118. *nu.* 3. *& Gratian.* qui alios recenſet *d. cap.* 591. *nu.* 48.

22 Nota tertiò, quòd non ſufficit ſolum iuſtum impedimentum ad lucrandum, ſed oportet probare, quòd aliàs antè impedimentum erat ſolitus intereſſe, ità *Ioan. Andr.* Cardin. *& Abbas in cap. ad audientiam de cleric. non reſiden. Ioan. Andr. Domin. &* Franc. *in dicto cap. vnico de cleric. non reſiden. in* 6. *idem Abbas in cap. plerumque de reſcript. ibidemque etiam* Felyn. *Corſett. in ſingul. ſuo* incip. *infirmus*, *Couarr. var. reſolut. lib.* 3. *dicto cap.* 13. *numero* 8. *verſic. Sextò hoc ipſum*, ſequitur illos *Gratian. dicto cap.* 591. *numer.* 49. vbi alios etiam recenſet, adde *Monet. de diſtribut. quotidian. parte ſecunda quæſt. quinta num.* 21. *cum ſequentibus*. Onus autem probandi, quòd non ſit ſolitus intereſſe Diuinis Officijs antè impedimentum, ad hoc vt abſens lucretur diſtributiones quotidianas ſpectabit ad Capitulum, vti ſuum fundamentum, non verò ad Prouiſum, cùm delictum, & negligen-

23 tia non præſumãtur, vt tradit *Macerat. var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 102. *n.* 17. Aliud etiam requiritur ad iuſtificandum iuſtum impedimentum, nempè conſuetudo præſtandi diſtributiones quotidianas in caſibus neceſſitatis, aùt vtilitatis Eccleſiæ, non obſtante non intereſſentia, ſecundùm *Doctores in dicto cap. vnico de cler. non reſiden. in* 6. præſertim *Probus nu.* 3. *&* Ar*chidiac. nu.* 2. teſtatur *Boich. in cap. cùm omnes num.* 17. *de conſtitut.* fuit deciſum per Rot. Rom. & cẽſuit etiam Congregatio Concilij, vt refert *Maceratenſ. var. reſolut. d. lib.* 1. *reſol.* 102. *nu.* 21.

Nota quartò, quòad vtilitatem Eccleſiæ expreſſam in *dicto cap. vnico de cleric. non reſiden. in* 6. cuius vigore excuſatur quis ab intereſſendo, & lucratur non obſtante abſentia diſtributio-

24 nes quotidianas, ſufficere ſi vtilitas illa reſpiciat vtilitatem alterius Eccleſiæ loci, licèt non illius particularis Eccleſiæ, cuius abſens inſeruit *Maceratenſ. d. lib.* 1. *var. reſol. reſol.* 107. *nu.* 3.

Nota quintò ad id, quod ſuprà tetigimus, non venire ſcilicèt diſtributiones quotidianas in condemnatione facta ad reſtitutionem fructuum, niſi fuerint perceptæ, aùt ſi non perceptæ,

25 non fuerit proteſtatus, quòd proteſtatio hæc iuxtà ſtylum, ac obſeruantiam Romanæ Curiæ eſt admodùm neceſſaria ad id. Et proteſtatio iſthæc fiet à parte obtinente, ſe velle ſcilicèt obtinere, quòd poſſidens reſideat, in Diuinis interſit, aùt poſſeſſionem dimittat, vt tradit *Rota* R*omana deciſ.* 1170. *num.* 4. *parte* 3. *in nouiſſ.* tradit etiam *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 166. *num.* 24. vbi etiam ſubdit, proteſtationem iſtam eſſe faciendam cum Principali, adeò vt non ſufficiat ſi fiat Procuratori etiã ſpeciali, eò quòd fit ad effectum, vt Principalis amittat poſſeſſionem. Subditq. etiam *ibidem*, debere pariter exprimi in proteſtatione facta legitimæ perſonæ, quòd proteſtans erat paratus ire ad reſidendum, ac ad inſeruiendum, & intereſſendum Diuinis, proteſtando non ſimpliciter de fructibus, ſed etiam de diſtributionibus. Nàm non concurrentibus iſtis requiſitis, cõdemnatio ad fructus non comprehẽderet diſtributiones, adducit *inibi deciſionem* R*ot.* in diuerſis caſibus, ac *Lancellott. de attentatis cap. fin. parte tertia, & vlt. num.* 23. *vſque ad num.* 24. & ità intelligendũ eſt quod tradit *Rot.* R*om. deciſ.* 618. *part.* 1. *in nouiſſ.* dùm affert differentiam, an fuerint perceptæ, vel non diſtributiones quotidianæ, quia ſi perceptæ, tenebitur ad reſtituendũ condẽnatus ad reſtitutionẽ fructuũ, ſi verò nõ perceptę, non tenebitur, niſi fuerit proteſtatus.

26 Fallit hoc primò in odium intruſi, quia

Digitized by Google

quia dato adhùc, quod prouiſus non fuerit legitimè proteſtatus, tenebitur ad illarum reſtitutionem, & ità pluriès deciſum per eandem Rotam Romanam in pluribus caſibus refert *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*591.*nu.*4. adducit etiam in id *Put. deciſ.*385.*num.*5.*&* 6.*lib.*1.*ac Gonzalez ad regul. cancell.*8.*in proœm.*§.7.*num.*161.*in fine.*

27 Fallit ſecundò in odium Capituli, quando prouiſus facto ipſius Capituli impeditur reſidere, ac intereſſe: nam tenebitur ad diſtributiones quotidianas præfatas, dato adhùc, quòd nulla interceſſerit proteſtatio, nè videatur Capitulum locupletari cum aliena iactura, vt fuit deciſum per eandem Rotam apud *Puteum deciſ.*383.*num.*7.*&* 8.*lib. primo*, ac aliàs in diuerſis alijs caſibus per eandem Rotam, vt teſtatur idem *Gratian. loco citato num.*42. voluit quoque *Pontanus de ſpolio lib.*4.*num.*27.*circà finem.*

28 Fallit tertiò, quando prouiſus fuerit expulſus à Capitulo, propter quod non potuiſſet inſeruire, dùm aliàs inſeruire ſolebat, ſecundùm eundem *Gratianum diſcept. forenſ. cap.*591.*numer.*49. qui in terminis iſtius fallentiæ nedùm conſiderat vim illatam de facto, verùm etiam probabiliter præuiſam, quæ poſſet excuſare non reſidentem, ea ratione, quia non debet quis exponere ſe periculo perſonæ, & bonorum, ad tradita per *Nauarrum in conſil. vnico de cleric. non reſid. lib.* 3. ac nè addatur afflictio afflicto, ad *tex. in cap. cùm percuſſio 7. quæſt.* 1.

29 Deſeruiet hoc totum nùnc ad vnum, quia licèt diſtributiones quotidianæ non dentur, quando diuiſæ ſunt inter intereſſentes, ac fuerint eæ comſumptæ, ad notata per *Maceratenſ. d. reſolut.*102.*nu.* 24. id tamen fallit, quando fuerit facta proteſtatio, vt ſupra.

30 Nota ſextò, ad lucrandas diſtributiones quotidianas non ſufficere priuilegiũ commune indultum ad lucrãdos fructus in abſentia, ſed oportere, quòd ſit ſpeciale ad lucrandas dictas diſtributiones quotidianas *gloſ. in dicto cap. vnico in verbo adfuerit de cleric. non reſiden. in* 6. adde *Caſſador. deciſ. prima eodem titul. ac Gratian. diſcept. forenſ. d.c.*166.*n.*21.

Nota ſeptimò ad hoc differentiam notabilem, quam adducit *Gratian. dict. cap.*166.*num.*22. inter fructus beneficij ordinarios, & diſtributiones quotidianas, quoniam, tametſi prouiſus de
31 beneficio non lucretur fructus, nec faciat illos ſuos, niſi priùs præſtiterit iuramentum Fidei per ſe ipſum, non autem per Procuratorẽ ad hoc ſpecialiter conſtitutũ, iuxtà præſcriptum *Sacri Cõc. Trid. ſeſſ.*24.*cap.*14.*de reformat.* lucrabitur nihilominùs diſtributiones quotidianas, tametſi non iurauerit, ſeù non præſtiterit præfatum iuramentum Fidei, & ità tradit reſoluiſſe Congregationem dicti *Sacri Conc. Trid.*

Nota octauò, in caſu priuilegij abſenti conceſſi ad lucrãdas diſtributiones quotidianas, intelligendum fore illud quòad eas, quæ conſiſtunt in pecunia, non verò quòad conſiſtentes in alijs, putà victualibus, ſecundùm *Archidiac. in cap. Sacerdos nu.*3.1.*q.*2. limitat hoc *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*166.*nu.*28. niſi diſtributiones iſtæ partim ſint in pecunia, partim verò in victualibus, quia ſi omnes eſſent in victualibus venirẽt in dicto priuilegio, ea ratione, ne aliàs eluſorium eſſet priuilegium, adducit *Mohed. deciſ.*6.*de præben.*

Progrediendo modò vlteriùs ad perſonas, & cauſas, propter quas excuſatur quis ab intereſſendo, & in quibus nõ obſtante dicta non intereſſentia lucratur dictas diſtributiones quotidianas.

32 Primò lucrantur illas Canonici miſſi eorum nomine à ſuis Epiſcopis ad limina Apoſtolorum, aùt comitãtes eoſdem ad eademmet limina, qui ex decreto *Sixti Papæ V.* lucrantur diſtributiones quotidianas, & ità cenſuiſſe Congregationẽ *Sacri Conc.* tradit *Ioan. Franc. Leo in theſaur. for. Eccleſ. par.*3.*cap.*33.*nu.*23.

33 Secundò lucrantur illas non obſtante non intereſſentia, qui datus eſt obſes ab Eccleſia toto tempore, quo actualiter detinetur ab hoſtibus, aùt qui fuiſſet captus ab iiſdem hoſtibus cauſa repreſaliarum, & effectualiter detineretur ab illis, & ità concludentibus rationibus probat *Moneta de diſtribut. quotid. part.* 2.*quæſt.*5.*num.*55.*cum ſequentib.* Quod



Digitized by Google

ampliandum puto etiam in caſu, quo caperetur à Bannitis cauſa recapti, vt multotiès euenit in Regno, in quo delictum iſtud eſt valdè frequens, & multotiès captiuantur perſonæ Eccleſiaſticæ diuites, ſequeſtrantur eorum perſonæ, ac detinentur donec, & quouſque ſoluerint tallias, ſiuè recaptum: nàm pendente ſequeſtratione præfata lucrantur diſtributiones quotidianas, cũ militet in ipſis eadẽ ipſa captiuitatis ratio ab hoſtib⁹, eò quòd iſti publici Bãniti, ſeù Foraſciti dicuntur verè hoſtes publici, cùm contrà ipſos indicatur bellum more militari, & procedatur etiam leuato velo ad modum belli, tàm pro captura perſonarum ipſorum Bannitorum, quàm pro exfractatione conſanguineorum, & affinium, quinimò multotiès diruuntur eorum domus, & vaſtantur poſſeſſiones more hoſtili, vndè reperiuntur factæ ad id per D. Proregem, ac eius Collaterale Conſilium multæ Pragmaticæ, & Prouiſiones pro illorum extirpatione, de quibus in *volum. Regiarum pragmaticarum ſub tit. de exulib. item ſub tit. de perſequend. malefactor. & Ioannes Grandis* Regnicola noſter compoſuit ad hoc *tractatum* valdè doctum, & vtilẽ ad ornatum *Regiæ prag. editæ per Ducem Oſſuna de anno* 1584. *die* 11. *Aprelis*, intitulatum *de bello exulum*.

34 Tertiò lucrantur Examinatores beneficiorum, qui fuerunt electi à Synodo Diœceſana ex diſpoſitione *Sacri Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* ſi ex cauſa examinis ad beneficia abfuerint à Choro *Lelius Zecchius de Republ. Chriſtiana tit. de beneficiatis num.* 13. *circa finem*, vbi ſic cenſuiſſe Sacram Congregationem tradit. Eſt benè verum, quòd contrarium ſuadet *Moneta de diſtribut. quotid. part.* 2. *quaſt.* 11. *num.* 61. quando de exemptione iſta à Choro ad finem præfatum non adfuerit, aùt ſpeciale priuilegium, aùt conſuetudo legitimè præſcripta, aùt tandem ſtatutum Capituli, ſeù Eccleſiæ propriæ. Et hoc deſumit ex priuilegiis conceſſis Eccleſiæ Mediolanenſi intuitu perſonæ Sãcti Caroli Borromæi Apoſtolica authoritate, in quibus iſta verba habentur, *eandem gratiam facit pro illis, qui occupati ſunt in examine illorum, quibus conferendæ ſunt Parochiales Eccleſiæ, ſi quando propter dictam occupationem non poterunt intereſſe horis Veſperarum, & Cãpletorij*, ergò ſequitur, inquit *Moneta vbi ſuprà*, requiri ſpeciale priuilegium de hoc.

35 Quartò lucrantur Beneficiati intereſſentes Concilio Generali, qui habentur pro intereſſentibus *Rebuff. in praxi parte tertia tit. de diſpenſ. de non reſid. num.* 34. adde *Salzedum ad Bernard. Diaz cap.* 57 *litera C. verſ. quartus caſus.* Amplia hoc etiam quòad miſſos, ad hoc vt tanquàm Theologus, vel Canoniſta interſint Cõcilio nomine Capituli *Moneta d. tractat. parte* 2. *quaſt.* 11. *nu.* 91.

36 Quintò lucrãtur duo Canonici inſeruiẽtes Epiſcopo in Viſitatione, eò quòd cùm pro ſuo, & ipſius Eccleſiæ ſeruitio commorentur, non abſentes diiudicari debent, ſed præſentes, ad *text. in cap. de cætero vbi gloſ.* 1. *& cap. ad audientiam* §. *decernimus vbi ſimiliter glo. & Abb. num.* 1. *de cler. non reſid.* Intelligendo tamen quòad eas diſtributiones quotidianas, de quibus diximus ſuprà *ſub nu.* 13. quãdo ſcilicèt non adeſſent alii fructus præbendæ. Eſt benè verum, quòd non percipiunt in tali caſu victualia, quæ aliàs nõ conſueuerunt dari, ſed tantùm præſentibus impartiuntur, ad *tex. in d. cap. de cætero in fine vbi gloſ. fin.* & ità reſoluit Congregatio Sacri Concilii, de qua meminit *Ioan. Franc. Leo in Theſ. for. Eccleſ. parte* 3.
37 *cap.* 33. *num.* 28. Quò verò ad Canonicos inſeruientes Epiſcopo extrà viſitationem, quòd nõ habeant diſtributiones quotidianas, tametſi pro præſentibus habeantur, dùm in eius ſeruitio morantur, ad *text. in cap. ad audientiam, & cap. de cætero de cler. non reſid.* cenſuit poſt *Gonzalez, Mendez Vaſconcell. lib.* 1. *var. iur. argum. cap.* 10. *nu.* 19. *&* 20. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 166. *nu.* 20. vbi ſubdit, receſſiſſe hodiè ab aula diſpoſitionem dictorum *Capitul. ad audientiam, & de cætero de cleric. non reſid.* inſpecta vbertate redituum Epiſcopatus, & multitudine Peritorũ, quibus poteſt cómodè vti Epiſcopus in ſuo ſeruitio, adducit *Rebuf. in prax. benefic. de voc. Epiſc. n.* 5

38 Sextò lucrantur diſtributiones quoti-

Digitized by Google

ſidinas exercentes curam animarum illi Eccleſiæ imminentem, ſi tempore officij, aùt horarum in actu adminiſtrant ſacramenta, aùt alia exercènt ſpectantia ad ipſum Curatum, eò quòd vti præſentes in Choro habētur, quemadmodùm cenſuit Sacra Congregatio, de qua meminit idem *Leo in Theſſori Eccleſ. d. p. 3. c. 33. nu. 24.*

39 Septimò lucratur Canonicus, aùt Archidiaconus viſitās Eccleſiam, iura, aùt reditus ſuæ præbendæ, eò quòd viſitando iura, & loca, dicitur ſeruire Eccleſiæ in re vtili *Moneta de diſtribut. quotid. d. p. 2. q. 11. nu. 63.*

40 Octauò lucratur Collector Generalis Cameræ Apoſtolicæ, item Subcollectores, Aduocati, Procuratores Fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & iurium pertinentium ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam, durante eorum officio, vigore *Bullæ Sixti Quinti ſub datum Romæ in Monte Quirinali ſub anulo Piſcatoris die* 8. *Martij* 1590. *anno* 6. *ſui Pontificatus.*

41 Nonò potiuntur hoc priuilegio lucrādi diſtributiones quotidianas in abſentia Auditores Rotæ Romanæ, ac ſi actualiter eorum Eccleſiæ inſeruirent ex diſpoſitione *Bullæ Clementis Septimi* incip. *Conuenit*, fuit de mente *Lælij Zecchij d. tract. de* Republ. *Chriſt. part.* 11. *num.* 2.

42 Decimò lucrātur diſtributiones quotidianas in abſentia Inquiſitores hæreticę prauitatis, qui in omnibus ſuis beneficijs, dignitatibus, & præbendis habentur pro præſentibus, & reſidentibus, ità vt percipiant integros fructus ſuarum præbendarum, vna cum diſtributionibus quotidianis ex ſpeciali priuilegio, fidei fauore, vigore particularis priuilegij indulti p fęlicis memoriæ *Paulum Tertium, & Pium Quintum Summos Pontifices*, & ita *Royas de priuil. inquiſit. num.* 420. *& ſingulari* 69. adde *Spin. in ſpec. teſtam. gloſ. 3. princ. nu.* 78. tradentem, priuilegium iſtud competere nedùm Inquiſitoribus habentibus beneficia ſimplicia, aùt dignitates, verùm etiam habentibus beneficia curata, contrarium tamen reſoluit *Caual. commun. contra commun. quæſt.* 585. *num.* 12.

43 Vndecimò lucratur Beneficiatus abſens à diuinis officijs propter neceſſitatem aliquam, aùt cauſam patentem vtilem Eccleſiæ, vt tradidimus ſuprà, & probat *Archidiac. d. c. vnic. de cleric. non reſid. in 6. Iacob. de Graff. deciſ. aur. par. 2. lib. 2. c. 15. nu.* 10. cæterique paſſim.

44 Duodecimò lucrantur iniuſtè carcerati, aùt detenti, dixi, iniuſtè carcerati, nàm aliàs aliud foret diſponendum, quando carceratur ex ſua culpa. Et ratio eſt, quia per ipſum non ſtat, quin diuinis interſit, quapropter non debet iure ſuo ſine culpa ſua priuari. Et ita reſident *Couar. var. reſolut. d. lib. 3. c. 13. nu. 8. verſ. vndecimò ex his colligitur, Monaldus conſ. 27. num. 6. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. q. 2. Garzias de benefic. par. 3. c. 2. nu.* 363. vbi refert ad id declarationem Congregationis Sacri Conc. alios etiam recēſet *Maceratenſ. variar. reſol. lib. 1. reſol.* 102. *num.* 23. *Gratian. diſcept. forenſ. c.* 806. *nu.* 13. *Coſta de ratione rata q. 106. n. 3. cum ſeqq.* vbi etiam multa ad hoc recenſet.

45 Amplies primò etiam quòad iniuſtè excommunicatum *Felin. in cap. cùm omnes nu. 72. in fine de conſtit. Nauar. conſ. 11. nu. 7. de cler. non reſid. Calder. conſ.* 17. dùmmodò tamen iniuſtè excommunicatus eo tempore, quo iniuſtè excommunicatio cōtra ipſum lata eſt erat præſens in loco beneficii, & erat ſolitus diuinis officijs intereſſe antè impedimentum excommunicationis *Couar. loco cit. d. num. 8. verſ. cæterùm, Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 2. nu.* 238. *Emanuel Rodriquez in ſumma 1. par. c. 33. num. 6. Surd. de aliment. tit. 1. q. 82. num. 15. verſ. aliàs ſecùs, Gutier. canonic. quæſt. lib. 1. c. 1. num.* 137. *Henriquez lib. 13. c. 13 nu. 4. in fine, Sayrus de cenſuris lib. 2. c. 3. nu.* 27. *Monet. de diſtribut. quotid. par. 2. q. 15. nu.* 32. *Rota Romana deciſ. 168. p. 4. in nouiſ. Gratian. diſcept. forenſ. c. 591. nu.* 49.

46 Subamplia, vt procedat hoc etiam ſemota quacumque conſuetudine in contrarium *Couar. d. c. 13. nu. 8. verſ. vndecimò, Nauar. conſ. 9. à princ. ſub tit. de cler. non reſid. Lælius Zecchius de Republ. Chriſt. c. 24. nu. 6. verſ. ſextò debentur, Caual.*

Digitized by Google

*uall.commun.contra commun.q.585.nu. 15.Zerola in praxi Epiſcop.p.1. verbo diſtributiones §.octauò debentur,Monet. d. tract.de diſtribut.quotid.par.2.quæſt.5. nu.80.*

47 Amplies ſecundò etiam quòad excommunicatum pro cauſa Eccleſiæ, & defenſione ſuorum iurium, vt lucretur fructus beneficii,& diſtributiones, licèt nõ interſit diuinis, probat *Gutier.canon. quæſt.lib.1. cap.1.num.142.& 147.* qui ſubdit etiam *ibidem nu.*150.lucrari quoque illas Prouiſores,& Officiales Generales deputatos à Capitulo, Sede Epiſcopali vacante, ſi non excommunicarentur ob cauſam officij, cuius eſt iuriſdictio,quam exercent.

48 Amplies tertiò etiam quòad nulliter, vel iniuſtè interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ,ſi conſtiterit de iniuſtitia, vel nullitate *Monet.d.tract.p.2,q.15.nu.46.& p.3.q.6.ſub nu.46.*

49 Amplies quartò etiam tempore, quo extiterit interdicta Eccleſia, aùt polluta, dummodò Beneficiatus conſueuerit reſidere in illa, & non dederit cauſam interdicto,ſecundùm *Scrutin.Sacerdot.prima parte tract.12.de interd.& Monet. d. tract.parte ſecunda q.16.nu.29.*

50 Amplies quintò etiam quòad iniuſtè ſuſpenſum,ſiuè ab officio,ſiuè à beneficio,ſecundùm *Monet.d.tract. p.2.q.15. nu.42.*

51 Amplies ſextò etiam quòad iniuſtè bannitum,aùt relegatum *Nauar.d.conſ. 11.num.7.de cleric.non reſid.*Felin.*in cap. cùm omnes nu.22. in fine de conſtit.* Calderin.*Monald.Azor.& alij relati per Monet.d.tract.par.2.q.5.nu.8.*

52 Amplies ſeptimò etiam ſi iuſtè fuerit captus carceratus, & quòd plùs tortus, dixi, iuſtè, ex parte ſcilicet Iudicis, vt quia habuerit contrà ipſum ſufficientia inditia, quia ſi per ſententiam fuerit abſolutus, reſtituetur ad omne totum, quòd amiſit, & ſignanter ad diſtributiones quotidianas,quas fuiſſet lucratus, ſi potuiſſet intereſſe diuinis *Moneta d.p.2. q.5.nu.81.*

53 Amplies octauò etiam ſi condemnatus fuerit in prima inſtantia, deinde appellauerit, & in ſecunda inſtantia fuerit abſolutus, & ita poſt *Nauar. conſ.10. de cleric.non reſid.& conſ.11.nu.3.cum ſeqq.* profitetur idem.

54 Amplies nonò etiam in eo, qui vi detinetur, aùt prohibetur ad Eccleſiam accedere, aùt propter partialitates non auderet in Eccleſia morari *Ioan. Andr. Ancharan. Prob.Franc.* & alii relati per *Gratian.diſcept.forenſ.c.591.nu.36.*

55 Decimotertiò lucrabitur diſtributiones quotidianas Beneficiarius ſenex nõ reſidens diuinis, ſi ſenio ità confectus fuerit,vt commodè non poſſit perſonaliter Eccleſiæ deſeruire, ità *Hoied.de benefic.p.1.cap.17.nu.17.* adde *Menoch.de arbitr.Iudic.caſu 60.nu.10. ac Monet. d. tract.par.2.q.7. num.5.* Et ſenem in hoc caſu videtur intelligere *Doctores* ſeptuagenarium,qui æquiparabitur infirmis,& ità poſt *Probum,Azor.& Monet.* per ipſum relatos docet *Gratian. diſcept. forenſ.cap.805.nu.40.*vbi ſubdit,fuiſſe hoc declaratum per Congregationem Sacri Conc.

56 Decimoquartò lucratur illas qui morbo impeditus non poteſt adeſſe perſonaliter diuinis officiis, quem licitè percipere diſtributiones quotidianas in abſentia docuerunt *Duenn. regul.206. verſ. limita 7. Hoieda de beneſ.p.1.c.12. nu.15. Fuſc.de viſitat.lib.1.c.15.nu.25. verſ.& infirmo,ac c.20.num.26.Selua de benefic.p.4.q.6.nu.9.Gutier.canon.quæſt. lib.1.c.1.nu.140.Spin.in ſpec.teſtam.gloſ. 9.princip.nu.30.Moneta d.tract.p.2.q.6. nu.7.*

57 Amplia etiam ſi culpa ſua Beneficiatus in morbum inciderit *Fuſc.d.c.20.nu. 36.Gutier. loco cit. nu.138. Rodriquez in ſumma p.1.c.33.nu.6.Monet.d.q.6.num. 12.*adde *Thomam Actium de infirmitate p.2.litera Q.verſ.quotidianæ diſtributiones*, de quo meminit etiam *Coſta de ratione ratæ d.q.106.nu.7.*

58 Intelligas tamen ampliationem iſtam, dummodò dicti Prouiſi ſolerent intereſſe diuinis tempore, quo ſani erant, cùm ſecùs ſit affirmandum, ſi non ſolebât intereſſe tempore ſalutis *Nauar. de horis canon.c.11.nu.9.in fine, Couar. loco cit.num.8.verſ.6. Corſett.ſingul.152. Rodriqu.d.c.33.nu.6.Monet.d.q.6.nu.12.*

59 In-

59 Intelligas ſecundò, dummodò infirmus ſit præſens,ac reſidens in loco, vbi eſt Eccleſia. In caſu autem, quo aliò ſe conferret cauſa adipiſcendæ ſalutis, vt quia iret ad Balnea, aùt accederet ad aliquem celeberrimum Medicum, aùt effugeret inclementiam aeris ſibi officientis,quòd ſcilicet interim durante dicta abſentia lucretur diſtributiones præfatas,docuit *Monet.d.p.2.q.6.nu.10.* vbi *ſub nu.11.* intelligit,ac extendit etiam ad Clericum,qui tamquàm morboſus, ſeu infectus aliquo morbo cõtagioſo,vtputà lepre,peſte, & ſimilibus videtur abeſſe à Ciuitate.

60 De abſentibus autem cauſa ſtudij, an ſcilicet lucrentur diſtributiones quotidianas, Congregatio Sacri Conc. declarando *cap.3.de reform.ſeſſ.21.eiuſdem Conc.* cenſuit,quòd non. Et extendit etiã quòad Lectores ſacræ Scripturæ,ad *tex. in c.1.ſeſſ.5.eiuſdem Sacri Conc.Trid.* Eſt benè verum, quòd quemadmodùm refert *Gratian.diſcept.forenſ.c.166.nu.18.* ex gratia conceſſa per Summum Pontificem Gregorium Decimum Tertiũ,fuit indultum Lectoribus, ità vt tamquàm præſentes in Choro lucrentur dictas diſtributiones quotidianas, non tantùm pro illis horis,quibus legunt,verùm etiã pro tota die, ſubdens *ibidem ſub nu.19.* quòad abſentes cauſa ſtudij lucrari illas, ſi ita conſuetum ſit in illa Eccleſia poſt *Dec.Andr.ab Exea*,& alios,quos refert *Couar.var.reſolut.d.lib.3.c.13.nu.5. in fine verſ.tertiò eadem ratione infertur.*

61 Infer modò primò, vt neque Capitulum poſſit concedere, quòd lucretur quis diſtributiones præfatas in abſentia, quemadmodùm & cenſuiſſe Congregationem Sacri Conc.& decreuiſſe Rotam Romanam tradit *Gratian.diſcept.forenſ.d.c.166.num.31.*

62 Infer ſecundò, vt neque conſuetudo poſſit hoc inducere, cùm præfata conſuetudo ſit expreſſim prohibita per *Sacrum Conc.Trid.d.ſeſſ.24.c.12.§.prætereà de reform.*

63 Illius tamen diſpoſitionẽ quòad conſuetudinem limitant *Doctores*. Primò, quando conſuetudo, aùt ſtatutum decerneret, vt ſeruitiũ à Beneficiato præſtitum per quatraginta annos Eccleſiæ liberaret ipſum Beneficiatum à reſidentia, ac lucretur diſtributiones quotidianas in abſentia, licèt non intereſſet diuinis.

64 Limitant ſecundò,quando conſuetudo fuiſſet inducta, ſciente, patiente, ac tolerante Summo Pontifice *Couar. var. reſol.d.lib.3.c.13.num.5.in fine,Duen. regul.206.verſ.limita quintò,Hoieda de benef.p.1.cap.17.nu.13. Monet. d. tract. de diſtribut.quotid.p.2.q.12.nu.45.*

65 Limitant tertiò,quando conſuetudo, vel cõſtitutio dictaret, quòd Clerici recedentes à Choro dùm canitur officium diuinum, lucrentur diſtributiones quotidianas, ſi id facerent cauſa celebrandi Miſſam, vel audiendi Sacramentalem Confeſſionem,ſecũdùm *Monet.d. tract. p.2.q.11.nu.48.verſ.infertur,& num.52. cum ſeqq.*

66 Limitant quartò,ſi conſuetudo decerneret,vt diuiderẽtur diſtributiones quotidianæ inter intereſſentes officio diuino certis horis tantùm, tametſi non interſint omnibus *Duen.d.regul.206. verſ. limita 2.Hoieda d.c.17.nu.11. Monet. d. par.2.q.12.num.42.verſ.limitatur.*

67 Limitant quintò,vt procedat diſpoſitio *Sacri Conc.Trid.* vt ſcilicèt non operetur conſuetudo in contrarium,vt quis lucrari valeat diſtributiones quotidianas in abſentia, vt ſcilicèt intelligatur quòad ipſarum lucrationem in abſentia,abſque intereſſentia ipſorum, nàm ſecùs quòad percipiendum plus,vel minus,hoc eſt,vt plus vnus lucretur, quàm alter *Viu.deciſ.311.nu.1.*vbi *in ſeq.num.* docet,qualiter debeat eſſe conſuetudo iſta.

68 Infer tertiò, quòd eſt tantæ potentiæ perceptio diſtributionum quotidianarũ ex intereſſentia, vt ex ea ſola conſtituatur quis in quaſi poſſeſſione Canonicatus, licèt actus ille ſit communis ſolis Canonicis, & Capellanis, ſi percipiantur illæ ab aliquo,tamquàm Canonico, aùt Capellano, qui reuera non ſit talis *Innoc.in c.ex parte 14.nu.6.de reſtit.ſpol. Soccin.conſil.89.num.4.verſic.ergo patet lib.4.*

69 Infer quartò, & vltimò, quòd diſtributio-

butiones quotidianæ reſpiciunt Diuini cultus augmentũ,ita Doctores relati per *Maceratenſ.var.reſol.lib.1.reſol.1.nu.11.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Dare vocem eſt in fructu.*

2 *Eligendi poteſtas dicitur eſſe in fructu.*

3 *Conferendi poteſtas eſt in fructu.*

4 Be*neficiorum collatio pertinet ad poſſeſſorem iuris conferendi, non verò ad proprietarium.*

5 *Ius præſentandi dicitur eſſe in fructu.*

6 *Dare vocem in parlamento generali dicitur fructus feudi, appellaturque fructus induſtrialis.*

7 *Parlamentum generale, quod fit in Regno coràm D. Prorege per Proceres ipſius Regni quot ſollemnitates requirat, & qui conueniant in ipſo.*

8 *Subfeudatarij Baronum non habent vocem in Parlamento generali.*

9 *Parlamentum dicitur quodammodò actus iudicialis, eò quòd fit authoritate Principis cum aſſiſtentia ſui Vicarij, & Locumtenentis Generalis in Regno.*

10 *Parlamentum appellatur Curia in Hiſpania in Regno Aragonum.*

11 *Vox quid ſit, ac quid importet dare vocẽ.*

12 *Vocis datio poteſt alteri etiam committi, non tantùm per ſe ipſum explicari.*

13 *Procurator, cui committitur vocis datio debet eſſe de corpore Capituli, aut Collegij, niſi aliud conſuetudo introduxerit.*

14 *Voces duas habens, vnam ſcilicet nomine proprio, alteram verò vti Procurator, tenetur cũ ambabus cõuenire in vnum, non verò poterit ipſarum unã dare vni, alterã verò alteri, quemadmodùm nec etiã dare vnam prò, alterã verò contrà.*

15 *Electio quid ſit.*

16 *Electio differt à nominatione, & à poſtulatione.*

*Quò tamen pertinet ad nominationem poterit differentia iſthæc eſſe verbalis tantùm, inter nominare, & eligere, nu.17.*

*Poteſt etiam eſſe effectualis, ita vt non ſint vnum, & idem nominatio, & electio, nu.18.*

*Et ſi quandoque nominare ſit idem, quod eligere, hoc habet locum in caſu, quò nominans habet etiam facultatem eligendi, nu.19.*

20 *Nominatio poteſt ſonare in actum perfectum, & in actum imperfectum, electio verò ſemper ſonat in actum perfectum.*

21 *Nominatio tunc ſonat in electionem, quãdo ex illa ſola confertur officium, beneficium, aùt dignitas, ſecùs ſi ex illa non conſequetur quis prefata.*

22 *Nominatio ſola, ſeù præſentatio in iurepatronatus nõ producit effectum ſuum, niſi ſecuta inſtitutione, ſeù electione.*

23 *Iudicis, ſiuè Aſſeſſoris nominatio in Ciuitate Tarenti ad quem ſpectet in Regno, ac per quem, cuiuſque nomine expediatur poſtmodùm commiſſio poſt factam nominationem.*

24 *Nominatio, quæ fit per D. Proregem circà vacationem Supremorum Officialium apud D. Regem non dicitur verè nominatio, ſed conſultatio.*

25 *Nominatio confert quandoque cum poſtulatione, eò quòd vtraq; fit ex gratia. Differunt tamen, vt ibidem.*

26 *In nominatione, quæ ſortitur effectum ſuum neceſſarium ex parte eligentis, aùt approbantis, periculum nominatorum ſpectabit ad nominantem.*

27 *Syndici, aùt Electorum creatio utrùm ſuſtineatur, ſi nominetur ſucceſſor à prædeceſſore.*

28 *Nominare utrùm poſſit prædeceſſor ſucceſſorem, & ſi ſuſtineri poſſit ſolitum circa id.*

29 *Nominans, & eligens differunt inter ſe.*

30 Regia Pragmat.2. ſub tit. de adminiſtr. vniuerſit. *loquens de electione non habebit locum in nominatione.*

31 Regia Pragmat.2. ſub tit. de adminiſtr. Vniuerſ. *loquitur per uerbum,* electio, *& proindè denotat actus perfectionem à principio ſimpliciter, ità ut non indigeat poſt electionem factam per eum, qui poteſtatem eligendi habet expectare approbationem ab alio.*

32 *Magiſtratuum electio antiquitùs reſidebat pœnès Decuriones.*

33 L.executores 8.C.de ſuſceptor.præpoſit.lib.10.*intellectus.*

34 L. ſuper creandis C. de iure fiſci lib.10. *intellectus.*

35 *In electione Officialium vtrùm ſit attendenda conſuetudo.*

36 Be-

36 *Beneficiorum quædam ſæcularia, quædam verò regularia.*
37 *Canonicatus nomine veniunt etiam Canonicatus regulares, nedùm ſæculares.*
38 *Beneficia omnia de iure communi dijudicantur ſæcularia in dubio.*
39 *Beneficia ſæcularia à ſæcularibus ſunt cōferenda, & è contrà regularia à regularibus.*
40 *Beneficia regularia conferenda ſunt expreſsè Profeſſis, non verò Nouitijs.*
*Nec poſſunt conferri Profeſſis alterius Religionis, niſi accedente Summi Pontificis authoritate, aùt conſuetudine, num. 41.*
42 *Beneficia regularia poſſunt in defectum conferri Clericis ſæcularibus.*
43 *Beneficia regularia ſi fuerint impetrata à ſæcularibus, & è contrà ſæcularia à regularibus, non facta mētione de ſæcularitate, aùt regularitate, erit nulla gratia ipſorum.*
44 *Monachi, & Regulares non poſſunt promoueri ad Eccleſias Parochiales curatas, aùt ſæculares.*
*Poterunt tamen accedente Summi Pontificis authoritate, nu. 45.*
*Poterunt item ad beneficia, ad nutum Superioris amouibilia, nu. 46.*
47 *Canonici regulares vtrùm poſſint obtinere Parochiales Eccleſias cum licentia ſola eorum Superioris, an verò requiratur etiam diſpenſatio Apoſtolica.*
48 *Beneficia ſi mutauerint naturam, eò quòd ſæcularia fuerint effecta regularia, & è contra regularia ſæcularia, poterunt conferri diuerſis, hoc eſt, ſæcularia regularibus, & regularia ſæcularibus.*
49 *Beneficiorum præſcriptio qualis eſſe debeat, ac quātum tēporis ſpatium exigat.*
50 *Beneficiū regulare ex quibus præſumatur.*
51 *Beneficiorum quædam collatiua, quædam electiua, & qualia vtraque.*
52 *Beneficiorum alia de iure diuino, alia de iure poſitiuo, & quæ de iure diuino, quæuè de iure poſitiuo.*
53 *Beneficia omnia dicuntur ſpiritualia.*
54 *Beneficiorum in collationibus debet antè omnia conſtare de vacantia, ad hoc vt conferri poſſint.*
55 *Beneficiorum in collatione primum locum obtinet Papa.*
56 *Conferendi poteſtas omnis dependet à Papa, à quo tamquàm è fonte fluit, & refluit omnis iuriſdictio, & poteſtas ad cunctos Prælatos de Mundo.*
57 *Papa poteſt tollere ius alteri quæſitum, ac priuare Clericum ſuo beneficio.*
58 *Papa poteſt diſponere, & prouidere de omnibus beneficijs, ita vt in illorum prouiſione cōcurrat cum quolibet Ordinario, vti Ordinario Ordinariorum, ac totius Orbis.*
59 *Papa habet præuentionem cum Ordinario in collatione beneficiorum, ita vt Ordinarij in menſibus habeant facultatem cumulatiuam cum ipſo Papa.*
60 *Legatus à latere concurrit cum Ordinario in collatione beneficiorum.*
61 *Beneficiorum collatio circùmſcripto Papa, ſpectat ad Epiſcopum, vti Ordinarium, qui in ſua Diœceſi habet iuriſdictionem contentioſam, & voluntariam.*
62 *Beneficia poterit conferre etiam Vicarius Epiſcopi, ſi habeat ſpeciale mandatum ad conferenda beneficia.*
63 *Beneficia vtrùm poſſit conferre Ordinarius in Curia præſente Papa.*
64 *Epiſcopi habent eorum intentionem fundatam de iure, vt ad ipſos pertineāt collatio, & inſtitutio omniū beneficiorum.*
*Fallit in Eccleſiis patronatis, & collegiatis, nu. 70.*
*Fallit etiam in Eccleſia minori collegiata nu. 71.*
65 *Beneficiorum collatio fuit reſtricta Epiſcopis, ità vt non niſi in ſolis quatuor menſibus conferre poſſint.*
*Fallit, quando acceptauerint alternatiuam, per quam indulgetur, vt per ſex menſes alternatim cum D. Papa conferre poſſint, nu. 66.*
67 *Alternatiua conceſſa Epiſcopis in beneficiorū collatione ſortitur effectum ſuum tantummodò quando Epiſcopi reſident.*
68 *Alternatiuæ facultatem nō amittit Epiſcopus diſcedens per aliquot dies ex cauſa à loco ſuæ reſidentiæ.*
69 *Alternatiuæ facultas Epiſcopis reſidentibus conceſſa poteſt impartiri Vicario Generali per eundem Epiſcopum ad finem conferendi in menſibus conceſſis.*
72 *Epiſcopus, aùt alius quilibet Ordinarius nō poterit cōferre beneficia exempta, ſed illorum collatio ſpectabit ad Papam.*



Digitized by Google

73 *Epiſcopus non poteſt concedere alteri poteſtatem conferendi primum beneficium, quod vacabit, ſed tantùm ſolùm vacās.*

74 *Beneficiorum collatio fieri debet per Epiſcopos infrà ſex menſes à die obitus Beneficiati, quo termino elapſo defertur collatio ad Papam, nu.76.*

75 *Semeſtre tempus conceſſum Epiſcopis ad conferendum à die vacationis curris à die ſcientiæ vacationis.*

77 *Reſignatio beneficiorum fauore certæ perſonæ non poteſt fieri in manibus Collatoris.*

*Quid autem ſeruetur de ſtylo in Romana Curia, ibidem.*

78 *Beneficiarius an poſſit recuperare beneficium, quod reſignauit propter morbum, ſi conualuerit.*

79 *Reſignare an poſſit Beneficiarius reus criminis capitalis.*

80 *Beneficiorum permutationem an facere poſſit Epiſcopus, & quæ requirantur, ad hoc vt permittatur.*

81 *Beneficiorum permutatio an admittatur, ſi interceſſerit inæqualitas notabilis ætatis inter permutantes.*

82 *Beneficium reſignatum coràm Papa poterit conferri per Ordinarium, ſi interim moriatur Reſignans in menſe ipſius Ordinarij.*

83 *Beneficiorum vnionem vtrùm facere poſſit Epiſcopus.*

*Quid de Vicario, & ſi requiratur ſpeciale mandatum ad hoc, nu.84.*

85 *Beneficia reſeruata cōferri nō poterunt ab Epiſcopo, aùt ab alio quolibet, poteſtatē conferendi habente, inferiore à Papa.*

86 *Beneficium vnitum non dicitur ampliùs beneficiū, ſicuti dicebatur antè vnionē.*

87 *Beneficiorum conferendi poteſtatem habet Cardinalis legatus à latere in locis, in quibus ipſa vacant.*

*Concurrit Cardinalis legatus à latere cum Ordinario in collatione, ita vt conferre poſſit etiam in menſibus non reſeruatis, ac etiam vigore alternatiuæ, nu.88.*

89 *Cardinalis legatus à latere poterit conferre beneficia etiam ad Sedem Apoſtolicam deuoluta.*

*Limita quòad beneficia nō reſeruata, n.90.*

90 *Beneficia qualia dicantur reſeruata, ita vt neq; Cardinalis legatus à latere poſſit ea conferre.*

91 *Nuntij Apoſtolici quæ beneficia conferre poſſint.*

92 *Cardinalis legatus à latere poterit reſeruare beneficia in præiudiciū Ordinarij.*

93 *Cardinalis legatus Apoſtolicus conferens beneficia vacantia in menſe Pontificis, dicetur conferre vti delegatus, non verò uti ordinarius.*

94 *Beneficiorum collatio poterit ſpectare ad laicum, quemadmodùm & excommunicandi facultas.*

*Requiritur tamen ad id priuilegium Papæ, nu.95.*

*Vtrùm ſufficiat ſola conſuetudo abſque priuilegio Papæ, nu.96.*

97 *Beneficiorum collationem poterit habere Abbas.*

*Item etiam Abbatiſſæ cōpetere poterit, n.98.*

99 *Beneficia conferri debent perſonis Eccleſiaſticis, non autem laicis.*

*Etiam in caſu, quo laicus, cui confertur fuerit reputatus Clericus, nu.100.*

*Fallit quòad beneficia electiua, ad quę poterit præſentari laicus, dummodò antè inſtitutionem clericetur, nu.101.*

102 *Beneficia conferenda ſunt potius Clericis loci, quàm exteris, data inter ipſos pari idoneitate.*

*Item potiùs uiris literatis, quàm ignaris, nu.103.*

104 *Beneficia non ſunt conferenda excommunicatis.*

*Item nec abſentibus, niſi in caſu, quo conferens haberet notas abſentis qualitates, nu.105.*

*Rursùs nec indignis, nu.106.*

*Inſuper nec homicidæ, num.107.*

*Item nec infami infamia facti, nu.108.*

*Item nec impuberi, nu.109.*

*Item nec Clerico aleatori, nu.110.*

111 *Beneficium continens onus celebrationis Miſſarum poteſt conferri etiam non Sacerdoti, dummodò electus promoueri poſſit infrà annum.*

112 *Beneficij collatione à Papa facta cum reſeruatione penſionis in beneficium alterius, ſi fieret gratia nulla quòad prouiſum de beneficio, non erit nulla quòad penſionem.*

*Etiam ſi in vna, eademque ſupplicatione impetraretur Parochialis, & beneficium ſimplex, quia ſi fieret nulla gratia quòad*



Digitized by Google

*ad Parochialem, non erit nulla quòad beneficium ſimplex, nu.* 113.

114 *Beneficiarius ratione beneficij efficitur Ciuis illius loci, in quo habet beneficiū.*

*Et ob id habebit ius vtendi, & fruendi in locis, & rebus cōmunibus Vniuerſitatis, ſicuti alij Ciues omnes Vniuerſitatis, nu.* 115.

116 *Beneficiorum collationē, inſtitutionem, aùt præſentationem habens non poteſt conferre ſibi ipſi, aùt ſe ipſum præſentare, & inſtituere.*

*Etiam ſi transferret alteri poteſtatem conferendi, nu.* 117.

*Declara tamen in caſu inibi relato.*

118 *Iurispatronatus fructus in quo cōſiſtat, & nu.* 120.

119 *Iuspatronatus an tranſeat in maritum, ac in creditorem ex cauſa pignoris dati.*

121 *Iuspatronatus in caſu, quo tranſit cum vniuerſitate rerum an requirat Epiſcopi licentiam, ſiuè aſſenſum.*

122 *Iuspatronatus tunc tranſit in maritum cum Caſtro, Villa, alioquè ſimili, cui cohæret, quando expreſſim præfatā fuerint marito in dotem data, & tradita, non autem ex eo ſolo, quòd ſcilicet maritus ſit mulieris habentis Caſtrum, aùt Villam, cui illud cohæret.*

123 *Iuspatronatus competit vſufructuario bonorum, cui cohæret, non verò proprietario ipſorum bonorum.*

124 *Iuspatronatus competit poſſeſſori magis, quā Domino, & Patrono non poſſidenti.*

*Et poſſeſſio iſthæc acquiritur per vnicum tantùm actum præſentandi, nu.* 125.

*Dummodò præſentatio illa conſecuta fuerit effectum ſuum, mediante inſtitutione deſuper facta à poteſtatem inſtituendi habente, nu.* 126.

*Itèm dummodò non ſit lis inter Compatronos, quoniam tùnc per præſentationem vnius cenſetur cōſeruata quaſi poſſeſſio præſentandi alijs Compatronis, nu.* 127.

*Rursùs, niſi vltima præſentatio facta à parte Cōpatronorum non interuerterit antiquam poſſeſſionem communiter præſentandi omnium* Patronorum, *nu.* 128.

129 *Iuspatronatus an cenſeatur confiſcatum in confiſcatione omnium bonorum, excutitur articulus.*

130 *Iuspatronatus eſt quid ſpirituale, vel ſaltim ſpirituali annexum.*

131 Authoris *diſtinctio circa diffinitionem articuli, ſi ſcilicet iuspatronatus ueniat, nec nè in confiſcatione bonorum.*

132 *Iuspatronatus in omnibus caſibus, in quibus venit in confiſcatione bonorum, non tranſit in* Fiſcum, *nec etiam in heredes delinquentis, ſed remanet Eccleſia libera ſub poteſtate Epiſcopi.*

133 *Iuspatronatus tranſit cum hæreditate vendita, conceſſa, aùt donata, in emptorem, ceſſionarium, aùt donatarium.*

134 *Iuriſpatronatus clauſula videtùr ſuperflua in inueſtituris, cùm tranſeat cum vniuerſitate feudi, cui cohæret abſque clauſula illa.*

*Fallit, quando iuspatronatus eſſet* Regium, *de per ſe cohærens alicui Eccleſiæ, vel Capellæ exiſtenti intrà fines Caſtri, vel loci feudalis, nu.* 135.

136 *Iuspatronatus an tranſeat cum vniuerſitate bonorū in fideicōmiſſarium vniuerſalem, excutitur latiſſimè articulus.*

137 *Iuspatronatus tranſit ad hæredem extraneum.*

138 *Iuspatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*

139 *In fideicommiſſarium non tranſeunt ea, quæ non recipiunt æſtimationem pecuniariam.*

140 *Ius ſepulchrorum an tranſeat cum vniuerſitate bonorum, excutitur articulus.*

141 *Ius ſepulchrorum an differat, vel conueniat cum iurepatronatus, & quæ differentiæ inter ipſos intercedant.*

142 *Vendens tàmquā hæres, cū ſit fideicōmiſſarius tenetur ad intereſſe emptoribus.*

143 Fachinæus *laudatur, confutatur tamen circa diffinitionem articuli, an ſ. ius ſepulchrorum tranſeat cum vniuerſitate.*

144 *Ius ſepulchri quid ſit, & quibus cōpetat.*

145 Authoris *diſtinctio circà diffinitionem articuli, an ſcilicet ius ſepulchrorum tranſeat cum vniuerſitate.*

146 *Ius ſepulchrorum eſt perſonale, competens perſonis tantùm comprehenſis in pacto, aùt ſcilicet iure familiaritatis, aùt hæreditario, aùt mixtim.*

147 L. quædā 62. ff. de acquir. rer. domin. *intellectus.*

148 L. in modicis 24. ff. de contrahenda emptione *intellectus.*



Digitized by Google

149 L.ſi mercedem §.ſi eum fundum ff. de act.empt.intellectus.

150 Fideicommiſſarius non eſt propriè hæres, nec fungitur vice familiaris, niſi ſit verè talis.

151 Iuſpatronatus nedùm eſt ius honorificum, verùm etiam oneroſum, & utile, & nu.156.

152 Iuſpatronatus remanet pro rata penès hæredem, ſi reſtituendo hæreditatem fideicõmiſſario, detraxerit Trebellianicã.

Idem etiam ſi detraxerit ſimùl Trebellianicam, & legitimam, quoniam remanet apùd ipſum pro duplici portione, n.153.

154 Iuſpatronatus an tranſeat ad conductorem rei, affertur diſtinctio, an conduxerit ad modicũ tẽpus, an verò ad longum.

155 Iuſpatronatus non tranſit ad recipientem rem, cui cohæret, iure pignoris, vel obligationis.

156 Iuſpatronatus quid ſit.

157 Iuſpatronatus obligari non poteſt.

158 Iuſpatronatus non poteſt per Iudicem adiudicari vni ex hæredibus in diuiſione hæreditatis, quemadmodum nec etiã aſſignari vni ex hæredibus tantùm, habenti minorem partem hæreditatis pro adæquatione.

159 Iuſpatronatus non poteſt poni in æſtimo ad finem exigendi pro illo collectas.

160 Iuſpatronatus aùt eſt ſæculare, aùt Eccleſiaſticum.

161 Iuſpatronatus Eccleſiaſticum dicetur quotieſcumque ex bonis Eccleſiaſticis conſtituitur Eccleſia, vel dotatur, aùt competit alteri ratione Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ dignitatis.

162 Iuſpatronatus laicale dicitur illud, quod originem trahit à rebus proprijs, & ſecularis patrimonij.

163 Iuſpatronatus ſi fuerit mixtum, partim ſcilicet laicale, partim Eccleſiaſticum, habebitur de illo ratio, ſicuti de Eccleſiaſtico, etiam ſi duæ partes ipſius pertineant ad Patronos laicos.

164 Patronus ſecularis tenetur præſentare infrà quatuor menſes, Eccleſiaſticus verò infrà ſex menſes.

Computatur tẽpus iſtud, aùt quatrimeſtre, aùt ſemeſtre reſpectiuè à die notitiæ ſecundùm magis communem opinionem, non verò à die vacationis, nu.165.

Et tempus iſtud vtrùm computetur ſecundùm numerum menſium literarum, an verò ſecundùm dies anni, num.166. remiſſiuè.

167 Iuriſpatronatus collatio, elapſo aùt quatrimeſtre, aùt ſemeſtre reſpectiuè deuoluitur ad Ordinarium, qui habebit aliud ſemeſtre ad conferendum, computandum à die vltima lapſi quatrimeſtris, aùt ſemeſtris.

Limita tamen, quando eſſet contentio inter plures de iurepatronatus, quo caſu non niſi elapſo ſemeſtre poterit Epiſcopus prouidere, nu.168.

169 Iuripatronatus tàm Eccleſiaſtico, quàm ſeculari poteſt Sũmus Põtifex derogare.

Quando tamen derogat iuripatronatus ſeculari, oportet, vt fiat expreſſa mẽtio derogationis in literis Apoſtolicis, n.170.

Et hoc etiam ſi fuerit mixtum iuſpatronatus, partim ſcilicet ſæculare, partim Eccleſiaſticum, nu.171.

172 Iuripatronatus an poſſit derogare inferior à Papa, & ſic Legatus Apoſtolicus.

173 Iuſpatronatus duplex, aùt ſcilicet hæreditarium, aùt familiare, ſeù gẽtilitium.

174 Iuſpatronatus familiare, ſeù gentilitium quale dicatur.

175 Iuſpatronatus cõpetens ſeniori de parentela, ſi vita functus obierit ſenior ille, qui obtinebat, non tranſit ad eius hæredes, ſed reuertitur ad alium de parentela, in quo concurrat qualitas ſenioris.

176 Iuſpatronatus gentilitium, ſeù familiare finita linea contemplata à Fundatore, tranſit ad extraneos.

177 Iuſpatronatus, quod quis reſeruauit pro ſe, filijs, & deſcendentibus, poteſt reſeruans viuens in alios transferre, etiam extraneos in præiudicium nominatorũ.

178 Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium.

Et proindè cenſetur acquiſitum iure hæreditario potiùs in dubio, quàm iure ſanguinis, nu.179.

180 Fœmina excluſa à ſucceſſione vigore ſtatuti, cenſetur excluſa etiam à iurepatronatus fauore maſculorum.

Circumſcripto autem ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos ſuccedit in iurepatronatus, nu.181.

182 In iurepatronatus ſuccedìtur regulariter

Digitized by Google

*ter in ſtirpes, non verò in capita.*

183 *Iuſpatronatus eſt indiuiduum, exiſtens quòad ſubſtantiam ipſius, pœnès quemlibet ex patronis inſolidum.*

*Intelligas tamen quòad ius, non verò quòad exercitium præſentãdi, quod tranſit ad hæredes pro portione hæreditaria, n.*184.

185 In *iurepatronatus ſucceditur in capita, quãdo plures ſuccedũt, nõ iure hæreditario, ſed benè iure legati, vel donationis.*

186 *Inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali non ſuccedit in iurepatronatus.*

187 *Iuſpatronatus acquiritur ex fundatione, dotatione, ac conſtructione.*

*Quando dicatur illud acquiri fundatione, quando conſtructione, quando verò dotatione, nu.*188.

189 *Iuſpatronatus prætendens vigore dotationis de nouo factæ, docere debet, dotem primo loco conſtitutam redactam eſſe de eſſe ad non eſſe.*

190 Re*ædificatio ſola non ſufficit ad acquirendum iuſpatronatus, ſed requiritur etiam Epiſcopi conſenſus.*

191 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur potiùs ex fundatione, quàm ex dotatione, aùt conſtructione.*

192 *Iuſpatronatus ad conſtituendum ſufficit alterum tantùm, quippè, aùt dotatio, fundatio, aùt conſtructio.*

193 *Iuſpatronatus competens in Prioratu Conuentuali non acquiritur ſola dotatione, aùt fundatione, ſed requiritur Priuilegium.*

194 *Dotatio ad finem acquirendi iuſpatronatus debet eſſe totalis, non verò augmentum ipſius tantùm.*

195 *Dotis augmentum quòad acquirendum iuſpatronatus dicitur potiùs ditatio, quàm dotatio.*

196 *Ditatio egregia an acquirat iuſpatronatus, remiſſiuè.*

197 *Iuſpatronatus poteſt acquiri etiam ceſſantibus dotatione, conſtructione, aùt fundatione in caſu, de quo ibi.*

198 *Iuſpatronatus acquiritur etiam titulo donationis, legati, fideicommiſſi, & ceſſionis.*

*In talibus acquiſitionibus, & translationibus requiritur aſſenſus Epiſcopi, niſi transferatur illud in Eccleſiã, nu.*199.

200 *Aſſenſus in contractu donationis iuriſpatronatus poteſt præcedere, ac ſubſequi, etiam ſi donatarius eſſet mortuus, & hæredes poterunt impetrare aſſenſum poſt ipſius mortem.*

201 *Aſſenſus Epiſcopi requiritur in iurepatronatus, etiam ſi pater donaret filio.*

*Limita, ſi donaret, aùt legaret iuſpatronatus reſeruatum deſcendentibus maſculis tantùm in præiudicium ſucceſſorum, nu.*202.

*Itẽ quando donaret alteri cõpatrono, n.*203.

204 I*uſpatronatus ad probãdum quæ requirantur.*

205 Sacrum Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.9.de reformat. *vendicat ſibi locum tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*

206 *Patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi poſt* Conc.Trid. *ſi de nouo vacauerit beneficium, & iterùm præſentare voluerit, an non obſtante dicta ſua quaſi poſſeſſione teneatur de nouo docere de titulo ad inſtantiam Fiſci, vel manuteneri in dicta ſua quaſi poſſeſſione, ſaluis iuribus Fiſci.*

207 I*uſpatronatus quòad Potentes, Magnates, Communitates, & Vniuerſitates præſumitur vſurpatione potiùs quæſitum, quàm iure.*

I*nter Magnates connumerantur quòad hoc Barones habentes iuriſdictionem temporalem perpetuam, nu.*208.

I*tem Parochiani prætendentes iuſpatronatus in Eccleſia Parochiali, vel alijs Eccleſijs conſtitutis intrà fines Parochiæ, nu.*209.

*Connumerantur item non tantùm Vniuerſitates magnæ, quàm paruæ, nu.*210.

*Fallit hoc quòad Eccleſias Monaſteriales, vel Conuentuales, nu.*211.

212 Sacrum Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.9.de reformat. *nihil innouauit quòad probationes circà perſonas priuatas, ſed tantùm quòad Magnates, Potentes, Communitates, ac Vniuerſitates.*

*Abrogauit omnia iurapatronatus in beneficijs tàm ſæcularibus, quàm Regularibus quibuſcumque, exceptis competentibus ſuper Cathedralibus Eccleſijs, ac cõpetẽtibus* I*mperatori, Regibus, ac Principibus, iura* I*mperij habentibus, n.*213.

214 *Cathedrales Eccleſiæ quæ ſint in Regno ad Regiam Præſentationem.*

215 Pauli

Digitized by Google

215 Pauli Criatiæ Epiſcopi Arianenſis *laudes.*

216 *Probationes in iurepatronatus leuiores requiruntur, quando agitur contrà Priuatos, ſecùs ſi contrà Ordinarium.*

217 I*uſpatronatus ex insignijs, & armis depictis in foribus Eccleſiæ probatur.*

*Probatur itèm ex literis marmoreis deſcriptis antè eiuſdem Eccleſiæ fores, nu.*218.

*Probatur rursùs per literas inſtitutionis factæ ab Epiſcopo, in quibus enuncietur, Eccleſiam eſſe de iurepatronatus, n.*219.

220 D. Ioannis Aloyſii Riccij Epiſcopi Vici Equenſis *laudes.*

221 *Ius præſentandi quibus perſonis non cõpetat.*

*Quibus item perſonis competat, nu.*222.

223 *Iuſpatronatus an tranſeat in illegitimũ, & quid de legitimato.*

224 *Legitimationis qualitas in iurepatronatus familiare, ſiuè gentilitio tantùm requiritur, non verò in hæreditario.*

225 *Iuſpatronatus quibus ex cauſis amittatur.*

226 *Iuſpatronatus an amittatur per non vſum, remiſſiuè.*

227 *Pupillus an præſentare poſſit in iurepatronatus.*

228 *Tutor in materia iuriſpatronatus habet locum circà annexa rebus Burgẽſaticis, nàm in Feudalibus datur Balius.*

229 *Baliatus Officium eſt peculiare in* Regno, *& denotat idem, quod Tutor.*

230 *Balius in quo differat à Tutore.*

231 *Balius non datur Feudatarÿs* Feudorum *planorum, & de tabula, ſed tãtùm poſſidentibus Feuda quaternata.*

232 *Baliatus in qua ætate finiatur.*

233 *Nobilitas ſupplet ætatem in Feudatarÿs, & quarè.*

234 *Balius pupillis Feudatariorum conſtituitur à ſolo D.Rege, aùt à Prorege, eiuſque Collaterali Conſilio.*

235 *Mater ſi extiterit honeſtæ, & probatæ vitæ præfertur in Baliatu cæteris coniunctis.*

236 *Balius electus in teſtamento facit ceſſare diſpoſitionem* Conſtit. Regni In aliquibus.

237 *Balium non poteſt conſtituere Sacrum Regium Conſilium, tametſi ſit Tribunal Supremum in Regno.*

238 *Balius poteſt conſtitui pupillis Feudatarÿs à Regia Audientia Hydruntina.*

*Ratio quarè ſub nu.*239. *&* 240.

239 *Regia Audientia Hydruntina habet præheminentiam inſufflandi ſpiritum vitæ inſtantiæ peremptæ.*

240 *Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ erexit Senatum in Ciuitate Niciæ, pro celeriori cauſarum expeditione.*

241 *Balius relictus filio, ſiuè conſtitutus in teſtamento à Patre, vel Auo non eget confirmatione Curiæ Domini Regis.*

242 *Balius pupilli Feudatarÿ poteſt fieri ipſemet D.Rex, in caſu, quo non fuerit facta prouiſio per Patrem, vel Auum.*

*Et tenebitur facere inuentarium, ac ſe obligare, & omnia alia adimplere, ad quæ tenetur Balius vigore* Conſtit. Regni, *nu.*243.

244 *Balÿ cautio non exigitur talis, ac tanta, quanta, ac qualis in Tutore, ſed temperãda erit eo modo, quo reperiri poterit.*

245 *Balius an intelligatur conſtitutus quis per poteſtatem ſibi datam in teſtamento à teſtatore adminiſtrandi, & gubernandi, aùt per conſtitutionem executoris teſtamenti.*

246 *Balius an ſedere habeat in loco, vbi ſedere poteſt pupillus Titulatus, ac eandem vocem habere, quam habet pupillus in Parlamentis, remiſſiuè.*

247 *Tutori non debetur ſalarium non taxatum per Iudicem à principio adminiſtrationis.*

*Amplia, vt nequè debeatur eius hæredi, nu.*248.

*Habebit tamen, ſi ſuberit iuſta cauſa, num.* 249. *vbi exempla de hoc.*

250 *Balio conſtituitur ſalarium, victus, & veſtitus ſuper bonis pupilli Feudatarÿ.*

## CAP. XVI.

COllocant etiàm *Doctores* inter fructus, ſiuè rerum incorporalium, ſiuè iurium prouenientium ex re, aùt occaſione rei, vltrà innumeros, de quibus in præcedentibus *capitibus à cap.* 3.
1 vſq; hùc locuti ſumus. Primò dare vocẽ. Secundò poteſtatem eligendi. Tertiò facultatem conferendi, & Quartò ius præſentandi.

De

De primo loquuntur *Imol. in clemen. 2. col. 2. de ætat. & qualit. Innoc. in cap. in literis*, ibique pariter *Doctores* communiter *de reſtitut. ſpoliat. Felin. in cap. cùm olim nu. 2. de maiorit. & obed. & Maſtrill. deciſ. Sicil. 18. num. 5.* dicentes, præſtationem vocis eſſe fructum Canonicatus, & Præbendæ.

De ſecundo agunt ijdem *Innoc. in cap. Cumana col. 2. de elect. & in cap. cùm regula iuxtà finem de cauſ. poſſeſſ. & pro-*
2 *priet. ac Felin. in dict. cap. cùm olim nu. 2.* aſſerentes, quòd quemadmodùm poma ſunt fructus agri, ſic etiã eligere eſt fructus iuris eligendi, ſequuntur ipſos *inibi Butr. col. 5. & in cap. cùm M. col. pen. de conſtitut. Abbas in d. cap. cùm olim col. 1. de cauſa poſſ. & propr. in cap. examinata col. 8. in vlt. propoſit. de iudic. & in cap. cùm veniſſent col. 8. de reſtit. in integr.* ac *Imol. in d. cap. cùm M. col. 24.* adde *Angel. in l. momentaneę nu. 3. C. vnde vi.*

3 De tertio agunt *gloſ. & Abb. in d. cap. cùm olim de maiorit. & obed.* dicentes, quòd collatio computatur inter fructus Epiſcopales, idem voluerunt *Imol. in clemen. nè in agro col. 17. de ſtat. monac. vbi etiam Cardin. in §. ſi quis in prima q.* adde *Rotam Romanam deciſ. 166. num. 5. parte prima in nouiſſ.* vbi dicit, collationem eſſe fructus, quos facit ſuos bonæ fidei poſſeſſor, antè ipſum docuit *Abb. in dict.*
4 *cap. cùm olim de cauſ. poſſ. & propr. nu. 4.* vbi ait, collationem beneficiorum pertinere ad poſſeſſorem iuris cõferendi, non verò ad proprietarium, dummodò ſit bonæ fidei poſſeſſor. Ad quam quaſi poſſeſſionem iuris cõferendi adipiſcendam, inquit ipſe idem *Abb. ibidem nu. 5.* oportere, vt ille, cui facta eſt collatio, habuerit effectum collationis, & ſubdit, idem eſſe in Electoribus.

5 De quarto, & vltimo voluit *gloſ. in cap. cùm Bertoldus in gloſ. fin. de re iudic. ac in d. cap. cùm olim verſ. capitulo de maiorit. & obed. ibiq; Abbas num. 2. Felin. num. 2.* poſt ipſos *Rota Roman. deciſ. 10. de iurepatron. in nouis, Rochus de Curte in tract. de iurepatron. verbo ipſe, vel is, quod eſt fin. num. 62.* alios recenſet *Gutierr. de tutel. parte 3. cap. 20. num. 2.* adde *Barboſ. in l. diuortio §. ſi vir num. 55. in fine, & num. 56. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 177. nu. 17. Griuell. deciſ. Dolana 37. nu. 15. Macerat. variar. reſol. lib. 1. reſol. 87. ſub num. 25.* cæteroſque paſſim, qui omnes affirmant, præſentationem eſſe fructum iuriſpatronatus. Ratio accomodari poteſt ex *Bart. in l. fin. num. 3. ff. eod. tit. ſolut. matrim.* vbi dicit, quòd fructus dicuntur etiam ij, qui renaſcuntur genere, tametſi non numero. Vndè cùm mortuo præſentato poſſit de nouo fieri præſentatio, fructus iure merito dicetur præſentatio Patroni in dicto iurepatronatus.

Cæterùm, quàmuis promiſcuè, & cõfuſim videantur de præfatis diſſerere *Doctores*, præſertim *Felin. in d. cap. cùm olim num. 2. de maiorit. & obed.* Nos tamen ſeparatim de vnoquoque ipſorum tractationem inſtituemus.

Et primò quòad dare vocem eſt adnotandum, poſſe id contingere tàm in prophanis, quã in Eccleſiaſticis. In pro-
6 phanis obſeruari præciſè lubet apud *Maſtrill. d. deciſ. 18. num. 3.* dicentem, quòd dare vocem in Parlamento ſit fructus Feudi, appellariq; illum à *Doctoribus* fructum induſtrialem.

7 Agit eo loci *Maſtrill.* de Parlamento, quod in Regno etiam fit coram D. Prorege ſuper negotijs concernẽtibus, aùt tutamen ipſius Regni, aùt donatiua, quæ fieri ſolent D. Regi, vel ſingulis tribus annis, vel ſecundùm imminentes, euidenteſque occurrentias, ſiuè néceſſitates ipſius D. Regis.

Conueniunt in eo oẽs Proceres Regni, & ſic Principes, Duces, Marchiones, & Comites, itẽ oẽs Barones, & Feudatarij non Titulati. Rursùs omnes Vniuerſitates Regni, tàm Domaniales, quã Baronales per earũ Sindicum, aùt Procuratorem. Benè verum quòad Terras, & Ciuitates Baronales, non conſtituunt eæ Procuratorem, ex quo facultas iſthęc fuit vſurpata à Baronibus, atque ab eiſdem penitùs abdicata, & ſic Barones ipſi comparent, ac dant vocem, tàm eorum proprio nomine, quàm nomine, & pro parte Ciuitatum, Terrarum, aùt locorum, quorum ſunt vtiles Domini, vt tradit *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. in primo dubio num. 16. fol.* mihi 14. Ciuitates verò,

ac

Digitized by Google

ac Terræ Domaniales conſtituunt eorum Procuratorem, ſiuè Sindicum, & vocantur per ordinem ſecundùm antiquitatem ipſarum, & dant vocem, ſicuti & cæteri Proceres, Barones, & Feudatarij Regni, & ità in dies ſeruari tradit idem *Frecc. loco cit. nu.* 16.

8 Excipiuntur tamen Subfeudatarij Baronum, qui nullam habent vocem in Parlamento, nec conſequenter proindè ad illud vocantur, vt tradit idem *Frecc. in d. dub. ſiuè quæſt.* incip. *Fuit dubitatum in Parlamento generali per totam.*

9 Parlamentum iſtud *ibidem Frecc. num.* 18. appellat quodammodò actum iudicialem, eò quòd fit authoritate Principis cum aſſiſtentia ſui Vicarij Locumtenentis Generalis in Regno, ac Procerum ipſius, & ſubdit, illud dici cœtum virorum generoſorum, ac Nobilium, antè ipſum tradidit *Belluga in Spec. Princ. rub.* 1. in qua agit ex profeſſo per totam de iſto Parlamento, quod apud Hiſpanos,

10 aſſerit, appellari Curiam in Regno Aragonum, & ſubdit, Curiam iſtã, ſiuè Parlamentum eſſe Congregationem Populi factam in certo loco communi à Principe, vel alio habente poteſtatem Curiam celebrandi, ad quam ſolemniter vocari debent Decuriones, ſiuè Cõſiliarij, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, ac cæteri Magnates Nobiles, milites, & generoſi, àc Regni Proceres, ſubdit deindè, probari illam iure Feudorum in *tit. de cleric. violatore pacis § poſt Natale, & in cap. imperialem de prohib. Feudi alienat. per Federic.* quærit inſuper, ac *inibi* etiam agit *Belluga* de cauſis conuocationis Curiæ, ac quis habeat præſidere in illa, ipſum adito in materia, multa enim bona excipies. Congregatio item iſthæc in Alemania appellatur Dieta, quæ fit coràm Imperatore, aùt alio ab ipſo deputato pro occurrentibus caſibus Status, & Imperij.

11 Vox iſta quòad hoc nihil aliud eſt, niſi votum prolatum, aùt proferendum, explicans animi mentem, aſſentiendo, vel diſſentiendo circà actum explicandum, vt videtur ſentire noſter Condiœceſanus *Abbas Antonius* Ragucius *in ſuo tractat. de voce Canonic. in Capitulo quæſt.* 1. *ſub num.* 1. antè ipſum docuit *Frecc. loco cit. d. nu.* 19.

Dare modò vocem in Capitulo circà Eccleſiaſtica, ſicuti meminimus ſuprà, eſt votum illud, quod in Congregatione per Canonicos profertur, explicãs conſenſum, aùt diſſenſum circà ea, quæ proponuntur in Capitulo.

12 Super quo eſt aduertendum, vocem iſtam poſſe non tantùm per ſe ipſum explicari, verùm etiam alteri committi, ſecundùm *Abb. in cap. licèt vndique num.* 3. *de offic. deleg.* intelligendo hoc tamen, quando ipſe, qui habet dare vocem in Capitulo ſit impeditus: nàm quando cõmodè intereſſe non valeret, poterit conſtituere Procuratorem, ſecundùm *gloſ. in cap. quia propter in verbo commodè de*

13 *elect.* Et Procurator iſte conſtituendus in caſu legitimæ abſentiæ debet eſſe de corpore Capituli, aùt Collegij, niſi aliud cõſuetudo introduxerit, aùt Capitulum, vt quia Canonici talem Procuratorem admitterent, ad tradita per eundem *Abb. in cap. conſtitutus col.* 2. *de appellat.*

14 Addas inſuper in tali caſu, quòd habens duas voces, vnam ſcilicèt nomine proprio, alteram verò alieno nomine tãquàm Procurator abſentis, non poterit dare vnam vocem vni, alteram verò vocem alteri, ſed benè cum illis duabus debet conuenire in vnum ſolum, aliàs ſecus faciendo non teneret, idem *Abb. in d. cap. conſtitutus il ſecondo num.* 8. *de appellat.* quemadmodùm nec etiam poterit illas duas voces diuidere, videlicèt dando illas prò, & contrà, ſecundùm eundemmet *Abb. in cap. quamuis num.* 7. *de offic. deleg.*

Non pertinet hoc loco diſſerere de Parlamentis, & Congregationibus, quæ fiunt per Vniuerſitates Regni ſubditas, ſuper electione Officialium, & Adminiſtratorum pecuniariorum ipſarum Vniuerſitatum, ac ſuper alijs earum occurrentiis, cùm non cadant illa ſub ſubiecto noſtræ materiæ, eò quòd non iure proprio id contingit ipſis Vniuerſitatibus, ſed fieri debent in caſibus de iure permiſſis, præuia licentia Seperioris, ac aſſiſtentia Officialis, nec eorum voces habent in illis votum deciſiuum, ſed tãtùm conſul-

Digitized by Google

cõſultiuum, ſi.ſ. Superior velit approbabare cõcluſa in dictis Cõgregationibus. In vno tantùm conueniunt cũ præfatis, quia quemadmodũ & illa, ità iſta debent fieri, petita, & obtẽta venia Officialis loci, aùt ſaltim ſi Officialis eſſet ſuſpectus (vt quia agẽdum eſſet in illis de negotijs tangentibus ipſum Officialem, aùt Barones) præuio ordine Superioris, vt liceat ſe congregare abſq; aſſiſtentia Officialis, aùt petita venia, & non obtenta, & hæc circà vocẽ in Parlamẽtis, & in Capitulo.

15 Quò modò ad electionem, electio eſt alicuius perſonæ ad prælationẽ, vel fraternam ſocietatem facta vocatio, ſic diffinit *Abb. in rubr. de poſtulat. Prælat. nu. 2.* & differt illa à poſtulatione, cũ poſtulatio ſecũdùm eundẽ *Abb. ibid. nu. 1.* ſit quædam gratiæ petitiò à Superiore facta, de promouendo aliquem ad *Prælaturam*, ad quam de iure communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, ſeù promoueri non poterat. Vndè poſtulatio innititur gratiæ, electio verò iuſtitiæ. Et proindè qui de iure eligi poteſt, poſtulari nõ debet, quia aliàs ſi electum illum poſtularent, nihil facerent, cùm debeant prouidere Eccleſiæ de meliori, quem poſſunt, aùt ſaltim meliori modo, quo poſſunt.

16 Differt quoq; electio à nominatione, non tantùm à poſtulatione, vt inquit *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 2. §. 1. nu. 7. poſt gloſ. in l. 2. C. de peric. nominat. lib. 11. ac Bald. in l. ad ſcribatum C. de appellat. vbi etiam Salyc.* & ſubdit proindè *idem Dominus*, legem, quæ loquitur de electione non recipere intellectum à iuribus loquentibus in nominatione.

Cæterùm, differẽtia iſthæc ſecundùm me, poteſt eſſe verbalis tantùm, & poterit quoq; eſſe realis, ſiuè effectualis. Ver-
17 balis tantùm, eò quòd vocabulum iſtud, *nominare, ac eligere*, pro vno, eodemq; quandoq; *Doctores* vſurpant, ità in terminis *gloſ. in l. 2. C. de decurionib. lib. 10. in verbo nominauerit*, vbi quod in *text.* dicitur *nominationem* exponit *gloſ. electionem, eadem gloſ. in l. ſuper creandis 9. C. de iure fiſci lib. 10. ac in l. exactores in verbo rei dominicæ C. de ſuſceptor. eod. lib. 10.* vbi appellat electionẽ, quod in illis legib⁹ appellatur nominatio, ità colligi põt quoq. ex *Regia Pragm. 2, ſub rubr. de adminiſtr; Vniuerſit.* vbi verbum, *eligere*, de quo *ibi*, ſonat in nominationem, & electionem.

18 Effectualiter autem nequaquàm, cum è contrà qui nominat non dicatur eligere, ſi ſolam nominationem habebit in actu illo, & in iſtis terminis videtur loqui *tex. in l. 2. C. de peric. nominat. d. lib. 11.* vbi *gloſ. in verbo denominauerit*, dicit, quòd electiò ſpectat ad Decuriones, non verò ad Prædeceſſores, per *tex. in l. 2. C. de Decurion. eod. lib. 10.* iuncta *d. l. exactores C. de ſuſcept. ſimiliter lib. 10. ac in l. item §. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. nom.*

19 Et tametſi quandoq; nominare idem ſit, quod eligere, hoc vẽdicat ſibi locum in caſu, quo nominãs habet etiam facultatẽ eligendi, vt in terminis *d. l. obſeruare, vbi glo.* vt diximus, illud, quod *tex.* dicit nominationem, ipſa appellat electionem, & iure quidẽ, eò quòd nominatio illa procedit ab habente facultatem eligendi, quales ſunt Decuriones, ad quos ſpectat electio Officialium ad certa munera, de quibus in terminis illius *tex.* ex quo *tex.* vtiq; patet id clariſſimè. Primò, dùm ſubdit, vt ſtatim in notitiam eius, qui fuerit nominatus curent perferri per Officialem publicum. Et Secundò, dùm eidem concedit facultatem appellandi à dicta nominatione, atque facultatem eligendi cauſam ſuã apud Prẹſidem iure cõſueto, quod non vendicaret ſibi locum, ſi non ageretur de electione, ſed de nominatione, ex quo à nominatione non appellatur, ſed benè ab electione, ad *tex. in l. 1. §. ſolent*, vbi *Bart.* notat *C. quando appellandum ſit*, dicens, à decreto electionis appellari, à decreto verò nominationis non appellari.

20 Clariùs rursùs nominatio põt ſonare in actũ perfectum, & in actũ imperfectũ, at electio ſẽper ſonat in actum perfectũ. Sonabit in actum perfectum nominatio, qñ ſtatim nominatio ſortitur effectũ ſuũ, abſq; alterius electione, & approbatione, vt ĩ terminis nominationis, de qua in *d. l. obſeruare 2. in ordine C. de decurion. lib. 10* in qua, cũ nominatio in illius terminis ꝓcedat ab habẽtib⁹ facultatẽ eligẽdi, ſtatim facta nominatione dicitur act⁹ perfectus.

Ff Patet

Digitized by Google

Patet etiam exemplum in nominationibus, quæ fiunt Sindici, & Electorũ, aùt aliorum de Regimine Vniuerſitatum in Adunãtia generali (vt terminis *Bar.* vtar) vel per Deputatos ab ipſa Vniuerſitate, ſiuè Adunãtia generali: nã ſtatim ſecuta nominatione. dicitur actus perfectus, in tantùm quòd non eget cõfirmatione alterius. Et tametſi aliquandò vocetur iſta electio nominatio, nihil intereſt, cùm ex quo ſonat in actum perfectũ, ſtatim facta nominatione, dicetur effectualiter electio, non verò nominatio. Sonabit mòdò in actũ imperfectũ in terminis, in quibus nominatio facta non ſortitur ſtatim effectũ ſuum perfectũ à principio, ſed oporteret, nominatum eligi, aùt confirmari ab habente facultatem eligendi, & confirmandi. Et proindè iure merito in iſtis terminis non dicetur electio, ſed benè nominatio, vt infrà patebit.

21 Conſtituatur itaque in ſumma regula generalis, quòd ſẽper quòd ex ſola nominatione confertur Officiũ, Beneficiũ, aùt Dignitas, nominatio tunc ſonabit in electionem, & electionis nomen merebitur, tametſi appelletur nominatio, eò quòd per nominationem illam aſſequitur nominatus effectum ſuæ nominationis, vt in terminis *d.l. obſeruare.* Quandò verò ex ſola nominatione nõ recipit Officium, Beneficium, aùt Dignitatem, & ſic non recipit effectum nominationis, ſed oportet, vt confirmetur nominatio, in tãtùm vt ſit in arbitrio eligentis, velit, nec nè eligere, aùt approbare nominatum, ſaltim ex iuſta cauſa, aùt etiam approbare aliquem ex pluribus nominatis, tùnc nõ dicetur electio, ſed ſimplex nominatio. Et in iſtis terminis loquitur *tex. in l. exactores C. de ſuſceptor. præpoſ. lib.* 10. *ibiq; Ioan. de Plate.* qui hoc perbellè declarat. In iſtis quoq; terminis loquuntur omnia iura allegata per *D. Rou. in prag.* 2. *de adminiſtr. Vniuerſit. nu.* 23. quippè *l.* 2. *§. ſed & ſi ſucceſſores ff. ad municip. l. ordine. verſ. in eũ, & l. libertus §. fin. verſ. nominati ff. eo. l. fi. verſ. ſanè nominator C. de filiјs fam. & quemadm. pro iјs patres ten. lib.* 10. cum aliјs per *ipſum* cumulatis *ibid. n.* 23.

Exemplum patere poterit de hoc ſecundo diſtinctionis capite in Eccleſiaſticis, & in Sæcularibus, ſeù Prophanis. In Eccleſiaſticis in nominato per Patronũ, quem aliàs Præſentatum *Canoniſtæ*, & *Iuriſtæ* appellãt, qui dicetur nominatus tãtùm à Patrono habente ex iurepatro-

22 natus facultatem nominandi, & præſentandi, eò quòd ex ſola nominatione, & præſentatione facta per Patronum non recipit effectũ ſuum nominatio, aùt præſentatio illa, ſed debet eligi, hoc eſt inſtitui (ſic *Canoniſtę* terminum iſtum appellant) ab Ordinario, in cuius electione eſt reſpuere *Præſentatum*, ſi non cõcurrant in ipſo qualitates requiſitę ex pręſcripto Iuris Canonici, ac *Sacri Conc. Trident.*

Patet pariter exemplum in Prophanis circà nominationem Iudicis, quã habent aliqui Proceres in Regno in Terris Domanialibus, qualis eſt præcæteris nominatio Iudicis, ſeù Aſſeſſoris Ciuitatis Tarẽti, quæ aliàs ſpectabat ad Ill. Marchiochionẽ Burgentiæ, nùnc ad Ill. Marchio-

23 nẽ S. Marci de Cauotis de familia Cabaniglia, in quo poſt factam electionem, Titulus, & Commiſsio expeditur à D. Prorege in Collaterali Conſ. & ab ipſo etiam confertur Officium, exercetụrque illud nomine Regio, cùm non niſi nominatio pertineat ad dictũ Ill. Marchionem, quod Officiũ ſuperioribus annis, præcedente nominatione d. Ill. Marchionis S. Marci de Cauotis exercuit V.I. D. Ioan. Saccus meus Sororius, & Cõpatriota, ac Pater Franciſci Sacci mei ex Sorore Nepotis, iuuenis ſiquidem magnæ expectationis in legali Philoſophia, cui in floridiſſima Neapolit. Academia operã præſtat. De hac nominatione loquitur *D. de Põte de poteſt. Proreg. tit.* 1. *§.* 1. *nu.* 7.

Itẽ in nominatione Auditoris Portulani in Terra, ſeù Ciuitate Baroli, de qua meminit *Ioſeph. Mele in addit. ad Gizzarell. deciſ.* 34. *n.* 39. in quib⁹ caſibus nõ ſortitur effectũ ſuũ ex ſola nominatione, vt patet tã in cauſa præſẽtationis vigore iuriſpatronat⁹ Eccleſiaſtici, quã in caſu nominationis in Iudicẽ, vndè electio, ſiuè inſtitutio ſpectat, aùt ad Ordinariũ in terminis iuriſpatronat⁹, aùt ad D. Regẽ, ſiuè eius D. Proregẽ in Collat. Cõſ. in terminis pſatorũ Officiorũ Aſſeſſorat⁹, & Auditoratus, habentiũ annexã iuriſdictionem.

Aliud

Aliud poſſet afferri exemplum in Terris Baronalibus Regni, in quibus multæ Vniuerſitates habent tantummodò nominationem duorum, trium, aùt plurium pro aliquo Officio, & ex illis nominatis eligit poſtmodùm Baro vnum, aùt plures, vt in caſu relato per *D. de Franch. in deciſ.* 210. *ac per D.* Rouit. *ſuper prag.* 2. *de adminiſtr. Vniuerſit. nu.* 49. in quibus caſibus cùm non recipiat perfectionem nominatio ex ſola nominatione, nominatio illa non ſortietur effectum, nec ſonabit in electionem, ſed benè in ſimplicem nominationem.

Eſt benè verum, quòd electio, ſeù inſtitutio in præfatis caſibus poſt nominationẽ, ſiuè præſentationẽ reſpectiuè factam, ex neceſſitate fieri debet per Ordinarium in iurepatronatus, ac per D. Proregem in nominatione prefatorum Iudicis, aùt Auditoris reſpectiuè, dummodò tamen concurrant in illis quòad præſentatum Eccleſiaſticum requiſita de iure Canonico, ac *Sacr. Conc. Trid.* & quòad nominatum in Iudicem, aùt Auditorem requiſita per *Regias Prag. Conſtitutiones, & Capitula Regni*, quod eſt ſeruandum quoq; in caſu electionis alterius, vel plurium nominatorum per Vniuerſitatem, eligendorum poſtmodùm per Baronem in caſibus deſuper relatis.

In caſu autẽ, quo defuerint iſta requiſita, non deuoluetur facultas eligendi, & inſtituẽdi ſimpliciter abſq. nominatione, aùt ad Ordinarium, aùt ad D. Regẽ, ſiuè eius D. Proregẽ, ſed debet alius eligi in locum minùs idonei, in caſu, quo requireretur idoneitas ſciẽtifica, qualis eſt neceſſaria in præſentato ad beneficium habens annexam curam animarum, ac ad officium habens annexã dignitatem Doctoralem: nã debet approbari per Regiã Iunctam vigore nouellæ *Reg. prag.* & rurſùs in electis ad guberniũ Vniuerſitatis, ſi contrà nominatos obſtaret diſpoſitio *Regia Prag.*

24 Differt aũt nominatio iſthæc ab alia, quæ ſolet fieri per D. Proregẽ Regni circà vacationem officiorũ perpetuorũ Supremorũ Regiorũ Tribunaliũ Regni poſt mortem alicuius ex Regijs Conſiliarijs, Præſidentibus R. C. Sũmariæ, ac ſimiliũ: nã ſolet D. Prorex pro tẽpore nominare duos, aùt tres, qui iudicantur ab ipſo digni eo officio, quã nominationem trãſmittit poſtmodùm ad D. Regem, cui eſt proprium ſimpliciter, & abſolutè prouidere de illis. Et iſtæ dicuntur potiùs conſultationes, & informationes perſonarũ ad ea officia habilium, quàm verè nominationes, & præſẽtationes, cùm ſit in arbitrio D. Regis, velit, nec nè eligere aliquem ex illis nominatis, facit ad id *tex. in l. 1. §. ſolent, vbi Bar. ff. quãdo appelland. ſit*, deducit *D. Rou. ſuper d. prag.* 2. *de adminiſtr. vniuerſit. n.* 29. & ſic in dies practicatur: nã quãdoq; D. Rex eligit aliquem ex nominatis, aliquando verò prouidet, & cõfert officia alijs extrà nominationem.

25 Confert iſtud vltimum nominationis genus cum poſtulatione, eo quia vtraq; fit ex gratia, quando nominatio nõ aſſequitur effectũ ſuũ ex ſola nominatione. Differunt verò ad inuicem nominatio in hoc genere, & poſtulatio, quia quamuis poſtulatio fiat ex gratia, fit tñ de indigno: Nominatio verò iſthæc licèt fiat ex gratia, cadit tamen in ſubiecto de digno.

Vtilitas, quę modò ex præfatorum inueſtigatione reſultat eſt patens, eò quòd
26 in nominatione, quæ ſortitur effectum ſuum neceſſarium ex parte eligentis, aùt approbãtis, periculũ nominatorum ſpectabit ad taliter nominantes ex diſpoſitione *l. 2. C. de peric. nominat. lib.* 11. cum concordantibus, ea ratione, quam affert *D. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit.* 2. §. 1. *nu.* 8. quia ſ. nominatus iſte fuit approbatus, ſeù cõfirmatus ſub fide, & approbatione nominãtis, & proindè nõ mirum ſi nominatus teneatur, nõ ſic in nominato ſimpliciter per modum conſultationis, quia non fuit approbatus, aùt confirmatus, ſeù electus ſub fide, & approbatione nominantis, ſed extitit arbitrarium ipſius approbantis, aùt eligentis, voluerit, nec nè ipſum approbare, & eligere.

Deſeruiet rurſùs ad intellectum *Regię prag.* 2. *de adminiſtr. Vniuer.* ac quæſtio-
27 nis exindè excitatæ, reſolutæ, ac deciſæ per S.C. apud *D. de Franch. deciſ.* 210. an ſcilicèt ſubſtineatur iure cõſuetudo, ſiuè ſolitum in aliquibus locis vigens, vt Officiales Vniuerſitatis eligantur per



Digitized by Google

Prædeceſſores tantùm, non congregata Vniuerſitate, in qua refert, cenſuiſſe Sacrum Conſilium non fore ſeruandum, nec approbandum præfatum ſolitum, non obſtante, quòd dicta *Regia pragm.* dicat, ſeruandam fore electionem factam ſecundùm modum ſeruari conſuetum: nàm verba illa, *ſecundùm modum ſeruari conſuetum*, intellexerunt Domini de Sacro Conſilio de modo à iure approbato, & quòd proindè cùm modus iſte, vt ſcilicèt prædeceſſor nominet ſucceſſorem non reperiatur à iure approbatus, iure merito non ſubſtinebitur ſolitum iſtud, cum *Domino de* Franch. concordat *Auendan. de exequend. mand. Regum lib. 1. cap. 19. nu.* 23.

Aduersùs *D. de Franch.* inſurrexit *D. Rouitus ſuper d. pragmat. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. num.* 23. dicens, non eſſe verum aſſumptum ipſius, quòd ſcilicèt non reperiatur modus iſte approbatus de iure, eò quòd contrarium apertiſſimè apparet. Primò in *l. 2. §. ſed & ſi ſucceſſorem ff. ad municip.* Secundò in *l. ordine verſ. in eum & in l. libertus §. fin. verſ. nominati ff. eod.* Tertiò in *l. fin. verſ. ſanè nominator C. de filijsfam. & quando pro ijs patres teneant. lib.* 10. Rurſùs Quartò in *l. 2. iuncta glo. in verbo creationem cum alijs duabus legibus ſequ. C. quo quiſq; ord. conuen. ſit lib.* 11. & Quintò in *toto tit. C. de peric. nominat. eod. lib.* 11. vbi concludit, adeſſe optimam *gloſ. in l. 2. in verbo denomina-*
28 *uerit*, ex quibus iuribus apparet, prædeceſſorem nominare, & eligere ſucceſſorem, ac quòd proindè cùm modus iſte videatur expreſſim approbatus de iure, corruit ratio, & argumētum *D. de Frāch.* & conſequenter erit obſeruanda diſpoſitio *Regię prag.* cauentis, electionem debere fieri ſm̄ modum ſeruari cōſuetum.

Obiecta iſta poſita per *D. Rouitum* tacitè videtur reijcere *Auendanus*, dicens *loco citat.* præfata iura loqui de nominatione tantùm ſucceſſoris facta à ſuo Prædeceſſore, non verò de ipſa electione, & proindè eſſe maximam differen-
29 tiam inter nominantem, & eligentem. Et in hoc inſiſtit etiam *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 2. §. 1. num. 6. cum ſeqq.* aduersùs *D. Rouitum loco cit.* vbi ad demōſtrandum, quòd differentia maxima intercedat inter nominantem, & eligētem adducit *gloſ. in l. 2. C. de peric. nominat. lib. 11. ac Bald. in l. ſi ad ſcribatum C. de appellat.* vbi etiam *Salyc.*

Et ad aliud, ſuper quo inſiſtit idem *D. Rouitus*, quòd ſcilicèt nominator teneatur pro ſucceſſore ab eo nominato, dicit *D. de Ponte*, iura illa fore intelligenda, quando nominatus fuerit confirmatus à Conſilio, ſeù Vniuerſitate, ſub fide, & approbatione nominantis, quo caſu non mirum, quòd nominans teneretur pro illo.

Et tertio loco ad deciſionē *Bart. in l. vnum ex familia §. ſi de falcidia ff. de leg.* 2. ab ipſo *Reg. Rouito* allegatam, in qua decidit *Bart.* quòd ſi Adunantia generalis elexerit illum, quem priores nominauerunt, in tali caſu electus videtur ab Adunantia ſpecialiter nominatus, reſpondet *D. de Ponte*, totum contrarium ſeligi, & ſic quòd qui nominauit, non eligit, dùm non ſortitur effectum nominationis per ſolam nominationem, ſed opus eſt electione ad partes, & conſequenter
30 proindè, aliud eſſe nominare, aliud verò eligere. Vndè *pragmatic.* loquens de electione non recipiet intellectum à iuribus loquentibus in nominatione, & ob id, quod fundauerat *D. Rouitus* ex doctrina *Bart.* allegata, quòd ſcilicèt cùm videatur Vniuerſitas eligere, tametſi alius nominet, non propterea deberet teneri nomināſ ad aliquid, ſubdit *D. de Ponte*, nō concludere articulum, ſi ſcilicèt eligentes fuerint ſecuti fidem nominātis, & confiſi in approbatione illius, eligerent poſtmodùm nominatum ab eo, prout in caſu, quo alium nominet in officio, quod ex ſola nominatione confertur, in quo ſemper pro eo tenetur, ad *tex. in l. executores C. de ſuſceptor. lib.* 10. eò quòd ei datur officium vigore approbationis. Non ſecùs, ſubdit *D. de Ponte ibi ſub num.* 10. quandò aùt Conſilium, aùt Vniuerſitas nominatum ab alio eligit, confiſa in approbatione illius. Hæc *D. de Ponte loco citat.* aduersùs quæ occurrens ipſe idem *Dn̄s Rouitus* nititur confutare illa in *dict. pragmat. 2. de adminiſtr. Vniuerſit. num. 27. cum ſeqq.* com-

probans

Digitized by Google

probans pluribus medijs, nullam dari differentiam in hoc caſu inter nominare, & eligere, ac quòd proindè multoties idem ſit nominare, quod eligere, & è contrà.

31 Cæterùm, quicquid diuerſimodè adinuicem contendant *D. de Ponte*, ac *D. Rouitus*, veritas quæſtionis patebit ex ſuprà poſitis, quòd ſcilicet cùm *Regia Pragm.* loquatur per verbũ, *electio*, quod quidem verbum etiam in terminis eiuſdem *Regiæ Pragm.* denotat actus perfectionem ſimpliciter, ità vt non ſit opus poſt electionem factam per eum, qui poteſtatem eligendi habet expetere approbationem ab alio, quemadmodùm in ſimplici nominatione opus eſt, ſequitur diuerſos eſſe terminos iſtius quæſtionis à terminis poſitis per *D. Rouitum* aduerſùs *D. de Ponte* circà conuenientiam inter nominationem, & electionem, eò quòd nominatio, tametſi quandoque reſonet in electionem, quando actus recipit perfectionem ab ipſa electione, vt in terminis *d. l. obſeruare C. de decurion.* non tamen conuertitur è contrà, ità vt electio denotet, & accipiatur pro nominatione, quia aliàs implicaret, cùm electio ſemper, & vbique denotet perfectionẽ actus, nominatio verò poſſit vtrumque denotare, ſecundùm ſubiectam materiã, & proindè non erit vnum, & idem eligere, quod nominare, ratione differentiarum inuicem intercedentium, de quibus ſuprà. Si *Regia Pragm.* dixiſſet, ſeruãdam fore nominationem factam ſecundùm modum conſuetum, in tali caſu, quia verbum iſtud, *nominatio*, poſſet etiam denotare actus perfectionem ſecundùm ſubiectam materiam, ſicuti præciſè in caſu iſto, in quo per nominationem factam ab ijs, qui habent facultatem eligendi, diceretur vtique perfectus actus, & completa etiam electio, ità vt non videretur indigere alia, aùt electione, aùt approbatione facienda ab altero, & conſequenter cõueniret cum terminis, de quibus habetur in *l. obſeruare* 2. in ordine *C. de decurion. lib.* 10. & rectè conſiſteret argumentatio. At quia eligere numquàm ſonat in nominationem, nec alibi in toto iure reperitur, vt vſurpatum ſit verbum iſtud *eligere* pro nominare, ceſsãt omninò proindè obiecta propoſita per *D. Rouitum* aduerſùs *D. de Franch.* iuxtà quæ iure dixit *D. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit.* 2. §. 1. *nu.* 6. quòd lex, quæ loquitur de electione non recipit intellectum à iuribus loquentibus in nominatione.

Contrà præfata non obſtant modò iura per ipsũ *D. Rouitum* adducta, quippè *l.* 2. §. *ſed & ſi ſucceſſorem ff. ad municip. l. ordine verſ. in eum, & l. libertus* §. *fin. verſ. nominati ff. eod. l. fin. verſ. ſanè nominator C. de fil. famil. & quemadm. pro ijs patres teneant. lib.* 10. cum concordantibus per *ipſum* cumulatis, eò quòd loquuntur iura illa de nominatione tribuente ius, fauore tantùm nominati, verùm non perfectum, cùm indigeat confirmatione alterius, & termini ſunt diſpares, dùm loquuntur de nominatione, non verò de electione, de qua propriè loquitur *Regia Pragm.*

Accedat, quòd nominatores in terminis dictorum iurium habent facultatem nominandi tantùm ſucceſſorem, non verò eligendi: nàm electio ſpectat ad Decuriones. Et ad hoc conuincendum aduertendum puto, Magiſtratuum
32 electionem antiquitùs reſediſſe penès Decuriones, qui habebant facultatem iſtam eligendi eos. Benè verum, ordo, & ius erat, quòd prædeceſſor in Magiſtratibus nominabat ſucceſſorem, qui ſucceſſor nominatus à ſuo prædeceſſore, eligebatur poſtmodùm, hoc eſt, inſtituebatur, ſeù confirmabatur à toto corpore Decurionum. Sic hoc totum mihi probat *gloſ.* diſertis verbis in *l.* 2. *C. de peric. nominat. lib.* 11. *in verbo denominauerit*, vbi formaliter inquit, *ergò ad Magiſtratus pertinet nominare ſucceſſorem, ſecundùm P. ſic* 8. *q.* 1. *cap.* 1. §. 1. *&* §. *his omnibus, ſed non eligit, vt in Auth. de defenſor. Ciuit.* §. *fi. col.* 2. *ac cæteri Officiales per Decuriones, vel ab eis ad hoc electos, vt ſupra de decur. l.* 2. *& de ſuſceptor. l. exactores, & l. item* §. 1. *quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* Hæc *gloſ.* quæ, vt dixi, probat, quòd nominatio tantùm ſucceſſorum ſpectabat ad Magiſtratus, de quibus propriè loquuntur præfati *tex.* adducti per *D.*

*Rouit.*

Digitized by Google

*Rouit.* per quæ conuincitur, non poſſe illa duci in argumentum contrà *D. de Franch.* propter diſparitatem intercedẽtem, cùm iura illa loquantur de nominatione, quę non recipit perfectionẽ actus ex ſola nominatione, quia dato adhùc, quòd permitteretur in iſto caſu nominatio per Prædeceſſores, iuxtà terminos illius *tex.* non poſſet duci in argumentum, ex quo indigeret approbatione ab Adunantia generali, vel à Conſilio, vel à maiore parte ipſius.

Et hoc eſt in cauſa, vt in terminis dictorum iurium nominãntes ſubeant periculum nominatorum, eò quia non ſunt verè eligentes, in quibus ceſſat periculum iſtud propter authoritatem ſibi de iure impartitam, nec extenditur ad ipſos periculum vigore *totius tit. C. de peric. nominat. lib.* 11. cum concordantibus, quæ loquuntur de nominatoribus, non verò de electoribus, cùm quòad nominatos confirment tantummodò illos ſub fide, & approbatione nominantis, nàm aliàs totus Mundus implicaretur litibus, ſi ij, ad quos verè ſpectat electio, tenerentur de culpa electi, ex quo alio remedio ſuccurritur contrà ipſos.

33 Non obſtat quod tradit ſecundo loco *idem D. Rouitus ſub nu.* 33. quòd ſcilicet *tex. in l. executores* 8. *C. de ſuſcept. præpoſit. lib.* 10. non loquatur de ſimplici nominatione, quæ differt ab electione, ſed benè de illa nominatione, quę idem eſt, quod electio, ex *tex.* qui id declarat in *l. ſupercreandis C. de iure fiſci lib.* 10. in quo loquitur de eiſdem ſuſceptoribus, de quibus loquitur dicta *l. exactores*, citata à *gloſ.* 2. *in eadem l. exactores in verbo firmentur*, quæ dicit in ſpecie, quòd eligebantur præſentibus multis publicis perſonis, & fiebat periculo eligẽtis. Et ſubdit, hoc comprobare *Bartolum in l.* 3. *§. illud nu.* 3. *C. de canon. largit. titul. lib.* 10. per quam videntur deſtrui tradita per nos ſuprà, quibus dicebamus, nũquã verbum, *eligere*, ac *electionem* ſonare in nominare, & nominationem, & conſequenter dùm *tex.* appellat nominationem electionem, corruerent obiecta per *D. de Franch. & D. de Ponte*. Nàm pace tanti viri, ipſe *D. Rouitus* non percepit ſenſum, & verba *d. l. exactores*, in qua id tantùm proponitur, *Exactores* ſcilicet, *vel Suſceptores firmari debere in celeberrimo cœtu*, *Senatorum* ſcilicet exponit *gloſ. ibi*, *conſenſu Curiæ*, *& iudicio omnium ſub teſtificatione actorum, & Rectores Prouinciarum, nomina, eorum, qui ad publicum munus officij editi, atque obligati fuerint innoteſcant*. Subdit deindè, *& animaduertãt quicumque nominauerint, ad diſcrimen ſuum vniuerſa, quæ illi geſſerint redundare*.

Hactenùs *tex.* ille, ex quo elicitur. Primò, quòd iſti exactores, ſeù ſuſceptores firmari debent in celeberrimo cętu, *Senatorum*, *&c.* Elicitur ſecundò, quòd animaduertere debent qui nominauerint: nàm ad diſcrimen ſuum, vniuerſa, quæ illi geſſerint redundabũt. Ergò electio, quam firmationem appellat *tex.* apponitur ſuper nominatione, iam ab aliis facta, qui tenentur de nominatione, ergò non fuit facta nominatio à cœtu celeberrimo Senatorum, firmantium tantùm, ſed benè ab iſto cœtu firmatio ſola nominationis ab alijs facta.

Super quo obiter eſt aduertendum, ideò nominãntem aliquem in officio teneri, quia fideiratione conuenitur per *tex. in l. Imperator in fine ff. ad municip.* Ratio fiet, quia qui aliquem, aùt ſubſtituit, aùt nominat loco ſui, non minùs idoneum dare debet, vt diſponit *tex. in l. qui autem §. ſi quis conſtituerit*, ibi, *vel vt aliam perſonam non minùs idoneam præſtet ff. de conſtit. pecun.* quapropter dicetur quaſi legalis fideiuſſor, ſecundùm *Ioan. de Plate. in l. fin. in finalibus verbis C. quo quis ord. conuen.* per *tex.* illũ *lib.* 11. quem refert *Camillus de Medicès in conſil.* 31. *nu.* 2. vbi *num.* 3. ponit ordinem, & modum, quo quis conueniendus foret pro nominatione minùs idonei facta.

34 Et quòad *tex. in l. ſupercreandis C. de iure Fiſci lib.* 10. *Honor. & Theodor. Cæſares* ſcribentes Patricio Comiti Rerum priuatarum ſtatuunt, quòd *ſupercreandis ſuſceptoribus periculum Procuratorum rei Dominicæ diſpoſitio ſublimitatis ipſius Comitis rerum priuatarum firma ſit.* Ergò videtur idem ſtatuere, quod in *d. l. exactores*. Declarat hoc *gloſ. ibidem*,

dem, tametſi ab ipſo *D. Rouito* aliter explicata. Dicit enim *gloſ.* quòd iſti ſuſceptores ſuberant Comiti rerum priuatarum, ac quòd eligebantur ſuſceptores præſentibus multis publicis perſonis, vt in *tex.d.l.exactores*, quod verbum *eligebant*, non refertur ad Procuratores rei Dominicæ, qui nominabant, ſed ad ipſum Comitem rerum priuatarum eligẽtem nominatos ab ipſis Procuratoribus rei Dominicæ, quæ tamen electio fiebat per ipſum Comitem in cœtu celeberrimo Senatorum, vt latiùs explicatur in *d. l.exactores*. Vndè malè dixit ipſe *D. Rouitus* (pace eius dictum velim) dùm ait, quòd iſti ſuſceptores eligebantur præſentibus multis publicis perſonis, & fiebat electio periculo eligentis: nàm iſtud de periculo eligẽtis neutra lex affirmat, ſed benè vtraque loquitur de periculo nominantis. Et licèt *gloſ. in d. l. exactores in verbo firmentur* hæc verba proferat, videlicet. *Electio tamen ſit à Procuratore Cæſaris*, allegando *d. l. ſupercreandis C.de iure* Fiſci *lib.*10. quod repetit poſtmodùm etiam in *d. l. exactores in verbo rei Dominicæ*, malè dicit, cùm in vtriſq; legibus, præſertim in *d.l.exactores* dicatur expreſſis verbis, fieri illam periculo nominantis, ibi, *quicumque nominauerint ad diſcrimen ſuum*, &c. vnde attendendum eſt quod in *tex.* deciditur, & affirmatur, non verò quod dicitur in *gloſ.* quæ potuit intelligere verbum illud, *eligere*, pro nominare, ſed malè, cùm in terminis illius *l.* duo reperiantur, & qui nominat ſcilicet, & qui eligit, ſeù firmat.

Patet itaque, ex nullo ex relatis iuribus verè excipi, quòd verbum *electio* ſonet in nominationem. Et ſi quandoque aliter ab aliquo explicetur, in manifeſtum errorem incidiſſe, eò quòd contrà verba, & mentem præfatorum iurium loquitur, & conſequenter corruere argumentum *D. Rouiti*, aliter ſentientis, vt ſuprà deductum extitit, per quæ apparet diffinitus articulus in genere, an ſcilicèt electio ſonet in nominationem, & è contrà nominatio in electionem.

Vnum ſupereſt explicandum, quod ipſe *D.* Rouitus adducit *ibidem ſub n.* 33. *verſ. nunc addo*, & eſt doctrina *gloſ. & Bart. in eadem l. ſupercreandis*, vbi dicũt,
35 in electione Officialiũ fore ſeruandam conſuetudinẽ, addit *Bal. ibidem in princ.* nullam legem ità benè exprimere, vt conſuetudo concedat jus nominandi, & eligendi. Ergò tacitè (inquit *D. Rouitus*) apparet argumentũ contrà *D. de* Franch. negantem, reperiri iure cautum, quòd nominatio ſucceſſorum poſſit fieri per Prædeceſſores, etiam ſi conſuetudo intercederet. Super quo articulo, an ſcilicet iſtud ſolitum infirmet, nec nè doctrinam *D. de Franch.* ac deciſionem Sacri Conſilij per *ipſum* enunciatam in *d. deciſ.* 210. vt ſcilicet non obſtante dicto ſolito circà electionem ſucceſſorũ per Prędeceſſores faciendam, non teneat electio vigore ipſius ſoliti facta, ſed benè debeat fieri illa liberè per Ciues, tametſi pro *D. de Franch.* contrà ipſum *D. Rouitum* ſteterim ſuprà, circà alterius ſuprà relati articuli diffinitionem, ſi ſcilicet *electionis* verbum contineatur ſub nominatione, & è contrà, cogor tamen in hoc pro *D. Rouito* concludere contrà *D. de* Franch. *ac D. de Ponte in locis citatis*, & ſic validari electionem factam de ſucceſſore per Prædeceſſorem, accedente conſuetudine, ex traditis per *gloſ. Bar. & Bald. in d. l. ſupercreandis*, ex quibus, ac iuribus per *ipſum* allegatis clariſſimè patet, in electionibus generaliter conſuetudinem obſeruari contrà eligentes, & electi perſonam, ac etiam dictam conſuetudinem concedere ius nominandi, & eligendi, nec eſſe verum quod dicit *D. de* Franch. *d. deciſ.* 210. *ſub nu.* 6. dictam conſuetudinem eſſe contra ius.

Sed quia circumſcripto mero articulo iuris per dictam R*egiam Pragm.* 2. *de adminiſtr. Vniuerſit.* cauetur, quòd electio debeat fieri liberè per Ciues, ſi admitteretur, quòd Prædeceſſor nominare poſſit ſucceſſorem, ſequeretur quòd non fieret illa liberè per Ciues, iuxtà mentem, & expreſſa verba ipſius *Regiæ* P*ragm.* per quam videtur adempta omnis conſuetudo in contrarium, concludendum proindè omninò puto cum *D. de Franch*, contra ipſum *D. Rouitum*, vt ſcilicet non teneat electio taliter facta, vt ſcilicet Prædeceſſor nominet ſucceſſorem:

Digitized by Google

ſorem: nàm aliàs nihil operaretur intentio ſtatuentis, cuius expreſſa, nè dicam coniecturata mens apparet ex verbis ipſius, vt ſcilicet tollatur omnis prorsùs abuſus in contrarium. Et licèt in Regia *Pragm.* ſubdantur ea verba, *ſecundùm ordinem, & modum in Vniuerſitate ſeruari conſuetum*, intelliguntur tamen illa, vt rectè animaduertit ipſe *D. de Francb. ibidem in princ. antè num.* 1. de modo circà electionem, ſi ſcilicet conſueuerit fieri voce, vel per lapillos, ac an per totam Vniuerſitatem congregatam, an verò per Conſilium, non verò quòad electionem eſſentialem, vt ſcilicet poſſit fieri ex cõſuetudine per Prædeceſſorem nominantem ſucceſſorem: nàm aliàs non diceretur fieri per Ciues, dùm non fieret per ipſos in Adunantia generali, vel per Conſilium, & proindè non erit admittenda. Et hæc videntur de iure circà diffinitionem iſtius quæſtionis, & articuli, quę, ni fallor, ſunt inconuincibilia, & deſeruient pro diffinitione articuli in genere in illis locis, in quibus non ſubeſt diſpoſitio *d. Regiæ Pragmat.* vt ſcilicet fieri debeat liberè per Ciues.

Quò modò ad collationem, quàmuis materia ſit ſatis ampla apud profitentes ius Canonicum, attamen quia non cadit principaliter ſub ſubiecto noſtri tractatus, aliqua tantùm obiter dicemus, nè ſicco pede tranſeamus in hoc.

36 Quare aduertendum moneo, beneficiorum quædam eſſe, ac dici ſæcularia, quædam verò regularia, ſæcularia beneficia ſunt illa, quæ adminiſtrantur à Clericis ſæcularibus. Regularia verò, quæ à Regularibus, vt colligitur ex *tex. in cap. cùm de beneficio de præbend. & dign. in 6.* Quò fit, vt appellatione beneficiorum

37 veniant tàm beneficia ſæcularia, quàm Regularia, quemadmodùm & Canonicatus nomine veniunt Canonicatus Sęculares, & Regulares, ſecundùm *gloſ. in clem. 2. in verbo beneficijs verſ. tamen negari non poteſt de iudic. tradunt ibi Cardin. q. 5. nu. 13. Imola ſub num. 3. & Abb. ſub nu. 4. item* Felin. *in c. poſtulaſti nu. 4. in fine de reſcript. Rebuff. in praxi benefic. tit. quid ſit, & quot modis cap. benefic. nu.* 10. *Rota Roma. deciſ.* 739. *num.* 1. *par.* 1. *in nouiſſ. ac deciſ.* 189. *num.* 1. *p.* 2. *ſimiliter in nouiſſ.*

38 De iure communi in dubio omnia beneficia dijudicantur ſæcularia *Rebuff. d. prax. benefic. rubr. quotuplex ſit beneficium num.* 7. *Maſcard. de probat. concluſ.* 172. *nu.* 1. *Cephal. in conſ.* 358. *nu.* 47. *cum ſeqq. lib.* 3. *Macerat. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 20. *nu.* 4. alios recenſet *Maſcardus loco cit.* Rationem affert idem *Maſcard. ibi*, quia cùm Diuus Petrus fuiſſet ſæcularis, præſumitur taliter beneficia fuiſſe fundata.

39 Conferri debent ſæcularia beneficia Sęcularibus Clericis, Regularia verò Regularibus, vt in *clem.* 1. *de ſuppl. neglig. Prælat. c. cùm ſingula de præbend. in* 6. *clement.* 1. *de elect.* cenſuit *Rota Rom. deciſ.* 772. *par.* 1. *in nouiſſ.* prout de Regularibus cauetur etiam in *Sacro Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *ac ſeſſ.* 25. *c.* 21. *de regular.* & de ſæcularibus à contrario ſenſu in eodem *Sacr. Conc. d. cap.* 21. cuius verba, potiùs conſultiua eſſe, quàm præceptiua cenſuit Cõgregatio eiuſdem *Sacr. Conc.* de qua meminit *Pariſ. de reſign. quæſt.* 5. *lib.* 4. & poſt eum *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 1. *c.* 123. *nu.* 12.

40 Sunt beneficia Regularia conferenda expreſsè Profeſſis, non verò Nouitiis, prout diſertis verbis cauetur in eod. *Sacr. Conc. Trid. d. c.* 21. adnotauit *Nicol. Garz. de benefic. p.* 3. *c.* 10. *nu.* 4.

41 Amplia, vt nec etiam Profeſſis alterius Religionis, niſi authoritate Apoſtolica, vel conſuetudine id ſit introductum, vt ſcilicet ex certo alio gręmio eligendo aſſumantur *Rodriquez regular. q.* 52. *art.* 8. Adeſt tamẽ ſuper hoc Declaratio Congregationis *Sacri Conc.* die 12. Decembris 1585. quæ cenſuit, poſſe etiam Ordinarios collatores, portiones Monachales, & Canonicales prouideri conſuetas conferre, nedùm eiuſdem Ordinis Profeſſis, ſed etiam ſæcularibus, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionẽ emittere omninò teneantur. Abbatias tamen, & beneficia adminiſtrationem habentia, non niſi Profeſſis, iuxtà Canones per Ordinarios inferiores conferri poſſe.

42 Poterunt tamẽ in defectum talia beneficia

Digitized by Google

neficia Regularia conferri etiam Clericis ſæcularibus, ità *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 8. *nu.* 43. *ac Garz. de benefic. d. p.* 7. *c.* 10. *nu.* 16. Regulariter verò beneficia Regularia Epiſcopi conferre non poſſunt, eò quia Regularia à Regularibus, & Sæcularia à Sęcularibus ſunt cōferenda *c. cùm cauſam de elect.* cum conſentientibus cumulatis per *Ioan. Franc. Leo. in Theſſori Eccleſ. c.* 18. *nu.* 19.

Quòd tādèm ſęcularia beneficia Sęcularibus tantùm Clericis, nō verò Regularibus ſint conferenda, patet ex eod. *Sac. Conc. Trid. d. ſeſſ.* 25. *c.* 21. *de regular.* à contrario ſenſu, vt ſuprà dictum eſt.

43 Oritur ex præfatis, quòd ſi beneficia Regularia fuerint impetrata à Sęcularibus, & è cōtrà Sęcularia à Regularibus, nō facta mentione de Regularitate, aùt de Sæcularitate, gratia erit nulla *Felin. in c. in noſtra nu.* 41. *de reſcript. Selua de benef. p.* 3. *q.* 11. *num.* 122. *Caſſador. dec.* 4. *à nu.* 1. *de præbend.* adde *D. Ricc.* qui pręfatos recenſet *deciſ.* 159. *in princ. par.* 1.

44 Suprà autem poſita non intelligas indefinitè, cùm etiam ad Parochiales, ſeù Curatas, ſeù Sæculares ꝓmoueri poſſe Monachos profitetur *Caputaq. deciſ.* 85. *p.* 1. Contrarium tamen cenſuit *Rota deciſ.* 5. *de iurepatron. & deciſ.* 28. *de præb. in nouis*, adde *Bellamer. dec.* 715. *&* 750.

45 Intelligas rursùs, niſi diſpenſatio Pōtificia acceſſerit, qua accedēte Monachi nedū beneficia, verùm etiā penſiones retinere poterūt, ſecūdū *Verall. dec.* 223.

46 Intelligas tertiò, vt nō procedat quòad beneficia ad nutum Superioris amouibilia, quæ conferri poſſunt etiā Fratribus Regularibus, per iura, quæ recenſet *Rota dec.* 772. *n.* 1. *p.* 1. *in nouiſſ.* vbi pariter fallētias ad hoc adducit ſub *n.* 6. *et* 8.

47 Intelligas quartò, vt non procedat quòad Canonicos Regulares, qui abſq; diſpenſatione aliqua poterunt obtinere Parochiales Eccleſias, cū licentia tamen ſui Superioris, ad *tex. in c. quod Dei timorem, ibiq; Abb. de ſtatu monac.* facit *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 11. cēſuit *Bellamera deciſ.* 172. voluit etiā *Gratian. diſcept. forenſ. d. c.* 123. *nu.* 23. *&* 24. Super quo aduertas, quòd dixi, de Parochiali Eccleſia, ad differentiam beneficiorū ſimplicium, quæ retinere non poterunt abſque diſpenſatione Apoſtolica, quemadmodùm ſuper hoc adeſſe deciſ. *Rota Rom.* ac declarationem Congregationis Sacr. Conc. teſtatur *D. Riccius collect.* 763. adde *Doctores* relatos per *Macerat. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 20. *n.* 12. vbi loquitur de quocumq; Regulari, cuiuſcumque Regulæ, ſiuè Inſtituti. Nouiſſimè verò tradit ipſe *D. Riccius d. deciſ.* 159. *per totam*, quòad Canonicos Regulares eſſe neceſſariā omninò diſpenſationem Apoſtolicam, ad finem obtinendi beneficia curata, ex declaratione Cōgregationis Sacri Conc. quam inibi ad literam refert, ac quòd ita ſeruatur in Praxi, vt per *eum*.

48 Ex mutatione nihilominùs qualitatis beneficiorū, vt quia beneficia Regularia fuerint effecta Sęcularia, & è contrà Sęcularia Regularia, poterūt ea cōferri diuerſis, vtputà regularia Sæcularibus, & ſęcularia Regularibus, & ità conſentiunt *Doctores* cōmuniter. Diſſentiunt tamen quòad hæc duo beneficiorū genera circà tēpus inducendi præſcriptionem *Doctores* inter ſe. Vnde licèt aliqui diffinierint, ſufficere tēpus decem annorū, pro-

49 cliuiores tamen extitere, vt requiratur poſſeſſio quatraginta annorū cum bona fide, vt poſt *gloſ. in c. cùm de beneficio* per illū *tex. de præb. & dign. in* 6. voluerūt *Felin. in c. in noſtra n.* 43. *de reſcript. Nauar. de præb. lib.* 3. *conſ.* 4. *nu.* 3. *Rota Roma. deciſ.* 22. *de probat. in antiquis, & deciſ.* 2. *de præbend. in nouis, ac deciſ.* 208. *n.* 1. *p.* 1. *in nouiſſ.* itemq; *deci.* 552. *p.* 3. *lib.* 3. *ſimiliter in nouiſſ.* adde *Maſcard. Achill. de Graſſ. & Cephal.* relatos per *Macerat. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 20. *num.* 5. alias eiuſdem *Rotæ Romanæ* deciſiones recenſet *D. Ricc. d. collectan.* 763.

50 Ex quibus verò pręſumatur beneficium Regulare, vide *Rotam Rom. deciſ.* 587. *par.* 4. *in nouiſſ.*

51 Beneficiorum rursùs quędā ſunt collatiua, quædam verò electiua. Collatiuū beneficiū eſt illud, quod colla[tione], aùt alio, quàm electionis modo [confer]tur. Electiuum verò eſt illud, quod per electionem prouidetur. Et licèt ſit differentia inter *Doctores*, quādo beneficiū dicatur regulariter electiuū, & ſi bene-

Gg ficium

ficium regulariter electiuum, etiam certo caſu collatiuum, dicatur collatiuum, an verò electiuum: attamen beneficium electiuum dicitur propriè illud, in quo proceditur ad electionem ſeruata forma *cap.quia propter de elect.* adnotauit Frãc. *Marcus deciſ.*1362.*nu.*3.*ac deciſ.*1363. *p.*1.itemque *deciſ.*90.*par.*2.addit *D.Riccius collectan.*1697. ex deciſ. *Rotæ* inibi mentionatæ, fore præfata intelligenda, vt ſcilicet beneficiũ dicatur electiuum, quando beneficium prouidetur per electionẽ, quæ eget cõfirmatione Superioris, vt videtur de mente *gloſ in clem.quia contingit* §.*ne autẽ verb.electionẽ de relig. domib.* aliàs ſi nõ indigeret cõfirmatione Superioris, non diceretur electiuum.

52 Beneficiorum aliam ponit diſtinctionem *Marta in tract. de iuriſdict.p.*2.*caſu* 39.dicens, alia eſſe de iure Diuino, alia verò de iure Poſitiuo. Inter beneficia de iure diuino collocat. Primo loco Papatum, ad *tex.in cap.*1.*in ver.per depoſitionem officij, & beneficij noſtri de maled.* Secundo loco Cardinalatum, ad *tex. in c.per venerabilem* §.*rationibus qui fil.ſint legit.* quos æquiparat *Andraas Barbatia in tract. de præſtant. Cardin.q.*1. Sacerdotibus Leuitici generis, de quibus habetur *Deutoronom.cap.*17.ibi, *Recurre ad Sacerdotes Leuitici generis*, quos quidem Leuitici generis Sacerdotes, vt apparet in *d.*§.*rationibus*, appellat Papa fratres noſtros, dicens, *ſunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt.* Et tertio loco Epiſcopatum, tamquàm dignitatem, quæ vigebat etiam ante aduentum Chriſti in Mundum, & loquitur de illo *Dauid Pſalm.*118. dicens, *Fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter.* Cætera verò beneficia quæcumque, his tribus circũmſcriptis ſunt de iure poſitiuo, vt tradit *Abb. in cap.conſtitutus de relig.domib.& in diſput.ſua* incip.*Epiſcopus col.*2.*verſ.ad propoſitum*, per *tex.in cap.*1. *&* 2.*diſtinct.*22.

53 Quicquid tamen ſit de hac differentia, beneficia omnia dicũtur Spiritualia, vt dicit *gloſ. in ſumma* 1.*q.*1. vbi aſſerit, quòd ſpiritualia sũt omnia iura Eccleſiaſtica, vt adminiſtrationes, & præbendæ.

Ad collatiua modo beneficia deueniendo: nàm de electiuis dicemus etiam mox infrà hoc eodem cap. eſt aduertendum, in collationibus beneficiorum, an-
54 te omnia conſtare debere de vacantia beneficij, ad hoc vt conferri ea poſſint, aliàs collatio facta, non conſtito de vacantia eſſet nulla *Rota Roma. deciſ.*750. *nu.*2.*p.*4.*in nouiſſ.*

55 In collatione autem ipſorum primum locum obtinet Papa, qui ex ſua poteſtatis plenitudine liberam, & plenam beneficiorum diſpenſationem habet, ad *tex.in clem.*1.*vt lite pend.* Vnde conclu-
56 dunt *Doctores*, ab ipſo Papa, tamquàm fonte procedere, fluere, ac refluere omnem conferendi poteſtatem, & iuriſdictionem, ac ab ipſo cunctos Prælatos de Mundo habere poteſtatem, ipſum verò
57 Papam à ſolo Deo. Quò fit, vt poſſit etiã tollere ius alteri quæſitum, & ſic priuare Clericum ſuo beneficio, etiam abſque cauſa *Mobed.deciſ.*4. *de reſtit.ſpoliat. ac Puteus deciſ.*116.*lib.*3.

58 Item poterit diſponere, & prouidere de omnibus beneficiis, ità vt in illorum prouiſione concurrat cum quolibet Ordinario, ceù Ordinario Ordinariorũ, ac totius Orbis, eò quòd totus Mundus eſt ſibi territorium *c.cuncta per Mundum.c. per principalem* 9.*q.*3.notat *Abbas in cap. fin.nu.*45.*de foro compet. Rota deciſ.*1. *&* 17.*de præbend.in nouis, ac Creſcent. deciſ.* 11.*de dilat. & deciſ.*8. *de priuileg. Puteus dec.*47.*n.*7.*&* 8.*lib.*3. Et hoc adeò verũ, vt ſi Papa ante collationẽ factã per Ordinariũ, alteri conferret, & ad hoc miſiſſet Executorẽ, non tenebit ſi Ordinarius, ac iuſtus Collator alteri cõtuliſſet *Abb.in c. propoſuit nu.*1.*&* 2.*ac* 17.*de conceſſ præb.*

59 Habet inſuper ipſe Papa præuentionẽ cum Ordinario, ità vt Ordinarii in mẽſibus ordinarijs habeant facultatem cumulatiuam cum ipſo Papa, in tantùm quòd ſi Papa præueniendo conferret, collatio vtiq; eò quòd adhuc in mẽſibus Ordinariorũ ipſe Papa nõ abdicauit à ſe poteſtatem ſuam cõferendi totaliter, tenebit, vt tradit *Maynard. dec. Tholoſ.*22. *lib.*1.adſunt conſimiles deciſiones *Rotæ Romanæ* in caſibus relatis per *D.Ricc.* col-

Digitized by Google

*collectan.* 1594. contrà quas non obſtare *Regulam* 8. *Cancellariæ* fuit pluries deciſum per eandē *Rotā Romanā*, vt eſt videre apùd ipſummet *D. Ricc. collect.* 1565.

An autem in præſenti caſu ſit neceſſaria clauſula derogatoria alternatiuæ, ſi impetraret quis beneficium à Papa, quod vacaret in menſe Epiſcopi, declarat idem *D. Ricc. in collectan.* 1595.

60 Amplia hoc priuilegiū etiā in Legato à latere, qui ſimiliter cōcurrit cū Ordinario in collatione beneficiorū, vt tradit ipſe idē *D. Ricc. Collect.* 1566. vbi ponit etiā de Nuntio Apoſtolico, ac inſuper, quorū beneficiorū collatio ſpectet ad ipſum Nuntiū, & nos infrà dicemus.

Secundo loco, circùmſcripto D. Papa, qui (vt ſuprà dictum extitit) dicitur Ordinarius Ordinariorū, Beneficiorum

61 collatio pertinet ad Epiſcopum, vti Ordinarium, qui de iure communi non tā tùm habet iuriſdictionem contentioſam in eius Dięceſi, vt in *c. conquærente*, vbi *gloſ. in verbo iuriſdictionem extrà de offic. Iudicis ordin.* verùm habet pariter voluntariam, quæ præcæteris conſiſtit in collatione beneficiorū, cuius quidē volūtariæ iuriſdictionis effectus eſt, vt poſſit cōferre etiam extrà territoriū, ad *tex. in l. 2. ff. de offic. proconſul.* tradit *Gemin. in c. vlt. in fine de offic. ordinarij in 6.*

Amplia hoc, vt non tantùm procedat quòad Epiſcopum, vt in *c. poſt electionem* 7. *de cōceſſ. præb.* notat *Selua de benef. q.* 40.

62 *& q.* 63. *p.* 3. verùm etiam ad Vicarium habentem ſpeciale mandatum ad conferenda beneficia, qui vigore dictæ ſpecialitatis mandati poterit conferre extrà ſuam Diœceſim *Biſignett. deciſ.* 5. *de offic. Vicar.* per *gloſ. in cap. ſtatutum* 4. *in verbo in remotis de præbend. in* 6. *Boer. deciſ.* 30. *num.* 6. *verſ. ſed contrarium, Pauin. de poteſt. Cap. ſede vac. p.* 2. *q.* 1. *n.* 7. *verſ. & adde ad præmiſſa.*

63 Limita, hoc non procedere in Curia præſente Papa, quam limitationem de ſtylo procedere, non verò de iure tradunt *Gomeſ. de non iudic. ſecund. formam ſupplicationis q.* 3. *Aeneas de Falconibus de reſeru. q.* 4. *princip. q.* 10. *Paul. in pract. Cancellar. q.* 82. *Pauin. de poteſt. Cap. ſede vac. q.* 1. *p.* 2. *col.* 3. *verſ. quinimò.* Contrarium tamen defendi poſſe, vt ſcilicet nō prohibeatur Ordinario collatio beneficiorum in Curia Romana, tàm præſente Papa, quàm abſente, poſt *Mādoſ. reg.* 27. *q.* 2. *in fine* teſtatur ſe vidiſſe plures collationes factas in Vrbe Roma, ac illas fuiſſe pro validis reputatas, ac ita pariter per *Rotam* deciſum tradit *Gratian. diſcept. forenſ. c.* 127. *nu.* 5.

64 Habent itaque Epiſcopi eorum intentionem fundatam de iure, vt ad eos collatio ſpectet, ac inſtitutio omnium beneficiorum, ad *tex. in c. nullus omninò* 16. *q.* 7. *Abb. in conſil.* 106. *num.* 3. *lib.* 2. Et eſt adeò ampla hæc facultas, vt ſit de iure communi indefinita, non circumſcripta ad aliquod tempus: nàm cōferre poterunt, quocumq; tempore vacent, ità *gloſ. in c. quamquàm in verbo deuoluetur verſ. vt igitur, & verſ. ſecùs de elect. in* 6.

65 Cæterùm, quòad hoc vigore *Conſtit. Ad regimen, & Conſtit. Execrabilis*, aliaque iura nouiſſima fuit reſtricta hæc generalis poteſtas Epiſcopi, vt nō niſi in quatuor mēſibus vacātia beneficia poſſint Ordinarij cōferre, quippè menſibus Martij, Iunij, Septembris, & Decēbris.

66 Eſt benè verum, quòd vigore *Regulæ Cancellariæ* 8. per *Clementem Octauum* fęlicis recordationis fuit indultum, vt Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quamdiù apud Eccleſias, aùt Dięceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſiderint dùmtaxat, de omnibus, & quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis cū cura, & ſine cura, ſæcularibus, & regularibus, ad liberam ipſorum dùmtaxat, (non autem aliorum, cùm eius diſpoſitionem, ſeù pręſentationem, vel electionem nec etiam cum conſilio, vel conſenſu, ſeù interuentu Capitulorum, vel aliorum, aùt aliàs) pertinentibus, quæ in menſibus Februarii, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris extrà Curiam ipſam vacare contingerit, dùmmodò aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta non fuerint, liberè diſponendi facultatē habeant. Decernitq; inſuper, quòd illi, qui gratiā alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiuſmodi per patentes literas, manu propria ſubſignatas, ſuoq; ſigillo



Digitized by Google

munitas, & in ſua quiſque Ciuitate, vel Diœceſi datas declarare, & literas ipſas Romã ad Datariũ Sanctitatis ſuæ tranſmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demùm, & non antea vti incipiant gratia ſupradicta.

67 Super quo eſt aduertendum, dictam alternatiuam poſt acceptationem effectum ſuum ſortiri, ſolo tempore, quo reſidet in Eccleſia ſua, aùt in Diœceſi, nõ verò ſi extrà, etiam ſi abeſſet ex cauſa neceſſaria ſuæ Eccleſiæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ità aduertit *Ioan. Franc. Leo in Theſ. fori Eccleſ. cap.* 18. *nu.* 14. Nec ſufficiet, ſi per aliquod tempus reſideret, vt puta per menſem, vel ſimile tempus, vt cenſuit *Rota Roma. deciſ.* 613. *part.* 4. *in nouiſſ.*

68 Limitat hoc idem *Leo loco cit.* in caſu, quo Epiſcopus ſanitatis recuperandæ, aùt amicorum, vel conſanguineorum inuiſendi cauſa, aùt prò ſuę Eccleſiæ, vel Cleri negotijs per aliquot dies, puta quindecim, vel viginti contingerit abeſſe, ſi rediẽns ad ſuam reſidentiam beneficia vacata in eius abſentia vacantia reperetit: nàm non obſtante dicta abſentia, poterit illa in mẽſe eidem Ordinario per alternatiuam conceſſo conferre, dùm abfuit, nõ animo transferendi domicilium, ſed breui tempore reuerſurus, & (quod plus) dimiſit familiam in Palatio Epiſcopali.

An autem poſt trãſmiſſionem factam literarum patentium circà acceptationẽ alternatiuæ poſſit Epiſcopus acceptans pęnitere, ac dicere, quòd non vult illam acceptare, antequàm D. Datarius dictas literas recipiat, vide *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 191. *nu.* 24. vbi etiam *nu.* 25. ponit aliqua circa concernentia practicam de hoc in Dataria Apoſtolica.

69 Et facultas iſthæc conferendi vigore alternatiuæ poterit ab Epiſcopo impartiri eius Vicario: Quinimò per facultatem eidem impartitã conferendi beneficia quæcumque, videtur quoque translata poteſtas etiam conferendi beneficia reſeruata, vigore alternatiuæ *Puteus deciſ.* 488. *lib.* 2. ad● *Germon. ac Gõzalez* relatos per *Gratian. diſcept. forenſ. c.* 127. *num.* 19. Et in tali caſu collatio facta per Vicarium habentem dictam facultatem, etiam poſt obitum Epiſcopi tenebit, ſi antè ſcientiam obitus contuliſſet, ac etiã ſi potuiſſet ſcire obitum Epiſcopi, dummodò conſtet, non ſciuiſſe: Quinimò etiam ſi fuiſſet Vicarius reuocatus ab Epiſcopo, verùm ignoraret reuocationem, per cotas, & *Doctores*, quos allegat *Gratian. d. c.* 127. *nu.* 22. *cum ſeqq.*

70 Hoc autem, quod diximus, collationem beneficiorum ſpectare de iure cõmuni ad Epiſcopum, intelligas in Eccleſia nõ Patronata, vel Collegiata: Nàm ſi beneficia eſſent in Eccleſia Cathedrali, ſpectabit vtique collatio ad Epiſcopum, & ad Capitulum, eſt *tex.* de hoc *in c.* 1. *ne ſede vacante in* 6. in quo formaliter habetur, quòd collatio præbendarum Eccleſiæ Cathedralis non eſt liberæ collationis Epiſcopi, ſed ſimultanea potiùs, ità vt Epiſcopus, & Capitulum inſimul conferre debeant, non verò vnus ſine alio, ad cuius ornatum adeundus eſt *D. Riccius collectan.* 1388. vbi plures *Rotæ Romanæ* deciſiones cumulat.

71 Amplia hoc etiam in Eccleſia inferiori Collegiata: Nàm collatio ſpectabit ad Prælatum, & ad Capitulum, ità *Abb. in c. admonet nu.* 2. *de renunciat. & in c. cùm olim nu.* 2. *de cauſa poſſ. & propriet. item in cap.* 2. *nu.* 9. *de his, quæ fiunt à Prælat.* vbi quærit etiam, quòd ſi fuerit facta ab Epiſcopo abſente Capitulo, an ſcilicet teneat collatio, ſi non contráuenerit Capitulum intrà certum tempus, vt per ipſum, adde *Ant. in c. fi. n.* 1. *de ſuppl. negl. Præl.* vbi ſcribit, quod ſi facultas conferendi reperiatur pęnès alterum ipſorum tantùm, videlicet aùt pęnès Epiſcopum ſolum, aùt pœnès ſolum Capitulum, hoc eſſe de conſuetudine, non de iure.

Aduertas inſuper, quòd tametſi Epiſcopus ſit Ordinarius in cõferendis beneficiis in dictis menſibus ſibi conceſſis, non tamen poterit omnia, quę reſpiciunt beneficiorum collationem.

72 Vndè non poterit. Primò conferre beneficia exempta, cùm talis collatio, data negligentia pertineat ad Papam *Abb. in cap. graue nu.* 6. *&* 7. *de offic. ordin.*

73 Secundò, quamuis habeat facultatem con-

Digitized by Google

conferendi beneficia, non pteſt tamen concedere alteri poteſtatem conferendi primum beneficium, quod vacabit, niſi in caſu, quo illud verè vacet *Abb. in c. conſtituti num. 1. & 5. de conceſſ. præbend.* quod extendendum puto ad quemcumque habentem facultatem beneficia cõferendi, cùm ſit illud priuilegium ſoli Papæ competens, vt poſſit conferre beneficium viuentis, non verò inferioris à Papa *Abb. in c. 1. num. 2. de conceſſ. præb. &c in c. inter cætera num. 4. de præbend.* Benè verum poterit illud conferre alicui Collegio; tametſi non certæ perſonæ, ſecundùm eundem *Abb. in cap. cùm veniſſent nu. 10. de reſtitut. ſpoliat.*

74 Tertiò Epiſcopi habent facultatem reſtrictam cõferendi beneficia intrà ſex mẽſes tantùm à die obitus Beneficiati, & propterea ſi conferrent elapſo ſemeſtri, eſſet nulla collatio, niſi cum ea miſericorditer agatur, vt dicit *Anton. in c. literas num. 1. de ſuppl. neglig. Prælat.* Quod ſemeſtre tempus habet quiſquam, qui de iure conferre poteſt *Abb. in cap. cùm noſtris nu. 2. de conceſſ. præbend.* adeſt inſuper de hoc *Conſtit. Pij Quinti* fęlicis recordationis 32. §. *inſuper*, de qua meminit *Ioan. Franc. Leo in Theſ. fori Eccleſ. c. 18. nu. 58.* quæ *Conſtitutio in d. §. inſuper* cauit etiam, quòd quòad beneficia iurata vacantia in menſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicę, teneantur Ordinarij intrà ſpatium quatuor menſium à die illorum vacationis atteſtationem examinis cum ſignificatione perſonæ magis idoneæ electæ ad Datariam Papæ, ſeù eiuſdẽ Officiales, quibus incumbit onus acceptationis illius tranſmittere: aliàs elapſo dicto termino quatuor menſium, collatio, & prouiſio ſit reſeruata Sedi Apoſtolicæ, abſque eorum concurſu.

75 Et tempus iſtud ſemeſtre currit à die ſcientiæ vacationis *Abb. in c. quia diuerſitatem num. 1. 7. & 8. & cap. ex parte nu. 13. de cõceſſ. præbend.* Quinimò fore Epiſcopum puniendum, ſi ipſe faceret collationem vltrà dictum ſemeſtre tempus, tradit *idem Abb. in c. venerabilis nu. 5. de religioſ. domib.*

Fallit hoc tamen quòad habẽtem inſtituere Præſentatum, vel confirmare electum, idem *Abb. in c. extirpandæ in repetit. §. ſi verò nu. 23. de præbend.*

76 Et in tali caſu, data negligentia Epiſcopi in non conferendo infrà ſemeſtre tempus defertur ius conferendi ad ſuperiorem, & ſic ad Papam *Abb. in c. cùm noſtris num. 2. de conceſſ. præb.* vbi etiam tradit, ex negligentia non conferentis deferri facultatem de Superiore in Superiorem: quapropter data negligentia, poteſt immediatè fieri collatio ab illo, ad quem fit deuolutio *Abb. in c. vnico nu. 9. vt Eccleſ. benef. ſinè dim. confer.* Fallit tamen, quando ipſe ſuperior procuraſſet, ſiuè cauſaſſet iſtam negligentiam *Abb. in cap. poſtulaſti num. 10. de conceſſ. præbend.*

Amplies, vt procedat nedùm quando Epiſcopus, aùt Prælatus fuiſſet negligens in non conferendo infrà dictum ſemeſtre tempus, verùm etiam in caſu, quo non poſſet conferre, eò quia ſuſpenſus, aùt aliàs irretitus: quoniam tũc poſſet Capitulum conferre *Abb. in cap. quia diuerſitatem num. 4. de conceſſ. præbend.*

Et in iſto caſu, quemadmodùm in aliis deuolutionis poteſtatis conferendi ad Sedem Apoſtolicam poterit Cardinalis legatus in loco, vbi beneficia vacant ea conferre, exceptis tantùm beneficijs, quæ vacant in Curia, quæ ſolus Papa conferre poteſt *Abbas in c. venerabilis nu. 2. de præbend.*

Fallit, quando tempore conferendi ſit poſſeſſio apud alterum *c. cùm noſtris de conceſſ. præb.* quo caſu non currit ei tempus præfatum conferendi *Gratian. diſcept. forenſ. c. 223. nu. 8.*

77 Quartò, tametſi potuiſſent retroactis temporibus beneficia reſignari in manibus Collatoris, vt in *c. admonet de renunc.* tradit *gloſ. in clem. vnica in verbo manibus eod. tit. ac in cap. de regularibus in verbo dimittunt de ſimon.* non permittitur tamen reſignatio ad fauorem certæ perſonæ, quia eſſet ſimonia, ſecundùm *gloſ. & Abb. in c. ex parte nu. 4. de offic. deleg. & in cap. cùm vniuerſum nu. 5. de rer. permut.* Obtinuit tamen in hoc ſtylus Romanæ Curiæ, vt in tali caſu poſſit fieri reſignatio in manibus Papę, iuxtà tamen decla-

Digitized by Google

declarationem, & permiſſionem *Gregorij Papæ XIII.* qui permiſit, vt vnà cum renunciatione vnius præſentetur petitio alterius, cui renuncians vellet conferri, vt inquit *Nauarr. in manuali Confeſſar. cap.23. ſub nu.107.*

Eſt verum, quòd *Pius Quintus* ſuſpendidit facultates, & authoritates conferendi beneficia, per reſignationem, ſeù permutationẽ vacantia in manibus quorumcumque Ordinariorum, vigore *Conſtit.* incip. *Officium creditæ*, ſub datum Romæ die 18. Auguſti 1567. qui tamen relaxauit poſtmodùm dictam prohibitionem de non admittendis reſignationibus per Ordinarios, & conceſſit, poſſe per illos recipi, & admitti in aliquibus caſibus, de quibus in *Conſtit.* eiuſdem incip. *Quanta Eccleſia Dei incommoda*, quæ *Conſtitutio* recenſetur per *Ioann. Franc. Leo. in theſ. for. Eccleſ. cap.* 18. *num.* 66. *ac per Quaranta in Summa Bullarij in verbo beneficiorum reſignationes*, vbi *Additionator ad eundem*, cauſas, ſiuè caſus præfatos, vſq; ad *numerum vndecimum* proſequitur, & declarat, ipſum videto, quia ſatis ad propoſitum cauſas præfatas cumulat, & declarat.

78 In materia autem reſignationis quæri poteſt, an Beneficiarius recuperare poſſit beneficium, quod propter morbum reſignauit, ſi conualuerit, de quo apud *Maynard. deciſ. Tholoſ. 67. lib.* 1.

79 Item, an Beneficiarius, criminis capitalis reus poſſit reſignare, de quo apud *eundem deciſ.* 61. *d. lib.* 1.

80 An autem poſſit Epiſcopus facere permutationem beneficiorum, & quæ requirantur, ad hoc vt permittatur, adeundus eſt *Maceratenſ. var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 112. *quæ eſt fin. caſu* 39. multa etiam cumulat *Leo. d. theſ. for. Eccleſ. cap.* 18. *nu.* 61. *cum ſeqq.* circà materiam permutationis beneficiorum.

81 An item permutatio beneficiorum propter differentiam, & ſic inæqualitatẽ notabilem ætatis alterius permutare intendentis, denegari poſſit, vide *D. Riccium deciſ.* 180. *lib.* 2. *per totam.*

Aduertas modò in materia reſignationis (vt eò reuertamur) ad vnum, quod

82 tradit idem *Macerat. d. lib.* 1. *reſolut.* 78. *num.* 1. quòd ſi fuerit reſignatum beneficium coràm Papa de menſe Epiſcopi, poterit illud conferri per Epiſcopum, ſi interim ſequatur mors.

83 Vtrùm etiàm poſſit Epiſcopus facere vnionem beneficiorum, *Sacrum Conc. Trid.* cenſuit, poſſe, attentis iuſtis cauſis, vt in *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *de reformat.* cenſuit etiam *Rota Roman. deciſ.* 133. *nu.* 5. *parte* 2. *in nouiſſ.*

84 Limita hoc in Vicario Epiſcopi, niſi habuerit in ſpecie mandatum ad id *Rebuff. in praxi benefic. in verſ. forma Vicariatus nun.* 106. *cum ſeqq.* tradunt *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 115. *numer.* 2. *cum ſeqq. Ioa. Franc. Leo in theſ. for. Eccleſ. cap.* 31. *num.* 16. qui omnes alios recenſet, adde poſt ipſos *Macerat. d. lib.* 1. *reſol.* 109. *nu.* 1.

85 Limita ſecundò quòad beneficia reſeruata, quæ nõ poteſt vnire Ordinarius, nec alius inferior à Papa, nec antè, nec poſt vacationem, eò quòd inferiores habent ad id manus ligatas, ad *text. in cap. cùm inferior de maiorit. & obed. & in cap. vt noſtrum de appellat. Doctores* conſentientes adducũt *Menoch. conſ.* 294. *nu.* 5. *lib.* 3. *& Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 278. *nu.* 1.

86 Notes, velim, ad hoc vnum, quòd beneficium vnitum non dicitur ampliùs beneficium, ſicuti dicebatur antè vnionem. Vndè non eſt neceſſaria de illo mentio in impetratione *Oldrad. Feder. de Senis*, & cæteri relati per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 291. *nu.* 4.

87 Tertiò principaliter, facultatem conferendi beneficia habet Cardinalis Legatus à Latere in locis, in quibus ipſa beneficia vacant, vt ſuprà etiam meminimus, qui concurrit cum Ordinario in conferendo, vt patet ex traditis per *gloſ. in cap.* 1. *in verbo vniuerſas in fin. de offic. legat.* facit *tex. in cap. venerabilis* 37. *de præbend. & dignit.*

88 Amplies, vt adeò concurrat cum Ordinario, vt poſſit conferre etiam in menſibus non reſeruatis, & ſic in menſibus ſpectantibus ad ipſum Epiſcopum, vti Ordinarium vigore alternatiuæ, ex *gloſ. in d. cap. venerabilis*, & fuit deciſum per *Rotam Roman.* apud *Puteum deciſ.* 345. *lib.* 2.

ac

Digitized by Google

*ac in vna Verdunenſi Canonicatus* 19. *Ianuarij* 1595. de qua meminit *D. Riccius in collectan.* 1565. *in fine.*

89 Amplies ſecundò, vt poſſit etiam conferre beneficia ad Apoſtolicam Sedem deuoluta, vt notat *Abb. in d. cap. venerabilis nu.* 2.

90 Limita modò quòad beneficia reſeruata, inter quæ computantur. Primò beneficia Cardinalium vacantia per eorum obitum, aùt reſignationem *Verall. deciſ.* 75. *parte* 3. Secundò beneficia vacantia in Curia, ad not. per *text. in cap. præſenti de præbend. in* 6. inter quæ computantur etiam beneficia vacantia per ſententiam priuationis in Curia, ſed contrà præſentem *Verall. deciſ.* 64. *parte* 1. Quod amplia etiam quòad Cardinales non *Legatos*, conferentes vti Ordinarios vigore indultorum, qui neq; vigore dictorũ indultorum poterunt conferre beneficia vacantia in Curia *Puteus deciſ.* 36. *lib.* 1. *Simonett. de reſeruat. cap.* 26. *nu.* 10. adde *Gonzal. ad regul. Cancel.* 8. *glo.* 13. *in princ.* vbi tradit, in omnibus indultis Cardinalium adeſſe clauſulam, extrà Romanam Curiam vacantia, adeſt etiam de hoc particularis *Conſtitutio Summi Pontificis Gregorij XIV.* de qua meminit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 982. *num.* 7. Tertiò Commenda Papæ, ſiuè de vacante, ſiuè de obtenta in titulũ, ſecundùm *Creſcent. deciſ.* 4. *de præbend. ac Puteum deciſ.* 158. *lib.* 1. idem etiam ſi Commenda eſſet præſumpta, ſecundùm eundem *Creſcent. deciſ.* 6. *eod. tit. de præbend.* ac etiàm Commenda ceſſante, ſecundùm *Mohed. in deciſ.* 9. *ſimiliter de præbend.* quas deciſiones coaceruat *D. Riccius collectan.* 491. Quartò beneficia Cubiculariorum, & Curſorum D. Papæ ex præſcripto *Regulæ Cancellar.* 6. De quibus autem Cubicularijs intelligatur *Regula* præfata, vide *Domin. Ricc. collectan.* 1695. Quintò beneficia Collectorum, & Subcollectorum *Rota deciſ.* 15. *de præbend. in antiquis.* Et hoc etiam antequàm acceptauerint Officium Subcollectoriæ, vt cenſuit R*ot. deciſ.* 12. *de præbend. in nouis*, ac eadem *Rota deciſ.* 101. *num.* 1. *parte* 3. *in nouiſſ.* Intelligas tamen quòad Subcollectores exercentes tantùm, ſecundùm C*reſcent. deciſ.* 16. *de præbend.* Sextò beneficia ſpectantia ad collationem Cardinalium, quæ conſiderantur vti reſeruata, & proindè ea ſolus Papæ conferre poterit *Rota deciſ.* 774. *nu.* 4. *parte* 3. *in nouiſſ.* Septimò beneficia Prothonotariorum, quæ ſunt reſeruata etiam antequàm aſſumāt inſignia Prothonotariatus, ac antequàm præſtent iuramentum fidelitatis R*ota deciſ.* 105. *num.* 1. *parte* 3. *in nouiſſ.* Etiàm ſi ipſe Prothonotarius fuiſſet abſens, dummodò ſciat eſſe talem, eò quòd ius acquiritur etiàm abſenti *Rota deciſ.* 373. *d. parte* 3. *in nouiſſ.* Intelligas tamen de Prothonotarijs participantibus, non verò de non participantibus, eadem R*ota deciſ.* 1032. *num.* 1. *lib.* 3. *parte* 3. *in nouiſſ.* Beneficia iſthæc per vacantiam in Curia reſeruata, ac alia etiàm præter relata comperies in *Regula* Cancellar. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. ac latiùs apud *Ioan. Franc. Leo. in theſ. fori Eccleſ. cap.* 20. *per totum*, vbi viginti ſex caſus reſeruationis beneficiorum ad Sedem Apoſtolicam luculentiſſimè recenſet.

91 Limita ſecundò in Nuntijs Apoſtolicis, qui non habent indefinitam poteſtatem in hoc, quemadmodùm Cardinales Legati à Latere, ſed conferre tantùm poterunt beneficia in menſibus reſeruatis, quorum valor computatis omnibus diſtributionibus quotidianis non excedit viginti quatuor ducatos de Camera, vt patet ex relatis per *D.* R*icc. collectan.* 1566. vbi dicit, quòd ità Praxis hodierna obſeruat, & ſubdit inſuper, Nuntios neq; poſſe conferre Dignitates, nec Canonicatus, nec Præbendas in Eccleſijs Metropolitanis Cathedralibus Collegiatis, tametſi non excedant dictum valorem annuorum ducatorum viginti quatuor de Camera, ac quòd neq; habeant Nuntij iuriſdictionem in cauſis Beneficialibus excedentibus dictum valorem ducatorum viginti quatuor, tàm in prima inſtantia, quàm in ſecunda per viam appellationis, ſiuè reſortus.

92 Vtrùm autem poſſit Legatus à Latere reſeruare beneficia in præiudicium Ordinarij, *Rota* R*omana apud Verall. deciſ.* 78. *par.* 3. cenſuit, quòd ſic.

93 Notes modò ad hoc, quòd beneficiũ

va-

Digitized by Google

vacans in menſe Pontificis, ſi conferatur à Legato Apoſtolico, dicitur conferre vti Delegatus, non verò vti Ordinarius *Rota Romana deciſ.*148.*num.*2.*lib.*3. *par.*3.*in nouiſſ.*

94 Quartò principaliter, facultas conferendi beneficia poterit ſpectare ad Laicum, quemadmodùm etiam & excommunicandi *Abb.in cap.cauſam num.*3.*de præſcript.* Et quòad Principes Sæculares affirmat *Anton.in cap. ad ſupplicationem de renunc. idem Abb. in cap. de hoc nu.*10.

95 *de ſimon.* Benè verum requiritur ad id ſpeciale priuilegium Papæ. Abſque enim priuilegio non poteſt quilibet Laicus, etiam ſi Reali, Principali, aùt alia qualibet dignitate fungatur obtinere facultatem iſtam *Bald. Ioan.Andr. Ancharan.*& cæteri omnes in *cap.*2.*de iudic.*vbi latiùs *Dec.col.*7.*Abbas in cap.quanto col.*2.*de conſuetud. Alexan.Bald. Martinus Laudenſis, ac Antonius Corſettus in locis rela-*

96 *tis per Martam de iuriſdict. parte* 2.*cap.* 40.*nu.*2. Dixi, ſpeciali priuilegio, eò quòd non erit ſufficiens præſcriptio, quantùmuis longiſſimi temporis ad id operãdum, ea ratione, quia collatio beneficiorum continet, ac habet annexam ſpiritualitatem, quapropter cùm ad inducendam præſcriptionem requiratur poſſeſſio, & ſpiritualia non poſſidentur, ideò præſcribi non poterit *Abbas in cap. dilectus filius num.*6.*de præbend.*

97 Quintò principaliter, collationem beneficiorũ poteſt habere Abbas, qui poterit conferre beneficia ſimplicia, & curata, ad *text.in cap.*2.*& fin.* 16. *quæſt.*4. Poterit pariter interponere authoritatẽ circà permutationes, & reſignationes ſimplices, ſecundùm *Rebuff.in praxi benefic. lib.*3. *de permut. numer.* 20. teſtatur *Gratian.diſcept.forenſ. cap.*212.*num.*44. vbi addit, quòd *Decretum Sacri Concilij Trident.ſeſſ.*24.*cap.*18.*de reformat.* circà modum prouidendi Eccleſiæ Parochiali vacãti, intelligitur quoq; in Abbate ordinario, ac quòd ità cenſuerit Congregatio eiuſdem Sacri Conc.

98 Sextò, poteſt ius conferendi ſpectare etiàm ad Abbatiſſam *Abb. in cap. dilecti num.*5.*de maiorit.& obed.ac in cap.cùm dilectus num.*20.*de conſuetud. Pariſ.conſ.* 13.*num.*1.*vol.*4. Adde *Cuchum Inſtitut. moral. lib.*3.*tit.*3.*in rubr. de Abbate*, ac *Fuſch.de viſitat.lib.*2.*cap.*18.*nu.*55. quinimò non tantùm beneficia ſimplia, verùm etiã & curata, ſm̃ *Felin.in d.cap.dilecti num.*1.*de maiorit.& obed.ac Lambert. de iurepatron. lib.* 2.*parte* 3. *quæſt.*1.*in princ.artic.*17.*nu.*1. nouiſſimo loco *Maceratenſ.* qui hos omnes recenſet *variar. reſolut.lib.*1.*reſol.*65.*nu.*5.

Cognito nunc, qui conferre poſſint, videndum eſt, quibus beneficia conferri poſſint, & debeant, quibus verò non.

99 Et primò, conferri debent perſonis Eccleſiaſticis, non verò Laicis, eò quòd cùm beneficia contineãt ſpiritualitatem, Laicus efficitur incapax ſpiritualium, & conſequenter erit incapax beneficij Eccleſiaſtici *cap. cùm adeò de reſcript. Nauar.conſ.*1.*de præbẽd.Menoch.de arbitrar. Iudic.caſu* 201.*nu.*33.*Gomez.de expectat. num.* 88. *Mandoſ.ad* Regul. Cancell. 24. *quæſt.*4.*num.*11.*&* 12.*Gonzal.ad* Regul. *Cancell.*8.*gloſ.*2.*num.*65. *Selu. de benefic. q.*6.*nu.*1.*par.*3. *Flores Diez pract.quæſt. cap.*23.*num.*75.*cum ſeqq.* alios recenſet *Muta deciſ.Sicil.*9.*nu.*14. poſt quos concludit, non poſſe validari, etiàm ſi poſteà fuerint effecti Clerici, eò quòd inſpicitur tempus collationis.

100 Ampliat hoc *Gratian. diſcept.forenſ. forenſ.cap.*123. *num.*17. etiàm ſi iſte Laicus fuiſſet reputatus Clericus, nàm conſtito de veritate, non valebit collatio beneficij, adducit *Gomez. de expectatiu.nu.* 88.*Selua de benefic.parte* 3.*quæſt.*6.*num.* 1.*Mandoſ.reg.*24. *quæſt.*4.*col.penult.nu.* 11.*&* 12.*verſ.nec eſt indiſtinctè*, adde et *Pariſ. Peregr.* & alios relatos per *Gonzal. d.regul.*8.*Cancell.gloſ.*2.*nu.*65. Quid tamen concludendum ſit, quãdo tempore collationis conſtabat, illum fuiſſe Laicum, declarat *Gratian.d.cap.*123.*nu.*19.

101 *Limita* hoc ſecundùm eundem *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*430. *num.*6. quòad beneficia electiua, in quibus poteſt Laicus præſentari, dummodò antè inſtitutionem clericetur.

102 Secundò, conferri poſſunt, & debẽt potiùs Clericis loci, quàm extraneis, data inter ipſos pari idoneitate *Abb. in cap. ad decorem num.* 4. *de inſtit.* præſertim quan-

Digitized by Google

quando beneficiũ eſt curatũ, facit *tex. in c. hortamur diſtin. 71.* notát *Couar. pract. quæſt. c. 35. ſub n. 5. verſ. ſecundò notandũ, Fuſch. de viſitat. in rubr. de edict. examin. pon. c. 52. nu. 13. & 14. & c. 21. nu. 25. lib. 2.* alios recẽſet *Maſtrill. deciſ. Sicil. 2. n. 14.* adeſt conformis *Regul. Cancell. 16.* qua ſtatuitur, cæteris paribus, præferendum fore oriundum non oriundo.

103 Tertiò, cõferri debent potiùs viris literatis, quã ignaris *Abb. in c. 1. n. 3. de Magiſtr.* adeſt præfata *Regul. Cãcell. 16.* quæ voluit, quòd de concurrentibus in data eiuſdẽ diei ſuper vacãtib⁹, ſeù certo modo vacaturis beneficijs, illi, quibus gratię motu proprio cõceduntur, cæteris ſimili modo gratias nõ habentib⁹, aliàs graduati nõ graduatis, aùt inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos priùs graduati, nec non colorato titulo poſſeſſores nõ poſſeſſorib⁹, ac inter perſonas aliàs in Curia præſentes abſẽtibus ab ea, ac inter præſentes, non beneficiati beneficiatis, & ſimiliter inter abſẽtes, cæteris paribus, oriundus non oriundo, & Diœceſanus non Diœceſano. In reliquis verò ſinguli, qui priùs Apoſtolicas deſuper literas eorum exequutoribus præſentauerint, aliis in ipſorũ, de quibus agi contingerit, beneficiorum aſſecutione præferantur. Hactènus *Regula* præfata.

104 Perſonæ modò, quib⁹ beneficia cõferri non poterunt, ſunt Primò excõmunicati ẽt minori excõmunicatione, ſecundùm *Abb. in cap. fin. nu. 3. de cler. excom.* etiàm ſi putauerit, ſe eſſe abſolutum, idem *Abbas in cap. paſtoralis §. verùm num. 15. de appellat.*

105 Secundò, debent conferri præſenti, nõ verò abſenti. Fallit hoc, qñ Epiſcopus, vel alius conferens haberet notas ipſius abſentis qualitates *Abbas in cap. ea noſcitur nu. 3. de his, quæ fiunt à Prælat.*

106 Tertiò, nõ debent conferri indigno *Abb. in c. cùm in cunctis §. ſi clerici nu. 6. de elect. ac in c. ſi. n. 17. de præſumpt.* quinimò talibus conferens ſuſpenditur à collatione, & nõ niſi à Papa abſolui poterit, idem *Abb. in c. graue nimis nu. 1. de præben.* An autem collatio ſit ipſo iure nulla in tali caſu, & cõferẽs priuetur poteſtate cõferendi, vide eundem *Abb. ibid. nu. 11.* vide quoque *D. Ricc. deciſ. 133. num. 6. &* 8.

107 Quartò, non poſſunt conferri homicidæ, aliàs eſſet ipſo iure nulla collatio *Abb. in cap. accedens nu. 3. de accuſat. & in cap. cùm nobis nu. 22. de conceſſ. præbend.*

108 Quintò, neq; conferri debent infami infamia facti *Abb. in c. ſuper eo n. 5. de elect.*

109 Sextò, neq; impuberi, & ſi fortè ex ſpeciali priuilegio illi conferuntur, non vocatur ad actus Capitulares, tamquàm diſcretione carens *Abb. in c. ex parte nu. 17. de reſtit. ſpoliat.* Quæ autem ætas requiratur tàm in Beneficijs ſimplicibus, quàm Curatis, adeundum eſt *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* quòad beneficia ſimplicia. Quò verò ad curata, eò quòd exigitur ætas, vt poſſint ſaltim infrà annum promoueri ad Sacerdotium circà hanc ætatem vide idem *Sacr. Conc. d. ſeſſ. 23. c. 12. de reformat.* An autem collatio beneficij facta inhabili propter ętatem ſit ipſo iure nulla, vide *Abb. in cap. 2. nu. 4. 5. 6. & 9. de ætat. & qualit.*

110 Septimò, non debent conferri Clerico aleatori, ſiuè luſori, in tantùm quòd ſi eſt publicus aleator, collatio erit ipſo iure nulla, ſi verò occultus, veniet irritanda, ità *Rota Roman. deciſ. 426. nu. 1. & 2. par. 1. in nouiſſ.* vbi *nu. 3.* dicit, non excuſari prætextu conſuetudinis.

111 Inferendum modò puto ad aliqua notabilia in materia. Et primò in beneficio cõtinente onus celebrationis Miſſarum non eſſe electam induſtriã perſonæ. Vndè põt illud cõferri ẽt non Sacerdoti, dũmodò tñ poſſit infrà annũ promoueri, ac dũmodò nõ ſit conceptum per verba negatiua, vt quia. ſ. diceretur, non admittatur niſi Sacerdos, & ità poſt multos, quos allegat concludit *Gratian. diſcept. forenſ. c. 133. à nu. 1. vſq. ad nu. 7.* Quò fit, vt non ſit illud incompatibile cũ alio beneficio curato, habẽte prædictũ onus, ſecundùm eundẽ *Gratian. ibid. n. 16. & 24.*

112 Infer ſecundò, quòd ſi per Papam conferatur beneficium alicui cum reſeruatione pẽſionis in beneficium alterius, ſi gratia fieret nulla quòad Prouiſum de beneficio, non erit nulla quòad penſionem: nàm illa debebitur, etiã ſi de nouo poſtmodũ beneficiũ illud impetraretur ab altero, nulla facta mentione, nec noua

Hh re-

reſeruatione penſionis in noua gratia collationis. Rationem affert *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 138. *nu.* 50. poſt *Felin. in cap ſedes nu.* 2. *de reſcript.* quia in eadem gratia poſſunt eſſe plures, & vna poteſt eſſe valida, & alia nulla.

113 Ampliat hoc *Gratian. ibid. num.* 51. etiàm ſi in vna, eademq; ſupplicatione impetraretur Parochialis, & Beneficium ſimplex, quia ſi gratia non ſortitur effectum ſuum quòad Parochialem, non per hoc præiudicabitur alteri gratiæ factæ de ſimplici beneficio: nàm gratia erit valida quòad dictum beneficium ſimplex, adducit *Mandoſ. ad Regul. Cancellar.* 26. *q.* 9. *nu.* 5. *verſ. pro parte negatiua col.* 2.

114 Infert tertiò, quòd Beneficiarius ratione beneficij efficitur Ciuis illius loci, in quo habet beneficium, ità, quicquid voluerit *Lucas de Penna in l. cùm neq. antè finem verſic. ex hac lege C. de incol. lib.* 10. concludunt *Angel. in conſ.* 23. incip. *nulla perſona in fine verſ. prædicta autem vera, Alber. de Roſat. in l. prima col.* 1. *in fine verſ. vidi etiam dubitari ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. Paris de Puteo in tract. de ſindic. in verb. Ciuilitas Officialis cap.* 1. *n.* 1. ſequitur illos *Boer. deciſ.* 260. *num.* 20. voluit etiàm *Macerat. var. reſolut. lib.* 1. *reſol. fin. caſu* 28. Quò fit, vt Rector bene-

115 ficij habeat ius vtendi, & fruendi in rebus communibus Vniuerſitatis, ſicuti alij Ciues Vniuerſitatis, vt concludunt *Alberic. & Boer. locis citatis*, qui ſe videntur reſtringere ad ſolos Prælatos, & Rectores, ſiuè Parochos habentes ratione beneficii curam animarum.

116 Infert quartò, quòd habens facultatem conferendi, præſentandi, vel inſtituendi non poteſt conferre ſibi ipſi, aùt ſe ipſum præſentare. Poteſt tamen inter filios ſuos *Abb. in c. fin. n.* 4. *&* 5. *de inſtit.* Et hoc adeò verum, quòd ſi ſibi ipſi cõferret, perderet ius conferẽdi, & collatio deuolueretur ad Superiorem, idem *Abb. in c. ad aures nu.* 9. *de ſucceſſ. Prælat.*

117 Amplia hoc, etiã ſi transferret alteri poteſtatem conferendi illud. Niſi tamen tranſtulerit omnimodam poteſtatem, ità ipſemet *Abb. in d. cap. fin. nu.* 6. *de inſtitut.* Et hæc ſatis, obiter tamen, vt ſuprà præmiſimus, quòad collationem, ac ius conferendi, quod diximus eſſe in fructù.

Quò modò tãdem ad ius præſentandi, quod in fructu eſſe dicebamus ſuprà ſub *nu.* 1. *& nu.* 5. præmuniendum puto, fru-

118 ctus iſtos iuriſpatronatus conſiſtere in quadã honorificentia, qualis eſt ius præſentãdi, ità vt ob id dicatur in diffinitione ipſius, vt infrà patebit, quòd ſit illud præ cæteris ius honorificum. Cõſiſtit item in affixione armorum. Itẽ in oblatione cerei, & ſimilibus. Quò fit, vt cùm illa non ſint proportionata ad ſubſtentationẽ onerũ matrimonij, cõſtituerint infrà mox citandi *DD.* non tranſire illud in maritum, quemadmodùm nec etiã in creditorẽ ex cauſa pignoris dati, eò quòd tales fructus non ſunt compenſabiles cum debito, & ità ratiocinantur *Ant. de Butr. in c. fin. de conceſſ. præb.* & poſt ipſum *Ioa. de Imola ibid.* Hanc eandem ſententiam, quòd iuſpatronatus non transferatur in maritũ, ſubſtinuerunt *Abb. in d. c. fin.* dicens, in iurepatronatus vxorio dato, vel non dato cũ vniuerſitate in cauſã dotis, vxorem præferri marito in præſentando, ità ẽt *Felin. in c. cùm olim n.* 2. *de maiorit. & obed. Iaſ. in l. diuortio* §. *ſi vir in fundo ff. ſol. matrim. n.* 7. *Guiliel. Bened. in repet. c. Raynutius in verb. cætera bona nu.* 37. *de teſtam.* alios recenſet Baeza *de decim. tutor. c.* 23. *n.* 30. quibus adde *Paul. de Montepico in l. Titia cum teſtamento* § *fin. c.* 8. *quæſt.* 39. *num.* 129. *ff. de legat.* 2. *Paul. de Eleazar. in quadam diſputat. ſua* incip. *Patronus Eccleſiæ*, *ac in repetit. cap. nobis de iurepatr. Ancharan. in clem. plures eod. tit. Ioan. Crot. in l. frater à fratre col.* 28. *ff. de condit. indeb.* Boer. *ſuper Cõſuetud. Bitu-rig. de conſuet. iur. ſtat. perſon.* §. 5. *gloſa* 2. incip. *dotis fructus*, Bellon. *conſ.* 6. *num.* 16. *cum ſeqq. Petr. Adorn. in commun. opin. in verb. iuſpatronatus, Griuell. deciſ. Dolana* 37. *num.* 10. *ac Marta de iuriſdict. part.* 2. *cap.* 41. *num.* 27. adducentem pro ſe Rotam Romanam *deciſ.* 625. *par.* 3. *in nouiſſ.* quam, inquit, iudicaſſe cõtra deciſionem aliàs latam pro marito ab eadem *Rota deciſ.* 10. *de iurepatr. in nouis.*

Contrariam tamen ſententiam, quòd immò dato in dotẽ Caſtro, vel Villa, cui ſit annexum ius præſentandi, ad *tex. in c. ex literis de iurepatr.* tranſeat dictum ius

præ-

Digitized by Google

præſentandi ad maritum, ità vt conſtante matrimonio ipſe maritus excluſa vxore admittatur ad præſentandum, cenſuit Rota Roman. *d. deciſ.* 10. *de iurepatronat. in nouis*, cũ qua concordat Cardin. *Florent. in clem. plures in 6. quaſt. de præbend.* Rochus *de Curte de iurepatr. verſ. ipſe, vel is num.* 62. 63. *& 64. Lambert. in conſim. tract. de iurepatr.* 2. *art.* 10. *q. principalis* 2. *par. lib.* 1. *nu.* 33. *Paul. de* Cittadinis *ſimiliter de iurepatr. par.* 6. *art.* 3. *nu.* 70. *Palat.* Rub. *in repetit. c. per veſtras* §. 43. *in princ. de donat. inter vir. & vxor. Franciſcus* Connanus *commentar. iuris lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 1. *Brechæus ad l. frugem* 77. *nu.* 5. *ff. de verb. ſignif. Ferronius in* Conſuet. *Burdeg. lib.* 1. *tit.* 4. §. 1. *col.* 2. *circà medium, Tiraq. poſt leges connub. glo.* 9. *nu.* 7. *Menoch. conſ.* 66. *num.* 27. *lib.* 1. alios cumulat *Baeza in tract. de decim. tutor. cap.* 23. *num.* 19. *ac in tract. de non meliorãd. filiab. cap.* 26. *nu.* 1. ijs adde Molinam *de Hiſp. primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *nu.* 3. *Barboſ. in l. diuortio* §. *ſi vir n.* 56. *&* 57. *ff. ſol. matrim. Gutier. in tract. de tutel. par.* 3. *cap.* 29. *nu.* 3.

Sunt qui diſtinguunt, an maritus præuenerit in præſẽtãdo, an verò vxor, quoniàm ſi ambo concurrant, præferri debet præſentatus ab vxore, & in hoc videtur reſidere *Rot. Roman. in deciſ.* 10. *de iurepatron. in nouis*, quam tamen diſtinctionẽ reprobat Rochus *de Curt. d. verſ. ipſe, vel is nu.* 63. dicens, in tãtũ marito ſpectare, vt nullo pacto admittatur vxor, ſiuè præueniat, ſiuè concurrat, ac eſſe omninò falsã dictam diſtinctionem, reprobat illã *Barboſa* quoq. *d.* §. *ſi vir ſub num.* 58. concludenti ratione, vbi alios etiàm recenſet.

Alij dixerunt, tùnc præferri maritum, quando vigeat conſuetudo, vt ipſe ſit præferendus, & ità videtur concludere *Gratianus diſcept. forenſ. cap.* 521. *nu.* 21. poſt *Rotam Romanam, ac Peregrinum*, quos *ibi* recenſet.

Cæterùm, concludendũ omninò puto cum hac ſecunda affirmatiua, quam nedùm communem, verùm magis communem aſſeuerant *Lambert. Ferron. Menoch. Molina, Tiraquell. & Barboſa locis ſuprà citatis*, pro qua facit ratio, per quã tollitur etiã alia ratio *Anton. de Butr.* & ſequacium negantium, ea ratione, quia ſcilicèt ius patronatus eſt quidam honor, ſiuè honorificentia quoàd actũ præſentandi, vxori veræ Dominæ potiùs, quàm marito fructuario, aùt quaſi Domino cõpetens, eò quòd non eſt proportionabilis ad ſubſtẽtationem onerum matrimonij, tamquàm nullum reale commodum afferens, nec aliquid conferens ad ſubſtinenda onera matrimonij, pro quibus verè datur dos. Et ratio erit, quia iuſpatronatus nedùm eſt ius honorificũ, verùm

120 ẽt ius vtile, vt diffiniunt illud cõmuniter *DD.* quæ vtilitas conſiſtit in hoc, quia ſi Patronus deueniret ad inopiã, teneretur Eccleſia patrona ex reditibus vltrà neceſſaria remanentibus alere illũ pingiùs, quàm alios pauperes, ſicuti concludunt *Innoc.* & cæteri *DD. in rubr. de iurepatr. ac in c. illo nobis per illum tex. eod. tit. de iurepatr. ad tex. in c. quicumq.* 2. *iuncta glo.* 16. *q.* 7. quo caſu cõcludũt *Io. Andr.* & *Abb. in d. c. illo nobis in vlt. notab.* dari actionẽ contrà Eccleſiã, ſequitur illos Rochus *de Curte de iurepatr. in ver. & vtile nu.* 1. Si igitur iuſpatronatus cõntinet ẽt vtilitatẽ, nedùm honorificẽtiã, iure merito ratione dictæ vtilitatis, quã conſequitur maritus, videtur illud facere ad ſubſtẽtationẽ onerum matrimonij, & ceſſant obiecta.

Intelligas tamen præfata, quando dictum iuſpatronatus eſſet cohærens, ac munitum certo loco, Caſtro, vel Feudo in dotem dato, iuxtà terminos *tex. in cap. cùm Sæculari de iurepatronat.* non verò ſi competeret iure perſonæ: quoniàm ſi competeret illud iure perſonæ, vtiq. non transferretur in maritum, vt rectè aduertit *Baeza de decim. tutor. d. c.* 23. *nu.* 18. *&* 19. ſequuntur illum *Gutierr. de tutel. d. parte* 3. *cap.* 29. *num.* 3. *ac Barboſa in d.* §. *ſi vir ſub nu.* 57. *verſ. tantùm igitur.*

121 Et in tali caſu, quemadmodùm in omni alio, quo cũ vniuerſitate transfertur iuſpatronatus non erit licentia Epiſcopi neceſſaria, per *tex. in c. ex literis, & c. cùm ſecundùm de iurepatron.*

122 Intelligas ſecundò, quando Caſtrũ, vel Villa, aùt aliud ſimile, cui adhæret iuſpatronatus fuerit expreſsim in dotẽ datum, qm cùm res nõ dicãtur dotales, antequã marito tradãtur, ad *tex. in l. dotale* 13. §. *dotale ff. de fundo dotal.* nõ poterit



Digitized by Google

maritus facere fructus ſuos. Ex quo ſequitur, quòd non per hoc, quòd vir duxerit vxorem Dominam Caſtri, vel Villæ, cui eſt annexum iuſpatronatus, ex eo ſolo, quòd ſit vir poſſit percipere fructus Caſtri, vel Villæ, & conſequẽter præſentare. Et tametſi vir appelletur Comes, ſi vxor eſt Comitiſſa, aùt etiàm Rex, ſi eius vxor eſt Regina, hoc potiùs de facto, & de conſuetudine procedit, quàm de iure, per ea, quæ tradit *Bald. in cap. ſignificauit col. 1. de reſcript.* vbi tradit de Regina Apuleæ, quòd ſcilicèt ſi nupſerit cum ſimplici milite, non faciat eum Regem, ac *Hoſtienſ. in cap. Raynutius de teſtamen. num. 6. in verbo de Clera*, quòd ſi ſimplex miles duxerit Comitiſſam Dominam Comitatus, ſi appellatur Comes, eſt de facto, & de conſuetudine, non de iure, vtroſque ſequuntur *Tiraquell. de nobilit. cap. 18. num. 40. & D. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. 10. §. 1. num. 17. cum ſequentib.* Ergò eò minùs fiet Dominus Comitatus, quando non fuerit expreſſim in dotem datus. Et ob id videntur iure *Doctores* concludere, ac ſe reſtringere omnes ad terminos Caſtri expreſſim in dotem dati, in terminis huius quæſtionis ex eadem doctrina *Bald. in d. cap. ſignificauit num. 3. de reſcript.* concludit *Palat. Rub. in repetit. cap. per veſtras §. 42. num. 10. de donat. inter vir. & vxor.* vbi loquitur, vt diximus, de Regina Apuleę proprietaria, quòd ſi vxor ſuccedat in bonis maioratus alienari prohibitis, ſemper erit præferendus præſentatus ab vxore magis, quàm præſẽtatus à viro. Addit rationem *Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. d. cap. 24.* quia cùm bona maioratus in dotem dari non valeant, ita vt dominium in maritum tranſeat, conſequens fiet, vt ipſe maritus præſentare non poſſit, ſed benè ſola vxor præſentare debeat.

123 Oritur ex præfatis. Primò, competere etiàm illud vſufructuario vniuerſitatis bonorum, cui eſt iuſpatronatus annexum in caſu, quo fuiſſet relictus vſusfructus dictæ vniuerſitatis bonorum, non verò competere proprietario ipſorum, fuit originale dictum *Rochi de Curte dict. tract. de iurepatr. ver. ipſe, vel is ſub nu. 64.* cum quo concordant *Lambert.* & cæteri relati per *Molin. de Hiſpan. primogen. d. lib. 1. c. 24. n. 4.* adde *Celſum* plura referẽtem *in conſ. 23. numer. 1. Baeza*, qui alios recenſet *dict. tract. de decim. tutor. cap. 23. num. 17. Gutier. dict. tract. de tutel. parte 3. cap. 29. num. 6. Barboſ. d. §. ſi vir ſub num. 37. verſ. vnde infer*, ex noſtratibus *Afflict. in Conſtitut. Regni Licentiam num. 3.* cenſuit etiam Senatus Dolanus, teſte *Ioanne Griuello deciſ. 37. ſub numer. 17.* vbi alios quoquè præter relatos *Doctores* ad id cumulat, quicquid ex aduerſo autument *Paul. de Monte Pico in repet. l. Titia cum teſtamento §. Titia cùm nuberet quæſt. 39. ff. de legat. 2. ac Bellon. conſ. 6.* qui pro contraria ſteterunt, competere ſcilicèt illud proprietario, non verò vſufructuario.

124 Colligas ex hoc (quòd cùm hoc ius ad vſufructuarium ſpectet, qui res ipſas, iuraq; iiſdem annexa, verè, & naturaliter dicitur poſſidere) præſentationem ſpectare ad poſſeſſorem, iuxtà tradita per *Roch. de Curte d. tract. de iurepatron. in verbo competens quæſt. 14. & 19. num. 32. & 45.* Quò fit, tradit ipſe, vt præſentatus à poſſeſſore præferatur magis, quàm is, qui præſentatus fuerit à vero Domino, & Patrono nõ poſſeſſore, ſequitur illum *Griuell. dict. deciſ. Dolana 37. nu. 14.* Addit *Ripa ſingular. obſeru. 195. nu. 1.* quòd ſi concurrant Præſentatus ab habentibus quaſi poſſeſſionem præſentandi, & Præſentatus à proprietarijs, ſemper erit præferendus Præſentatus ab habentibus quaſi poſſeſſionem, adducit in id *Ludou. comm. concluſ. 42. verſ. ampliatur decimotertiò, Roland à Valle in conſ. 47. viſis iuribus nu. 28. verſ. vbi dicunt vol. 1. Caualcan. deciſ. 11. num. 26. verſ. quartò quia apparet.*

125 Ampliat hoc *Ripa* de mente præfatorum, etiã ſi illa quaſi poſſeſſio ab vnico tantùm actu præſentandi proceſſiſſet, præcisè vbi fuerit vltimus actus, quod fuit antè *ipſum* de mente *Doctorum* relatorum per *Gutier. conſ. 3. num. 1. ac conſ. 4. nu. 32.*

126 Intelligit tamen primò, dummodò deſuper dicta præſentatione facta acceſſerit etiam inſtitutio ab Ordinario facta, nàm aliàs non conſtitueret ius in quaſi poſſeſsione ſola pſentatio ſine inſtitutione,

ne, adde *Affl. deciſ.* 282. *nu.* 2. ac alios relatos per eundem *Gutier. d. conſ.* 3. *nu.* 1. *ac Gratian. diſcept. forenſ. c.* 310. *num.* 77. & 78. *ac c.* 113. *nu.* 32.

127 Intelligit ſecundò, niſi ſit lis inter Cõpatronos, quo caſu data adhùc præſẽtatione facta p alterum ex Compatronis, dicetur vtique conſeruata quaſi poſſeſſio præſentandi aliis Compatronis, dùm non apparet expreſsè, illos Compatronos præſentaſſe ſolos, eo animo, vt ſpoliarent alios Compatronos ſua poſſeſſione.

128 Intelligit tertiò, quando vltima præſentatio facta à parte Compatronorum non interuerterat antiquã poſſeſſionem communiter præſentãdi omnium Patronorum, eò quòd ille vltimus ſtatus videtur breui tẽpore duraſſe, propter quod non dicitur immutatus ſtatus beneficii iuriſpatronatus per dictam nouam præſentationem, quæ modico tempore durauit. Hęc *Ripa loco cit.* in quorum vnoquoque ſuas cotas adducit, quas referre omitto ſciens.

129 Oritur ſecundò ex ſuprà traditis ad reſolutionem præfatæ quæſtionis: Nàm confiſcatis bonis, quibus erat annexum iuſpatronatus, intelligitur etiam confiſcatum dictum ius præſentandi *gloſ. in c. filijs, vel nepotibus* 16. *q.* 7. *in verbo propinquis, Imol. in l. ſi in inſulam ff. ſol. matrim. Bal. in l.* 1. *C. de bon. quæ liber. inibique etiam Paul. de Caſtr. Abb. & Ioan. Andr. in c. nobis de iurepatron. idem Abb. in c. cùm laici, et in c. quanto num.* 6. *de iudic.* vbi etiam poſt *ipſum Cardin. Felin. ac Dec. nu.* 6. *Paulus de Cittadinis de iurepatron. p.* 9. *q.* 20. *nu.* 28. *Roch. de Curte in conſim. tract. de iurepatron. verſ. ipſe, vel is q.* 29. *nu.* 69. *Ferret. conſ.* 179. *nu.* 1. *et* 2. *Aufrer. de poteſt. ſæcul. ſuper Eccleſ. regul.* 4. *fallent.* 21. *Glarus recept. ſentent.* §. *fin. q.* 78. *verſ. quæro modò.*

Contrariam ſententiã amplexati ſunt *Barbatia in d. c. quanto de iudic. num.* 17. vbi tradit, hanc veriorem eſſe, *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo rebellando, Cardin. in clem. ſi plures de iurepatron. Affl. in c. vnic.* §. *ex eadem lege nu.* 9. *de legib. Corrad. in uſib. feud. Bertacchin. in tract. de Epiſcopo par.* 4. *verſ. trigeſimò quæro nu.* 69. *Felin. in d. c. quanto col.* 3. *de iudic.* pro qua ſtetit etiã *Gigas*, qui alios quoque cumulat ſententiæ negatiuæ ſectatores, in confiſcatione ſcilicet generali bonorum non venire iuſpatronatus in *tract. de crim. læſæ maieſt. lib.* 2. *q.* 4. *nu.* 1. ibique dicit, in cõtingenti caſu pro hac parte reſpondiſſe Venetijs, & obtinuiſſe. Benè verum concordando dictas opiniones diffinit, primam ipſarum affirmatiuam vendicare ſibi locum, vt poſſit Fiſcus, in quem fuerint translata omnia bona condemnati per confiſcationem, retinere donec viuat condemnatus, & interim præſentare, ſequuta poſtmodũ morte condemnati, procedat alia opinio, vt ſcilicet iuſpatronatus non permaneat apùd Fiſcum, ſed tranſeat in deſcendentes damnati, & in iſtis terminis militabat caſus per *ipſum* relatus, & deciſus, ſuper quo conſuluerunt etiam *Soccin. iun. conſil.* 51. *vol.* 2. & *Marcus Mantua conſ.* 5. *viſis ſcripturis*, qui proinde ſubdit, per venditionem factam per Fiſcum omnium bonorum confiſcatorum damnati non tranſire in emptorem iuſpatronatus, eò quòd tranſiit illud reuocabiliter in Fiſcum, detinendum ſcilicet, donec in humanis ageret cõdemnatus, ſecuta verò poſtmodùm damnati morte, tranſeat ad hæredes ipſius.

Videntur alii diſtinguere, an confiſcatio proceſſerit à Iudice Eccleſiaſtico, an verò à Iudice Laico, & in primo caſu dicunt indiſtinctè, illud venire in confiſcatione. Secundo verò caſu, non. Et ita diſtinguũt etiam *DD.* relati ab *Emanuele à Coſta*, cum quo *ipſe* quoque conſentit in *c. ſi pater de teſtam. lib.* 6. *p.* 2. *verbo Tre-*

130 *belleianica nu.* 7. affert rationem, quia Iudex ſæcularis non poteſt confiſcare iuſpatronatus, eò quòd ſpirituale, vel ſaltim ſpiritualitati annexum. Cõtrà hos tamen concludit *Lambert. de iurepatron. lib.* 3. *q.* 8. *art.* 8. *nu.* 20. dicens, cum vniuerſitate villæ, ſeù hęreditate tranſire in confiſcatione etiam iuſpatronatus, tametſi illius Iudex laicus cõfiſcationem fecerit, dùmmodò id fecerit, nulla facta mentione de iurepatronatus, ſed benè generaliè de omnibus bonis, in quorum vniuerſitate tranſit etiam de ſui natura

dictum

Digitized by Google

dictum iuſpatronatus, & ita concludit *Läber.d.tract.lib.3.q.8.art.8.n.20.* quòad vniuerſitatem Villæ, vel Caſtri, tametſi quòad vniuerſitatem hæreditatis aliud videatur ſentire, & cum eo videtur annuere *Molin. de Hiſpan.primogen. lib. 1. cap.24. nu.26. verſ.cæterùm adhùc verior.*

131 Sed quia nec præfatæ diſtinctiones, nec præfati caſus omnia amplectuntur, vt de ſe patet, puto proindè ego aliter fore diſtinguendum, quòd aùt ſcilicet agitur de iurepatronatus reali, aùt verò de perſonali. Reale in hoc intelligo, quia ſcilicet ſit illud annexum alicui rei, putà Caſtro, Villæ, fundo, & ſimilibus. Perſonale verò vti cohærens perſonæ, aùt familiæ, quod de per ſe conſiſtit abſque adiacentia rei. Et primo caſu cõcludendum ſit, venire illud in cõfiſcatione bonorum, præſertim rei illius, cui cohęret, quoniam cùm ſit ſublata res, non eſt ampliùs quærere de cohęrentibus, ac acceſſorijs ad illam. Secundo verò caſu procedat opinio *Gigant. loco cit.* vt ſcilicet veniat in cõfiſcatione, viuente damnato, poſt tamen ipſius mortem tranſeat ad deſcendentes, & ità poterunt concordari omnes.

Et ità pariter limitanda, ac declaranda veniet deciſio Regiæ Cameræ Summariæ, de qua apud *Annam ſen. in ſingul. 291.* vbi ſcribit, quòd quicquid ſit de iure per tex. in *cap. cùm ſæculum de iurepatron.* per quod iuſpatronatus de per ſe ſtans non confiſcatur, quia tamen Fiſcales tenent, prò, & contrà, ſubdit, fuiſſe determinatum in cauſa Sãcti Petri delli Bonifacij, quod erat iuſpatronatus de per ſe, non autem ſub feudo, quòd confiſcaretur propter hæreſim Marchionis Oriæ, vt ſcilicet ceſſiſſet in confiſcatione, verùm intelligas, non finaliter, & abſolutè, ſed benè viuente tantùm damnato, quo poſtmodùm vita functo, deferatur ad deſcendentes, & ita mihi concludendum videtur in hoc.

Quicquid tamen ſit de vtriſque ſententiis, eſt aduertendum ad id, quod tradit *Molina de Hiſpan. primog. d. cap.24. nu.27.* vbi concludit, quòd in omnibus 132 caſibus, in quibus iuſpatronatus veniet in confiſcatione cum vniuerſitate bonorum, non debet illius exercitium tranſire in Fiſcum, quemadmodùm nec etiam in hęredes delinquentis, ſed benè quòd Eccleſia ipſa remanere debeat libera ſub poteſtate Epiſcopi, ac quòd ità reſoluunt *Roch. de Curte d. verſ. ipſe, vel is num. 68. cum ſeqq. Lambert. de iurepatron. d. lib. 3. q. 8. art. 8. nu. 4. & 22. ac Iacobus Simanca de Cathol. inſtitut. tit. 9. de bonis hæreticorum num. 96.* quibus adde *Paul. de Cittadin. de iurepatron. in rubr. quomodò transferatur nu.28. Farinac. de delict. q.25. num.151. Ioan. Franc. Leo in Theſ. fori Eccleſ. c.21. num.36. Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 87. n.6. & reſol. 114. num.9.*

133 Subſequitur tertiò, vt vendita, aùt conceſſa, aùt donata vniuerſa hæreditate, tranſeat quoque in emptorem, ceſſionarium, aùt donatarium iuſpatronatus cum ipſa hæreditate, & ita, quicquid contrà ſentierint *Lambert. d. tract. lib. 1. 2. par. q. 3. art. 15. nu. 4. ac* Emanuel à *Coſta in c. ſi pater de teſtam. lib. 6. p. 2. verbo trebellianicæ nu. 7.* procliuiores in hanc ſententiam concurrunt *Hoſtienſ. in c. ex literis de iurepatron.* ibique etiam poſt *ipſum Ant. Abb. & DD.* communiter aſſerunt, *Felin. in c. cauſam, quæ num. 8. de præſcript. Roch. de Curte d. tract. de iurepatron. ver. ipſe, vel is num. 40. q. 22. Couar. variar. reſol. lib. 2. c. 18. Berous, Paulus de Cittadin. Diaz*, & cæteri relati per *Molin. de Hiſpan. primog. d. lib. 1. c. 24. nu. 25.* adde etiam *Gutierrez de iuram. confirmator. p. 1. c. 42. nu. 4.*

Iuxtà quæ iure dixit *Capyc. in inueſtit. feud. in* §. *feudorum acceſſoria verſ. iuſpatronatus fol. 15. ac in* §. *feudorum clauſulæ verſ. cum iuribus patronat. fol. 126.* videri ſuperfluam clauſulam illam in inueſtituris, videlicet, *cum iuribus patronat.* eò quòd de ſui natura venit cum vniuerſitate Caſtri, etiam quòd non exprimatur cum Caſtro, & Villa, eò quòd Caſtrum, & Villa ſunt nomina vniuerſitatem quandam deſignantia, quæ continent in ſe iuriſdictionem, honorem, & diſtrictum, ac iuſpatronatus, ad not. per *Bald. & Aluarot. inibi* per *ipſum* allegatos. Et ſubdit, quòd non veniret, quando



Digitized by Google

do in venditione Caſtri exprimeretur, quòd venditur Caſtrum cum iurepatronatus, ſecundùm *Ioan. Andr.* ſingulariter id decidentem *in c. 1. de iurepatron. in 6.* Et hoc, concludit, eſſe notandum cōtrà eos, qui in emptione Caſtrorum faciūt exprimi iuspatronatus.

Dat tamen limitationem ad hoc de mente *Alex. in l. hanc legem ff. de contrah. empt. in addit.* quòd quando eſſet vendi-
135 ta vniuerſitas, & foret neceſſe, quòd fieret traditio ſingularium rerum, in tali caſu non includeretur iuspatronatus. Exemplum affert, ſi venderetur Caſtrū, in quo adeſſet iuspatronatus alicuius Capellæ, aùt Eccleſiæ Regiæ in Caſtro exiſtentis, quoniam tunc deberet exprimi, & ita concludit etiam *Minadous in Conſtit. Regni In aliquibus in verbo Comitum nu. 13. fol. 28.* dicens, non tranſire iuspatronatus Regium in Baronem, niſi expreſsè dicatur in priuilegio, tametſi aliàs tranſiret cum vniuerſitate, ad not. in *tex. c. quanto de iudic.* & ſubdit, ita declaraſſe Regem Robertum per *Literas* ſuas directas Epiſcopo Aquinati, quę incipiunt, *Miranter accepimus*, quas vidiſſe affirmat in Regiſtro dicti Epiſcopi. Benè verum dicit *Capyc. loco cit.* quòd eſſet periculoſum illud exprimere, quādo transferretur cum titulo venditionis, ſed quòd tutius eſſet, ſi fieret donatio ſeparata de illo, faciunt etiam ad id quæ notat *Gratian. diſcept. forenſ. c. 675. n. 29.* Exemplum patebit clariùs de hoc, ſi forſitan eueniret, quòd Dominus Rex alienaret aliquo titulo, ſiuè venditionis, ſiuè donationis, aùt aliàs Ciuitatem Barij, in qua adeſt Eccleſia Sancti Nicolai, quæ eſt Capella Regia, item ſi Ciuitas Luceriæ in Apulea, in cuius Cathedrali electio Canonicorum, & Dignitatum, ac etiam Beneficia Ciuitatis ad Regiā collationem ſpectant, ſicuti etiam Eccleſia Altamuræ, vt tradit *D. de Ponte deciſ. 12. nu. 14.* & ſic de ſimilibus Ciuitatibus, & locis Regni, in quibus D. Rex habet aùt præſentationem Prçlatorum, aùt alia iura Regalia in Eccleſiis: nàm ſi illæ alienarentur, non venirent in dictis alienationibus per vniuerſitatem dicta iura Regalia, ac præſentationes, quæ de per ſe conſiſtunt abſque aliqua vniuerſitate Caſtri, vel feudi.

136 Subſequitur quartò, tranſire dictum iuspatronatus in fideicōmiſſarium vniuerſalem bonorum *Roman. in l. ſi patroni ff. ad trebell. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 24. nu. 10.* Sequitur illos *Gutier. de tutel. p. 3. c. 29. nu. 15.* dicens, hanc eſſe veriorem, tametſi contrariam communem, hanc ſententiam ex profeſſo quoque ſectatur *Phanuc. de inuentar. hæred. par. 6. nu. 64. D. Riccius deciſ. 126. nu. 14.* vbi adducit ad id *Franc. Marc. dec. 1136. par. 1.*

137 Mouentur ij, quia iuspatronatus tranſit ad hæredem extraneum *Aret. in c. ſignificauit nu. 1. de teſtib. Calcan. conſ. 78. nu. 8. Roland. conſil. 47. nu. 6. & num. 36. lib. 1.* ex quo ſequitur, quòd quæ tranſeunt ad hæredem extraneum, tranſeunt quoque ad fideicommiſſarium, ex *gloſ. in d. l. ſi patroni* notat *Ripa in l. centurio nu. 55. ff. de vulg. & pupill.*

138 Secundò, quia iuspatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum, ad *tex. in c. ex literis de iurepatron.* ergò debet etiam tranſire in fideicommiſſarium, in quem tranſit dicta vniuerſitas bonorum.

Contrariam ſententiam, quòd non tranſeat in fideicommiſſarium amplexati ſunt *Bar. in l. quia perindè §. reſtituta ff. ad trebell. ibique etiam Paul. de Caſtr. in lectura Bonon. ac Alex. nu. 3. & 4. Imola in l. ſi patroni in princ. verſ. vltimò fallit ff. eod. tit. ad trebell.* alios cumulat *Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. c. 24. ſub nu. 4.* quibus adde *Ripam in d. l. centurio n. 56. Aretin. in c. ſignificauit nu. 6. de teſtib. Rubeum conſ. 156. nu. 17. Decian. conſ. 117. num. 5. lib. 3. Tiraqu. in tract. le mort ſaiſit le viff declarat. 11. num. 9.* alios recenſet quoque *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 6. num. 37.* cum quibus ipſe pariter concordat, adde *Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 7. nu. 20. reſol. 66. nu. 9. & reſol. 83. nu. 5. ac Facbinæum controuerſ. iur. lib. 10. cap. 94.* vbi ad contraria pro affirmatiua ſententia adducta reſpondet, rurſùs *lib. 13. cap. 64. & c. 90.* in quibus potiſſimùm nititur reſpondere ad contraria, quibus tuetur *Molina* contrariam ſententiam affirmatiuam.

139 Mo-

Digitized by Google

9 Mouentur ij ea ratione, quia in fideicommiſſarium non tranſeunt quæ non recipiunt ęſtimationem pecuniariã, & proinde cùm legatarius iuriſpatronatus, aùt fideicommiſſarius, aùt hęres non dicatur honoratus commodo pecuniario, ſecundùm *Soccin. in l. cùm filiòi, biq; etiam Iaſ. nu. 47. ff. de legat. 1. ac Gamma deciſ. 308. n. 17.* non dicetur iuſpatronatus tranſire in dictum fideicommiſſariũ, quemadmodùm ſunt etiam iura ſepulchrorum, quæ non tranſeunt ad fideicommiſſarium, ad *tex. in d. l. quia perindè ff. ad trebell.*

Sunt qui concordãdo has opiniones cum diſtinctione procedunt, dicentes, quòd aùt à teſtatore fuit prohibita detractio Trebellianicæ, aùt non. Primò caſu, ſi prohibita, tranſibit in fideicommiſſarium iuspatronatus, ſi verò non prohibita, remanebit illud apùd hæredem grauatum. Etità in hac concordia reſident *Guid. Pap. deciſ. 507. num. 2. Addent. ad Alex. in conſ. 73. lib. 3. Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. art. 35. ſecunda quaſt. princip. nu. 5.*

Mouentur ij vnica ratione, quia dùm hæres detrahit Trebellianicam videtur repræſentare defunctum, & proinde tenebitur ſubire actiones pro rata, ad *tex. in l. 2. ff. ad trebell.*

His poſitis, quæ de mente antiquorum vtriuſque opinionis iura reſpiciunt, inſurrexit altercatio inter *Molinam, &* *Fachinæum*, illum ſcilicet *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 24. nu. 6. cum ſeqq.* hunc verò *lib. 13. controuerſ. iur. cap. 90. per totum*.

Tuetur *Molina* duobus potiſſimùm *Romani* affirmatiuam ſententiam, omiſſis alijs, cùm ſuper iſtis tantùm duobus inſiſtat *Fachinaus loco cit.*

Primò, quia maxima intercedit differentia inter iura ſepulchrorum, & iuſpatronatus, quas quidem differentias proſequitur *Molina ibi à num. 12. cum ſeqq.*

140 Secundum eſt, quia negatiuę ſententiæ ſectatores aſſumunt ex *Alex. in l. ſi duo patroni, & in l. quia perindè § reſtituta ff. ad trebell.* ius ſepulchrorum tranſire cum vniuerſitate, verùm non tranſire poſtmodùm illud in fideicommiſſarium, propter quæ concludunt, non fuiſſe rectè argumentatum *Romanum* aſſerentem, iuſpatronatus, eò quòd tranſit cum vniuerſitate, tranſire quoque in fideicommiſſarium, dum maxima, cui innititur, non eſt vera, vnde conſequenter propterea ſequelamet.

Impugnat hoc *Molina* negans omninò, ius ſepulchrorum tranſire cum vniuerſitate, eò quòd iure non probatur id, nec probant hoc ipſum leges adductæ per contrarios, quippè *l. quædam ff. de acquir. rer. dom. ac l. in modicis ff. de contrah. empt.* nàm quòad *l. quædam* occurrit *Molina* dicens, ipſam loqui in terminis, quando in hæredem ſit translata hæreditas, & *tex. in d. l. in modicis* loqui de iure ſepulchri, quod eſt acceſſorium, hoc eſt, quia non ſit aditus ad fundum venditum, niſi per ſepulchrum.

His replicationibus nititur è contrà *Fachinæus* occurrere *d. cap. 90.* dicens, quòd tametſi verum ſit, intercedere inter ius ſepulchrorum, & iuſpatronatus aliquas differentias, non per hoc non debent hæc duo eodem iure cenſeri, ſtante, quòd negari non poteſt, quin intercedat etiam inter ipſas magna affinitas, & cõformitas, eò quia vtraque ſunt iura ſpiritualia, aùt annexa ſpiritualibus, amboque continent quid ſacri, vel religioſi, & proinde ſicuti ius ſepulchrorum non tranſit in fideicommiſſarium, ad *tex. in d. l. quia perindè ff. ad trebell.* ita nec pariter tranſibit iuspatronatus.

Ad ſecundum autem, quod aſſumit *Molina*, non eſſe ſcilicet verum, quòd ius ſepulchrorum tranſeat cum vniuerſitate in emptorem, nititur *Fachinæus* probare contrarium, & ſic quòd tranſeat, etiam ex iiſdem mediis, quæ cumulat ipſemet *Molina*, aùt ſaltim non probari ex ipſis intentionem *Molinæ*. Hactenùs vterque, ex quorum dictis apparet, qualis, ac quanta intercedat diſſenſio circa reſolutionem iſtius quæſtionis.

Fateór, ſiquidem, quęſtionem eſſe admodùm perplexam, & controuerſam, & pro vtraque ſtare rationes. Cogor tamẽ dicere, neutrum ex ipſis, (ſit hoc eorum pace aſſeueratum, cum vtroſque coluerim



Digitized by Google

rim ſemper vti uiros doctiſſimos, & de iure noſtro benemeritos) attigiſſe uerum ſcopum difficultatis ad germanam ipſius reſolutionem, ac utroſque pariter cōfundere ueros terminos, ex quorū ſeparatione quæſtionis ueritas apparebit.

Pro cuius reſolutione puto reuocandum in dubium hæſitationes per præfatos altercatas, quippè Primò, an ſit uerū id, quod aſſumunt ſectantes affirmatiuā, quòd non ſit differentia inter ius ſepulchri, & iuſpatronatus, ad finem vt ſi illæ intercedāt, ſit omninò negandū in altero quod ſtatuitur, & affirmatur in vno.

Secundò, an ſit vera poſitio, quòd ius ſepulchri tranſeat cum vniuerſitate, quibus aùt affirmatis, aùt negatis colligitur clariſſimè, quid ſtatuendum ſit pro reſolutione huiùſce quæſtionis, an ſcilicet iuſpatronatus tranſeat, nec nè in fideicommiſſarium vniuerſalem.

141 Et quòad primum clarum eſt, intercedere inter ipſa differentias relatas per *Molin. d.c. 24. nu. 12. cum ſeqq.* quippè Primò, quia ius ſepulchrorū non tranſit ad aliū, quā ad hæredem; ius, verò, patronatus legari poteſt, & donari. Secūdò, ius ſepulchrorū permutari non poteſt, iuſpatronatus ſic. Tertiò, ius ſepulchrorū non tranſit in Fiſcum, iuſpatronatus tranſit. Quartò, ius ſepulchrorū nō poteſt vni ex hæredibus in diuiſione aſſignari, iuſpatronatus poteſt. Quintò, ius ſepulchrorū nō tranſit in emptorē vniuerſæ hæredinatis, iuſpatronatus tranſit. Sextò, ius ſepulchrorū non tranſit cum vniuerſitate vendita, niſi ſit acceſſoriū, vel non remaneat aditus ad ſepulchrū, niſi per ipſum fūdū vēditū, iuſpatronatus, verò, trāſit cū vniuerſitate vendita. Hæ differētiæ ſunt tàm claræ de per ſe, quàm quod clariſſimū, & cōuincunt illas iura in vnaquaq; ipſarū cumulata per *Molinā loco cit.* nec illas audet idē ipſe *Fachinæus* negare, aùt in controuerſiam deducere *d.c. 90.* contendit tantummodò, quòd tametſi præfatæ differentię intercedant inter ius ſepulchrorum, & iuſpatronatus, non per hoc debent illa diuerſo iure cenſeri, cùm negari haud poſſit, vt ſuprà etiam retulimus, quin inter ipſa intercedat magna affinitas, & conformitas, eò quòd vtraque ſunt iura ſpiritualia, vel ſaltim ſpiritualibus annexa, ac ambo contineant quid ſacri, vel religioſi, & quòd proinde ſicuti ius ſepulchrorum non tranſit in fideicommiſſarium, ad *tex. in l. quia perinde ff. ad trebell.* ità nè quidem tranſibit iuſpatronatus. Quæ autem notabilis conuenientia intercedat inter ipſa, vltrà iſtam, quòd ſcilicet ſint vtraque ſpiritualia, aùt annexa ſpiritualibus, ac quòd ſacri, vel religioſi quid contineant ambo, nō aperit *Fachinæus*, & ſuum erat adducere has conuenientias, paritatiſq; rationes, ex quibus conuinci poſſet, vt ſtatutum in vno, foret omnimodò quòad hoc ſtatuendum in altero. Et ob id agnoſcens hoc ipſum *Fachinæus*, quaſi tacitè fatendo ſe victum, tranſgreditur ex iis ad ſecundū, in quo dicit, verè verti difficultatis cardinem, nititurque totis viribus demonſtrare, verum eſſe aſſumptum ex *Alex.* deſumptum, ac calumnioſam è contrà impugnationem *Molinę* negantis, tranſire ius ſepulchrorum cum vniuerſitate.

Tota itaque difficultas in eo conſiſtit, ac reſtringitur, an ſcilicet ſit verū, quòd tranſeat, aùt non ius ſepulchrorum cum vniuerſitate, & ſi rectè exinde deſumatur, fore ſcilicet idem ſtatuendum de iurepatronatus, & conſequenter, ſi quia cum vniuerſitate bonorum tranſit, ſit affirmandum, tranſire etiam ad fideicommiſſarium vniuerſalem.

Et quòd non tranſeat, ponderat *Molina* dictum *gloſ. in l. ſi quaſi 16. ff. de hæred. vel act. vend.* ex quo apparet, ius ſepulchri non tranſire ad emptorem. Audiamus *gloſ. ibi in verbo quaſi, idem* (inquit) *propter iura ſepulchrorum, & operas libertorum, ſecundùm quoſdam, vt infrà ad trebell. l. ſi patroni, & l. quia perinde §. 1. Sed hoc non placet, quia nō pertinēt ad emptorem, ſicuti nec ad fideicommiſſarium*. Hactenùs *gloſ. ibi*, ex cuius diſertis verbis apertiſſimè apparet, ius ſepulchrorum non tranſire nec ad emptorem, nec ad fideicommiſſarium cum vniuerſitate.

Occurrit ad hoc *Fachinæus* dicens, aliter fore intelligendum *gloſ.* illam, ac talem debere eſſe illius ſenſum: nàm



Digitized by Google

vendens tamquàm hæres, cùm ſit fi-
142 deicommiſſarius tenetur ad intereſſe emptoris, vt ſtatuitur in *tex. d. l. ſi quaſi*, quod intereſſe *gloſ. ibidem* conſiderat, aſſerens, *intereſſe propter falcidiam, quæ remanſit pœnès hæredem grauatum*: Vndè dùm eadem *gloſ.* ſubdit, *Idem propter iura ſepulchrorum, ſed hoc non placet, quia non pertinet ad emptorem, ſicut nec ad fideicommiſſarium*, dicit *Fachinæus* in his verbis *gloſ.* videre ſentire in eo caſu, iura ſepulchrorum non tranſire ad hæredem.

Ad quod fundandum ponderat legem adductam per *gloſ.* ad id, videlicet *l. in modicis ff. de contrah. empt. & vendit.* vbi formaliter inquit *text. Quia non ſpecialiter locus ſacer, vel religioſus venijt, ſed emptioni maioris partis acceſſit*. Ergò, ſubdit *Fachinæus*, tranſit cũ vniuerſitate, eò quòd accedit maiori parti, ſecundùm *gloſ. ibidem*. Non ſecùs itaque, ſubdit, de iurepatronatus, quod ſiquidem nec vendi poteſt, & tamen tranſit cum vniuerſitate, ad *text. in cap. cùm ſæculum, vbi gloſ. de iurepatron.* ibi, *nec cum ratione feudorum, & iuſpatronatus acquiritur, &c.* quæ verba nihil aliud innuunt, niſi accedere maiori parti, fungique vice acceſſorij, & conſequenter accedere vniuerſitati.

Reſpõdet denique *Fachinæus ad tex. in l. ſi mercedem §. ſi eum fundum ff. de action. empt.* ex quo excipitur, tunc venire ius ſepulchri, quando non eſt iter ad fundum venditum, niſi per locum ſepulchri: nàm loquitur *tex.* ille in venditione fundi particularis, in quo ius ſepulchri eſt æque principale, quod eſt diuerſum à quæſtione, in qua agitur de tranſitu, nec nè cum vniuerſitate, ac quòd proindè ita conſequenter intelligi debeat *text. in d. l. ſi mercedem §. ſi eum*, vt ſcilicet non contradicat *text. in d. l. in modicis*, in qua cauetur apertiſſimè, accedere maiori parti, & ex quo *gloſ.* deſumit argumentum, vt quædam tranſeant cum vniuerſitate, quæ aliàs non tranſirent. Et tandem quòd *l. quadam ff. de acquir. rer. dom.* loquitur, ſiqu dem, quando in hæredem eſt translata hæreditas, & probatur tranſire in hæredem iura ſepulchrorum, ſicuti tranſit in eundem hæredem iuſpatronatus.

143 Hactenùs *Fachineus* aduersùs *Molinam d. lib. 13. cap. 90. controu. iur.* quem, tametſi vti virum doctiſſimum ſemper coluerim, ac de eo magni fecerim, cogor tamen quòad hoc dicere, ipſum pertinaciter defeciſſe, lapſumque eueniſſe inſimul cum omnibus ſectatoribus negatiuæ ſententiæ ex confuſione terminorum: Confundunt nàmque ius ſepulchrorum cum ipſo ſepulchro, ſiuè loco materiali ſepulchri ſatis inter ſe differentia quòad nomen, & quòad iuris diſpoſitionem.

144 Ad quod demonſtrandum animaduertendum ſtatuo, differre admodùm inter ſe præfata. Ius namque ſepulchri dicitur illud ius, quod habet quis in alieno ſepulchro, aùt limitatum pro ſe tantùm, aùt pro familia, aùt indefinitè pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque. Sepulchrum verò dicitur locus materialis, in quo aliquis ſepellitur.

De primo loquitur *tex. in l. ius ſepulchri 13. C. de relig. & ſumpt. funer.* ibi, *ius ſepulchri tàm familiaris, quàm hæreditarij, ad extraneos etiam hæredes, &c.* item in *l. ſepulchrum §. 1. ff. eod.* ibi, *ſed ſi familiare fuit ius eius, ad omnes hæredes pertinere, &c.* itẽ in *l. familiaria*, iũcta *l. ſequ.* incip. *vel quæ ff. eod. tit. de relig. & ſumpt. fun.* rurſùs in *l. quia perindè §. reſtituta ff. ad trebell.* ibi, *reſtituta hæreditate iura ſepulchrorum apud hæredem remanent*, vbi *gloſ. in verbo reſtituta* dicit, fideicõmiſſarium in hoc non eſſe loco hæredis, argum. *l. ſi quis hæres fuerit ff. de relig.* & ſubdit, quòd in eo *tex.* non diſtinguitur, an ſit familiare ius illud, uel hæreditarium, licet aliàs diſtinguatur in *d. l. familiaria*, iuncta *l. vel quæ*, loquuntur etiam alii *tex.* in corpore iuris, & loquitur pariter *gloſ. in d. l. ſi quaſi ff. de hæred. vel act. vendit.* ibi, *idem propter iura ſepulchrorum*, vbi ſubdit, *ſed hoc non placet, quia non pertinent ad emptorem, ſicut nec ad fideicommiſſarium*. Et ratio eſt, tametſi *gloſ.* illam non aſſignet,

quia

Digitized by Google

quia cùm ius illud ſit limitatum, aùt pro familia, aùt pro hæredibus, non poteſt transire in alios, quàm in contentos in pacto, vt infrà etiam ſubijciemus.

De ſecundo loquitur *tex. in l. ſi mercedem 55. §. ſi eum ff. de act. empt.* ibi, *ſi eum fundum vendidiſti, in quo ſepulchrum habuiſti*, qui *tex.* loquitur de ſepulchro materiali. Loquitur etiam *tex. in l. in modicis 24. ff. de contrah. empt.* ibi, *in modicis autem ex empto eſſe actionem, quia non ſpecialiter locus ſacer, vel religioſus venijt, ſed emptioni maioris partis acceſſit*, loquitur *totus titulus ff. & C. de ſepulchro violato*.

His ſic modò poſitis, quoàd aſſumptum, ſiue concluſionem deſumptam ex *Alex. in l. ſi duo patroni, ac in l. quia perindè §. reſtituta ff. ad trebell.* in quo verè vertitur difficultatis cardo, vt fatetur ipſemet *Fachinæus d. cap. 90.* aſſerente, quòd tranſeat ſcilicet ius ſepulchrorum cum vniuerſitate, non verò tranſeat illud in fideicommiſſarium, ad finem admittendi, aùt paritatem, aùt diſparitatem inter ius ſepulchrorum, & iuſpatronatus, quod quidem iuſpatronatus tranſit, non eſt dubium, cum vniuerſitate bonorum, in controuerſiam tamen deducitur, an tranſeat cum vniuerſitate bonorum in fideicommiſſariū.

145 Aſſumptum iſtud videtur habere duo capita. Primum caput eſt de tranſitu, nec nè iuris ſepulchrorum cum vniuerſitate. Secundum caput eſt de tranſitu, vel non ad fideicommiſſarium.

Quòad primum caput eſt aduertendum, poſſe illud cadere ſub diſtinctione. Nàm aùt agimus de iure ſepulchrorum, aùt de ipſo ſepulchro, ſiuè loco materiali ipſius ſepulchri.

146 Et quòad ius ſepulchrorū nullo modo videtur affirmari poſſe, quòd tranſeat præcisè, & indiſtinctè cum vniuerſitate, niſi ad perſonas comprehenſas: quoniam cùm ſit illud perſonale reſpectu habentis, competens, aùt iure familiaritatis tantùm, aùt iure hęreditatis, aùt iure vtriuſque ſimul, familiaritatis ſcilicet, & hæreditatis, iuxtà diſtinctionem, de qua *in l. ius ſepulchri 13. C. de relig. & ſumpt. fûner.* habeatque annexam ex pacto concedentis, aùt familiaritatem, aùt hæreditatem, aùt vtramque, non poteſt, nec intelligitur illud tranſire ad alios non comprehenſos in pacto cum vniuerſitate bonorum, cùm ſit ius illud de per ſe ſolum non cohærens alicui vniuerſitati bonorum, ſed cohærens tantummodò præfatis, aùt familiaritati, aùt hæreditati, aùt vtrique, & proinde redigitur ad inſtar feudorum ex pacto, & prouidentia, quæ non transferuntur, nec tranſeunt ad alios cum vniuerſitate bonorum, præterquàm ad expreſſos vigore pacti, ac comprehenſos in inueſtitura, ſicuti ſunt de hoc ſatis vulgata iuris loca in corpore iuris Feudorum, & admittunt indiſtinctè *Feudiſtæ* omnes. Et hoc videtur innuere *tex. in d. l. quia perindè in §. reſtituta ff. ad trebell.* ibi, *reſtituta hæreditate iura ſepulchrorum apud hæredem remanent*, apud hęredem quippè, non apud alios, quia hæreditarium eſt ius ſeplchrorum, iuxtà terminos differentiarum, de quibus in *d. l. ius ſepulchri*, & hoc ſiquidem caput nullam admittere poteſt tergiuerſationem, cùm nullibi in toto iure reperiatur, quòd ius ſepulchrorū tranſeat ad alios, quàm ad comprehenſos in pacto.

Quò modò ad ſepulchrum, ſiuè locum materialem ſepulchri, ſi conſideremus illud de per ſe ſolum, vtique non tranſit cum vniuerſitate, niſi ad hæredes ſolos, ſic probat *tex.* vtrumque diffiniens in *l. quædam 62. ff. de*

147 *acquir. rer. dom. Quædam ſunt* (inquit *ibi tex.*) *quæ non poſſunt alienari ſola, tamen per vniuerſitatem ad hæredem tranſeunt, vt fundus dotalis, vel res, cuius aliquis commercium non habet. Nàm etſi legari ei non poſſit, tamen hæres inſtitutus Dominus eius efficitur*. Nota primò dictionem illam, *ad hæredem*, quæ ſtat taxatiuè in eo *tex.* ità vt alios non comprehendat diſpoſitio illius, niſi ipſos ſolos: nàm aliàs videretur ſuperflua, & ſufficeret, ſi dixiſſet *tex.* tamen per vniuerſitatem tranſeunt abſque dictione illa, *ad hæredem*, quod non eſt admittendum. Nota ſecundò ibi, *Nàm & ſi legari ei non poſſit, tamen*



Digitized by Google

*hæres inſtitutus Dominus eius efficitur*, quæ verba non potuerunt magis clarè explicare non tranſitum ad alios, quàm ad ſolos hęredes, inquit enim, *& ſi legari ea non poſſint cum vniuerſitate*. Ecce iam de tranſitu cum vniuerſitate agitur in ea *l.* in prima parte ipſius, & concludit *tex.* quòd tametſi legari ei nõ poſſit, hæres tamen inſtitutus Dominus eius efficitur. Legari non poteſt, ergò, neque fideicommitti, cùm legata ſint redacta ad inſtar fideicommiſſorum,& è contrà,ac exequata ſimùl etiam ad inuicem, ad *tex.in l.*1.vbi *DD.*notant *ff.de legat.*1.Si ergò non legari, neque fideicõmitti, ergò non tranſeunt ad alios cum vniuerſitate, niſi ad ſolos hæredes, vt *ibi*.

Eſt ergò proindè conſtituenda regula generalis negatiua, non tranſire ſcilicet ad alios,quàm ad hæredes loca ſacra, vel religioſa, ac res,cuius commercium non habemus cum vniuerſitate,vt in *d.l. quædam*.

148 Excipiantur modò ex ea duo caſus. Primus caſus eſt in modicis,iuxtà terminos *l.in modicis 24.ff.de contrah.empt.In modicis autem* (inquit *ibi tex.*) *ex empto eſſe actionem, quia non ſpecialiter locus ſacer, vel religioſus venijt, ſed emptioni maioris partis acceſſit*. Loquitur *tex.* ille de modicis,cõſiderando locum ſacrum, aùt religioſum in terminis *d.l.* pro medico,reſpectu magnitudinis rei, cui accedit,qui proptereà concedit actionem ex empto, quæ aliàs non concederetur, ſi ſpecialiter locus ſacer,vel religioſus vẽderetur. Quarè patet,regulam eſſe in contrarium in magnis, vt ſcilicet in magnis non veniant cum emptione rei: nàm aliàs ſi non ea ratione modicitatis id fieret, eo ſcilicet,quòd modicum reputatur locus ille ſacer,vel religioſus reſpectu magnitudinis rei,cui accedit,non fuiſſet opus diffinire illud ea ratione ſpeciali, quia ſcilicet in modicis, ſi omninò permitteretur, ac indiſtinctè tranſitus, etiàm circùmſcripta modicitate.

149 Secundus caſus eſt in terminis *l.ſi mercedem* §.*ſi eum fundum ff.de act.empt.* quando ſcilicet in ſepulchrum non patet tranſitus per viam publicam, niſi per fundum,cui accedit ſepulchum. *Si eum fundum* (inquit *ibi Labeo*) *vendidiſti, in quo ſepulchrum habuiſti, nec nominatim tibi ſepulchrum excepiſti, parum tibi eo nomine cautum habes. Paulus. minimè ſi modò in ſepulchrum iter publicum tranſit*. Locus iſte,tametſi malè intellectus ab aliis, ſic planus redditur, ac explicatur, & difertis verbis probat vtrumque. Inquit *Labeo. Si eum fundum vendidiſti, in quo ſepulchrum habuiſti, nec nominatim tibi ſepulchrum excepiſti, parum tibi eo nomine cautum habes*. Senſus *Labeonis* eſt in eo reſponſo,fuiſſe ſcilicet excitatam quæſtionem de venditione fundi, in quo aderat ſepulchrum, abſque exceptione illius, fuiſſeque quæſitum, ſi tranſiret ſepulchrum illud ad emptorem cum dicta vniuerſitate fundi, & decernit, tranſire cum ipſa vniuerſitate fundi venditi: nàm hoc explicant verba illa, *parum tibi eo nomine cautum habes*, hoc eſt, quaſi dicat, agere vtique non poteris, nec excipere pro dicto ſepulchro, tamquàm comprehenſo in venditione cum vniuerſitate fundi, cui cohæret. Subdit deindè *tex. Paulus minimè*, hoc eſt, quaſi innuat, Paulus totum contrarium diffinit, & ſic illud non tranſire cum vniuerſitate dicti fundi venditi, *ſi modò iter publicum in ſepulchrum tranſit*, hoc eſt,eò fortiùs non veniet, quaſi dicat,ſi ad ſepulchrum patet acceſſus per iter publicum: nàm ſic intelligi debet *tex.* ille, ex dictione illa, *in*, ibi, *in ſepulchrum*: quæ dictio,*in*,denotat locum, ad quem,nõverò locum, per quem,vt malè intellexerunt alij. Deſumitur itaque ex hoc *tex.*& regula generalis,vt ſcilicet ſepulchrum non intelligatur venditum cum vniuerſitate rei, cui cohęret, ibi, *Paulus minimè*. Et limitatio poſtmodùm à contrario ſenſu, vt non procedat,quãdo in ſepulchrum non patet acceſſus per viam publicam: nàm in tali caſu iuxtà ſententiam *Pauli* veniet cum vniuerſitate.

Ex quibus patet, nec iura ſepulchrorum,nec ſepulchrũ ipſum venire regulariter cũ vniuerſitate rei, & ob id iure dixiſſe *gl.in l.ſi qua ff.de hæred.vel act.vẽd.* ipſa non pertinere,nec ad emptorẽ,nec ad

ad fideicommiſſarium, Nō ad emptorē, quia non poſſunt ſpecialiter vendi, vt in *d.l. quædam ff. de acqu. rer. dom.* nec veniunt cum vniuerſitate rei, vt ſuprà dictum eſt, niſi in iſtis caſibus peculiaribus. Non ad fideicommiſſarium, & hoc reſpicit ſecundum principale caput à nobis diſtinctionis ſuprà poſitæ, quia ad ipſum non tranſeunt ex natura rei, eò quòd nō niſi ad hæredes tranſeunt circà ſepulchra, quæ iure proprio quis poſſidet, & ad familiam, aùt hæredes circà iura ſepulchrorum vigore pacti, ex quo perti-
150 nent illa, aùt iure familiaritatis, aùt hæreditatis, aùt vtriuſque, & fideicommiſſarius non eſt hæres, nec fungitur vice familiaris, niſi ſit verè talis, ſic expreſſim cauente *text. in d.l. ius ſepulchri*, vbi diſtinguendo ſepulchrum familiare ab hæreditario inquit, *familiare tranſire ad familiam, etiàm ſi nullus ex ea hæres ſit, hæreditarium verò ad hæredes etiàm extraneos, non tamen ad alium, qui hæres non ſit pertinere poſſe.*

Et tametſi loco hæredis fideicommiſſarius habeatur, aùt hæres dicatur in *l. ſi filiusfamilias* §. 1. *ff. quod cum eo, & in l. poſtulante* §. *ſed & in huiuſmodi ff. ad trebell.* voluerunt *Bald. in conſ.* 70. *conceſſo col.* 2. *lib.* 2. *Angel. in conſ.* 35. *Doctores in l.* 1. §. *de illo ff. eod. tit. ad trebell.* attamen, vt rectè monet in proprijs terminis huiuſce quæſtionis *Phanuc. de inuentar. hæred. parte 6. ſub num.* 62. procedit iſtud reſpectu iurium, quæ fideicommiſſarius fuit adeptus ſuper hæreditate reſtituta, ſiuè eius bonis, de quibus ageretur, non verò ſi ageretur de dijudicanda perſona, eò quòd perſona, & corpus vnius nō eſt perſona, & corpus alterius, ad notata per *Tiraquell. in tractat. le mort ſaiſitt le viff. part.* 2. *declarat.* 10. quo loci negat in ſpecie, ſub perſona hæredis comprehendi perſonam fideicommiſſarij.

Ad argumentum modò pro contraria ſententia adductum, quia ſcilicèt in fideicommiſſo non veniunt, niſi ea, quæ commodum pecuniarium concernunt, ex doctrina *Dec. in l. precibus num.* 22. *C. de impuber. & al. ſubſtitut.* ac aliorum per *tex. in l. planè la ſeconda* §. *fin. ff. de legat.* 1. cum concordantibus, apprimè reſpondet idem *Phanuc. loco cit. num.* 63. dicens, iura prædicta probare, quòd non poſſit quis grauari, niſi reſpectu eorum, quæ afferunt vtilitatem pecuniariam, ex quo grauari quis debet in re eiuſdem generis, vt in *d.* §. *fin.* non verò probari, quin ea pariter, quæ commodum pecuniarium non offerunt, poſſint per fideicommiſſum relinqui. Quæ reſponſio ſit ex abundanti inculcata, cùm negari haùd poſſit, quin iuſpatronatus afferat vtilitatem, ſaltim habitu fideicommiſſario, vt patet ex diffinitione illius, &
151 nos ſuprà deduximus, ex quo iuſpatronatus nedùm eſt ius honorificū, & oneroſum, verùm etiam vtile, quod & *Molina* etiàm affirmat *de Hiſpan. primogen. dict. cap.* 24. *lib.* 1. *num.* 21. & antè *ipſum* docuit *Rochus de Curte de iurepatron. ver. ipſe, vel is num.* 1. facit *text. in cap. nobis* in finalibus verbis, vbi *Doctores* communiter notant *de iurepatron.*

Cùm igitur quod diffiniri poteſt de iure ſepulchrorum non ſit applicabile ad iuſpatronatus, longèque ſatis differat vnum ab altero, tùm quia ius ſepulchrorum non tranſit cum vniuerſitate bonorum, vt ſuprà deductum, & probatum extitit, niſi tātummodò ſepulchrum tranſit, ſeù locus materialis ſepulchri, & in aliquibus tantùm caſibus, non verò indiſtinctè, & in vniuerſum. Tùm quia ius ſepulchrorū nullam affert vtilitatem pecuniariam, ſiuè commodum burſale, nec actu, nec habitu fideicommiſſario, niſi ſolam honorificentiam, è contrà verò iuſpatronatus affert vtilitatem etiam ſaltim habitu ipſi fideicommiſſario. Tùm quia ius ſepulchrorum non eſt in fructu, nec alibi in toto corpore iuris reperitur, quòd ſit fructus, aùt pariat, vel parere poſſit fructus vllo vnquàm tempore, è contrà verò iuſpatronatus eſt in fructu, ac parit fructus. Tùm quia iuſpatronatus conſiſtere non poteſt in ſepultura, ſecundùm *Lambert. de iurepatron. in* 13. *artic.* 11. *quæſt. principalis lib.* 1. *parte* 1. tametſi acquirens dicatur acquiſiuiſſe ius familiarium ſepulchrorum vigore regulæ, de qua in *l. familiaria*, iuncta *l. ſequ. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Tùm quia ad fideicommiſſarium trāſeunt omnes fructus



Digitized by Google

ctus, commoda, & emolumenta hæreditatis, vt dicemus infrà in *ſecunda parte in ſecundo ipſius cap.* in quo agemus *de diuiſione fructuum facienda inter hæredes fideicõmiſſarij,& grauatum*, inter quos, vt dictum eſt, computatur iuſpatronatus, è contrà verò non ius ſepulchrorum, eò quòd non eſt in fructu, tùm ex alijs differentijs intercedentibus inter vtrumque, ac deſuper exaratis ex *Molina dict. cap. 24.lib.1.nu.12. cum ſequentibus*, non eſt ob id aliquo pacto de vno ad aliud inferendũ neceſſariò, ſed ſtatuendum, tranſire omninò iuſpatronatus in fideicõmiſſarium, ius verò ſepulchrorũ nequaquàm, vti perſonale, fauore tantùm hæredis, vel familiæ introductum, quod de per ſe nõ eſt tranſitoriũ, niſi ad ſolos hæredes, aùt comprehenſos vigore pacti. Et ità concludendum puto in hac ancipiti quæſtione, in qua vnicam tantùm afferam

152 limitationem de mente *Guid.Pap.deciſ. 507.ſub numero primo*, vt ſcilicèt non habeat locum in caſu, quo hæres detraheret quartam Trebellianicam ex hæreditate, quoniàm tùnc cùm ambo ſint patroni, vtique ambo pariter facere debent præſẽtationem, fideicommiſſarius ſcilicet, cui facta eſt reſtitutio pro tribus partibus, hæres verò rogatus pro ea parte, quam detraxit, eò quòd non obſtante reſtitutione remanet adhùc hæres pro quarta portione reſpectu quartæ Trebellianicæ per eum retentæ, ad *text. in §. reſtituta Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* pro qua etiam portione tenetur pariter ad debita hæreditaria, vt per *eum ibi, & in deciſ.496.*

153 Addas inſuper, hac eademmet ratione fore idem ſtatuendum in caſu, quo quis admitteretur ad detractionem duarum quartarum, quippè Trebellianicæ, & legitimæ: nàm cùm in eo caſu repræſentet defunctum pro duabus portionibus, vtique pro duabus etiam portionibus foret admittendus in præſentatione, vnà cum fideicommiſſario facienda in iurepatronatus.

154 An autem modò iuſpatronatus trãſeat ad conductorem rerum, quibus illud cohæret, diſtinguunt *Doctores*, & iure quidem, an locatio fiat ad longum tempus, an verò ad breue. Et in primo caſu reſpondent, ſpectare ad conductorem præſentationem, in ſecundo verò non. Sic profitentur *gloſa in cap.ex literis de iurepatron. Paul.de Cittadin.de iurepatron.parte 9.num.12. Barboſa*, qui alios recenſet in *l.diuortio §.ſi vir num.58.ff.ſolut. matrim.* vbi pro ratione adducit, quia in locatione ad longum tempus cenſetur vtile dominium tranſlatum in conductorem, ad *l.primam §. quod autem ff.de ſuperficieb.*

155 Ad creditorem verò recipientem iure pignoris, aùt obligationis rem, cui cohæret iuſpatronatus non tranſire exercitium illius, & conſequenter non poſſe præſentare, conſtat ex doctrina *gloſ.in cap.cùm* Bertholdus, per illum *text. de ſentent.& re iudic.* quam ſequuntur *ibi Doctores* omnes, admittunt etiam *Griuell. deciſ. Dolana 37. num. 8. Barboſa in d.§.ſi vir num.57.in fine ff.ſolut.matrim.* Et hæc quòad perſonas, in quas tranſit iuſpatronatus.

156 Eſt modò iuſpatronatus (vt hoc non omittatur) ius honorificum, oneroſum, & vtile alicui competens in Eccleſia pro eo, quòd de Diœceſani conſenſu Eccleſiam fundauit, conſtruxit, vel dotauit ipſe, vel is, à quo cauſam habuit, ità *Ioan. Andr.Cardin.Anton.& Abbas*, alijque communiter in *Rubr. extrà de iurepatronat.*

Super qua diffinitione pro eo, quod dicitur, iuſpatronatus eſſe ius, deducit

157 *Bart.in l.ſi is, qui §. iura verſ.ſed extrà gloſ. ff.de pignor.* quòd iuſpatronatus obligari non poteſt, dicens, alia eſſe iura in re, veluti iuſpatronatus Eccleſiæ, ac ſimilia, & tunc ſi nihil percipitur commodi, obligari non poterunt, adducit *tex.in cap.cum hæredibus*, iunctis ijs, quæ *ibi* notantur per *gloſam,& Doctores de re iudic.* per quorum doctrinam ſic firmat *Lambert.de iurepatronat.in 9.quæſt.princip.in 2.parte lib.primo*, ratio eſt, quia iuſpatronatus non tranſit cũ vniuerſitate obligata, ſiuè pignori data, vt diximus etiàm ſuprà, adducit *Roch. de Curte de iurepatron. in ver. ipſe, vel is quæſt.27.* notat ipſe idem *Lambert.in ſecundo artic.dictę quæſtionis.*

158 Exo-

158 Exoritur ex hoc primò, vt ob id non poſſit illud adiudicari per Iudicem vni ex hæredibus in diuiſione hæreditatis, quemadmodùm nec inter ipſos hæredes aſſignari alteri ex ipſis habenti minorem partem hæreditatis, pro adæquatione forſitàn partium, niſi in caſu, quo fieret adæquatio cum aliquo alio vniuerſali, eò quòd in iurepatronatus conſiſtit ius indiuiſibile apùd omnes, propter quod non recipiet illud æſtimationem.

159 Exoritur ſecundò, non poſſe etiàm eadem ratione ceſſantis æſtimationis iuſpatronatus poni in æſtimo, ad finem exigendi pro illo collectam, & ità poſt *Lambert. de iurepatron. lib. 1. parte ſecunda quæſt. 2. princip. art. 37. per totum, & art. vltim. num. 9.* concludunt *Lælius Zech. de benefic. cap. 12. ſub num. 6. & Coſta de ratione ratæ quæſt. 97. nu. 13. & 14.*

Dicitur in diffinitione, iuſpatronatus eſſe ius honorificum, oneroſum, & vtile, eò quòd honorem conſequitur in præſentando, onus in defendendo Eccleſiam, nè quis dilapidet eam, vt in *cap. filijs 16. quæſt. 7.* & vtilitatem, quia ſi vergit ad inopiam, Eccleſia ei prouidebit, vt in *cap quicquid d. 16. q. 7.* & abundantiùs quàm alijs ad *text. in cap. cùm in officijs de teſtib.* & ità notabiliter explicat *gloſ.* prædicta tria in *cap. piæ mentis d. 16. q. 7.*

160 Iuſpatronatus principaliter duplex eſt, Eccleſiaſticum ſcilicèt, & Sæculare.

161 Diſtinguitur autem iuſpatronatus Eccleſiaſticum, ſiuè Clericorum à iurepatronatus Sæculari, ſiuè Laicorum. Nàm Eccleſiaſticum acquiritur quotièſcumque ex bonis Eccleſiaſticis conſtituitur

162 Eccleſia, vel dotatur, vel competit alicui ratione Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ dignitatis. Ius, verò, patronatus Laicale dicitur illud, quod à rebus proprij, & Sæcularis patrimonij originem trahit, ſic docet *gloſ. in clemen. 2. in verbo præſentare de iurepatron. Abb. in cap. eam te col. fin. ac in cap. illud de iurepatron. Felin. in tractat. quòd literæ Apoſtolicæ col. 7. gloſa in cap. dilectus de off. leg. Pariſ. in conſ. 128. lib. 4. Lambert. de iurepatron. lib. 1. quæſt. 1. artic. 5.* alios recenſet, ac ſequitur *Covar. pract. quæſt. lib. vnic. cap. 36. ſub num. 2. verſ. diſtinguitur*, vbi quòad iuſpatronatus Sæculare ampliat etiam quòad iuſpatronatus à Clerico fundatum; cum nihil interſit ad hoc, an Clericus fundauerit, vel Sæcularis, dummodò Clericus non de bonis Eccleſiæ, ſed de bonis proprij patrimonij fuerit illud conſecutus, ac quòd ità omnium conſenſu ſit illud receptum. Et ità quòad iuſpatronatus fundatum à Clerico cum conditione, quòd præſentatio fieret à ſuis hæredibus Laicis, vt ſcilicèt iuſpatronatus Laicale cenſeatur, cenſuit *Rota Roman. apud Achill. de Graſſis deciſ. 1. de iurepatron.* ità in caſu iuriſpatronatus fundati per Beneficiatum, etiàm bona patrimonialia habentem, ſi Laici ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, decreuit eadem *Rota* apud *Creſcent. deciſ. 9. eodem tit. de iurepatron.* ità pariter in iurepatronatus fundato à Laico, & relicto quatuor Laicis, & vni Clerico, quòd ſimiliter ſit Laicale, voluit idem *Creſcent. deciſ. 3. eod. tit.* Ità ſimiliter de iurepatronatus fundato à Clerico beneficiato de bonis propriis, quòd ſimiliter Laicale dicatur, patet ex *deciſ.* apud *Mohed. 9. eod. tit. de iurepa tr* vt eſt videre apud *D. Ricc.* qui præfatos caſus, ac alios etiã cumulat in *collectan.* 488. Eſt benè verum, quòd ſi iuſpatro-

163 natus fuerit mixtũ, partim ſcilicèt verè Eccleſiaſticum, partim verò Laicale, erit de illo iudicium, quod de Eccleſiaſtico, etiàm ſi duæ partes ipſius pertineãt ad Patronos Laicos, ad *not.* per *Ioannem Franc. Leo. in theſ. fori Eccleſ. cap. 18. num. 46.* quemadmodùm etiàm de iurepatronatus, quod habuerit originem Sæcularem, eò quia fuit fundatum ex patrimonio alicuius Laici, propter quod fuit effectum Sæculare, ſi poſtmodùm teſtamento, donatione, aùt alio quouis titulo fuerit tranſlatum in Eccleſiam, quòd ſortiatur naturam iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, voluerunt *Doctores* relati per eundem *Leo. d. theſ. fori Eccleſ. cap. 21. nu. 29. ac Macerat. variar. reſolut. lib. 1. reſol. 8. num. 14.* ità pariter poſt *Ancharanum in cap. primo in 6. notab. de iurepatronat* concludit *Domin. de Franch. deciſ. 696. num. 4.*

Vti-

Digitized by Google

Vtilitas huius inueſtigationis ſeligitur, ac deſeruiet. Primò, quia quando iuſpatronatus eſt Laicale, tenetur Pa-
164 tronus Sæcularis præſētare infrà quatuor menſes, quando verò eſt Eccleſiaſticum, tenetur infrà ſex menſes, vt in *cap. vnic. §. verùm de iurepatronat. in 6.* ità pariter quando eſt mixtum, partim Sæculare, partim Eccleſiaſticum, quoniàm tùnc debet expectare etiàm ſemeſtre ad præſentandum, ità *gloſ. fin. in cap. vnic. eod. tit. de iurepatron. in 6. ibiq; Archidiac. Ancharan. & Abb.* alios congerit *Lambertin. de iurepatron. parte 2. lib. 1. quæſt. 6.* ijs adde *D. Riccium deciſ. 228. nu. 16. par. 2.*

165 Tempus autem idem quatrimeſtre, aùt ſemeſtre reſpectiuè computari debet à die vacationis, non verò à die notitiæ, ad *tex. in clemen. vnic. de conceſſ. præben.* cenſuit *Rota deciſ. 1. num. 13. de iurepatronat. in antiqu.* Contrarium tamen cenſuit eadem *Rota apud Caputaqu. deciſ. 248. parte 3.* cum quo concordat *D. Ricc. collectan. 119.* ità concludunt etiàm *Sebaſt. Medices deciſ. March. 62. ſub num. 1.* vbi alios coaceruat, ac *Marc. Anton. de Amat. deciſ. 4. num. 23.* vbi tamen dicit, contrariam ſentētiam eſſe communem, cenſuit rursùs *Rota deciſ. 532. num. 1. par. 4. in nouiſſ.* aliqua alia ſeligi poterunt ex *Gratiano diſcept. forenſ. cap. 560. num. 26. cum ſequentibus.* Ad euitandas tamen diſſentiones puto, poſſe hoc remitti arbitrio Iudicis, qui inſpectis facti qualitatibus poſſit arbitrari, an ſit affectata excuſatio, non habuiſſe ſcilicèt anteà notitiam vacationis, & in hoc inſiſterem in facti contingentia, quando caſus diſcutiendus occurreret.

166 Tempus item iſtud aùt quatrimeſtre, aùt ſemeſtre reſpectiuè quomodò computari debeat, ſi ſcilicèt ſecundùm numerum menſium literarum, an verò ſecundùm dies anni, & an pro menſe debeant computari triginta dies, vel triginta vnus, quæſtionem iſtam excitat *Rota Romana deciſ. 10. de iurepatron. in antiqu.* Benè verum non reſoluit, ſed remittit ſe ad ea, quæ tradunt *Hoſtienſ. in cap. licèt de ſuppl. neglig. prælat. ac Ioan. Andr. in cap. quàm ſit de elect. in 6.*

167 Elapſo autem iſto quatrimeſtre, aùt ſemeſtre tempore reſpectiuè, & non facta præſentatione, collatio deuoluitur, ac ſpectabit ad Ordinarium, qui habet aliud ſemeſtre tempus ad conferendum, computandum ab vltima die temporis quatrimeſtris, aùt ſemeſtris dati ad præſentandum, non verò à die notitiæ *Rota Romana deciſ. 6. in princip. de iurepatron. in nouis.*

168 Limites præfata, quando eſſet contentio inter plures de iurepatronatus, quoniàm tùnc Epiſcopus poterit expectare ſemeſtre, quo elapſo poterit prouidere *cap. eam te 22. de iurepatron.* Benè verum poteſt tēpus iſtud ſemeſtre prorogari per Ordinarium, ſecundùm *Creſcent. deciſ. 11. de dilat.*

169 Deſeruiet Secundò, quoniàm tametſi ſit abſolutum de iure, poſſe ſcilicèt Summum Pontificem derogare iuripatronatus tàm Eccleſiaſtico, quàm Sæculari, ſecūdùm *gloſ.* communiter receptam *in clemen. 2. in verbo Apoſtolicis de præbend.* notant *Archidiac. in cap. piamentis 16. q. 7. Innoc.* & cæteri in *cap. omnes, ac in cap. cùm dilectus de iurepatron. Abb. in cap. 3. notab. 2. ac in cap. illud circà finem eod. tit. de iurepatron. ac in diſput.* incip. *Augerio col. 3.* item *Ioannes Andr. Domin. & Franc. in cap. 2. de præbend. in 6.* agit fuſiſſimè *Felin. in tract. quandò literæ Apoſtolicæ noceant Patrono col. 2. Roch. de Curte in tract. de iurepatron. in verbo honorificum quæſt. 3. Lambert. in conſim. tract. lib. 1. parte 3. quæſt. 9. art. 1. Leo. in theſ. fori Eccleſ. cap. 21. nu. 15. Ma-*
170 *cerat. lib. 1. reſolut. 9. num. 7.* Attamen quando agitur de derogando iuripatronatus Sæculari, oportet vt expreſſim in literis Apoſtolicis derogatorijs fiat mentio de dicta derogatione, ſecùs tamen in iurepatronatus Eccleſiaſtico, cui per ſolam prouiſionem cenſetur derogatum, ſic profitentur *gloſ. in dicta clemen. 2. in verbo Apoſtolicis, Lapus allegat. 96.* notant *Doctores* omnes in *cap. 2. de præbend. in 6. Caſſador. deciſ. 4. tit. de probat. Felin. Angel. Lambert.* & alij relati per *Couar. dicto lib. vnico pract. quæſt. cap. 36. nu. 2.*

171 Limites hoc quòad iuspatronatus mixtum, partim ſcilicèt Sæculare, & partim

Digitized by Google

tim Eccleſiaſticum, quoniàm de eo habebitur ratio, prout de Eccleſiaſtico, & ob id non erit neceſſaria ſpecialis mentio in derogatoria per Papam *D. Ricc. deciſ. 228. par. 2. nu. 6.*

172 An autem poſſit inferior à Papa, & ſic Legatus Apoſtolicus derogare iuripatronatus, concludit *Felin. in cap. cùm acceſſiſſent num. 19. de conſtit.* quòd poſſit, ad tempus tamen, & cum conſenſu hæredis, & cum iſtis qualitatibus poterit etiàm Epiſcopus, ſm̃ eundem *Felin. loco cit.* de quo meminit *Marta in tract. de iuriſdict. par. 4. centur. 1. caſu 74. nu. 5.*

173 Diſtinguas rursùs iuſpatronatus in hæreditarium, & familiare, ſiuè gentilitium. Hæreditarium iuſpatronatus dicitur illud, quod ad eos pertinet, qui ſunt hæredes Fundatoris, ità vt nihil interſit, an ſint ſui, vel extranei, item an immediati, an verò mediati, cùm etiàm hæres hæredis vſque ad milleſimum, & vltrà ſemper dicatur hæres primi teſtatoris *l. hęredis appellatione, & l. ſciendum ff. de verb. ſignif. l. qui per ſucceſſionem ff. de reg. iur.* cum concordantibus, notant *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viff parte 2. declarat. 5. ac Menoch.* qui multa ad id notat *conſ. 89. num. 126. cum ſeqq. vol. 1.* exigitur, namq; , vt appareat ſolùm fuiſſe aditam hæreditatem, cùm hæredem non conſtituat vocatio, ſed aditio, ſecundùm *Alexand. in conſ. 1. num. 6. volum. 1. Dec. in l. hæredem num. 8. ff. de regul. iur.* Rota Romana *deciſ. 47. num. 11. cum ſequentibus parte 2. in nouiſſ.* Vndè ſi hæreditatem repudiauerit, non ſuccedet in illo, ex quo iuſpatronatus habet annexã qualitatem hæreditariam, & tranſiet in eum, in quem tranſit hæreditas, vt rectè axioma iſtud deducit, & probat *D. Ricc. deciſ. 126. par. 1. per totã*, cenſuerunt *Caputaqu. Achill. de Graſſ. Bellamer. & Caſſador.* relati per *Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 7. num. 16.*

174 Iuſpatronatus familiare, ſiuè gentilitiũ dicitur illud, quod eſt debitũ generi authoritate Superioris, ad quod nullus admittitur, qui non ſit ex ſanguine Fundatoris, & in tali caſu fiet gradatim admiſſio, ſecundùm prærogatiuam ſcilicèt gradus ad inſtar fideicõmiſſi agnatitij, ad *tex. in l. fin. ff. de verb. ſignif.* ſecundùm *Zabarell. conſ. 48. Rebuff. conſ. 78. Pariſ. conſ. 48. vol. 4.* Et ordo eſt in eo, vt primi hęredes ſuccedant in capita, alteri verò in ſtirpes, ad *text. in clem. ſi plures de iurepatr.* tradunt Ripa *reſponſ. 2. nu. 3. de iurepatr. Marant. conſ. 33. D. Ricc.* qui diſtinctionem hãc totã (vt retulimus) collocat, & exornat *deciſ. 6. part. 2. per totam.*

Notes autẽ ad hoc caſum relatum per *Gratian. diſcept. foren. c. 218. n. 83.* vbi ad-

175 uertit, quòd ſi iuſpatronatus ſit relictũ, aùt ſpectet ad ſeniorem de parentela, licèt competat illud parentelæ, attamẽ ſenior, in quo ſemel habuit effectũ ſi fuerit vita functus, non tranſit illud in eius deſcendentes, ſed benè reuertitur ad aliũ de parentela, in quo concurrat qualitas illa ſenioris, ex doctrina *Calder. in conſ. 48.* quem ſequitur *Lambert. de iurepatron. lib. 1. art. 2. q. 33. in princ.* ac quòd ità quandoque cenſuerit etiàm *Rota*, vt per *eum.*

176 Idem etiàm in iurepatronatus gentilitio, ſeù familiari, in quo finita linea contemplata à Fundatore, tranſit iuſpatronatus ad extraneos, non verò remanet liberum beneficium, ſecundùm *Anchar. Lambert. Calderin.* ac Rotam Roman. *deciſ. 385. par. 1. in nouiſſ.* voluit *Coſta de ratione rata q. 97. nu. 12.* adde alios relatos per *D. Ricc. deciſ. 60. nu. 2.* vbi intelligit hoc, niſi adfuerit dictio taxatiua, vt per *eum* poſt *DD.* quos recenſet.

177 Aduertas tamen in hoc, quòd tametſi reſeruauerit quis iuſpatronatus pro ſe, filijs, & deſcendentibus, poterit viuens in præiudicium nominatorum, alios etiàm extraneos nominare *Calderin. in conſ. 19.* incip. *conceſſum de iurepatron.* multa cumulat ad id *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 177. nu. 13. cum ſeqq.*

178 In dubio autem ſi conſtiterit de iuriſpatronatus erectione, verùm non appareat de perſonis vocatis ad illud, præſumptio iuris eſt, vocaſſe hæredes ea ratione, quia dùm ſtipulatur quis pro ſe, intelligitur etiàm pro hæredibus, tametſi de eis nulla ſit facta mentio, ad *text. in l. ſecundùm reſponſa C. de contrah. ſtipulat.* faciunt tradita per *D. Ricc. deciſ. 72. part. 2. per totam.*



Digitized by Google

179 Quò ſit, vt regulariter in dubio iuſpatronatus tranſmittatur ad hæredes, ac acquiratur iure hæreditario, non verò ſanguinis, vt in *cap. ſignificauit de teſtib. in cap. 1. de iurepatr. & in clem. 2. eod. titul.* & hoc ſiuè hęredes ſint ſui, ſiuè extranei ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato.

180 Et ex his fœmina excluſa à ſucceſſione vigore ſtatuti, quemadmodùm viget illud in Regno ex diſpoſitione *Conſtitut.* ipſius incip. *In aliquibus*, cenſetur etiàm excluſa à iurepatronatus ſtantibus maſculis. *Rocbus de Curte de iurepatronat. in verbo ipſe, vel is quæſt. 6. num.* 14. *Cæſar Lambert. ſimiliter de iurepatron. lib. 1. parte 2. quæſt. 2. princip. artic.* 15. *numero primo cum ſequentibus, Genuenſis in praxi Archiepiſc. Neapol. cap. 62. nu. 24. Macerat. var. reſolut. iur. lib. 1. reſolut. 7, num. 21. ac reſolut. 60. num. 2. ac Ambroſin. deciſ. Peruſ. 43. num. 3.* Regulariter tamen circùmſcripto ſtatuto

181 fœminarum excluſiuo, fœminæ ſuccedunt in iurepatronatus *cap. quoniàm, & cap. nobis de iurepatron. cap. fin. de conceſſ. præben. Abb. in cap. 1. num. 3. eod. tit. de iurepatr.* alios coaceruat *Maceratenſ. d. reſol. 60. nu. 1.* quibus adde *Ambroſin. d. deciſ. Peruſ. 43. nu. 7. & 10.*

182 Regulariter item in iurepatronatus ſuccedìtur in ſtirpes, nõ verò in capita, vt diſponit *text. in cap. ſi plures de iurepatr.* notat *Innoc. in cap. 1. eo. tit.* vbi pro ratione aſſignat, quia ſucceſſio in iurepatronatus regulatur ad inſtar ſucceſſionis in hæreditate, in qua ſucceſſio viget in ſtirpes, vt in §. *quod placuit Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* quare ſubdit *Innoc. ibidèm*, quòd ſi plures vni Patrono ſuccedunt, illi plures habentur loco vnius, iuxtà terminos *text.* in argumentum ducti in *l. ſi quis fundus ff. de condit. & demonſtr.* notant in ſpecie *Abbas*, & cæteri in *d. cap. 1. de iurepatron.* vbi etiàm Berous *num. 59. cum ſequentibus, Rochus de Curte d. verbo ipſe, vel is num. 2. Lambert. d. tractat. de iurepatron. lib. 1. parte 2. q. 1. artic. 24. Paulus de Cittadinis in eod.*

183 *tractat. de iurepatron. parte* 1. Ratio eſt, quia iuſpatronatus eſt ius indiuiduum, exiſtens quòad ſubſtãtiam penès quemlibet ex Patronis inſolidum, vt tradit *D. de Frãcb. deciſ. 85. nu. 1.* quapropter non cõtinetur in diuiſione bonorum, ad *text. in cap. 1.* vbi *glo.* per illum *tex. de iurepatr.* notat *Ripa reſponſo 2. nu. 5. de iurepatron.* Quò ſit, vt tot ſint ſuffragia, quot capita Patronorum, ad tradita per *Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. princ. artic. 25. nu. 16.*

184 Intelligas tamen hoc ſecundùm *Coſtam de rat. rata quæſt. 97. nù. 6.* poſt *Bald. in conſ. 431. col. 2. vol. 2.* quòad ius, vt. ſ. tranſeat apud quemlibet ex hæredibus inſolidum, non verò quòad exercitium præſentandi, quod, quidẽ, exercitiũ tranſit ad hæredes in totũ, aùt in partem iuxtà ratam bonorum, aùt hæreditatis cuilibet ex cohæredibus ſpectantem.

185 Limites, quando ſucceditur non iure hæreditario, ſed benè iure legati, vel donationis, quo caſu ſi legaretur iuſpatronatus familiæ, omnes de familia ſuccederent in capita, non verò in ſtirpes, & ità ad tradita per *Alex. conſ. 63. nu. 3. & 4. ac Bald. in l. 2. C. de ſuis, & legit. hæred. ſub nu. 4.* tradit fuiſſe deciſum per *Rot. Rom. D. Ricc. deciſ. 120. nu. 3. lib. 2.*

186 Dato etiàm cohærede vniuerſali, inſtitutus in re certa non ſuccedit in iurepatronatus, vt rectè monet *Lãbert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 2. princ. art. 16. nu. 6. cum ſequentibus*, quo loci de communi profitetur.

187 Acquiritur iuſpatronatus ex fundatione, conſtructione, & dotatione. De dotatione, & conſtructione habetur in *cap. filius* 16. *quæſt.* 7. De fundatione in *cap. Abbatem* 18. *quæſt.* 2. De conſtructione item ſeparatim habetur in *cap. nobis 25. de iurepatron.* De vtriſque mixtim habetur in *cap. piæ mentis, cap. frigentius cum alijs capitulis ſequentibus eadem 16. quæſt. 7. Et in Sacro Conc. Triden. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* in quo tametſi *Sacr. Conc.* loquatur de acquiſitione iuriſpatronatus in duobus tantùm caſibus, quippè ex fundatione, vel dotatione, non videtur excludere acquiſitionem ex conſtructione, vt concludunt *Doctores* communiter. Vndè *gloſ. in d. cap. piæ mentis* refert ad id verſum dicens.

*Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*

188 Clariùs exemplificando hæc tria



Digitized by Google

*Rota Rom. deciſ. 269. num. 2. part. 2. in nouiſſ.* inquit, quòd ex fundatione dicetur, ſi quis præbuerit fundum pro conſtructione Eccleſiæ, & ità in *cap. nobis de iurepatr. & in d. cap. Abbas* 18. *quæſt.* 2. cum alijs, de quibus apùd *Rochum de Curte de iurepatron. in verb. fundauit num.* 1. Ex conſtructione dicetur, quādo quis conſtruxit ex fundamentis, ſecundùm eundem *Rochum d. tract. in verbo conſtruxit*, aùt quando Eccleſiam penè dirutam ædificat, & intelligitur in hoc caſu de Eccleſia diruta, adeò vt noua conſecratione indigeat, vt infrà dicemus. Ex dotatione dicetur, quando dotauerit, circà quam dotationem eſt aduertendum, debere illam præcedere conſecrationem, non autem ſubſequi poſt illam. Rationem addit *gloſ. in d. cap. piæ mentis*, quia ideò qui dat aliquid antè conſecrationem Eccleſiæ fit illius Patronus, ſecùs verò poſt, quia ille perducit rem de non eſſe ad eſſe. Secundam addit rationem, quia ſi fieret quis Patronus poſt conſecrationem, videretur imponi ſeruitus rei ſacræ, quod non eſt admittendum, ad *text. in cap. ſeruitutes la* 2. §. *vlt. de ſeruit.* nàm quod humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem non admittit *l. cauere ff. comm. præd.*

189 Et ideò prætendens ob id iuſpatronatus ex dotatione de nouo facta, docere debet, dotem primo loco conſtitutam fuiſſe redactam de eſſe ad non eſſe, ſecundùm *Beroum conſil.* 4. *numero* 26. *volum.* 1. Quemadmodùm etiàm in reædificatione, ac reparatione: nàm non acquiritur iuſpatronatus, niſi reædificatio ſit neceſſaria, vt quando Eccleſia eſſet omninò diruta, ità vt egeret noua conſecratione, prout in caſu Eccleſiæ non omninò dirutæ, ſed tantùm diſcopertæ, & carentis tecto, accomodationiſque parietum tantummodò, cenſuit *Rota Romana deciſ.* 306. *parte* 1. *in nouiſſ.* & in vtroque caſu, tàm ſcilicèt totalis dirutionis, quàm amiſſionis dotis, cenſuit eadem *Rota apud Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 177. *nu.* 27. multa alia circà acquiſitionem, aùt non iuriſpatronatus per reædificationem cumulat *D. Ricc. collectan.* 1559. *per totam.*

190 Nec ſufficiet ſola reædificatio in caſu præfato, verùm requiritur etiàm conſenſus Epiſcopi reſeruantis, aùt conſtituentis Eccleſiam reædificatam in iuſpatronatus fauore reædificantis, vt in *cap. nobis de iurepatron.* tradunt *Lambert. in tractat. de iurepatron. lib.* 1. *parte* 1. *quæſt.* 2. *princip. artic. ſecundo, & artic.* 4. *numero* 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 90. *numero* 19. Nàm alias abſque conſenſu Epiſcopi dijudicaretur reædificans vti ſimplex benefactor abſque reſeruatione aliqua, ſecundùm eundem *Lambert. dict. lib.* 1. *parte prima quæſt.* 6. *princ. artic. primo num.* 13. *& artic.* 3. *num.* 3. ſequitur præfatos in vtroque caſu *Macerat. variar. reſolut lib.* 1. *reſolut.* 33. *numero* 10. De hoc iurepatronatus ex legitima cauſa reædificationis, & conſtructionis agit *Rot. Rom. deciſ.* 598. *par.* 1. *in nouiſſ.* & dicit, ſufficere probationem de dirutione Eccleſiæ ex aſſertione Ordinarij concedentis iuſpatronatus.

191 In dubio tamen quando nō conſtiterit de aliquo ex præfatis tribus, præſumetur iuſpatronatus ex fundatione potiùs, quàm ex dotatione, & cōſtructione, ſecundùm *Caſſador. deciſ. fin. de iurepatr. ac deciſ.* 4. *de probat. Mohed. deciſ.* 5. *lib.* 2. *ac Puteum deciſ.* 28. *lib.* 1. *& deciſ.* 64. *lib.* 2.

192 Aduertas ēt, ad conſtituendū iuſpatronatus ſufficere alterum tātùm ex iſtis tribus, ex natura dictionis, *vel*, de qua in *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* cuius natura eſt alternare, non coniungere, vt in *l. hac verba, ille, aùt ille* notant *Pariſ. Honded.* & cæteri relati per *Grat. in tract. de dictionibus in dict.* 279.

193 Notes rursùs caſū, in quo non ſufficit ſola dotatio, aùt fundatio ad conſtituendum iuſpatronatus, & eſt in iurepatronatus cōpetēte in Prioratu conuentuali, quod non acquiritur ex dotatione, vel fundatione, ſed requiritur priuilegiū, vt in *cap. nobis*, vbi notāt *DD. de iurepatr.* habetur apud *Mohed. deciſ.* 340. notat *Rota Romana deciſ.* 646. *num.* 2. *part.* 4. *in nouiſſ.* vbi refert quoq;, quòd de ſtylo ſemper quādo expediuntur literæ ad id, exprimitur, iuſpatronatus competere ex priuilegio, ea ratione, quia in beneficijs



Digitized by Google

conuẽtualibus nõ põt aliter iuſpatrona-
tus Fundatori reſeruari, quàm ex priui-
uilegio, concludit tamen, in iſto caſu
conſtituere quaſi poſſeſſionem præſen-
tandi vnicam præſentationem, quæ fue-
rit effectum ſuum ſortita.
194 Aduertas inſuper quòad acquiſitio-
nem iuriſpatronatus per dotationem,
debere ſcilicèt eſſe dotationem totali-
ter, cùm non acquiratur illud ex ſolo
augmento dotis, & proindè dotatio de-
bet eſſe æquiualens iuripatronatus, ſe-
cundùm *Lambert.* relatum per *Rotam*
195 *Romanam deciſ.657.num.18.parte 1.in*
*nouiſſ.* adde *Gratian. diſcept.forenſ.cap.*
177.*num.*24.vbi dicit, iſtud augmentum
dotis dici potiùs ditationem Eccleſiæ,
quàm dotationem, quæ quidem Eccle-
ſia vti libera ex ſolo augmento dotis
non eſt redigenda ad ſeruitutem, iuxtà
tradita per *gloſ. in dict.cap.piæ mentis*, de
quo meminimus ſuprà. Vndè requiritur,
vt Eccleſia omninò dotem ſuam perdi-
derit, & ità deciſum per *Rotam* refert
idem *Gratian.ibid.nu.*25.
196 Quid autem ſit concludendum in
caſu ditationis egregiæ, an ſcilicèt ex
egregia ditatione poſſit conſtitui iuſpa-
tronatus, vide *Abb. in conſ.*28. *lib.*2. *ac*
*Menoch.conſ.*90.*nu.*28.*lib.*1.
197 Notes, velim, ad hoc caſum, in quo
acquiritur iuſpatronatus abſque funda-
tione, dotatione, aùt conſtructione, de
quo per *Gratian. diſcept.forenſ. cap.*177.
*per totum*, vbi agit de iurepatronatus fun-
dato ab vno, qui cauit, nominatio-
nes omnium futurorum Rectorum per-
petuò in futurum ſpectare ad Fratres
Religionis Sancti Franciſci Ordinis Mi-
norum Conuentualium, & tradit, valuiſ-
ſe diſpoſitionem, nec fuiſſe neceſſarium
ad id aſſenſum Ordinarij in dicta diſpo-
ſitione, eò quòd poteſt iuſpatronatus
cedi, legari, fideicommitti, & donari pio
loco abſque aſſenſu Epiſcopi, vt per
*eum.*
198 Acquiritur itaque iuſpatronatus ti-
tulo donationis, legati, fideicommiſſi, ac-
ceſſionis, verùm cum differentia in hoc,
199 an ſcilicet tranſlatio fiat in Eccleſiam,
an verò in *Laicum*, quia ſi in Eccleſiam,
nullus requiritur aſſenſus, nec licentia
Epiſcopi, ſi verò in *Laicum*, requiritur
omninò Epiſcopi aſſenſus, vt in *cap.quid*
*autem*, & *cap.illud de iurepatronat. Abb.*
& cæteri in *cap.cùm ſepulchrum eod.tit.de*
*iurepatron.* ac iuxtà declarationes, de
quibus apud *Roch. de Curte de iurepatr.*
*verbo ipſe, vel is quæſt.*16.& 17.*num.*28.
*vſque ad num.* 32. & *Molin. de Hiſpan.*
*primogen. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 13. & ità
quòd in acquiſitione ſcilicèt iuriſpatro-
natus requiratur ſemper conſenſus Or-
200 dinarij, cenſuit *Rota Romana deciſ.*85.
*num.*1 *parte* 1.*in nouiſſ.* Poteſt nihilomi-
nùs aſſenſus iſte in contractu donationis
præcedere, ac ſubſequi, etiàm in caſu,
quo donatarius eſſet mortuus, & hære-
des ipſius vellent impetrare aſſenſum
ab Epiſcopo poſt mortem, quemadmo-
dùm ex doctrina *Afflict. in cap.* 1. *de pro-*
*hib.feud. alien.per Federic. quæſt.*34. re-
fert, fuiſſe deciſum per Curiam Archie-
piſc. Neapol, *Genuenſis in praxi d.Archie-*
*piſc.Curiæ cap.*62.*num.*22. quem quidem
conſenſum tenetur præſtare Epiſcopus,
etiàm inuitus, adeò vt poſſit cogi ad illũ
præſtãdum, ſecundùm *Balbum deciſ.*25.
de quo meminit *D. Ricc. collectan.*744.
201 Amplia, vt requiratur Epiſcopi aſ-
ſenſus, etiàm ſi pater donaret filio iuſpa-
tronatus *Roch. de Curte de iurepatron.in*
*verb.competens q.*7. *in fine*, fuit reſolutum
per *Rotam apud* Caputaqu.*deciſ.*131.*nu.*
3.*parte* 2. adde *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*
577.*nu.*38.
202 Videtur hoc tamen *Lambertin.* limi-
tare *de iurepatron. lib.*1, *parte* 2. *quæſt.*2.
*princ.art.*8. in caſu, quo vnus ex deſcen-
dentibus donaret, aùt legaret iuſpatro-
natus reſeruatum deſcendentibus maſ-
culis tantùm in præiudicium ſucceſſorũ
abſq; conſenſu Epiſcopi, meminit de ip-
ſo *Macerat.var.reſol.lib.*1.*reſol.*40.*nu.*7.
203 *Limita* ſecundò, quando Patronus
donaret alteri Compatrono, & ità poſt
*gloſ. in cap. nemini in princ. in verſic. vel*
*poteſt, vbi Bellamer. in ſpecie* 16.*quæſt.*7.
voluerunt *Iaſ. in l. voluntas num.*8. *C.de*
*fideicomm.* Ripa, *Lambert.* & cæteri relati
per *Gratian. diſcept.forenſ. dict.cap.*577.
*num.*7. vbi meminit etiàm de *deciſione*
*Rotæ Romanæ in vna Auſculana iuriſ-*
*patronatus* 24.*Februarij* 1616.

204 Cir-

Digitized by Google

204 Circà probationem autem iuriſpatronatus habemus præſcriptum *Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. de reform.* quo cauetur, titulum iuriſpatronatus fore probandum ex fundatione, vel dotatione, & in tali caſu oſtendatur titulus ex authentico documēto, ac alijs de iure requiſitis, aùt ex multiplicatis pręſētationibus per curſum antiquiſſimum temporis, qui memoriam hominum excedat, aùt aliàs ſecundùm iuris diſpoſitionem. Subdit mox idem *Sacrum Conc. quòd in illis perſonis, ſeù Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerùmque ſolet pręſumi quæſitum ex vſurpatione potiùs, requiratur plenior, & exactior probatio ad docēdum verum titulum, ità vt nec immemorabilis probatio temporis aliter eis ſuffragetur, quin ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori tempore, quàm ſpatio quinquaginta annorum, quæ omnes ſortitæ ſint effectum, authenticis ſcripturis probētur. Quò verò ad reliquos patronatus omnes in beneficijs tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, ſeù Parochialibus, uel Dignitatibus, aùt quibuſcumque alijs beneficijs in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, ſeù facultates, & priuilegia conceſſa tàm in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant, exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeù Regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſuperiores Principes iura Imperij in dominijs ſuis habentes pertinent, ac quę in fauorē Studiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata, & irrita, cum quaſi poſſeſſione indeſecuta intelligantur, ac beneficia huiuſmodi tamquàm libera à ſuis collatoribus conferantur, & prouiſiones huiuſmodi plenum effectum conſequantur.* Hactènùs *Sacrum Conc. Trid. loco cit.* ex cuius decreti expreſsis verbis apparet, probandum fore iuſpatronatus.

Primò ex fundatione. Secundò ex dotatione. Tertiò requiri ad id authentica documenta; ac alia de iure requiſita. Quartò requiri etiam multiplicatas pręſentationes per curſum temporis antiquiſſimum, quod memoriam hominum excedat. Quintò quòad perſonas, ſeù Communitates, vel Vniuerſitates, in quibus id ius ex vſurpatione potiùs ſolet plerùmque quæſitum præſumi, requiri pleniorem, & exactiorem probationem ad docendum verum titulum, intantùm, vt nō ſufficiat probatio ſola immemorabilis temporis, ſed vltrà reliqua ad eam neceſſaria, probari etiam debeāt præſentationes continuatæ, quæ oēs nō minori faltē, quàm quinquaginta annorum ſpatio, ità vt oēs ſuum effectum ſortitę ſint authēticis ſcripturis probentur.

Occaſione modò huius *Decreti* multæ circà illud hęſitationes, deciſiones, ac declarationes etiam per Rotam Romanam, ac Congregationem eiuſdem *Sacri Conc.* exortæ ſunt.

205 Et primò *Decretū* pręfati *Sacri Conc.* vendicare ſibi locum tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & proinde non fore admittendam præſentationem, aùt præſentati inſtitutionem faciendam, niſi verificato priùs iurepatronatus, ad præſcriptum præfati *Decreti Sacri Conc. Trident.* quemadmodùm cenſuit Congregatio *Sacri Conc.* de qua apud *Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 18. nu. 23.*

206 Secundò, an qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi poſt *Concilium*, ſi occurrat, quòd de nouo vacet beneficiū, & iterùm præſentet exiſtens in dicta ſua quaſi poſſeſſione, vtrùm ſcilicet teneatur de nouo docere de titulo ad inſtantiam Fiſci, an verò debeat priùs manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione, & fieri inſtitutio. Et *D. Ric. in collectan. 638.* tradit, Patronùm fore manutenendum in ſua quaſi poſſeſsione, ſaluis iuribus Fiſci in petitorio, ac quòd ità nedùm fuerit deciſum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, verùm etiam cenſuiſſe Congregationem d. *Sacri Conc.* De *dicta declaratione Congregationis Sacri Conc. & deciſ. d. Curiæ Archiepiſcopalis* meminit *Genuenſis in praxi Archiep. Neap. cap. 63. nu. 3.* faciunt tradita per *D. de Ponte deciſ. 18. nu. 11. ac per Gonzalez ad d. Regulam Cancell. 8. gloſ. 18. nu. 26.* vbi limitare hoc tamen videtur, vt non procedat in caſu, quo Ordinarius ſimpliciter admi-

admiſiſſet Patroni præſentationem, abſque cauſæ cognitione.

207 Tertiò quòad perſonas, ſeù communitates, aùt vniuerſitates, in quibus iuſpatronatus plerùmque ex vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſolet. Connumerantur primò Potentes de aliqua familia Magnatum *Caputaqu. dec.* 128. *p.* 2. Dat exemplum *Puteus deciſ.* 57. *lib.* 1. eſſe Romę familias Vrſinorum, & Sabelliorum, idem repetit *Genuenſis in loco* infra mox citando. Connumerantur ſecun-
208 dò Barones, alijque habentes iuriſdictionem perpetuam temporalem, & ita cenſuit Congregatio *Sacri Conc.* vt eſt videre apud *Genuenſ. in praxi Archiep. Neap. cap.* 63. *ſub num.* 6. intelligendo id quòad Barones prætendentes habere iuſpatronatus in loco, in quo exercent iuriſdictionem. Secus verò ſi in alio lo-
209 co. Connumerantur tertiò Parochiani prætendentes iuſpatronatus in Eccleſia Parochiali, vel alijs, intrà fines Parochiæ conſtitutis, quod ſimiliter ex vſurpatione præſumitur, ſecundùm *Puteum deciſ.* 57. *ac Genuenſ. loco cit.* Connumerantur
210 quartò quòad id, quod ſtatutum eſt per *Sacrum Conc. loc. cit.* de Vniuerſitatibus, non ſolùm Vniuerſitates magnæ, verum etiam paruæ, eò quòd ęędem rationes militant tàm in Vniuerſitate magna, quàm in parua, & ita deciſum per *Rotam Rom.* teſtatur *D. Riccius collectan.* 1240. vbi in calce ipſius ſubdit, vſurpa-
211 tionis pręſumptionem in hoc caſu ceſſare in Eccleſijs Monaſterialibus, ſeù Cōuētualibus, ac in *dec.* 72. *in fin. p.* 1. ex *deciſ.* Rotæ Rom. 798. *ſub nu.* 4. tradit, inter perſonas Magnates, aùt Vniuerſitates non comprehendi Capitulum Eccleſiæ Cathedralis.

212 Quartò vigore *d. decreti Sacri Conc. Trid. cap.* 9. *de reform.* nihil fuiſſe immutatum, aùt innouatum quòad modos probādi titulum iuriſpatronatus ex fundatione, dotatione, aut conſtructione in perſonis priuatis, ac particularibus, ſed benè tantummodò quòad perſonas potentes, & Magnates, Communitates, & Vniuerſitates, & ita cenſuit *Rota deciſ.* 798. *ſub nu.* 4. *verſ. non obſtat Concilium Tridentinum par.* 1. *in nouiſſ.* item *deciſ.* 199. *num.* 5. *verſ. & quamuis verum ſit par.* 2. *ac deciſ.* 331. *nu.* 1. *ſimiliter part.* 2. *in nouiſſ.* meminit de præfatis Rotæ deciſionibus *D. Ricc. deciſ.* 72. *nu.* 11. *par.* 1.

213 Quintò ex diſpoſitione dicti Decreti *Sacri Conc.* fuiſſe penitùs abrogata, & irrita iurapatronatus omnia in beneficiis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, ſeù Parochialibus, vel Dignitatibus, aùt quibuſcumque alijs in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, ſeù facultates, & priuilegia conceſſa, tàm in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, & præſentandi ad ea, cùm vacent, exceptis tamen patronatibus competentibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis, & exceptis etiam alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeù Regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac Supremos Principes, iura Imperij in dominijs ſuis habentes pertinent, ac quæ in fauorem Studiorum Generalium cōceſſa ſunt. Inter quæ connumerantur Archiepiſcopales, & Epiſcopales Se-
214 des, quæ ſunt in Regno noſtro ad Regiam præſentationē ex Priuilegio Summi Pontificis conceſſo Inuictiſſimo Cæſari Carolo Quinto Regni huius Neapolitani Regi, & ſucceſſiuè omnibus Sereniſsimis Regibus ſucceſſoribus in eo, de quibus apùd *D. de Ponte deciſ.* 12. *ſub nu.* 14. & ſunt videlicet Salernitana, Regienſis, Tarentina, Brunduſina, Auritana, Hydruntina, Tranenſis, Aquilana, Gaetana, Lancianenſis, Cotronenſis, Tropeana, Monopolitana, Gallipolenſis, Caſtri ad mare, Caſſanenſis, Motulenſis, Acerrenſis, Puteolana, Vgentina, Materenſis, Potentienſis, Triuentina, & Iuuenatienſis, adde etiam Arianenſem, quę ſimiliter eſt ad Regiam pręſentationem, vt teſtis eſt *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de Prouincijs, & Ciuitatibus Regni fol.* 64. *ac Proſper de Auguſtino in addit. ad Summam Bullarij Quaranta in verbo Concilium Prouinciale fol.* mihi 215. & miror, quomodò de illa non meminerit
215 *D. de Ponte loco cit.* Præeſt de præſenti in dicta Cathedrali Eccleſia Arianenſi Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſsimus D. Paulus Caiatia Prælatus vigilātiſsimus, omniumque virtutum genere refertiſsimus

mus Dominus meus, ac Magiſter in iure Canonico, dùm antè adeptam Epiſcopalem dignitatem media præſentatione Regiæ Curiæ regebat Neapoli Cathedram Iuris Canonici ordinariam vti Interpretes ſolertiſſimus, magno Auditorum concurſu.

216 Sextò differre admodùm modum probandi iuſpatronatus, quotiès agitur de probando illud contrà Ordinarium, & quando contrà tertium, quoniam ſi agatur de probando cōtrà Ordinarium, requiruntur omninò probationes, iuxtà præſcriptum ex decreto *Sacri Conc. Trid. d.c.9. ſeſſ.25. de reform.* at quando contrà Priuatum, ſufficient leuiores probationes, eò fortiùs quando conſtat de exiſtentia iuriſpatronatus pertinentiæ, vt conſtat ex multis Rotæ Romanæ deciſionibus, de quibus apud *D. Ricc. deciſ. 173. per totam*, adeſt etiam alia *deciſio Rotæ 537. p.4. in nouiſſ.*

217 Inter cæteras probationes iuriſpatronatus erit potiſſima ex armis, & inſigniis depictis in foribus Eccleſiæ, ſuper qua contenditur de iurepatronatus, ad tradita per *Macerat. variar. reſol. lib. 1. reſolut. 109. nu. 51.*

218 Item probabitur ex literis marmoreis inſcriptis antè eiuſdem Eccleſiæ fores, ſecundùm *Bald. conſil. 310. an iuſpatronatus vol. 5. ac in conſil. 445. vol. 4. Dec. in conſil. 135. Ripam in l. 1. nu. 73. ff. ſi cert. pet. Hippol. de Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 197. Specul. in tit. de probat. §. videndum reſtat verſ. nonò nu. 12.* iuxtà quorum doctrinam refert *Annaſen. in ſingul. 289.* fuiſſe deciſum per Sacrum Cōſilium, iis adde *Maceratenſ. var. reſol. lib. 1. reſol. 26. nu. 6. ac Ioan. Franc. Leo in Theſ.ſori Eccleſ. c. 21. nu. 4.*

219 Probatur rurſùs per literas inſtitutionis factæ ab Epiſcopo, in quibus enunciat, Eccleſiam, de qua fit inſtitutio, eſſe de iurepatronatus, ſecundùm *Paulum de Cittadinis, Gabriell. Maſcard. Rotam Roman. Put. ac Flamin. Pariſ. in locis relatis per Macerat. d. lib. 1. var. reſol. iuris reſol. 80. nu. 1.* vbi tamen ſub *nu. 9. & 10.* id declarat.

Poſſent hoc loco multi probationum modi in materia iuriſpatronatus adduci, ac quales requirantur, ſintq. ſufficientes ad præſcriptum *Sacri Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* circa fundationem, ſcilicet, & conſtructionem, item circà dotationem, rurſùs circà authentica documenta ad id requiſita, inſuper circà famam, antiquitatem temporis, continuatas præſentationes, & alia, & iam decreueram hanc Prouinciam aſſumere, ſed quia comperio, fuiſſe ad id editum pe-

220 culiarem *tractatum ab Ill. D. Epiſcopo Riccio de probatione iuriſpatronatus*, tametſi tractatum illum non viderim, cùm non adhùc peruenerit ad manus meas, retraxi me à munere ſcrībēdi ſuper hoc, certo certiùs ſciens, illum continere ad amuſſim omnia in materia, ita vt nihil ſuprà deſiderari, nec excogitari poſſit, cùm nihil mancum, nihilum mutile, nec imperfectum prouenire poſſit ex ipſius facundiſsimi ingenij acumine, & perſpicacitate. Multa etiam cumulant *Genuenſ. in praxi Archiepiſc. c. 63. per totum, Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 80. per totam*, ac etiā alibi ſparſim in multis locis illius *tractatus, Gonzalez ad regul. Cancell. 8. gloſ. 18. Maſcard. de probat. concluſ. 959.* vbi per *totam* multa in materia iuriſpatronatus, ac *concluſ. 960.* vbi agit, quādo præſumatur iuſpatronatus laicorum, aùt Eccleſiaſticorum, alioſque paſsim.

221 Multæ ſunt perſonæ, quibus non cōpetit facultas præſentandi in iurepatronatus, tametſi habeant ius in illo, quas recenſet *D. Ricc. collectan. 484.* & ſunt. Primò excommunicatus. Secundò pupillus infans, Tertiò in caſu, quo beneficium vacet de iure, non verò de facto. Quartò infamis. Quintò præſentans alii, quàm Superiori. Sextò Patronus laicus præſentans criminoſum, vel aliàs indignum, qui (quod plùs) pro ea etiam vice tantùm priuabitur facultate præſentandi, & deuoluetur ad Superiorem. Septimò idem Patronus, qui poſt præſentationem vnius ante litem non poterit præſentare collitigantem, alias voces Patronorum non habentem. Octauò loco creditor.

222 Inter perſonas autem, quibus eſt cōceſſa facultas præſentandi connumerat Primò Sequeſtrē. Secundò Conductorem,

Digitized by Google

rem,pro quo adde etiam *Annam ſen.alleg.*109. cum diſtinctione tamen id ipſum intelligas,an ſcilicet ad lõgum tempus conduxerit, an verò ad breue,vt ſuprà diximus. Tertiò Exiſtentem in quaſi poſſeſſione præſentandi, de quo ſuprà etiam tradidimus. Quartò Meretricem, quæ non prohibetur de iure fundare iuſpatronatus, vt eſt videre apud *Viuium deciſ.*140.ac apud *Gratian.diſcept.forenſ. cap.*218. *num.*5. & conſequenter nec præſentare,dum conſtituere, & fundare poteſt.

223 De illegitimo autem, an ſcilicet tranſeat in ipſum iuſpatronatus, ac habeat, nec nè facultatem præſentandi, & quid de legitimato,vide *Macerat.var. reſolut. lib.*1.*reſol.*108.*nu.*9.*cum ſeqq. ac nu.*25. *ſimiliter cum ſeqq.* videas etiam aliqua alia apud *Gratian.diſcept.forenſ.dicto cap.* 218.*nu.*13.*&* 14.

224 Aduertas tamen ſecundùm eundem *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*521.*num.*34. qualitatem iſtam legitimitatis fore attẽdendam in ſolo iurepatronatus gentilitio, ac familiare, non verò in hæreditario poſt *Roch.de Curte,& Lambert. in locis inibi* per ipſum cumulatis.

225 Cauſas,propter quas amittitur iuſpatronatus enumerat *Ioan.* Franc.Leo *in Theſ.ſori Eccleſ.c.*21.*nu.*31.*vſq; ad fin.d. cap.* Prima eſt per venditionem, quo caſu applicabitur dictum iuſpatronatus illi Eccleſiæ, cui per talem emptionem facta eſt ſymonica iniuria,ad *text.in c.quia clerici*,iuncta *gloſ. in verbo ſpoliando*, vbi etiam *Abb.num.*8. *de iurepatron.* Amplia hoc,etiam ſi alio quocumque titulo in alios transferretur cõtrà canonicas diſpoſitiones, & in tali caſu nedùm patronus priuatur ipſo iure dicto iurepatronatus, verùm etiam ſubiicitur pęnis excommunicationis,& interdicti,vt in *Sacro Conc.Trid.d.ſeſſ.*25.*c.*9. *de reform.* Secunda priuationis cauſa eſt, quando Patronus per ſe, vel per alios occidere faceret, vel mutilare Rectorem beneficiu ſui iuriſpatronatus, quo caſu ius illud deuoluitur ad Eccleſiam, cui facta eſt iniuria. Amplia hoc de mente *tex.in cap. quibuſdam,vbi gloſ. in ver. prorſus amittat*, ac *Abb. num.*2. *de pęnis*, vt vſque ad quartam generationem per lineam directam poſteritates talium in Clericorũ Collegium admitti, neque in domibus regularibus alicuius prælationis honorem conſequi poſſint, donec cum ipſis fuerit miſericorditer diſpenſatum. Tertia cauſa eſt,ſi in perceptione fructuum, prouentuum,& obuentionum ſe ingerũt, aut iuriſdictiones,bona, cenſus,& iura eorundem beneficiorum quacumque arte ſibi vſurpant, vt in *Sacro Conc. Trident.ſeſſ.*22.*c.*11.*verſ. quòd ſi eiuſdem, ac ſeſſ.*25.*cap.*9. *de reform.* Quarta cauſa eſt propter hæreſim,vt in *cap.cùm ſecundùm de haret.in* 6.voluit *Pegna ſuper* 3.*par.Direct.comm.*158.*verſ.his ita poſitis.*

226 An autem iuſpatronatus amittatur per non vſum,vide *Rotam Rom.dec.*209. *par.*2.item *deciſ.*254.*num.*1.*par.*3. *in nouiſſ.*adde *D.Ricc.deciſ.*6. *nu.*3.*par.*2. vbi dicit, fuiſſe deciſum, Prouiſiones Apoſtolicas non nocere Patronis, quin probare poſſint iuſpatronatus.

Multa poſſent cumulari in materia iuriſpatronatus,ſed quia illa eſt ſatis ampla,& de ea quamplures *Doctores* peculiares tractatus conſcripſerunt,ſufficient hæc ſupra poſita ad ornatum præſentis *capitis*, pro cuius tamen complemento vnicam tantùm quęſtionem excitabo,& dependet ex ſuprà traditis,in quibus dicebamus,inter perſonas prohibitas
227 pręſentare cõputari pupillum infantem, quæritur ergò,an pupillus indiſtinctè,ac finaliter prohibeatur præſentare,& quis pręſentet eius vice.

Super qua puto reſpondendum cum diſtinctione: Nàm aut pupillus eſt infans, aut maior infante. Et primò caſu non pręſentabit, ſed in eius locum pręſentabit tutor. Secundò verò caſu ſi ſit maior infante, pręſentare poterit,in tantùm quòd ſi præſentauerit tutor,pręferretur pręſentatus ab ipſo pupillo maiore infante,& cum hac diſtinctione pertranſeunt communiter *Archidiac. in cap. decernimus in princ.*16.*q.*7. *Abb.in cap.fin. in fine de conceſſ.præb.ac in cap.*1. *de iurepatron.Ioan.Andr.in c.ex eo de elect.in* 6. *Ant.de Butr.in conſil.*39.incip.*viſis puncto,& quæſitis in fin.* alios recenſet *Roch. de Curte in tract.de iurepatro.v. in ver.cõpetens*

petens

Digitized by Google

*petens nu.* 12. *q.* 3. *ac ſub num.* 13. *q.* 4. vbi dicit, in tali caſu nèquidem eſſe neceſſariam tutoris authoritatem, & *d. nu.* 12. *in fine* concludit, concluſionem iſtam non habere aliquam dubitationem.

228 Quod autem dictum eſt de tutore, intelligitur circà burgenſatica, in quorum vniuerſitate adeſſet ius pręſentãdi: nàm secùs ſi iuſpatronatus eſſet annexũ corpori Feudali, putà Caſtro, Villę, aùt ſimili, tùnc quia in Feudalibus pupillo non datur tutor, ſed benè Balius in Regno ex diſpoſitione *Conſtit.* ipſius, vtique in tali caſu quando pupillus Feudatarius eſſet minor infante, præſentaret Balius nomine ipſius pupilli infantis.

229 Vt autem obiter ſciatur, quid ſignificet hæc vox, *Balius*, eſt aduertendum, quòd Baliatus vocabulum, & officium eſt peculiare in Regno, idem denotans, quod tutor: quoniam licèt de iure Feudorum pupillis Feudatarijs detur tutor, ſicuti & cæteris burgenſibus, prout de tutore feudatarii habetur in *c.* 1. *in princ. per quos fiat inueſt. & in c. ſi minori ſi de feudo fuer. cõtrou. in vſib. feud.* vbi in ambobus *Aluarotus*, & habetur per *Capyc. in ſua inueſtit. feud. in verbo Feudatariorum Balij*: attamen de iure Regni datur differẽtia inter Tutorem, & Balium.

230 Et differentia conſiſtit in hoc, quia tutor dicitur reſpectu perſonæ priuatæ, quæ nõ habet Feudum, & ſic tutor præponitur tantummodò adminiſtrationi illius pupilli, qui poſſidet bona, ſolùm in burgenſaticis conſiſtentia. Balius verò dicitur ille, qui conſtitutus eſt ad regendum illum pupillum, qui poſſidet bona Feudalia, vt videtur ſentire *gloſ. in Cõſtit. Regni Minoribus, qui ætatis, in verbo minor*, vbi dicit, quòd Balius habet locum in filiis Nobilium, ſcilicet Comitum, Baronum, & Militum, tàm maſculis, quàm fœminis, in alijs verò hominibꝰ inferioris conditionis, ac gradus, & Villanis, & ſic Burgenſibus diſtinguit inter viuentes iure Romano, & viuentes iure Longobardorum, vt ſcilicet primo caſu ſiuè minor ſit maſculus, ſiuè fęmina, ſi eſt pupillus, & impubes habeat locum tutela, ſi verò fuerit adultus habeat locum cura. Secundo verò caſu, ſi minor eſt maſculus, in pupillo impubere habet locum tutela, in adulto verò cura, nulla in ipſis conſtitũta differentia, ſicut & de iure Romano viuentibus, ſi verò fuerit fęmina, tàm in pupillari ætate conſtituta, quàm in adulta, etiam quòd ſit ea maior ſexagenaria, & in ſenio conſtituta habet locum in ea Mundualdum, vt in *Longobarda qual. mulier. alien. permiſſ. eſt l.* 1.

231 *& in Longob. quib. tut. dandi ſunt l.* 1. Extendit hoc *Affl.* ex mente *gloſ.* prædictæ in *d. Conſtit. Minoribus num.* 2. vt in Feudis etiam planis, & de tabula ceſſet Baliatus, & in locum Balii conſtituatur tutor, aùt curator reſpectiuè, vt ſuprà, ſicuti & cæteris filiis burgenſium.

232 Aliam differentiam notat *gloſ.* ibidem inter Tutorem, & Balium: quoniam Baliatus tàm in maſculo, quàm in fęmina finitur æquali tempore, completo ſcilicet decimo quarto anno, vt in *Conſtit. Regni In aliquibus.* Tutela verò diſpariter: nàm in maſculo finitur cõpleto decimo quarto anno, in muliere verò completo duodecimo §. 1. *Inſtit. quib. mod. tutela finit.* Et hoc eſt ſpeciale in Feudatariis, vt adueniẽte pubertate, & ſic cõpleto decimo quarto anno finiatur Baliatus, licèt tamen minor non Feudatarius debeat eſſe ſub cura vſque ad vigeſimum quintum annum, & de iure Regni per *Conſtit.* ipſius incip. *Minorum iura* vſque ad decimum octauum annũ. Specialitatis rationem aſſignat *Affl. in d. Conſtit. Minoribus nu.* 15. prouenire

233 tùm ex nobilitate ipſius Feudatarii, quæ ſupplet ætatem, adducit in argum. *tex. in l. ſi longius ff. de iudic.* tùm etiam, quia propter cõuerſationem, quam habent continuam in Curia filii Feudatarii præſumuntur magis experti, argumento eorum, quæ dicuntur de Principe, qui propter Sapientes ſecum adſtantes non poteſt errare, vt notatur in *l. omnium C. de teſtam.* cùm in illis diſcretio ſuppleat ætatem *c. tuæ de deſponſat. impuber. & l. vnicuique C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12.

234 Balius autem iſte pupillis Feudatariorum conſtituendus eſt à ſolo Domino Rege, vt in *Conſtit. Regni In aliquibus in fine*, vel ab eius Prorege, ac Collaterale eiuſdem Conſilio, ſecundùm *Andr. de*

 *Iſern.*

Digitized by Google

*Iſern. in Conſtit. Regni Locorum Baiuli*, *Minadoum in Conſtit. In aliquibus in* 5. *notab.num.*23. *& D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul.* 10. *de diuerſ. prouiſ. ex* §.1. *in c. de Baliјs nu.*1. Et eſt eligendus de proximis, & coniunctis defuncto magis idoneo, vt in *cap. Regni Feudata-*
235 *rius*, vbi limitare videtur iſtud, quando in *B*aliatu concurrit mater, nàm ſi ea honeſtæ, & probatæ vitæ exiſtat, erit pręferenda cunctis cõiunctis. Et hoc fuit ſubampliatum, & extenſum etiam ad auiã, ſecundùm *Andr. de Iſern. in d. Conſt. Minoribus, Capyc. in inueſt. feud. in uerbo feudatariorũ Baliј, ac D. de Põte dec.* 20. *n.* 2.
236 Si tamen pater, vel auus diſpoſuerint in teſtamento de *B*alio pupillo, electio illa præualebit, adeò vt ceſſet eo caſu diſpoſitio *d. Conſt. In aliquibus, vt in Cap. Regni Feudatarius*, qua nominatione in teſtamento non facta, electio ſpectabit ad Regem, ſiuè eiuſdem Proregem, ac Regium Collaterale Conſiliũ, vt ſuprà,
237 in tantum quòd nèquidẽ per Sacrum Conſilium, quod eſt Tribunal ſupremũ in Regno, & in quo proferuntur ſententiæ nomine Regis, habetque authoritatem Præfecti Prætorio poterit fieri prouiſio de Balio, quinimò nec etiã de Curatore ad lites pupillo Feudatario, vt dixit *Capyc. in* d. *inueſt. feud. d. verbo feudatariorum Baliј*.
238 Hoc tamen limitandum eſt in Regia Audientia Prouinciæ Terræ Hydruntinæ, in Ciuitate Licij reſidente, quæ nedùm poteſt prouidere pupillo Feudatario de *B*alio, ſecundùm *Frecc. in tract. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de Prouinc. & Ciuit. Regni nu.*46. verùm etiã cognoſcit de feudis quaternatis, idẽ *Freccia d. tract. lib.* 3. *tit. de different. inter feud. quatern. & de tabul. nu.* 8. *differ.* 4. *Carau. ſuper ritu M. C. V.* 50. *poſt nu.* 6. *verſ. dicit tamen*, *ac D. Regens* Rauitus *ſuper Pragm.* 11. *de feudis*
239 *nu.*47. Habet etiam authoritatem, & præheminentiã inſufflandi ſpiritum vitæ inſtantiæ peremptę, vt dicit idem *D. Regens* Rouitus *ſuper rubr. de inſtant. cauſ. non reſtit.* quod duplici de cauſa videtur impartitum dictæ Regiæ Audientiæ, aùt primò propter multam diſtantiam à Ciuitate Neapolis, ad hoc nè fatigẽtur ex lõgo itinere vaſalli Domini Regis, quod
240 debet eſſe ſummoperè in corde Supremorũ Principum, ſicuti fecit retròactis annis Sereniſſimus Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ, ac Pedemontium Princeps, qui in anno 1614. de menſe Martii ad commodiorem cauſarum expeditionem Prouinciæ, & Comitatus Niciæ, ac ad tollendam defatigationem vaſallorum erexit Senatum in dicta Ciuitate Niciæ cum omnibus, authoritate, præheminentijs, & prærogatiuis aliis Magiſtratibus conceſſis, ac cum omnimoda iuriſdictione ſuper vaſallis, nemine excepto, aliiſque, de quibus apud *Theſſilium quæſt. forenſ. lib.* 4. *q.* 70. *nu.* 4. quod non putarem omninò ſpernendũ, ſi Potentiſſimus Rex noſter Catholicus faceret, cõſtituendo Supremũ Tribunal in aliqua parte huius Regni ex remotioribus pro celeriori cauſarũ expeditione.

Secunda poterit eſſe cauſa præheminentiæ, & authoritatis impartitæ dictæ Regiæ Audientię Hidruntinæ, quam aſſignat *D. Rouitus ſuper d. pragm. de inſtant. cauſ. non reſtit. n.* 19. quia dicta Regia Audientia Prouincialis Hidruntina dicebatur olim Sacrum Cõſilium, quod reſidebat in dicta Ciuitate Licii, vti Metropoli illius partis Regni huius, quę cõtingerat in portionem Regis Catholici, tẽpore, quo fuit facta diuiſio huius Regni inter ipſum, & Regẽ Galliarũ, vnde propter hoc videtur antiquata dicta ipſius præheminẽtia vſq; ad tẽpora iſthæc.
241 Redeũdo modò vnde digreſſi ſumus, talis Baliatus relictus filio, ſiuè conſtitutus in teſtamento à patre, vel auo non egebit cõfirmatione Curiæ Domini Regis, vt habetur in *d. cap. Regni Feudatarius*, ibique tenent *Doctores* omnes.

Eſt etiam aduertendum, quòd Dominus Rex in caſu, quo nõ fuerit facta prouiſio in teſtamento de *B*alio, poteſt ipſe eſſe *B*alius pupilli Feudatarii, vt in *d. Cõ-*
242 *ſtit. In aliquibus*, vbi notat *Minadous in quinto notab.* ac quòd ſit illud ſpeciale in Rege, & Principe, quia aliàs Prętor non poteſt ſe ipſum conſtituere tutorem *l. prætor ff. de tutor. & curat. dat. ab his*. Verùm quãdo Dominus *R*ex exer-
243 cet per ſe ipſum *B*alium, ſiuè *B*aliatum pupilli

Digitized by Google

pupilli feudatarii tenetur facere inuentarium, & ſe obligare, omniaque alia adimplere, de quibus in *d. Conſtit.* Regni *Minoribus*, *& in Conſtit. Si quando*, ſecundùm *Minad. d. 5. notab. n. 3. cum ſeqq.*

4 Circa quę eſt ſimiliter aduertendum, quòd licèt Balius teneatur ſatiſdare, 244 quemadmodùm etiam & Tutor: attamen cautio illa pręſtanda per Balium nō debet eſſe iuxtà valorem bonorum adminiſtrandorū, ſed benè erit illa temperanda eo modo, quo poterit reperiri, vt practicatum in Regio Collaterali Conſilio refert *D. de Ponte in d. tit. 10. §. 1. nu. 6. de poteſt. Proreg.* vbi etiā ſubdit, quòd ſecurior forma erit, vt Balius cōſtitutus in magnis patrimoniis feudalibus quolibet ſemeſtre præſentet computa ſui Baliatus.

245 Numquid autem per poteſtatem datam alicui in teſtamento adminiſtrandi, & gubernandi, itemque ex conſtitutione fideicommiſſorum, & executorum teſtamenti cenſeatur quis nominatus, & conſtitutus Balius in teſtamento, ità vt admittatur, ac ſi fuiſſet expreſsè Balius cōſtitutus in teſtamento, adeundus eſt *D. de Ponte d. dec. 20.* vbi diſcutit etiā, & concludit, in cōcurſu pluriū nominatorum in teſtamento matrem ſolam eligendā, excluſis omnibus aliis nominatis.

246 Item numquid Balius ſedere dębeat in loco, vbi ſederet pupillus Titulatus, ac eandem vocem habere, quam idem Pupillus haberet in Parlamētis, adeundus eſt idem *D. de Ponte decis. 15.* vbi tenet, quòd non, ſubdens, hoc non habere locum in Syndico electo in generali Parlamēto, qui præcedit in illis actibus omnes Titulatos, ex eo, quia repræſentat in illis totā Ciuitatē, & Regnū, & proinde ea ex cauſa omnes pręcedere debet.

Alia & tertia eſt notanda differentia inter Tutorem, & Balium quòad ſalariū ſuper bonis pupilli, nàm quòad tutorem 247 eſt indubitatum per *tex. in l. à tutoribus §. fin. ff. de admin. tutor. & in l. eos ff. de tutel.* per quem *Bar. & Odofred. ibidem* voluerunt, ac *Bald. in conſil. 256. ſuper primo puncto vol. 4.* quòd ſi à principio adminiſtrationis fuerit illi à Iudice taxatum ſalarium, illud debebitur, ſi verò non fuerit taxatum, nullum debebitur ſalarium, & ità videntur etiam expreſsè innuere *Petr. Iacob. in pract. tit. de act. mandat.* ac *Guid. Papæ decis. 68. in princ.* aſſignantes pro ratione, quia ipſi gerunt munus perſonale abſque detrimento, aùt derogatione ſui patrimonii *l. 1. ff. de muner. et honor.* adde iis *Viuium decis. 40. nu. 4. D. de Franch. in loco* mox allegando, ac *Maſtrillum, & Marcellum Conuerſanum in locis* relatis per *D. Thoro in 1. parte Compendij deciſ. Neapol. verbo ſalarium an* 248 *debeatur hæredibus tutoris*, vbi dicit, quòd nec hæredibus tutoris debeatur, ſi non fuerit illud à principio adminiſtrationis taxatum, ac conſtitutum per Iudicem, nec petitū per tutorem. Fallit hoc primò, quando ſubeſſet iuſta cauſa *Are-* 249 *tin. in §. ſed & propter paupertatem in fine Inſtit. de excuſat. tutor. & curat. Caualcan. in tract. de tutore, & curat. n. 301. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. q. 39. nu. 6.* vbi pro cauſa aſſignat, quando tutor reliquiſſet ſua negotia, vt pupilli bona curaret, paſſuſque ob id fuiſſet diſpendium rerum ſuarum, & eo caſu deberetur officio Iudicis, non verò iure actionis *D. de Franch. in deciſ. 122. nu. 3.* vbi deciſum refert, fuiſſe tutori datum ſalariū à principio non taxatum ex cauſa, quia tutor ipſe durante tempore tutelæ fuerat Aduocatus ſui pupilli, nec reperiebatur in rationibus ſuis aliquid erogatum, nec expēſum pro patrocinio Aduocatorum, aùt ſalario Procuratoris. At Balio ex diſpoſitione *d. Conſtit.* Regni *Minoribus* conſtituitur ſalarium victus, & veſtitus ſuper bonis dicti ſui pupilli Feudatarii, & ità pariter deciſum per Sacrum Conſilium refert idem *D. de Franch. d. dec. 122. nu. 5. ac in deciſ. 340. in princ.* vbi id ſublimitat in patre, qui fuerit conſtitutus Balius ſui pupilli Feudatarii, qui non habebit nec ſalarium, nec aliquid aliud ex cauſa dicti ſui Baliatus, & quòd ità fuerit deciſum.

Alia permulta in materia Balii, itemq; eiuſdē officii, authoritatis, & adminiſtrationis cumulat *Affl. in d. Conſt. Regni Minoribus*, ad quem lectorem remittimus: nam ſatis optimè loquitur, & in cunctis iure concludit.



Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *Facultas pignorandi eſt in fructu.*
2 L. fructus 49. ff. de vſufr. ac l. fructus 72. ff. de reg. iur. *antynomia cum* l. intereſt 6. C. de vſufr.
3 L. intereſt C. de vſufr. *intellectus.*
4 *Vſusfructus rei mobilis differt ab vſufructu rei immobilis quoad vſum dominij, ſeu proprietatis.*
5 *Vſufructuariæ rei proprietas læditur per pignorationem factã ab uſufructuario.*
6 *Cautio qualis præſtari debeat in vſufructu rei mobilis.*
7 *Vſufructuarij electio eſt finito vſufructu, an velit reſtituere rem mobilem deterioratam, & pretium deteriorationis, an verò illius pretium tantùm.*
8 *Statuæ, & imagines ſunt in fructu.*
9 *Numiſmata aurea, vel argentea vetera ſunt in fructu.*
10 *Habitatio domus eſt in fructu.*
*Nec tantùm ſi ipſe habitauerit, verùm etiã ſi alius ſuo nomine, nu.* 11.
12 *Penſiones domorum ſunt in fructu.*
*Et veniunt appellatione fructuum in petitione facta de fructibus, num.* 13.
14 *Mercedes Magiſtrorum, & Fabrorum, ſiuè operæ ſeruorum, ac vecturæ nauium, & beſtiarum ſunt in fructu.*
15 *Pecunia dicitur eſſe in fructu.*
*Et ob id legato vſufructu bonorum, debetur etiam & pecunia, nu.* 16.
17 *Nomina debitorum ſunt in fructu, & nu.* 19.
18 *Kalendarium quid ſignificet in terminis* l. vxori meæ ff. de vſufr. leg.
20 *Nomina debitorum conſtituunt tertiam ſpeciem bonorum, & proindè non veniunt ſub appellatione mobilium, & immobilium.*
21 *Reditus vectigalium ſunt in fructu.*
22 *Lapidicinæ ſunt in fructu.*
23 *Lapis an renaſci poſſit.*
24 *Lapis ſi renaſcatur, non renaſcitur breui tempore, & proindè eius vegetatio non cernitur oculis, ſed benè viſu percipitur, dum facta eſt.*
25 *Marmor exciſum ex fundo mulieris dotali an, & quando ſit mariti.*
26 L. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſol. matrim. *intellectu difficilis.*
*Eiuſdem intellectus ſecundùm* gloſ. & Bart. ibi, *nu.* 28.
27 *Metalla inuenta poſt vſumfructum legatum pertinent ad vſufructuarium.*
29 Cuiacij *intellectus ad* §. ſi vir in fundo l. diuortio ff. ſol. matrim. *proponitur, & reijcitur.*
30 Authoris *intellectus ad* l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſol. matr.
31 *Fundus quomodò poſſit fieri fructuoſior, & pretioſior per inciſionem lapidicinæ, in qua lapis non renaſcitur.*
32 L. fin. ff. de fundo dot. *intellectus.*
33 *Impenſa facta in inuenienda, & aperienda lapidicina marmorea an, & quando repeti poſſit.*
34 L. item ſi fundi 10. verſ. ſed ſi metalla ff. de vſufr. *intellectus.*
35 *Emphyteuta non poteſt incidere lapidicinas marmoreas in fundo emphyteuticario, nec mutare formam fundi per inciſionem.*
36 *Vſufructuarius poteſt incidere lapidicinas marmoreas, etiam in quibus lapis non renaſcitur in fundo ſterili, qui nullam aliam afferret vtilitatem.*
37 *Lapides, qui non renaſcuntur licèt non ſint in fructu verè, & propriè, habentur tamen loco fructuum.*
38 *Fruendi facultatem fructibus rei alteri datæ habens, poteſt frui etiam commoditatibus, prouentibus, & obuentionibus ipſius rei.*
39 *Vſufructuarius poteſt incidere lapidicinas, etiam in quibus lapis non renaſcitur, quando reperiebatur iam aperta lapidicina antè conſtitutum vſumfructum, & hoc etiam in marito.*
*Niſi tamen de contraria expreſſa voluntate vxoris, aùt Domini proprietarij conſtiterit, num.* 40.
41 *Tutor, cui debetur decima de omnibus fructibus pupilli an habeat decimam etiã de marmoribus cæſis in lapidicinis, in quibus lapides non renaſcuntur.*
42 *Gabella an debeatur de venditione lapidicinæ, aùt locatione ipſius, remiſſiuè.*
43 *Lapidicinæ vſus an pertineat ad poſſeſſorem Maioratus.*
44 *Lapidicinas incidens, ſi fuerit fundus effectus deterior, non compenſabit lapides, ac marmor cum expenſis, ſed tenebi-*

Digitized by Google

*nebitur etiàm ad intereſſe.*

45 *Lapides nemo incidere poteſt in aliena lapidicina inuito Domino.*

*Intelligas tamen de lapidibus, qui vbique reperiri poterunt, nu. 46.*

47 *Lapides pretioſos, qui non inueniuntur in omni loco, poteſt quiſpiam inuenire in fundo alieno, & inuentos ſuos facere, deducta vna decima Domino fundi, & altera decima Fiſco.*

48 *Fodinæ cretę, argenti, auri, aliorum id genus ſunt in fructu.*

*An vigeat in illis diſpoſitio* l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matr. *circà ſi renaſcantur, aùt non, nu. 49.*

50 *Fodinæ æris, ſulphuris, aluminis, plumbi, ferri, & ſimilium ſunt in fructu.*

51 *Salinæ ſunt in fructu.*

52 *Salis duplex ſpecies, lapideus ſcilicèt, & qui conficitur ex aqua marina.*

*Eorum differentia in eo conſiſtit, quia lapideus non eſt tantæ albedinis, & ſalſedinis, ſicuti ſal confectus ex aqua marina, nu. 53.*

54 *Salinarum appellatione venit vterque ſal, lapideus ſcilicet, & confectus ex aqua marina.*

55 *Salinarum quæcumque ſpecies eſt de Regalibus.*

56 *Salinę an ſint Domini Prædiorum, an verò Fiſci, ſi eæ in prædijs Priuatorum ſint.*

*De generali conſuetudine hodiè etiàm Salinæ inuentæ in prędijs Priuatorum ſunt Fiſci, nu. 57.*

58 *Sal nemo vendere poteſt, niſi Princeps in ſuo Statu, & ità conſuetudine vbiq; receptum eſt.*

59 *Theſaurus non eſt in fructu.*

60 *Theſaurus eſt vetus depoſitio pecunię, cuius non extat memoria, vt iàm Dominum habeat.*

61 *Theſaurus non dicitur, ſi pecunia inuenta ſit ea forma excuſa, vt conſtet eſſe recentis memorię.*

62 *Theſaurus vt dici poſſit, requirit, vt non extet memoria temporis, in quo fuit recõditus, ac quòd ignoretur quis ſit illius Dominus.*

*Vndè quando conſtat ex ſyngrapha, aùt documento intus ſimùl incluſis de eo, qui abſcondit nõ cenſetur theſaurus, nu. 63.*

64 *Theſaurus non pertinet ad vſufructuarium.*

*Item nec ad Tutorem in illis locis, in quibus Tutor habet decimã omnium bonorum pupilli, nu. 65.*

66 *Theſaurus inuentus in fundo mulieris dotali fit mariti pro medietate ratione inuentionis, alia verò medietas auget dotem.*

67 *Theſaurus inuentus in re emphyteutica, aùt* Feudo *fit totus emphyteutę, ac vaſalli.*

*Hoc idem quoàd poſſeſſores Maioratus, nu. 68.*

69 *Theſaurus an ſit Epiſcopi, Pręlati, aùt* Re*ctoris Eccleſiarum, ac quomodò, & in quo caſu.*

70 *Theſaurus inuentus in loco ſacro, vel Eccleſiaſtico cuius ſit.*

71 *Theſaurum facit ſuũ inuentor, ſi inuenerit in loco ſuo.*

*Fallit, ſi inuenerit Magica arte, quia tunc Fiſcus vendicabit illum, nu. 72.*

*Hodiè tamen de generali conſuetudine ferè vniuerſalis Orbis ad Principẽ pertinet, tàm ſi in loco priuato, quã ſi in loco publico inuentus fuerit, nu. 73.*

74 *Frumentum, ordeum, fabæ, millium, aliæque ſegetes quæcumq; ſunt in fructu.*

75 *Bladum dicitur omne illud, quod in terra ſeritur.*

76 *Fruges ſumi poſſunt pro reditu, & ſic pro fructu ciuili, & poſſunt ſumi pro fructibus induſtrialibus.*

*Et tametſi fruges ſint omne, quo homo veſcitur, non tamen fruges erunt carnes, aues, feræ, & poma, nu. 77.*

78 *Triticum genericè ſumptum idem ſignificat quod Bladum.*

79 *Frumentum dicitur omne, quod ariſtam in ſe teneat.*

80 *Legumina ſunt illa, quæ ſiliqua continentur.*

81 *Victualium nomen generale eſt, continens non tantùm deputata ad victum hominis, verùm etiàm inſtituta in cibum animalium.*

82 *Victualia extrahere prohibitus an prohibeatur extrahere etiã fęnum, auenam, ordeum, & ſimilia ad victum animalium deputata.*

83 *Victualium appellatione an veniant caules,*

Digitized by Google

les, lupini, & paleæ millij.

84 Victualia tametſi referri poſſint nedùm ad cibi animalium, verùm etiàm ad cibi hominum deputata, tamen quando ponitur verbum iſtud, ita vt ad homines tantùm referatur, nō venient omnia præfata.

85 Frumenti appellatione an veniat ſpelta, ac ordeum, aliaq; quæ ariſtam teneant in banno continente, vt quis frumenta reuelare habeat.

86 Frumenti extractione prohibita an poſſint extrahi legumina cuiuſcumq; generis.

87 Bladi extractione prohibita videtur prohibita frumentum, & legumina quæcumque.

88 Frumentum exportare prohibitus an poſſit exportare farinam, remiſſiuè.

89 Nuces, Caſtaneæ, Amigdalæ, Glandes, Perſica, Pira, Poma, cæteraque id genus ſunt in fructu.

90 Vua, & Oliua ſunt in fructu.

91 Nuclei Oliuarum aridi ſunt in fructu.

92 Vinum, & Oleum fructus ſunt, ſed induſtriales, tametſi Vua, & Oliua ſint fructus naturales, & nu. 94.

93 Vua, & Oliuæ licèt ſint Vinum, & Oleum reſpectiuè, non ſunt tamen talia actu, & propterea ab actu denominationem ſuſcipient.

95 Vini appellatione an veniat acetum, & vinaceum, vulgò Aquaticum in prohibitione.

96 Fagus eſt in fructu, & glandis ſpecies eſt, & illius fructus in fructu eſt, multùmq; confert ad ſaginationem animalium.

97 Fagi fructus an contineatur in prohibibitione paſturæ tempore, quo ſunt glandes in arboribus.

98 Sylua cædua, & arbores germinales ſunt in fructu.

Harum vocum ſignificatio qualis ſit, num. 99. & 104.

100 Syluæ cęduę ad eſſentiam an requiratur copulatiuè, vt ſit cædua, & quòd iterùm renaſcatur, an verò ſufficiat illorum alterum.

101 Sylua cædua ad hoc vt ſit cædua an ſufficiat quòd non mox, ſed benè poſt multum temporis ſpatium renaſcatur.

102 Arbores cęduę, quæ in fructu ſunt an reddant pretioſiorem fundum, & cuius beneficio cedant petito retractu, ſi fuerint cæſæ ab emptore cum pacto de retrouendendo.

103 Syluam cæduam an incidere poſſit qui lite pendente manuteneri debet in poſſeſſione.

105 Arbores germinales an diſtinguantur ab arboribus caduis, & in quo differant.

106 Sylua, & arbor, quæ aliàs eſt in fructu, quia ſcilicèt glandes producit, non dicitur cædua, ſi ad hoc non habeatur, vt cędatur, tametſi cæſa renaſcatur.

107 Sylua ad hoc vt verè cædua dici poſſit, oportet vt renaſcatur ex ſtipite, ſiuè radice, aùt ex trunco.

108 Arbores grandes fructiferas nec fructuarius excedere poterit, nec vaſallus, nec emphyteuta, nec alius quicumque, qui ad longum tempus conduxerit.

109 Arbores fructiferæ vento euulſę ſi grandes ſint an pertineant ad fructuarium, an verò ad proprietarium.

110 Aruadinetum eſt in fructu.

111 Folia arborum in fructu ſunt, & talia ſunt folia moronum, ac mirtorum, ac nu. 112.

113 Flores, ex quibus odor ſunt in fructu.

114 Olera, & Hortorum fructus, vt Caules, Lactucę, & Endiuię, & ſimilia ſunt in fructu.

115 Linum, & Canape ſunt in fructu.

116 Spica dicitur eſſe in fructu.

117 Stramenta ſunt in fructu, & quid ſignificet vox iſta, Stramenta.

118 Cannæ mellis ſunt in fructu, & de illis ſicuti de cęteris fructibus ſoluendum eſt releuium.

119 Saccarum an ſit in fructu, & an de illo ſit ſoluenda decima.

120 Manna eſt in fructu, & dupliciter ea colligitur, aùt ſcilicèt ex inciſuris arborum, aùt verò ex folijs.

121 Rota per quam trahitur aqua eſt in fructu.

122 Area, & Scyphus ſunt in fructu.

123 Veſtimenta ſunt in fructu.

124 Nix eſt in fructu, & an augeat fructus Feudi, refertur Deciſio Gizzarelli 34.

125 Gizzarelli Deciſio 34. redditur dubia circà id, quod refert deciſum, vt ſcilicèt de niue ſit ſoluendum releuium.

126 Ser-

Digitized by Google

126 *Serui, ac operæ eorum ſunt in fructu.*
127 *Partus ancillarum non ſunt in fructu. Quid ſi fuerit ſpeciatim relictus in teſtamento, nu. 128.*
129 *Fetus animalium ſunt in fructu.*
130 *Lac, Pili, & Lana ſunt in fructu.*
131 *Apes ſunt in fructu, & quid de cera, & melle, an ſcilicet ſint fructus naturales, an verò induſtriales.*
132 *Spolia mortuorum, ac morticina ſunt in fructu.*

## CAP. XVII.

PRoſequendo materiam eorum, quæ ſunt in fructu, ac inter fructus computantur, eorum præcipuè, qui ex rebus
1 corporalibus percipiuntur, connumerabimus inter ipſos facultatem pignorandi. *Fructus rei eſt, uel pignori dare licere*, inquit *Iabolenus lib.* 3. ex poſterioribus *Labeonis* tranſumptiuè in *l. fructus* 49. *ff. de vſur.* repetitur formaliter in *l. fructus* 72. *ff. de regul. iur.*

2 Reſponſum iſtud *Iaboleni* dubitabile admodùm viſum eſt *gloſ.* in vtraq; *l.* eā præſertim ratione, quia in *l. intereſt* 6. *C. de vſufr.* cauetur, non poſſe vſufructuarium pignorare proprietatem, & propterea cùm inhibeatur proprietatis rei pignoratio, ſuper qua habet vſufructuarius vſumfructum, iure videtur, reſponſum iſtud non tranſire ſine difficultate.

Occurrit eadem *glo.* in relatis *legibus*, dicens, verbum illud, *fructus rei*, de quo in vtraq; *l.* intelligendum fore pro vtilitate quadam rei, & ſic vt vtilitas rei poſſit pignori dari, & in iſtis terminis procedant *dd. ll. fructus ff.* tàm *de vſur.* quàm *de reg. iur.* in alijs verò iuris locis, in quibus inhibetur pignoratio, de commodo, ſiuè fructu ex ipſa rei prouenienté agatur. Itaquè, vt apparet ex eiuſdem *gloſ.* dictis, voluit ipſa conſtituere differentiam inter vtilitatem rei, & commoditatem, ſiuè fructum ex re prouenientem. Explicat hoc clariùs in *d. l. fructus* 49. *ff. de vſur.* in qua diffinit, poſſe vſufructuarium obligare ius vtendi fruendi ſibi competens vigore vſusfructus, non verò proprietatem, & in iſtis terminis procedat *tex. in d. l. intereſt C. de vſufr.*

3 Cœterùm, aliter ipſe nouiter, ac præter cæteros præfata iuris loca exponenda concludo, vt ſcilicèt in d. *l. intereſt* loquatur de re immobili, ſicuti colligitur ex eiuſdemmet verbis, ibi, *Et moriente eo, tibi eadem poſſeſſio redderetur*, quæ verba, poſſeſſionem reddi, clariſſimè indicant, de re immobili agere *inibi Imperatorem*, dùm eiuſdem proprietatis poſſeſſionem traditam, iubet, eſſe reſtituendam mortuo vſufructuario: *Iabolenum* verò è contrà in *dictis legibus fructus* loqui de re mobili, nàm ità conuincunt eorundem verba, ibi, *vel pignori dare licere*, accipiendo verbum, *pignus*, ad differentiam hypothecæ conſiſtentis in re immobili, per quæ verba dùm de pignore agit, apparet cadere reſponſum illud in ſubiecto rei mobilis, tametſi largè quandoquè in re etiàm promiſcuè vendicet ſibi locum, idq; eò fit, quòd pignus dictum ſit ex eo, quia res, quæ pignori dantur, pugno, & manu traduntur *l. plebs.* §. *pignus ff. de verb. ſignif.*

4 Patebit clariùs hoc ipſum ex differētia intercedente inter rem immobilē, ac rē mobilē in materia vſusfructus ei traditā, qui conſtitutū habet in illis vsūfructū. Nàm qn̄ traditur res immobilis vſufructuario, ità traditur, vt nullum ius ipſe habeat quòad proprietatē ipſius, quemadmodùm vt nequè etiàm aliquid facere in ea valeat, per quod proprietas aùt diminuatur, aùt lędatur, cùm vſusfructus ſit ius vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, vt in *l.* 1. & 2. *ff. de vſufr. ac in* §. 1. *Inſtit. eod.* quarè non mirum ſi nequè poſſit proprietatem alteri pignorare,
5 quia ſi pignoratio permitteretur, afficeretur vtiquè proprietas, & fieret deterius ius proprietarij. At quando traditur res mobilis vſufructuario, non ea lege perpetuò traditur, ſed media cautione de vtendo fruendo arbitrio boni viri *l. ſi vſusfructus* 16. *ff. de vſufr. l. vſufructu conſtituto* 4. *C. de vſufr.* cū concordātibus ità vt in electione ipſius vſufructuarij exiſtat, velit, nec nè, rem illam mobilē in genere reſtituere, an verò illius æſtimationem, ſicuti tradunt *Alexand. in conſ.* 120. *quia oportunè num.* 1. *vol.* 6. *Aretin. in* §. *conſtituitur col.* 4. *in gloſ. æſtimare Inſtit.*

Digitized by Google

6 *Inſtitut. de vſufr.* viget communis *DD.* opinio de hoc, dicentium etiàm, vt teneatur quòad cautionem præſtandam vſufructuarius ſatiſdare de reſtituendo tantùndem in genere eiuſdem qualitatis, aùt æſtimationem, aùt de reſtituenda ea deteriorata, & pretium deteriorationis, vt dixit *Aretinus in d.§.cōſtituitur*, & poſt eum Bertrand. *conſ.*40. *nu.*7. *cum ſequentibus lib.*2. *Pinell.in l* 1. *parte* 2. *ſub num.*8. *verſ. in modo autem cauendi C. de bon.matern.Gabriell.commun.concluſ.lib.* 5. *tit. de vſufr. concluſ.* 1. adde *Caualcan.*
7 *de vſufr.mul.rel. ſub nu.* 246. & ſic eſt in electione fructuarij, aùt hęredum ipſius, velint, nec nè finito vſufructu reſtituere eandem rem deterioratam, ac pretium deteriorationis, aùt ſolā æſtimationem. Vndè videtur ipſe vſufructuarius effici Dominus illius rei, ſtante dicta cautione, per quam fit indemne ius proprietarij, etiàm in caſu, quo omninò deperiret, ad tradita per *Alexand.in l.* 1. *nu.*20. *ff. de legat.* 1. vbi etiàm Socin. notat *Griuell.deciſ.Dolana* 42. *num.*7. in tantùm, vt iure concludi poſſit, nè quidem ipſi proprietario actionem realem impartiri cōtrà detentorem extraneum, aùt tertium eiuſdem rei mobilis, ſed tantummodò perſonalem contrà vſufructuarium deteriorantem, aùt alienantem. Iure igitur videtur ipſius rei mobilis permitti pignoratio: nàm aliàs priuaretur fructuarius effectus quodammodò illius rei Dominus vtilitate hac conſiſtente ſuper rebus, vt ſcilicèt poſſit illas quis pignori dare, cùm aliàs creditor nō crederet, niſi medio pignore, ad *tex.in l. qui autem §. ſi quis ff. de conſtit.pecun.* quem in id expendit *gl.in d.l.fructus* 72. *ff.de regul.iur.* quam permiſſionem concedunt *dict.leges fructus*, indulgendo illam per verba, quæ magis in tolerantiā ſonant, quàm in præciſam facultatem, qualia ſunt ibi, *pignori dare licere*, quod quidem verbum, *licere*, ſonat, vt diximus in tolerântiam, ea ratione, quia cautū eſt proprietario per cautionem præfatā, & propterea nō debet fraudari iſto cōmodo: nàm aliàs fieret inutilis vſusfructus, & ità tolerantiam iſtam indicat dictio illa, *uel*, de qua in *dictis legibus*, ibi, *uel pignori dare licere*, quę dictio, *uel*, exponitur pro ſaltem, vt rectè monet *glo. ibidem*, & voluit innuere *Iabolenus*, fructum rei eſſe, ſaltē vt pignori dare liceat, tametſi non alius ex ea re mobili, ad vtendum, fruendum tradita percipiatur, & ità conciliari pōt antynomia iſthæc inter præfata iura, cùm aliàs non videatur adæquata conciliatio *gloſ.* in locis allegatis, vt de ſe patet, dùm tàm in *d.l.intereſt*, quàm in *dictis legibus fructus* loquitur *tex.* de pignoratione proprietatis rei, non verò in vna de proprietate, in alijs verò de fructibus, ſicuti videbatur ſentire ipſa *gloſ.*

8 Ex Statuis, & Imaginibus poſſe fructū percipi, ac illarum poſſe etiam relinqui, rectèq; conſtitui vſumfructum reſpondit *Martianus lib.*3. *aliàs* 7. *inſtitutionū*, de quo in *l.ſtatua* 48. *ff.de uſufr.Statuas*, inquit *gloſ.ibi, eſſe figuras hominum, imagines uerò picturas*. Ea ratione mouetur *Martianus*, quia habent ipſæ vtilitatem, ſi ponantur in aliquo oportuno loco. Quærendo autem *ibi glo.in uerb.ſtatuę*, in quo ſcilicèt conſiſtat fructus iſte, ac qualis ex ipſis percipiatur, tradit exēplum de Leone, quē dicit aſſeruari Florentiæ, pro quo, vt poſſit quis videre, ſoluit nummum, hoc idem exemplum reticit Caualcan.*de uſufr.mul.relict.nu.*84. Innumerabilia ſiquidem poſſent de his reticeri temporibus hiſce noſtris, tùm ſtatuæ, & imagines, cùm monſtrua, quæ Neapoli fuerunt aſſeruata, ac etiàm per Regnum delata, pro quibus videndis ſolui ſolet certum quid, inter quæ Vrſi ſaltantes ad ſonum cytharæ, Elephantes, Ermaphroditæ, Fœminæ habentes barbam ſatis oblongam, & hirſutam, Pueruli habentes duo capita, Figuræ ordine rotarum ſolæ incedentes, & recedentes ſuprà tabulam, Catuli ſaltantes ad nutum Domini, & his ſimiles, in quibus vti in fructibus potuiſſe rectè conſtitui vſumfructum, patet ex ſuprà traditis.

9 Ad horum inſtar fient quoquè Numiſmata aurea, vel argētea vetera, quorum, quia in fructu ſunt, rectè vſumfructum legari poſſe cenſuit *Pomponius in l.numiſmatum* 35. *ff. de uſufr.* & loquitur

*Pom-*

*Pomponius ibi* de ijs numiſmatibus, quibus pro gemmis vti ſolent. Hoc ipſum cauit *Vlpianus in l. Iulianus 9. §. ſi tibi decem ff. ad exhib.* adeòq; fructus dijudicabuntur, vt illorum verũ vſumfructum appellari, non autem quaſi, tradat *gloſ. in d. §. ſi tibi decem in verbo vſusfructus.* cõſiſtentiam huiuſcemodi vſusfructus in eo conſtituit, quia pro gemmis, tãquàm monilia portantur ad pectus.

10 Habitatio domus in fructu pariter eſt, & proindè qui pignori domum accepit, euuſq; retinet poſſeſſionem pignoris loco, donec pecunia illi ſoluatur, cùm in vſuras fructus percipiat, aùt locando, aùt ipſe percipiendo, habitandoq., ſunt formalia verba *text. in l. ſi is, qui bona 11. §. ſi antiphana ff. de pignor.* adde *text. in l. prædiorum 36. ff. de vſur. l. apud Iulianum*, aliàs incipit *Aphricanus 40. §. 1. ff. de legat. 1.* adnotauit *Pract. Papienſ. in forma libelli in act. reali verbo ſimul cum fructibus nu. 18.*

11 Amplies non tantùm per habitationem propriam, quã facit aliquis in aliena domo, verùm etiàm locando illam, & ſic ex locatione penſionem percipiendo dicitur fructus percipere, & proindè tàm habitationem propriam, quàm penſionem, quæ ex locatione percipitur, in fructu eſſe concludit *text. in l. ſi nauis ff. de rei vendic. in princ.* ibi, *& fructus æſtimandi ſunt, vt in taberna, &*

12 *area, quæ locari ſolent.* Et licèt aliqui dixerint, penſiones non eſſe verè fructus, ſed haberi loco fructuum, ponderantes ad id *text. in dict. l. prædiorum ff. de vſuris*, in quo penſiones accipiuntur pro fructibus: attamen in fructu verè eas eſſe frequentiori calculo admittunt *Doctores* relati per *Gutier. in tract. de tutel. parte 3. cap. 23. num. 17* qui benè verum in eo ſolo differunt, ſi ſcilicèt dicantur fructus ciuiles, an verò induſtriales, de quo remitto me ad ea, quæ diſſeruimus ſuprà hac *eadem prima parte cap. 2. num. 1. vſque ad nu. 7.* & obſeruari poterit apud *DD.* relatos per *Caroc. de loc. & cõd. par. 5. in ſexto gradu accidẽtium quæſt. 10. num. 9. fol.* mihi 243. *col. 2.* videri quoq; poterit *D. de Franch. deciſ. 572. nu. 5.* vbi tradit, fuiſſe illas ſubrogatas loco fructuum naturaliũ, ad *text. in l. mercedes ff. de petit. hæred. & d. l. prædiorũ*, ac quod dictum eſt de fructibus, militare quoq; in penſionibus, ex traditis per *Iacob. de Beluiſ. Bald. Aluarot.* & cæteros *inibi* per *ipſum* relatos.

13 Quò fit, vt in petitione facta in libello de fructibus veniant etiàm penſiones *Bal. in l. traditio in fin. C. de pact. Machel. patrocin. 15. nu. 12.* Rursùs cedent beneficio vſufructuarij omnium bonorum, vt patet ex traditis per *Caualcan. de vſufr. mul. relict. num. 243.* & per *Caroc. loc. cit. nu. 10.* apud quem multa per totã quæſt. in materia penſionis domorum.

14 Ex eorundem iurium principijs patet, etiàm in fructu eſſe mercedes Magiſtrorum, & Fabrorum, ſiuè operas ſeruorum, ac vecturas nauium, & beſtiarum, ſic diſertis verbis *Vlpianus in l. mercedes 32. ff. de petit. hæred. Mercedes* (inquit) *planè à Colonis acceptæ loco ſunt fructuum, operæ quoq; ſeruorum in eadem erunt cauſa, qua ſunt penſiones, item vecturę nauium, & iumẽtorum.* Facit etiàm ad hoc *text. in l. ſi vrbana 55. ff. de condit. indeb.* & ità poſt *Aretin. in conſ. 159. num. 14. ac Schrader. de feud. 9. parte princ. 2. par. ſect. 3. nu. 58.* adnotauit *Gizzarell. deciſ. 34. ſub num. 15. verſic. & accedat*, facit de mente *Peregr. de fideicom. art. 49. num. 72.* vbi alios etiàm *text.* ad id concordantes cumulat *Pachal.* remiſſiuè tamen *de uirib. patr. poteſtat. parte prima cap. 3. num. 116.*

15 Pecuniam rursùs eſſe in fructu apparet ex *text. in l. 2. ff. de uſufr. ear. rer. ac ex §. cõſtituitur Inſtit. de uſufr.* vndè legato

16 vſufructu bonorum, deberi quoq. vſumfructum pecuniæ, eò quòd in ea vſusfructus rectè conſiſtit, per præfata iura cõſuluerunt *Alex. in conſ. 78. n. 7. lib. 3. Soc. iun. in conſ. 96. nu. 3. lib. 1.* voluit *Menoch.* qui de præfatis meminit *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 142. ſub nu. 14.*

17 Veniũt etiàm appellatione fructuum, ac in fructu eſſe dicuntur nomina debitorum. Quo fit, vt ſub legato vſusfructus omnium bonorũ debeatur etiam nominum debitorũ, ſic docuit *Bart. in l. uxori meę nu. 1. & in l. fin. num. 5. ff. de uſufr. leg.* poſt ipſum *Ancharan. conſ. 3. num. 2.*

Mm *Rebuff.*

Digitized by Google

Rebuff. *in l. mouentium ff. de verb. ſignif.* adde *Menoch. de præſumpt. dict. præſumpt.* 142. *lib.* 4. *num.* 17. Expendunt in id *text. in d. l. vxori meæ ff. de vſufr. leg.* ex quo colligitur, quòd legato vſufructu om-
18 nium bonorum, cenſetur, ac intelligitur relictum etiam Kalendarium, ideſt liber rationum, in quo deſcribũtur, ac continentur nomina debitorum, ad *text. in l. qui filium in princ. ff. de legat.* 3. nàm ità exponit verbum illud *Kalendarium Hotomanus in Commentarÿs verborum iuris in verbo Kalendarium*, cum quo conſentit *Menoch. tàm in d. præſumpt.* 142. *num.* 18. *quàm in preſumpt. ſequ.* 143. *in ordine n.* 9. tametſi Barboſa *in l. diuortio* §. *ſi vir nu.* 38. *ff. ſol. matr.* poſt *gloſ. in l. lecta verbo Kalẽdario ff. ſi cert. pet.* dicat, Kalẽdarium propriè ſignificare illa debita, pro quibus ſingulis Kalendis vſuræ debentur.

Expendunt ſecundo loco *text. in l.* 3. *ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* ex quo apparet, poſſe legari vſumfructum nominum debitorum, quod non permitteretur, ſi dicta nomina debitorum non eſſent in fructu.

19 Quod tamen de vſufructu omnium bonorum dictum eſt, vt ſcilicèt in ipſo contineâtur etiam nomina debitorum, intelligunt, & declarant *Bart. in conſ.* 50. incip. *Gilius Petri lib.* 1. *Iaſ. in l. à Diuo Pio* §. *in venditione ff. de rei vendic.* *Pariſ. Soc. iun. Syluan. Crauett. &* Rebuff. *in locis relatis per Menoch. d. preſumpt.* 142. *nu.* 19. quando fuiſſet ſimpliciter relictus vſusfructus omnium bonorum, secùs verò ſi fuiſſet reſtrictum quòad bona mobilia, & immobilia, quia tùnc non contine-
20 rentur in eo nomina debitorum. Mouẽtur ea ratione, quia nomina debitorum conſtituunt tertiam ſpeciem bonorum, & proindè non continentur ſub nomine mobilium, & immobilium, ad *tex. in l. quàm Tuberonis* §. *fin. ff. de pecul. legato*, aduertit Rebuff. *in d. l. mouentium ff. de verb. ſignif.*

21 Reditus vectigalium ſunt ſimiliter in fructu, ac inter fructus iurium, & actionum continentur Bald. *& Paul. de Caſtr. in l.* 1. *C. de vſufr.* *Afflict. in c.* 1. §. *vectigalia num.* 50. *quæ ſint regal. in vsib. feud.* *Menoch.* qui alios etiàm recenſet *d. præſumpt.* 142. *nu.* 22. qui ob id proindè concludunt, in legato vſusfructus omnium bonorum contineri etiàm præfatos reditus vectigalium, quod & nos indicauimus etiàm ſuprà in *cap.* 8. *ſub nu.* 5.

22 Lapidicinæ an ſint in fructu, diſtinguit *Papinianus in l. diuortio* §. *ſi vir in fundo ff. ſolut. matr.* lapidicinas, in quibus lapis renaſcitur, quales ſunt in Gallia, & in Aſia, ab illis, in quibus non renaſcitur. Et primo caſu dicit, eſſe in fructu. Secũdo verò non, & ità per illum *text.* ac per *text. in l. fin. ff. de fundo dot.* concludunt *Doctores* omnes tàm in *d.* §. *ſi vir in fundo*, quàm in *l. fructus ff. de re iudic.* notat *Gizzarell. deciſ.* 34. *nu.* 16. *ibiq; etiàm Addentes ad eundem.*

Quomodò autem id contingere poſſit, vt lapis renaſcatur, adeundus eſt *Pe-*
23 *trus Gregorius in ſyntagm. iur. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. *par.* 1. Quòd autem lapides creſcant, præciſè in Italia, teſtis eſt *Papyrius Fabianus*, quem naturæ rerum peritiſſimum appellat *Plinius natural. hiſtor. lib.* 36. *cap.* 15. *circà finem.* Is enim, inquit, inter plurima alia miracula Italiæ creſcere marmora in lapidicinis, complerique ſponte ſua montium vlcera illa, hoc eſt montium cauernas, & ſpeluncas, vndè marmora effodiuntur, meminit de vtriſquè *Garſias de expenſ. & meliorat. cap.* 22. *nu.* 47. *verſ. alter caſus eſt.*

24 In caſu aũt, quo lapides renaſcantur, nõ renaſcuntur breui tẽpore, ſm *Albertum Magnum in lib.* 1. *de mineralibus*, quem in id expendit *Loffred. conſ.* 28. *ſub nu.* 8. *in fine*, & ob id vegetatio ipſorum ſicut quarumlibet rerum corporearum incrementum, quod natura prouenit, non cernitur oculis, dùm fit, ſed benè ſenſu viſus incrementum factum cernitur, dùm iàm factum eſt.

25 Deſeruiet notabilis iſtius inueſtigatio ad reſolutionem quæſtionis, an ſcilicèt marmora, quæ exciduntur ex lapidicina, in fundo mulieris dotali exiſtente, pertineant ad maritum, an verò ad vxorem, rurſùſque an ad vſufructuarium, an verò ad proprietarium.

Hanc quæſtionẽ reſoluit idem *Papinian. d.* §. *ſi vir in fundo*, in quo decidit, quòd

Digitized by Google

quòd ſi vir in fundo dotali mulieris lapidicinas marmoreas inuenerit, ſi excidendo marmor fundum fructuoſiorem fecerit, in tali caſu compenſabit impenſas cum marmoribus exciſis, & fient illa mariti, dato adhùc ſi ſoluto matrimonio non reperiantur exportata, ſed tantummodò cæſa, reddit rationem, quia nec in fructu eſt marmor, niſi tale ſit, vt ibi renaſcatur. *Si vir in fundo mulieris dotali* (inquit *Papinianus*) *lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuóſiorem fecerit, marmor, quod cæſum, neq; exportatum eſt, mariti eſt, & impenſa non eſt ei prestanda, quia nec in fructu eſt marmor, niſi talis ſit, vt ibi renaſcatur, quales in Gallia ſunt, & in Aſia.* Hactènus *Papinianus* in eo *contex.* qui tamen, cunctorum iudicio, ſatis perplexus redditur, ac
26 explicationi multùm anceps.

Obſtat namq. in primis litera eiuſdem obſcura admodùm, intellectuq. difficilis. Et difficultas in eo ineſt. Nã aùt ſupponimus, *contex.* illũ loqui, ac verè intelligi in caſu, in quo marmor nõ renaſcitur, & tùnc ſi non renaſcitur, non dicetur eſſe in fructu, vt probatur in eodem *contex.* & ſi non eſt in fructu, ergo neq; fiet mariti, cùm maritus debeat lucrari de fructibus, vt inquit *text. in l. ſi ex lapidicinis ff. de iur. dot.* cuius tamen contrarium innui videtur in eo, dùm dicit, *quòd marmor exciſum, dato etiam quòd non ſit exportatum, ſit mariti.*

Accedat inſuper, quia quando marmor non renaſcitur, fundus non dicitur fructuoſior reddi, quinimò deterior magis, vt patet in *l. fin. in princ. ff. de iure dot.* & tamen contrarium in hoc *text.* dicitur, dùm inquit, *quòd fundum fructuóſiorem fecerit*, quarè videtur ex his impoſſibile, vt poſſit *tex.* iſte loqui de marmore euulſo, quod non renaſcebatur.

Si verò ſupponimus, quòd loquatur de marmore euulſo, quod renaſcitur, quo caſu marmor dicitur verè eſſe in fructu, & conſequenter fieri illud mariti, & in quo etiam caſu dicitur pariter maritus facere fructuoſiorem fundum, & tùnc ſi in iſtis terminis loqueretur, videretur *text.* malè dicere, dùm concludit, non fore impenſam reſtituendam marito, eò quòd immò tùnc foret magis ſoluenda, dùm fundus redditur melior, & pretioſior, eò quia impenſa facta reſpicit publicam fundi vtilitatem, propter quod tantò fortiùs deberet ſolui, vt in *dict. l. fin. ff. de fundo dot. & in l. 3. §. nos generaliter ff. de impenſ. in rebus dotalib. fact.* Vndè non poteſt, nec debet intelligi *contex.* ille de marmore, quod non renaſcitur.

Patet itaquè, hoc totum breuiter reaſſumendo, quòd aùt ſcilicèt marmor cæſum non poteſt eſſe mariti, niſi ſit tale, quòd renaſcatur: nàm aliàs non eſſet in fructu, & conſequenter non fieret mariti, aùt ſi ſit tale, quod renaſcatur, impenſa deberet ſolui, eò quòd vtiliorem reddiderit fundum, quorum tamen in vnoquoque ipſorum videtur contrarium decidi in eo *contex.* videlicèt, quòd marmor, quod non renaſcitur, nec eſt in fructu, fit mariti, ac quòd ſi illud renaſcatur, quo caſu fieret fructuoſior fundus, non ſint ſoluendæ impenſæ. Et hæc quòad literam *d. contex. §. ſi vir in fundo*, aduersùs quã obijciunt alia quoq; *DD.*

27 Obijciunt primò *text. in l. item fundi 10. verſ. ſed ſi metalla ff. de vſufr.* ex quo excipitur, quòd metalla inuenta poſt vſumfructum legatum, pertinent ad vſufructuarium, ergò ſi pertinent ad vſufructuarium, & metalla exciſa non renaſcuntur, videtur nimiùm *tex.* iſte contradicere *contex.* huic, dùm ponit, marmora, quæ non renaſcuntur non fieri mariti, eò quòd non ſunt in fructu.

Obijciunt ſecundo loco *text. in l. ſi fundus 9. ff. ſol. matrim.* in quo clarè patet, lapidicinas eſſe in fructu, & conſequenter ſpectare ad maritum.

Obijciũt tertiò *tex. in d. l. fin. ff. de fund. dot.* in quo cũ *Labeo* exiſtimaſſet, quòd vbi ex apertura lapidicinæ marmoreæ effect⁹ fuerit deterior fũdus, marmor exciſũ fieret mariti, qui tñ non poterit repetere impenſas factas, *Iabolenus* admiſit dictã *Labeonis* ſẽtẽtiã in caſu, quo marmor nõ renaſceretur, quia ſi renaſceretur cõcludit, marmor eſſe mariti, & poſſe ẽt maritum vtiles impenſas repetere. Ex quo *text.* ſecundùm *Labeonis* ſententiam videtur



Digitized by Google

probari, quòd etiàm in caſu, quo fundus fuerit effectus deterior ex apertura lapidicinæ, marmor exciſũ fiat mariti, quod videtur ex diametro aduerſari diſpoſitioni *d. contex. §. ſi vir in fundo*, qui eo ſolo caſu concedit marito marmor exciſum, quando fructuoſiorem reddiderit fundum propter exciſſionem: è contra verò, quando ex apertura fieret deterior fundus, à contrario ſenſu marmor exciſum non cedere beneficio mariti.

Occaſione iſtarum difficultatũ quòad literam *text.* pertinet multas conantur *DD.* afferre intelligentias ad *contex. d. §. ſi vir in fundo*, quarum.

28 Prima eſt de mente *gloſ.* eamq; ſequitur *Bart. in eo*, diuidentes ambo *contex.* illum in tres partes, & concludunt, in earum prima loqui *Papinianum* de marmore, quod renaſcitur, quemadmodùm contingit in Gallia, & in Aſia, quod cùm ſit in fructu, pertinebit vtiquè ad maritum, ſi cæſum fuerit, quàmuis nondùm exportatum. Secunda pars incipiat in verbo, *& impenſa non eſt ei præſtanda*, in quo *verſic.* dicunt, *Papinianum* mutare caſum, & loqui de marmore, quod non renaſcitur, vndè concludat, non fore præſtandam impenſam marito, & conſequenter neque marmor cæſum, ac non exportatum eſſe mariti, eò quòd cùm impenſa, quam ex ſuo fecit maritus non ſit præſtanda, ità à fortiori neque marmor cæſum in re aliena faciet ſuum, ex eo quia in tali caſu nõ eſt illud in fructu, ac etiàm quia maritus aperiendo lapidicinas marmoreas, quę non renaſcuntur, non fecerit fundum fructuoſiorem, quinimò deteriorem reddiderit magis, & ob id ex cauſa deteriorationis poterit etiàm per vxorem conueniri, ad *text. in eadem l. diuortio §. ſi fundum ff. ſolut. matr.* & colligitur ex *d. l. fin. ff. de fundo dot.* per quam *legem* debet declarari *contex. d. §. ſi vir in fundo*. Tertia pars ſit in *verſ. Niſi talis ſit, vt lapis ibi renaſcatur, quales ſunt in Gallia, & in Aſia*, & in eo *verſ.* reuertatur *Papinianus* ad primum caſum propoſitum in principio, de marmore ſcilicèt quod renaſcitur, in quo quia, vt dictum extitit in principio illius *contex.* marmor exciſum, neq; reportatum eſt mariti, additur modò *ibidem in dict. verſ. niſi talis* ratio concluſionis præfatæ, quare ſcilicèt pertineat ad maritum, & eſt, quia tùnc videtur marmor eſſe in fructu, & ideò mariti erit. Et (quod plus) erunt etiàm ei ſoluẽdæ impẽſæ, eò quòd vtiles fiunt, ad *text. in d. l. fin. ff. de fundo dot.* Intelligendo tamen de impenſis factis circà quærendam venam marmoream, quæ tamquàm pertinẽtes ad perpetuam rei vtilitatem, exigendę erunt, ad *tex. in l. 3. §. nos generaliter ff. de impenſ. in reb. dot. aliß. fact.* Nàm quoad impenſam factam circà exciſionem marmoris, non erit illa exigenda, eo quia cùm fiat gratia fructuum, confunditur cum illis, ac compenſatur, vt in *d. l. diuortio §. fin.* & ità hanc intelligentiam eſſe veram, ac receptam fatentur *Alexand. in d. §. ſi vir in fundo num. 1. Campegg. de dote parte 2. quæſt. 30. Loffred. conſ. 28. nu. 8.* ſequuntur *Ludou. Molina de iuſtitia, & iure tom. 1. tractat. 7. diſput. 54. conſ. pen. ac Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 22. num. 48.* ipſamq; etiàm verã, vti deductam ex mente *l. fin. ff. de fundo dot.* notat *Vincent. d. §. ſi vir in fundo nu. 5.*

Cæterùm, intelligẽtiam iſtam nedùm non admittunt, verùm expreſſim reprobant in eodem § *ſi vir in fundo Aret. col. 3. Iaſ. num. 1. Vincent. num. 4. Goffred. col. 2. in princ. & Zaſius lib. 2. ſingularium intellectuum cap. 4.* ex eo, quia cõtorquere videtur literam illius, dùm ex eodemmet *contex.* apparet, *Papinianum* nõ mutare caſum, ſed benè eundem ſemper proſequi. Accedat rursùs, quia *Papinianus ibi in princ.* proponit regulam generalem, vt ſcilicèt marmor exciſum, neq; exportatum ſit mariti, in tantùm, vt nullam faciat mentionem, quòd renaſcatur, & propterea redditur mera diuinatio, aſſerendo, quòd loquatur *contex.* ille de marmore, quod renaſcitur.

29 Secundam intelligentiam ad *contex.* illum affert *Cuiacius lib. 15. obſeru. c. 22.* exiſtimans, literam in eo eſſe corruptam, ità vt dùm in eo dicitur, *fundum fructuoſiorem fuiſſe redditum*, emendari, ac legi debeat, *neq; fructuoſiorem*: nàm aliàs non videtur poſſe afferri concludens ratio, quarè expenſæ vtiles non poſſent repeti

per

per maritum. Verùm intelligentiam iſtã ceù temerariam, & contrà fidem omnium Codicum impugnat, ac reprehendit *Barboſa in d. §. ſi vir in fundo nu.* 6.

Tertiam proindè intelligentiam afferunt ad *contex.* illum *Cuman. ac Paul. de Caſtr. ibidem num.* 1. quam etiam *inibi* probant, & defendunt *Aret. col.* 3. *Vincent. num.* 4. *Ruin. in princ. ac Duarenus*, rursùs idem *Caſtr. in l. ſi fundus num. fin. ff. eod. tit. ſol. matr. ibique* pariter *Zaſius num.* 5. ac *ipſe idem Zaſius d. lib.* 2. *ſingul. intellectuum cap.* 4. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *c.* 23. *nu.* 9. *cum ſeqq. Garſias de expenſ. & meliorat. d. c.* 22. *nu.* 48. *cum ſeqq.* eaque eſt, vt in principio loquatur *Papinianus* de marmore, quod non renaſcitur: verùm dùm facit poſtmodùm mentionem de eo, quod renaſcitur, probet illud exciſum, nec dum exportatum fieri mariti, quando conſtat ex illa vena marmorea fuiſſe redditum fructuoſiorem fundum, in quo tamen caſu non deducat maritus impenſam factam in aperienda vena marmorea, ſed in eo tãtùm deducere poſſit, quo marmor renaſcitur, in quo ſolùm conceditur eſſe in fructu.

Eſt tamen benè verum, quòd tametſi affirmet *Alex. in d. §. ſi vir in fundo nu.* 1. intelligentiam iſtam meliùs adaptari literæ *tex.* nihilominùs reiicit illam tribus rationibus, quarum.

Prima eſt, quia intelligentia iſthæc ſupponit, ex apertura lapidicinæ marmoreæ, quæ non renaſcitur poſſe reddi fructuoſiorem fundum, quod eſt contrà *tex. in l. fin. ff. de fundo. dot.* ex quo excipitur, ſemper ex hoc fundum deteriorem reddi.

Secunda ratio eſt, quia per illam ſupponitur, marmor, quod non renaſcitur, ſi fuerit exciſum eſſe mariti, quod videtur aduerſari *§. ſi fundum eiuſdem l. diuortio*, in quo habetur, quòd arbores vi ventorum deiectæ, ſi non ſint in fructu, non fiunt mariti, ſed benè vxoris, quod erit pariter affirmandum de marmore exciſo, quod quia non eſt ſimiliter in fructu, nequè fiet mariti, ſed vxoris, vt probatur ex *l. ſi ex lapidicinis ff. de iure dot.*

Tertia ratio eſt, quia ſupponitur, maritum non poſſe deducere impenſas factas in inuenienda, aperiendaque vena marmorea, quod redditur falſum ea ratione, quia cùm pertineant illæ ad perpetuam fundi vtilitatem, ſemper repeti poterunt, ad *tex.* in d. pluries citata *l.* 3. *§. nos generaliter ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* & probatur in *d. l. fin. ff. de fund. dot.*

Hæc *Alexander* pro impugnatione intelligentiæ præfatæ tertio loco allatæ per *Cumanum, Paulum de Caſtr.* ac ceteros deſuper relatos, quas quidem rationes iure refellunt *DD.* ſigillatim, ad earumquamque adæquatam reſponſionem accomodando, vt colligi licet ex *Barboſa*, qui in vnum dictas reſponſiones, ſeù confutationes, ac pariter *Doctores* recenſet in *d. §. ſi vir in fundo num.* 2. *verſ. neque obſtant cum pluribus ſeqq. nu.* ad quem cupidum lectorem, ſciens, remitto. Et hæc intelligentia vti ad literam, & mentem *Papiniani* eſt omninò amplectenda, quam ſequi videntur cõmuniter Moderni omnes, & probat etiã *Gutier. de gabell. cap.* 36. *ſub nu.* 15. dicentes, *in d. §. ſi vir in fundo* loqui *Papinianum* tàm de lapidibus, qui renaſcuntur, quàm de ijs, qui non renaſcuntur, & ſic vt procedat non tantùm quando maritus reddit fundum dotalem vtiliorem, ac fructuoſiorem ex inuentione lapidicinæ, in qua lapis renaſcitur, verùm etiam in inuentione illius, in qua non renaſcitur.

30 Ad cuius faciliorem declarationem facti ſpeciem, de qua in *d. §. ſi vir in fundo* aggrediendo, ſic planam reddi poſſe animaduerto, & ſic ſuppono de duobus principaliter quæri in eo *contex.*

Primum eſt, cuius ſcilicet ſit marmor cæſum in lapidicina marmorea inuenta in fundo mulieris dotali. Secundum eſt, an ſint repetendæ impenſæ factæ per maritum circà inuentionem dictæ lapidicinæ marmoreæ.

Et quòad primum concludit, eſſe illud mariti, ea ratione, quia fructuoſiorem fecerit fundum, & propterea fiet illud mariti, dato adhùc quod non ſit exportatum. Quò verò ad ſecundum concludit, non fore repetendas impenſas,

ea

Digitized by Google

ea ratione, quia cùm non ſit illud in fructu, eò quòd non renaſcitur in illa lapis, compenſabit tantùm marmora exciſa cum impenſis.

Patet diſertis verbis hoc totum ex eodem *contex.* Nàm quòd in eo agatur de lapidicinis marmoreis, quas de nouo inuenerit maritus in fundo mulieris dotali, probant eiuſdem verba ibi, *Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit*, quod quidem verbum *inuenerit* conuincit, nùnc primùm fuiſſe in eo fundo lapidicinas marmoreas repertas. Quod item ex ea inuentione ſupponatur, fuiſſe fructuoſiorem redditum fundum, diſertis verbis affirmat idem *Papinianus* ibi, *Et fundum fructuoſiorem fecerit*, quæ dictio, *Et*, ibi, *& fundum fructuoſiorem* non alternat, ſed coniungit, poniturque inter diuerſa, iudicatque vtrumque copulatiuè, & nouam ſcilicet inuentionem lapidicinę, & fructuoſitatem fundi redditam ex inuentione illa. Quòd rurſùs marmor exciſum ex dicta lapidicina nouiter inuenta ſit mariti, dato adhùc quòd non fuerit illud exportatum, probatur *inibi, marmor, quod cæſum, neque exportatum eſt*, mariti eſt. Et hęc quòad reſolutionem primæ hæſitationis in eo *contex.* formatæ.

Quòd modò quòad impenſam in inuenienda dicta lapidicina marmorea nō ſit ea præſtanda marito, eò quòd licèt fructuoſiorem fecerit fundum, ex alio tamen, quàm ex cauſa dictæ inuentionis lapidicinæ marmoreæ non ſit illa præſtanda, patet ibi, *& impenſa non eſt ei præſtanda.* Subdit mox *Papianus* rationem, quarè non ſit ei pręſtanda impenſa, & inquit, *quia marmor illud non eſt in fructu*, addit rationem rationis, quarè ſcilicet nō dicatur eſſe in fructu dicens, quia non renaſcitur, vt ibi, *quia nec in fructu eſt marmor, niſi talis, vt lapis renaſcatur*, affert nouiſſimo loco exemplū de hoc, ſi ſcilicet fieri poſsit, vt lapis renaſcatur, & ſubdit, *quales ſunt iu Gallia, & in Aſia*, in quibus Regionibus, quaſi dicat, lapis renaſcitur.

Poſita iam, planaque reddita, ac declarata litera *tex.* quam nō credo magis clarè potuiſſe explanari ad remouendas cōtrouerſias deſuper formatas per *DD.* patet clariſsimè, quàm malè hæſitauerit *gloſ. ibi*, & poſt eam *Bar.* & alii ſupponētes in eo *contex.* duas diuerſas facti ſpecies, dùm vnica tantùm ea apparet, benè verum duo dubia circà dictam vnicam facti ſpeciem, quippè ſi marmor exciſum in lapidicina marmorea inuenta per maritum in fundo mulieris dotali ſit mariti, & ſi repetat impenſas factas in inuentione dictæ lapidicinæ.

31 Vnica remanet circà pręfata dubitatio enucleanda, quomodò ſcilicet fieri poſſit, vt per inuentionem lapidicinæ marmoreæ, in qua lapis non renaſcatur, poſſit fructuoſior reddi fundus, dùm in eo ſolo caſu ſupponitur reddi fructuoſum, quando ſcilicet lapis renaſcitur, eò quòd tùnc tantùm eſt in fructu, non verò quando non renaſcitur, & ob id obſtare videtur *text. in l. fin. ff. de fund. dot. in verſ. Labeo marmor*, quo decidi videtur, ſemper ex apertura lapidicinæ, quæ non renaſcitur, reddi deteriorem fundum, quem *tex.* in id expendit *Alex. d. §. ſi vir in fundo nu. 1.* & nos ſuprà retulimus in prima ratione deſuper inducta per eundem *Alex. ibi* contra intellectum *Cumani, & Pauli de Caſtr.* & patet ex eiuſdem verbis, dùm propoſita quæſtione de marmore exciſo in fundo dotali, nec exportato concludit *Labeo*, marmor eſſe mariti, verùm non eſſe quicquam præſtandum à muliere viro ex impenſis per ipſum factis circà aperturam, quia impenſa non fuit neceſſaria, & fundus fuit factus deterior.

Vrget locus iſtę ex eo, quia concedit marito marmor exciſum, & tamen concludit, fundum fuiſſe factū deteriorem. Quod corroborare videtur poſtmodùm *Iabolenus ibidem in verſ. ego non tātùm*, dùm concludit, ſemper fieri deteriorem fundum per aperturam lapidicinæ marmoreæ, niſi in ſolo caſu, in quo tales ſunt lapidicinæ, in quibus lapis creſcere poſſet. In tantùm, quòd ſiuè attenderimus *Labeonis* ſententiam, ſiuè *Iaboleni*, ſemper apparet, fieri deteriorem fundum per aperturam, niſi in caſu, quo lapis in ea renaſcatur, quod tamen negatur in *contex. d. §. ſi vir in fundo*, in quo con-

Digitized by Google

concluditur, poſſe pretioſiorem, ac fructuoſiorem reddi fundum ex inuentione, & apertura lapidicinæ marmoreæ, etiam in caſu, quo in ea lapis non renaſcatur.

Ego ad intellectum *d. l. fin. ff. de fund. dot.* quæ dupliciter videtur vrgere contrà *d. §. ſi vir in fundo.* Primò, dùm ex ſẽtentia *Labeonis* concedit marito etiam marmor exciſum, nec exportatum, dato quòd fuerit factus fundus deterior. Et ſecundò, quòd ſemper cenſeatur factus deterior fundus ex apertura lapidicinæ, ac ad remouendam etiam antynomiam inter dicta iura, illaque cõcilianda, quicquid cenſuerint alii, taliter aduerto fore explicanda, ac ad concordiam reduci poſſe, vt ſcilicet in *d. §. ſi vir in fundo* loquatur *Papinianus* de lapidicina marmorea, in qua lapis non renaſcitur, ſicuti apparet ex facti ſpecie in eo *contex.* propoſita, quam ſuprà planam reddidimus, in qua tametſi faciat quoque mẽtionem *Papinianus* de ea, in qua lapis renaſcitur, attamen non principaliter id venit ſuper quęſtione propoſita, ſed benè incidenter per modum rationis, ad confirmationem eius, quod dixerat *ibi Papinianus*, quare ſcilicet non ſit marito præſtanda impenſa pro inuenienda lapidicina, in qua lapis non renaſcitur. At in *d. l. fin.* loquitur *Iabolenus* de lapidicina marmorea, in qua lapis renaſcitur.

Ad quod conuincendum ſupponam facti ſpeciem, de qua in *d. l. fin.* quæ talis colligitur ex litera eiuſdem. Quæſitum in ea comperimus de viro, qui aperuerat lapidicinas marmoreas in fundo dotali, in qua lapis creſceret, pro quibus aperiendis impenſam erogauerat. Secutum deinde extitit diuortium, quo diuortij tempore remanſit in fundo dotali marmor cæſum, nõ adhùc exportatum. Decertarunt *Labeo, & Iabolenus* de marmore illo cæſo, nec exportato, ac de impenſa facta in aperitione, an ſcilicet eſſet illud mariti quòad primum, & ſi teneretur vxor præſtare impenſam factam per maritum in aperitione dictæ lapidicinæ quòad ſecundum.

In quorum reſolutione reſpondit *Labeo*, marmór illud exciſum, nec exportatum eſſe mariti, expenſamque in aperitione factam nõeſſe pręſtandam, ea ratione mouetur, quia impenſa illa non erat neceſſaria, non neceſſariam intelligebat *Labeo* quòad formam, & qualitatem fundi, non verò quòad vtilitatem, ad quam iàm nõ reſpexerat, vt dicemus infrà. Quòd autem de lapidicina, in qua marmor creſcit, loquatur *tex. in d. l. fin.* & in ea applicetur reſponſio *Labeonis*, patet tùm ex verbis eiuſdem in reſponſo prolato à *Iaboleno in verſ. ego non tantùm*, ibi, *nec puto fundum deteriorem eſſe, ſi tales ſint lapidicinæ, in quibus lapis creſcere poſſit.* Tùm etiàm, quia aliàs non videretur applicabilis hæſitatio *Labeonis*, cùm non fuiſſet opus quærere de impenſis, quæ non reſpiciebant qualitatem fundi deteriorati, an ſcilicet, eſſent præſtandæ, eò quòd impenſa illa non videbatur neceſſaria ad fundum, qui magis deterior factus apparet, intelligendo deteriorationem quòad mutationem qualitatis fundi, non verò quòad præſtationem fructuum, qui exindè percipi poterãt ex apertura lapidicinæ marmoreæ, in qua renaſcebatur lapis, dùm voluntariè fiebat. Et propterea rationabiliter dubitare poterat *Labeo*, aſſerens, nõ fuiſſe neceſſariam impenſam illam, intelligas neceſſitate præciſa quòad fundi formam, & qualitatem. *Iabolenus* verò totum contrarium reſpondit, vt ſcilicet non tantùm impenſa, quæ neceſſariò fit in fundo præſtanda veniat, ad quam ſolam reſpexerat *Labeo*, verùm etiam & vtilem. Et quòad deteriorationem fundi, dum ſupponebat *Labeo*, fuiſſe fundũ deteriorem factum, concludit, non eſſe verum, factum ſcilicet extitiſſe deteriorem ex apertura lapidicinæ, in qua lapis creſcere poteſt: quaſi dicat, tametſi prima facie deterior factus appareat per mutationem formæ, ſiuè qualitatis ipſius, propter quod non videretur dijudicanda neceſſaria impenſa, & conſequẽter non fore illam reſtituendam, ſicuti cenſebat *Labeo*: attamen extitit impenſa illa vtilis per aperturam lapidicinæ, eò quia lapis decreſcit, & propterea erit idem dijudicandum de impenſa vtili, quod de neceſſaria, & ſicuti de neceſſa-

ria

Digitized by Google

ria à contrario ſenſu videtur ſentire *Labeo*, quòd ſit refundenda, ità etiam de vtili erit affirmandum: Et in hoc *Iabolenus* reprehendit, ac confutat *Labeonis* reſponſum dicentis,non eſſe ſcilicet impenſam præſtandam ex eo, quia nõ erat neceſſaria pro fundo, ac quòd fundus fuiſſet effectus deterior, quia ſi non videbatur neceſſaria quòad formam, & qualitatem extrinſecã fundi, fuit tamen vtilis, ità vt vtilitas illa æquipollere videatur neceſſitati.

Et ità videtur ex his *Iabolenus* ſubſtuliſſe omnem dubitationem, quæ exoriri poterat ex *Labeonis* ſententia,ipſumque *Labeonis* reſponſum erit attendendum, tamquàm canonizatum in corpore iuris,qui cõcludit in facti ſpecie inibi propoſita, nedum eſſe mariti marmor exciſum, nec exportatum tempore diuortii, quod & *Labeo* etiam admittebat, verùm etiam impenſam fore refundendam, quod & L*abeo* negabat,ea ratione, quia non neceſſaria, quoniam licèt non fuiſſet neceſſaria principaliter, ex vtilitate tamen, quam afferebat, impenſa illa videbatur quaſi neceſſaria in conſequentiam, & ſecundùm quid,propter vtilitatem exindè exorientem, & proinde debebat eſſe idem iudicium de eo, quod de neceſſaria, quemadmodùm patet ex expreſſis eiuſdem *Iuliani* verbis in reſponſo præfato, ibi, *Ego non tantùm neceſſarias, ſed etiam vtiles impenſas præſtandas à muliere exiſtimo, nec puto fundum deteriorem eſſe, ſi tales ſint lapidicinæ, in quibus lapis creſcere poſſit.* Vndè nõ diſſentiebant *Labeo, & Iabolenus* in facti ſpecie,ſed tantùm circà expenſas vtiles, & neceſſarias, & ſi videbatur factus deterior fundus per mutationem formæ ex apertura lapidicinæ, non obſtante quòd vtilitas ex illa proueniebat, dum lapis in ea creſcere poterat.

His poſitis redditur clariſſimus intellectus ad *d.l.fin.ff. de fundo dot.* ac quòd non aduerſetur *d.§.ſi vir in fundo*: cùm in *d.l.fin.* tametſi videbatur poſse excipi ex *Labeonis* ſententia aſſerẽtis,fieri fundum deteriorem per aperturam lapidicinæ, & conſequenter non fore præſtandam impenſam,tamquàm non neceſſariam,fuit tamen illud reiectum per *Iabolenum* reſpondentem, non fieri deteriorem fundum per aperturam lapidicinæ, in qua lapis renaſci poteſt,cuius contrarium *Labeo* affirmabat. Et tametſi videatur *Iabolenus* ſe reſtringere ad ſolum caſum lapidicinæ, in qua lapis renaſcitur, quod eſt illud, quod dubitandi præbuit anſam, id euenit, quia in facti ſpecie per *Labeonem* propoſita talis extitit dubitatio,de ea ſcilicet, in qua lapis renaſcitur, vnde nec contrarium reſpondiſset, ſi de ea lapidicina ageretur, in qua lapis non renaſcitur, dùm per aperturam fieret fructuoſior fundus,iuxtà terminos *d.§.ſi vir in fundo*.

Et hic videtur verus, & realis intellectus ad dicta iura,cõgruus literæ,& mẽti *Iuriſconſultorum*,quo ſemoto omnes alii per *DD.* propoſiti redduntur aùt diuinatiui,aùt dubitabiles, vt de ſe patet, & ità, eo poſito, omnia corruunt obiecta.

Nam primò nõ obſtat quod obiiciebat *Alex.in d.§.ſi vir in fundo nu.1.* dùm ſupponebat ex *d.l.fin.* ſemper reddi deteriorem fundum ex apertura lapidicinæ marmoreæ, quia intelligitur illud quòad formam extrinſecã fundi, quod non eſt in conſideratione accedente vtilitate, & proindè iure apparet illud confutatum ex *Iaboleni* ſententia, iuxtà facti ſpeciem deſuper à nobis propoſitam.

Non obſtat ſecunda ratio ab eodem *Alex.* deſumpta ex *tex. in l.ſi ex lapidicinis ff. de iure dot.* ex quo colligitur, quòd ſi lapides ex lapidicinis dotalis fundi maritus vendiderit, pretium illorũ auget dotem, & conſequenter non fieri pretium illud mariti: quoniam in eo *tex.* loquitur *Pomponius* de lapidibus, quos maritus vendidit voluntate vxoris, qui erant proprii vxoris, ac in quibus nullam erogauerat maritus impẽſam.Quod conuinco ex verbis illis ibi, *voluntate mulieris vendiderit*, voluntate mulieris, ergò erant vxoris, non mariti: nàm aliàs ſi mariti, eò ſcilicet quia maritus cædiſſet, non fuiſſet opus conſenſu mulieris in venditione.

Confirmo ſecundò,quia æquiparat *ibi Pom-*

Digitized by Google

*Pomponius* lapides illos arboribus, quæ fructus non ſunt, ac ſuperficiei ædificii dotalis, in quibus nulla videtur erogata impenſa à marito, & propterea fiunt vxoris propria. Vndè non mirum, ſi conſenſus exigebatur vxoris in venditione, qui aliàs non requireretur, ſi viri eſſent, non verò mulieris. Vt ergò rectè cadat æquiparatio, intelligendum erit de ſimilibus in omnibus, non verò de diſſimilibus, & proinde ſicuti in terminis arborum, quæ fructus non ſunt, & ſuperficiei ædificii dotalis, ſunt illæ propriæ vxoris, ità intelligendum erit in terminis *d.l.* vt ſcilicet diiudicentur lapides venditi proprii vxoris, & proinde non mirum, ſi pretium illorum auget dotem.

Non obſtat tertia ratio eiuſdem *Alex.* deſuper propoſita, dicentis, quòd ſupponeretur ex *d.§.ſi vir in fundo* non poſ-
33 ſe deduci impenſam factam in aperienda, & inuenienda vena marmorea, cuius contrarium affirmatur in *l.3.§. nos generaliter ff. de impenſ. in reb. dot. fact.* ac in eademmet *l.fin.ff. de fundo dot.* per quæ iura datur ſemper repetitio impenſarum erogatarum ad perpetuam fundi vtilitatem: quoniam *tex.* ille tùnc concedit repetitionem, quando fuerit neceſſaria ad perpetuam fundi vtilitatem, inter quas collocat *tex.* impenſas factas in propagandis vitibus, curandis arboribus, ac faciendis ſeminarijs, ſecùs verò quando ad præſentem tantùm vtilitatem, quales ſunt factæ gratia faciendi fructuoſiorem fundum, videlicet fodiendo terram, excauando illam, faciendo foſſata, ſtercorando, aliaque id genus faciendo, quæ huberiorem reddunt fructum, quæ cùm ad præſentis tantùm temporis fructum pertineant, non repetet impendens, ſed compenſabit illas cum fructibus, & tales ſunt impenſæ in inueniendo, & aperiendo venam marmoream, in qua lapis non renaſcitur: quæ licet reddant fructuoſiorem fundum, non tamen reſpiciunt illæ perpetuam fundi vtilitatem, ſed temporalem, & proinde non mirum, ſi compenſet expenſas illas cum lapidibus, non verò repetat.
34 Non obſtat inſuper *tex. in l. item ſi fundi 10. verſ. ſed ſi metalla ff. de vſufr.* concedens metalla inuenta poſt vſumfructum legatum vſufructuario, vndè cùm metalla exciſa non renaſcantur, videtur obſtare contrà *d.§.ſi vir in fundo*. Quoniam, vt rectè monet *Barboſa d.§.ſi vir in fundo ſub num.8.in fine*, intelligitur *tex.* ille, quando metalla fuerint inuenta expenſis vtilibus ipſius fructuarii, quo caſu tametſi metalla non ſint in fructu, conceduntur ei tamen tamquàm fructus, ſi è contrà non repetet fructuarius impenſas factas, in caſu autem, quo non fuerint inuenta expenſis fructuarij, ad ipſum non pertinebant, eò quòd in fructu non ſunt, argum. *tex. in d. l. diuortio §. ſi fundum ff. ſol. matrim. & d. l. ſi ex lapidicinis 33. ff. de iure dot.* Et ſic videntur æquiparata hæc duo, metalla ſcilicet, & lapidicinæ, propter parem rationem in vtriſque militantem, ſecundùm *gloſ.* cōmuniter receptam in *d. l. item ſi fundi ver. continetur ff. de vſufr.*

Non obſtat tandem *l.ſi fundus 9. in princ. ff. eod. tit. ſol. matr.* ex qua patet, lapidicinas eſſe in fructu, & conſequenter ſpectare ad maritum, quia intelligunt communiter *DD. tex.* illum, quādo tempore traditionis fundi dotalis iàm lapidicina erat inuenta, & aperta, quo caſu per traditionem in dotem cenſebitur eo modo traditus fundus, quo vxor vtebatur, & proindè lapides cæſi non tamquàm fructus erunt mariti, ſed benè ex quadam tacita permiſſione vxoris, & ità in hoc reſident *Goff. & Paul. de Caſtr. in d.l.ſi fundus in fin.* Rimin. *in prin. nu. 329. Inſt. quib. alien. lic. vel non, Loff. conſ. 28. nu. 1. & 8.* aliique infrà mox citandi.

Colliguntur modò ex ſuprà traditis aliquæ notabiles concluſiones, vtileſque illationes in materia.

35 Et primò, nō idem ius eſſe de emphyteuta, quod de vſufructuario circà inciſionē lapidicinarū: nàm non poterit emphyteuta incidere lapides nō renaſcentes in fundo emphyteutico, ac mutare formam fundi per inciſionem illarum, & ità conſultus reſpondit *Loffred. d. conſ. 28. per totum.*

36 Secundò, nec idem ius eſſe de fundo ſterili, qui nullam aliam ferret vtilitatem,

 niſi

Digitized by Google

niſi lapides cęſos, quoniam tunc tametſi non renaſcerentur, fient illi mariti vſufructuarii, & ita quicquid dixerint *Aretin. in d. l. ſi fundus colum.* 2. *ff. ſol. matrim.* inibique etiam *Imola* concludunt *Alex. in eadem l. ſi fundus num.* 3. *Campegg. de dote par.* 2. *quæſt.* 31. *Barboſa in d.* §. *ſi vir in fundo nu.* 10. *ac Gutier. de tutel. p.* 3. *c.* 25. *ſub nu.* 2. *verſ. quod procedit.*

37 Tertiò, tametſi ſtrictè, & propriè lapides, qui non renaſcuntur, non ſint in fructu verè, & propriè, attamen ſunt loco fructuum, obuentionum, & commoditatum rei, ex qua illi aperiuntur, & exciduntur.

38 Vndè data alicui facultate fruendi fructibus rei, commoditatibus quoque, prouentibus, ac obuentionibus ipſius rei frui poteſt, ac debet, & ità clariſſimè probat *tex. in l. vſufructu legato ff. de vſufr. leg. l. item ſi fundi ff. eod.* probarunt *Paul. de Caſtr. in d. l. diuortio* §. *ſi vir in fundo ff. ſol. matrim.* vbi etiam *Duarenus* notat *in princ.* adde *Molinam de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *c.* 23. *num.* 9. *verſ. nec obſtat tex. Gutier. de tutel. d. par.* 3. *cap.* 25. *num.* 11. *& de gabell. queſt.* 36. *num.* 16. *&* 17.

39 Quartò, in caſu, quo lapidicina marmorea reperiebatur iam aperta in fundo dotali, antequàm fuiſſet ille in dotem traditus viro, commodum præfatarum lapidicinarum, tametſi in illis lapis non renaſcatur ad maritum pertinebunt ex tacita, coniecturataque vxoris voluntate, vt ſuprà tradidimus ex *Goffred. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi fundus ff. ſol. matrim.* per *tex.* illum, qui apertè id probat, & adnotarunt nedùm *Riminald. & Loffred.* deſuper relati, verùm etiam in eadem *l. Bart. num.* 1. *Paul. de Caſtro num.* 4. *Alex. num.* 3. *Iaſ.* qui communem enunciat *num.* 7. adde pariter *Molin. de Hiſpan. primogen. d. cap.* 23. *in fine verſic. quarta, & ultima concluſio, Gutier. de tutel. d. par.* 3. *cap.* 25. *num.* 14. vbi adducit in id etiam *Molinam Ieſuitam de iuſt. & iure tract.* 2. *diſput.* 54. *col. fin.*

40 *in princ.* Niſi tamen expreſſim per contrariam voluntatem declarauerit mulier, non debere ſcilicet pertinere ad maritum: nàm intelliguntur iura præfata in *d.* §. *si uir in fundo, in d. l. fin. ff. de fundo dot.* cum concordantibus, quando de nouo inciperent incidere, & in tali caſu accomodant diſtinctionem, an renaſcantur lapides, nec nè. Et hoc eſt pręcipuè notandum hìc in mea patria, in qua nonnullæ ſunt lapidicinæ marmoreæ, in quibus lapis non renaſcitur, verùm tamen ex illis inciduntur Molæ tàm ad vſum molendinorum pro moliendo frumēto, alijſque id genus etiam de illis paruis ad manus, quorum non eſt ferè domus in tota ipſa, in qua non adſint de illis, item ad moliendas oliuas, quàm etiam ad expulienda, & acuenda ferramenta cuiuſcumquę generis, ità vt earum occaſione ſit ſortita nomen Sancti Georgii de Molaria, ad id, quia in ea, eiuſque territorio ex lapidicinis inibi exiſtentibus cuiuſcumque generis exciduntur Molæ præfatæ, quæ feruntur venalia per loca circùmuicina: nàm cùm in illis non incipiatur de nouo ad excidendum lapides marmorum, ac molas præfatas, iure concludendum erit, poſſe in illis maritum, ac fructuarium fundorum, in quibus ipſæ lapidicinæ degunt incidere, per ea, quæ ſuprà tradita ſunt.

41 Suppoſito nùnc, quòd tutor lucretur decimam omnium fructuum bonorum pupilli, quemadmodùm viget particularis conſtitutio in Hiſpania, & in Gallia, an lucretur etiam decimam de marmoribus cæſis in lapidicinis, in quibus lapides non renaſcuntur, videas *Caſſane. in Conſuetud. Burgund. rubr.* 6. §. 4. *in uerbo & faict la dicta femme num.* 2. *uerſ. credo, quòd ueniant, Baeza de decima tutor. cap.* 25. *num.* 15. *cum ſeqq. Gutier. de tutel. d. cap.* 25. *in princ. ac num.* 5. *cum ſeqq.*

42 Item, an ex venditione, vel locatione lapidicinæ debeatur, nec nè gabella, explicat idem *Gutier. de gabell. q.* 36. *per totam.*

43 Rurſùs, an vſus lapidicinæ ſpectet ad poſſeſſorem maioratus, vide eundem *Gutier. d. c.* 25. *p.* 3. *de tutel. nu.* 20. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *c.* 23. *nu.* 9. *Molinam*

Digitized by Google

*linam Ieſuitam de iuſt. & iure tract.* 2. *diſput.* 54. *Garſiam de expenſ. & meliorat. c.* 22. *num.* 47. *verſ. tertiam*, Barboſ. *d.* §. *ſi vir in fundo l. diuortio ff. ſol. matrimon. nu.* 9.

Notes tamen pro coronide in materia lapidicinarũ marmorearum, de quibus locuti ſumus. Primò, procedere hæc omnia, niſi fundus ex excauatione fuerit
44 factus deterior, quoniam in caſu, quo fuiſſet deterior redditus, non ſufficiet ſola compenſatio expenſarum cum lapidibus cæſis, ſed tenebitur etiam ſiuè maritus, ſiuè extraneus vſufructuarius, quicumque is ſit ad intereſſe, ex cauſa deteriorationis, & ità argum. *d. l. diuortio* §. *ſi fundum ff. ſol. matrim.* concludunt *Goffred. Cuiac.* aliique relati per *Barboſ. d.* §. *ſi vir in fundo ſub nu.* 7.

45 Notes ſecundò, quòd tametſi ex diſpoſitione *l. ſi venditor* §. *ſi conſtat ff. commun. præd.* verum ſit, neminem poſſe cædere lapides in aliena lapidicina inuito Domino, hoc tamen procedit adhibi-
46 ta diſtinctione. Nam aut agitur de lapidibus, qui paſſim vbique reperiuntur, & in tali caſu nec quærere poteſt aliquis inuito Domino fundi, nec ſuos facere, ad *tex. in l. agrum C. de ſeruit.* & taliter
47 procedit *d.* §. *ſi conſtat.* Aut verò agitur de lapidibus pretioſis, qui nõ in aliis locis inueniuntur, ſed in aliquibus tantùm, & tùnc ratione publicæ vtilitatis, ac magnorum ſumptuum, & laborum inquirentis, iure ſtatutum eſt ex diſpoſitione *l. cuncti C. de metall. lib.* 11. vt inueniens faciat illos ſuos, per quem *tex.* ſic concludit *Paul. de Caſtr. in d.* §. *ſi vir in fundo nu.* 4. *ac in conſ.* 4. *num.* 1. *itèm conſil.* 23. *num.* 1. *& conſ.* 330. *lib.* 2. adde *Affl. in cap.* 1. *uerbo argentaria num.* 8. *&* 10. *quæ ſint regal. Cæpoll. & Duaren.* ac *Peregrin. in locis relatis per* Barboſ. *d.* §. *ſi uir in fundo nu.* 26. vbi reſpondet ad difficultates, quæ poſſent contrà inſurgere. *Benè* verum tenetur de illis præſtare duas decimas, alteram ſcilicet Fiſco, alteram verò Domino fundi, in quo effodiuntur, vt in *d. l. cuncti C. de metallar. lib.* 11.

Et hæc quoad lapidicinas, ſi ſcilicet ſint in fructu, nec nè, & ad quem pertineant lapides ex iis cæſi.

48 Quò modò ad Cretæ, item argenti, aurique fodinas, aliaſque id genus materias, vel arenas reſpondit indefinitè *Papinianus in d.* §. *ſi uir in fundo*, eſſe illas in fructu, nulla diſtinctione adhibita, an renaſcantur, vel non. *Sed ſi cretæ fodinæ* (inquit) *uel argenti fodinæ, uel auri, uel cuius alterius materiæ ſint, uel arenæ, utique in fructu habentur.*

49 Cæterùm, dubitant *Doctores*, vtrùm reſponſum iſtud quòad fodinas cretæ, argenti, aurique, ac metallorum, aliorumque id genus, intelligantur etiam iuxtà diſtinctionem traditam de lapidicinis in *princ. d.* §. *ſi uir in fundo*, vt ſcilicet quando renaſcuntur dicantur eſſe in fructu, non verò quando non renaſcuntur. Et quid eadem pariter adhibita diſtinctione cenſeantur per *tex. in l. item si fundi ff. de uſufr.* vbi in *princ. in uerſ. ſed & si lapidicinas* videtur in materia vſusfructus æquiparare lapidicinas cum cretæ fodinis, vel arenis, nulla adhibita diſtinctione inter eas, probant *gloſ. in d.* §. *si uir in fundo in uerbo non habebuntur*, *& in l. si ex lapidicinis in uer. fructus ff. de iure dot.* ac *in eod.* §. *si uir in fundo Alber. Bar. Angel. & Imol.* Contrà quod ſubdit *Molina de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *d. cap.* 23. *ſub num.* 10. *in uerſ. quæ omnia* non obſtare *tex. d.* §. *si uir in fundo*, qui *inibi* loquitur de lapidicinis diſcretiuè, faciens diſtinctiones, an ſcilicet renaſcantur, uel non in ijs lapides, dùm verò loquitur de aliis uenis, quippè cretæ, auri, argenti fodinis, & cæteris, ponit indiſtinctè, debere eas cedere lucro uiri, ut in eo *contex.* ex quo apparet, uoluiſſe *Papinianum* conſtituere differentiam inter lapidicinas, aliaſque fodinas, eò quòd, ut tradit ipſe *Molina*, non uidetur *ibi Papinianus* præfata diuiſiſſe, ità ut diuerſa iuris ratio eſſet inter ipſas conſtituenda, ſed benè gratia clarioris intelligentię ſpecificè dixiſſe in lapidicinis, genericè uerò poſtmodùm diſpoſuiſſe circa alias fodinas. Quemadmodùm nec etiam vrgere contrà dictionem illam, *ſed*, ibi, *ſed si cretæ fodinæ, &c.* cuius natura eſt, vt repugnet cum præceden-



Digitized by Google

cedentibus, illiſque aduerſetur, ad *text. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis caution. l. ſed & ſi in princ. vbi Bart. ff. de petit. hæred.* cum concordantibus relatis per *Gratum in tract. de dictionib. in dict.* 235. tradit ipſemet *Molina ibidem* ex inſtantia, quæ patet in alijs legibus, in quibus indifferenter, ac vniformiter diſponitur tàm de lapidicinis, quàm de aliis venis, & fodinis, ac quòd ità intellexerint illas communiter præfati *Doctores*.

Eſt verum, quòd aliter interpretatur *contex. d. §. ſi vir in fundo Gutier. de gabell. d. q. 36. nu. 22.* ad remouendam improprietatẽ veri ſenſus dictæ dictionis, *ſed*, intelligens illum, vt circà lapidicinas, de iis diſtinctim agat *Papinianus* quoad id, ſi ſcilicet ſint in fructu, nec nè, vt tunc intelligantur in fructu, quando in illis lapis renaſcitur, quò verò ad diſpoſitionẽ, ſi ſcilicet cedere debeant mariti commodo, vel non, non videatur immutaſſe, nec alteraſſe *Papinianum* id, quod ſtatutum extitit circà acquiſitionem mariti, & non ſolutionem impenſæ eidem faciendam, & ſic vt cæſum in aliis quibuſcumque fodinis, quàm in lapidicinis, ſemper ſit in fructu, tametſi non renaſcantur, & ob id efficiantur mariti, cui nè quidem erit ab vxore ſoluenda impenſa, quemadmodùm in lapidibus excisis, quę explicatio rationabilis eſt, quãuis non ad literam, concludendum eſt propterea cum communi ex *Bar. Alber. Angel.* & aliis deſuper relatis.

50 Hoc ipſum, quod dictum eſt de argenti, auri, cretęque fodinis, extendendum eſt etiam, vt ſuprà quoque indicauimus, ad alia quecumque id genus, vt puta æris, ſulphuris, aluminis, plumbi, ferri, cæterorumque ſimilium, quæ recenſet *Gutier. de gabell. d. q. 36. num. 11. & 12.*

51 De Salinis verò an ſint in fructu, videtur affirmatiuè concludere *gloſ. in d. §. ſi vir in fundo l. diuortio ff. ſol. matrim.* in verbo, *alterius*, propter æquiparationẽ, quam facit *tex.* de illis cum auri, argentique fodinis in *l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. in princ.*

52 Salis duplicem ſpeciem agnoſcit *D. Rouit. ſuper rubrica Pragm. de ſale vend. nu. 4.* dicens, quòd quidam eſt ſal lapideus, qui producitur, & effoditur in venis terræ, quemadmodùm & lapidicinæ, aliæque fodinæ minerales. Quidam autem conficitur ex aqua maris retenta in littore maris, & in æſtiuo calore ſolaribus radijs exiccata intùs foueas ad id adaptatas.

53 Differunt hæ duæ ſalis ſpecies: Nàm prima non eſt tantæ albedinis, & ſalſedinis, quemadmodùm ſecunda, quæ eſt perfecti ſaporis, & candoris, eſtque magis aptus ad condimentum æpularum, vt experientia docet, & notat *D. Rouit. loco cit.*

54 Conueniunt modò primò, quia appellatione ſalinarum comprehenditur vtraque ſpecies ſalis, tàm ſcilicet quæ naſcitur producente natura, quàm quæ conficitur operante arte, ſecundùm *D. Rouit. loco cit.*

55 Conueniunt ſecundò, quia vtraque ſpecies ſalinarum eſt de Regalibus, vt in *tit. quæ ſint regal.* ibi, *reditus piſcationum, & ſalinarum*, in quo loquitur generaliter de ſalinis.

56 Eſt verum, quòd *Andr. de Iſern. in d. rubr. quæ ſint regal. in verbo flumina nauigabilia nu. 8. verſ. quædam ſunt* videtur diſtinguere ſalinas, quæ ſunt in prædiis publicis, ſiuè Fiſcalibus, ab illis, quæ ſunt in prędiis Priuatorum, & dicit, quòd iſtę ſecundæ de iure communi ſunt Dominorum prædiorum.

57 Hodiè autem ex generali cõſuetudine in quocumque Regno, ac Dominio ſalinæ tàm exiſtentes in prædiis Fiſcalibus, quam in priuatis ſunt Principis, & ita in Regno Neapolitano teſtatur *D. Rouit. d. rubr. de ſale vend. n. 1. D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 8. n. 36.* in Hiſpania teſtatur *Barboſa in d. §. ſi vir in fundo nu. 28.* vbi adducit innumeros *Doctores* dicentes, diſtinctionem iſtã ſalinarũ Fiſcaliũ, & Priuatarũ Reges non recepiſſe, ſed volunt, ſalinas eſſe ius Regale, & ad ipſos Reges proindè indifferenter, & indiſtinctè pertinere, abſque diſtinctione aliqua. Et in Sicilia tradit *Capyc. in inueſtit. feud. in verbo feudorum clauſulæ uerſ. cum ſalinis fol.* mihi 114. pro ſale, qui exigitur in ſalinis Priuatorum dari certũ pre-

Digitized by Google

pretium Patronis, aliud verò cedere beneficio D. Regis, ad quod videndus eſt *Ripa in tract. de peſte tit. de remed. ad conſeruand. vbert. nu. 77.*

58 Vndè conſuetudine etiàm inductum eſt, vt nemo poſſit alteri vendere Sal, niſi Reges ſubditis ſuis, vt dicit *Capyc. loc. cit.* adducens in id *Andr. & Aluarot.* inibi per *ipſum* relatos, quod ſeruatur etiàm in alijs Regnis, & Statibus, non tantùm in hoc noſtro Neapolitano Regno, in quo fuit etiàm per Regiam Curiam taxatum pretium Salis, quàm taxam iure fieri poſſe per Supremos Principes patet ex traditis per *Barboſam in d. l. diuortio § ſi vir in fundo ſub num. 29. ff. ſolut. matrim.*

59 Theſaurus, quòd non ſit in fructu cẽſuit *gloſ. in l. 3. §. Neratius in verbo cepiſſe ff. de acqu. poſſ. ac in d. l. diuortio §. ſi vir in fundo in verbo quia nec in fructu*, ea ratione, quia ſemel remotus, nõ ampliùs renaſcitur.

60 Theſaurus autem (vt illius diffinitio non omittatur ad declarationem infrà ſubijciendorũ) eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam Dominum non habeat, ſic diffinit *Paulus in l. numquàm 31. §. theſaurus ff. de acquir. rer. dom.* ſuper qua diffinitione notes, quod verbum illud, *pecunia*, de quo in diffinitione nedùm accipitur pro pecunia numerata ſpecificè, ſed pro quacumq; re mobili, ſicuti probatur in *l. 1. in princ. C. de theſaur. lib. 10.* vbi theſaurum appellat *Imperator* etiàm condita ab ignotis Dominis tempore vetuſtiori mobilia.

61 Dicitur etiàm vetus depoſitio pecuniæ, ad denotãdum, quòd ad hoc vt pecunia inuẽta poſſit dici theſaurus, oportet, vt ſit vetus, quoniàm ſi inuenta pecunia ſit ea forma excuſa, vt ex eadem conſtet recentis eſſe memoriæ, nõ cenſebitur theſaurus, & proindè non concedetur inuentori *l. à tutore 67. ff. de rei vendic. l. theſaurus ff. ad exhib. ubi gloſ. 1. l. ſi uxori §. cùm ita ff. de aur. & argen. leg.* tradunt *Alciat. lib. 7. parergon iuris cap. 1.* alios recenſet, cum quo ipſe etiam concordat *Gutier. de tutel. p. 3. cap. 26. nu. 3.*

62 Dicitur rurſùs in ea, cuius non extat memoria, vt iàm Dominum non habeat, quia proprium eſt theſauri, ad eſſentiam ipſius, vt duo copulatiuè requirantur. Primò, vt non extet memoria temporis, in quo fuerit reconditus, ac Secundò, quòd ignoretur, quis ſit illius Dominus, vt in *dicto §. theſaurus*, & notat *Angelus in l. à tutore poſt princ. ff. de rei uendic.* probant *Burſat. conſ. 209. nu. 1. lib. 2. Gregor. Lopez in l. 45. tit. 28. par. 3. in gloſ. 1. Barboſa d. l. diuortio §. ſi fundum nu. 25. in fine.* Et hoc adeò verum, vt ſci-

63 licèt vtrumquè copulatiuè requiratur, quòd ſi ex ſyngrapha, aùt documento intùs ſimùl incluſo conſtet de eo, qui abſcondit, dato adhùc, quòd nõ extet memoria abſconſionis, non cenſebitur theſaurus, & conſequenter non fiet inuentoris, ſed tradendus erit hæredibus abſcondentis, ità vt non poſſit in contrarium aliqua exceptio proponi, quibus hæredibus non apparentibus, adiudicabitur Fiſco, tamquàm quæcumque bona vacantia, ad *text. in l. 1. & l. pen. C. de bonis uac. lib. 10.* & ità concludunt *Barboſa loco cit. ac Gutier. d. cap. 26. nu. 4.*

64 Deducitur modò ex his, quæ ſuprà tradidimus, quòd ſcilicèt non ſit in fructu theſaurus, non fieri ſcilicèt illum, nec pertinere ad vſufructuarium rei, in qua inuentus fuerit, & ità ad *tex. in d. l. diuortio §. ſi fundum* concludunt *gloſ. ibi, ac Bart. & Bald. Boer. deciſ. 251. nu. 2. & deciſ. 224. nu. 9.* alijq; relati per *Aluar. Valaſc. quaſt. 15. iuris emphyteut.* cum quibus concordant *Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 23. ſub num. 2. verſ. item theſaurus, Barboſa d. §. ſi fundum num. 22. Gutierrez de tutel. d. parte 3. cap. 26. num. 12.* vbi alios etiàm præter relatos recenſet *Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 22. nu. 51.* vbi intelligit hoc, quando iure vſusfructus prætenderet theſaurũ illum, ſecùs verò ſi iure inuẽtoris fortuiti, quo caſu non eſſet ei deneganda dimidia illius, ad inſtar cuiuſcumque alterius extranei, qui fortè aùt fortuna illum repererit, cui extraneo non fore denegandam dimidiam cenſuit *text. in §. theſauros Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. 1. C. de theſaur. lib. 10.* & ità concludunt etiàm *Barboſa d. § ſi fundum nu. 25. ac Gutierr.*

de

*de tutel.d.par.3.cap.26.num.*18. Circùm-ſcripto igitur iure inuentoris, non habebit illum vſufructuarius.

65 Quemadmodùm nec etiàm habebit illum Tutor, cui in Hiſpania, & in Gallia debetur decima de fructibus bonorum pupilli, vt poſt *Baeza de decim. tutor.cap.* 24.*num.*5.*cum ſeqq.* probat *Gutier.d.cap.* 26.*nu.*14.

66 Contrarium tamen affirmandum erit de marito, cui de theſauro inuento in fundo dotali dimidium ſolum adiudicatur, ac ſi eum in fundo prorsùs alieno inueniſſet, aliud verò dimidium vxori, detinendum tamen per maritum, ſed reuocabiliter, ità vt ſoluto matrimonio reſtituendum ſit, & ità diſertis verbis cauit *Papinianus in d.l.diuortio* §. *ſi fundum in fine ff. ſolut.matrim.* Eaq; videtur ratio, quia theſaurus ſeparata res eſt à prædio, & de per ſe conſiſtere poteſt, nec propriè ad augmentum pertinet dotis: quapropter non obſtabit regula illa, quòd maritus ſit Dominus rei dotalis conſtante matrimonio, ad *text.in l.doce ancillam C. de rei vendicat.* & proindè deberet totus cedere beneficio ipſius mariti, non verò pro dimidia: Nàm huic difficultati occurrit *gloſ.in d.* §.*ſi fundum in verbo in alieno* dicens, id procedere reuocabiliter, & ob id quemadmodùm ſoluto matrimonio tenetur vxori dotem reſtituere, ità pariter & theſaurum in fundo dotali repertum pro ſua dimidia, ad inſtar bonæ fidei poſſeſſoris, qui à principio facit fructus ſuos, ad *text.in l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom.* Verùm extantes poſtmodùm tenetur Domino reſtituere *l.certum C.de rei vendic.* & ità cum *gloſ.* conſentiunt *Bart.* & *alij in d.*§.*ſi fundum, Aret. in* §. *theſauros col.*1. *ad finem Inſtit. de rer. diuiſ.Guliel. Benedict. in cap.* Raynutius *in verbo cætera bona nu.*30. *de teſtam. Syluest.in ſumma in verbo inuentum nu.*12. *verſùs finem, Burſat. conſ.*209. *nu.*8.*lib.*2. *Molin. de Hiſpan.primogen.lib.*1.*cap.*23. *num.*1. & 6.*Garſias de expẽſ. & meliorat.cap.*22. *nu.*49.*Gutierr.de tutel.par.*3.*cap.*26.*num.* 15.*Barboſ.in d.*§.*ſi fundum nu.*23.& 24. vbi aliter etiàm quærit occurrere ad difficultatem iſtam.

67 De emphyteuta autem, & vaſallo aliter docuit *gloſ.in* §. *theſauros Inſtit.de rer.diuiſ.in verbo ſuo*, vt ſcilicèt ſit ille totus emphyteutæ, ac vaſalli, & ſimilium, ad inſtar theſauri inuenti in loco proprio ſuo, qui totus eſt Domini prædij, in quo repertus fuerit, vt in *d.*§. *theſauros, gloſa inibi* ſequuntur communiter *Ioan.Faber nu.*2.*Aret.col.*2.*Ioan.de Plate.in l. vnica colum.*2.*C de theſaur.lib.*10.*Guliel.Bened. alijq; relati per* Molin. *de Hiſpan.primogen.d.c.*23.*nu.*7. quibus adde alios, quos refert *Valaſc. quæst. emphyteut.*15.*nu.*1. quicquid contrà ſentierint idem *Valaſc. ibidem, Garſias d.cap.*22.*nu.*52.*alijque relati per Gutierr. d.cap.*26.*nu.*8. fore ſcilicèt illum pro dimidia diuidendum, ità vt dimidium detur directo Domino, aliud verò dimidium ipſis emphyteutæ, aùt vaſallo vtilibus Dominis: nàm pro *gloſa*, & communi ſteterunt etiàm *Gutierr.loco cit.* & *Barboſa d.*§.*ſi fundum nu.*27.

68 Per quæ à maioritate rationis pertinere etiàm totum ad poſſeſſorem Maioratus, eò quòd in vita dicitur vtilis, & directus Dominus bonorum Maioratus, concludunt *Molin. de Hiſpan.primogen. d.cap.*23.*nu.*7. *Garſias de expenſ.* & *meliorat.cap.*22.*nu.*50.*Barboſa d.* §. *ſi fundum nu.*30.*Gutier.de tutel.d. par.*3.*cap.*26. *nu.* 11. cæteriq; communiter.

69 De Epiſcopis autem, & Prælatis, ac Rectoribus Eccleſiarum idem ſtatuunt *DD.* quod de vſufructuario, eò quòd ipſi non sũt Domini, cùm dominium rerum Eccleſiaſticarum ſit penès ipſas Eccleſias, & proindè nõ ſpectare ad illos theſauros inuentos in bonis Eccleſiæ, niſi iure fortuiti repertoris, ad inſtar fructuarij, non aliàs, concludit *Garſias de expenſ.* & *meliorat.d.cap.*22.*ſub nu.*51.*verſ. in Epiſcopo.*

70 De Theſauro inuento in loco Sacro, vel Eccleſiaſtico longè ſatis diſputat articulum *Barboſa in d.*§.*ſi fundum ſub nu.* 41.*in ver. tertia principalis concluſio per multos ſeqq. nu.* Nouiſsimè *D.de Ponte in tract. de poteſtat. Proreg. tit.*10.*ſub rubr.de theſaur.nu.*4.*vſque ad finem*, vbi in calce ſubdit, quòd cùm aliàs caſus obtigiſſet, fuit facta concordia inter Eccleſiaſticos, & Regios, vt ſi inueniretur, fieret

Digitized by Google

ret diuiſio inter Cameram Apoſtolicã, Cameram Regiam, & Inuentores.

71 Cæterũ, circumſcriptis præfatis perſonis de iure cautum eſt in §. *theſauros Inſtit. de rer. diuiſ.* quòd ſi quis inuenerit Theſaurum in loco proprio, ſiuè fortuitò, ſiuè data opera, in totum ſibi acquiret, facit etiàm *l. vnica C. de theſaur. lib. 10.* ſic probat etiàm *gloſ. in cap. ſi quid inueniſti 14. q. 5. Iſern. in cap. 1. num. 90. quę ſint regal. Burſat. conſ. 209. numer. 2. lib. 2. Summa Tabiena in verbo reſtitutio num. 25. Anton. Gomeſ. l. Tauri 45. nu. 51. Villalobos recept. opin. in verbo Theſaurus* quod iure naturali inductũ inquit *text. in d. §. theſauros vbi gloſ. in verbo religioſo*, & ità intelligendum eſt quod traditur in *l. numquàm §. theſaurus ff. de acquir. rer.*

72 *dom.* vt ſcilicèt theſaurus cedat Inuentori: Niſi tamen magica arte illum perquiſierit. Inuentum enim tali arte Fiſcus vendicabit *l. vnic. C. de theſaur. lib. 10.* ad quod vide *Peregr. de iure Fiſci lib. 4. tit. 2. num. 2.* Qui verò inuenerit illum in fundo alieno, habebit ratione inuentionis dimidiam partem ipſius, aliam verò theſauri partem dimidiam habebit Dominus fundi, vt in *d. l. diuortio §. ſi fundum in fine ff. ſolut. matrim. ac l. ſi is, qui 63. ff. de acquir. rer. dom.* quod tamen intelligitur, quando caſu fortuito fuerit inuentum, quia ſi data opera, erit totum Domini, & ità diſtinguunt *Pract. Papienſ. ac Peregr.* relati per *D. de Thoro in addit. ad D. de Ponte d.* Rubr. *de theſauro in addit. ſub num. 3.* Qui tandem in loco publico inuenerit, pro dimidia parte ſimiliter habebit, aliã verò dimidiã habebit Fiſcus, vt in *d. §. theſauros Inſtit. de rer. diuiſ.*

73 De generali autem conſuetudine quaſi vniuerſalis Orbis cõcludunt communiter *DD.* hodiè ſpectare theſauros omnes ad Principes, tàm ſ. inuentos in loco publico, quàm in loco priuato, ſicuti concludunt *Couarr. in regula peccatum relect. 3. §. 2.* cæteriq; cumulati per *D. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. 10.* Ru*br. de theſaur. num. 3.* vbi tradit, in Regno adeſſe de hoc particularem legem in *Conſtit.* ipſius incip. *Regiæ Dohanæ, & in Conſtit. Pecuniam, ac in Cap. Regni* incip. *Prædicti Magiſtri Procuratores*, vbi ponit etiam practicam, quæ ſeruatur in Regio Collaterali Conſilio, ac in Regia Camera Summariæ quòad porrigentes memorialia incerta, dicenteſq; ſe velle reuelare theſauros abſconditos, pro qua petunt dimidiam partem.

74 Frumentum, Ordeum, Millium, Fabas, aliaſque ſegetes quaſcumque fructus eſſe, ac inter fructus computari, nedùm concedunt communiter *Doctores ex Bart. in l. ex diuerſo ff. de re iudic. ac glo. in c. grauis de reſtit. ſpoliat.* de quibus meminimus ſuprà hac *ead. prima par. cap. 2. num. 1. vſq; & per totum num. 6.* excepto, quòd diſſentiunt tantùm, ſi ſcilicèt inter naturales, an verò inter induſtriales fructus computari habeant, & patet ex *cap. 3. ac cap. non eſt de decim.* dùm præcipit Summus Pontifex, eſſe ex ijs ſoluendam decimam, quod non fieret, ſi non eſſent in fructu, eò quòd de fructibus illa ſoluenda eſt, vt in *cap. ex parte il ſecondo, & cap. nuncios eod. tit. de decim.* verùm nobiliores fructus eſſe, eò præcipuè, quòd ad victum hominum, ipſorumq; vſum ſunt comparati. Sed quia eſt aliquantulum perplexa materia iſthæc, quòad intellectum proindè terminorum aduertẽdum moneo, dari plures terminos inter ſe differentes in hoc, & Primò Bladum. Secundò Fruges. Tertiò Triticum. Quartò Frumentum. Quintò Legumina. Sextò Victualia, quæ vti omnia in fructu, ità diſtincta pariter indigent declaratione.

75 Bladum eſt omne illud, quod in terra ſeritur, ità *gloſ. in l. triticum 94. ff. de verb. obligat.* ſequitur illam *Bart. in l. 1. §. de eo ff. de aqua plu. arc.*

76 Fruges duplicem habet ſignificationem, nàm ſumi poteſt pro reditu, & ſic pro fructu ciuili, & ſumi item poterit pro fructibus induſtrialibus, qui ex terra percipiuntur. Si pro fructibus induſtrialibus accipiemus, ex eo quòd continet etiàm quibus homo fruitur ad veſcendum, continebit vtiq; ſub ſe quod ex frumentis, & leguminibus capitur. Si verò pro reditu, & tùnc non tantùm quod ex frumentis, & leguminibus capitur, verùm etiàm quod ex vino, vel ſyluis cæduis, crætæ fodinis, & lapidicinis, vtrumque probatur in *l. frugem 77. ff. de verb. ſignif.*

Fru-

Digitized by Google

Frugẽ (inquit *ibi Vlpianus*) *pro reditu appellari nõ ſolum quod ex frumentis, aùt ex leguminibus, verùm etiàm quod ex vino, vel ex ſyluis cæduis, cretæ fodinis, lapidicinis capitur*. Cæterũ tametſi ſit omne id,
77 quo homo veſcitur, non tamen fruges dicentur, carnes, aues, ferçq; aùt poma. Sic ſubſequitur idem *Vlpianus ibidem* dicẽs, *Iulianus ſcribit, fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur falſum eſſe: nõ enim carnes, & aues, ferasuè, aùt poma fruges dici*.

78 Triticum, quod quandoq; per excellentiam etiàm frumentum appellatur, ſecundùm *gloſ. in l. triticum 94. ff. de verb. obligat.* genericè ſumptum, idem ſignificat, quod Bladũ. Vndè *glo. in d. l. triticum* illud, quod *tex. inibi* inquit triticum, exponit ipſa, ideſt, Bladum, & dicit, eſſe nomen generale, ad omne id, quod in area teritur, & ſubdit, quòd alio modo appellatur per excellentiam frumentum.

Quò fit vt *Marcellus in eadem l. triticum* caueat, quòd ſi quis triticum dari oportere ſtipulatus ſit, facti quæſtio eſt, non iuris, & proindè ſi de aliquo tritico, hoc eſt, certi generis, ac certæ quantitatis cogitauerit, id habebitur pro expoſito, alioquin ſi cùm deſtinare genus, & modum vellet, non fecerit, nihil videtur ſtipulatus, nec vnum quidem modium.

79 Frumentum ſecundùm *Gallum Aquilium*, de quo apùd *Vlpianum* (aliàs eſt *Pauli* locus, attentis *Pandectis Florẽtinis lib. 49. ad edictum*) in *d. l. frugẽ ff. de verb. ſignif.* eſt illud, quod ariſta in ſe teneat, & tametſi contineantur ſub genere Bladi, Frugum, & Tritici, ità vt ipſorũ reſpectu conſideretur vti ſpecies, eſt tamẽ genus reſpectu omnium, quæ ariſtam in ſe teneant, qualia ſunt Ordeum, Panicum, Zea, vulgò Spelta, & ſimilia.

80 Legumina ſunt ea, quæ ſiliqua continentur, vt de Lupino, & Faba aſſerit *Vlpianus in d. l. frugem.* ibi *Lupinum verò, & Fabas fruges potiùs dici, quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur.*

Iuxtà quæ *Plin. natural. hiſtor. lib. 18. cap. 7.* tradit, frumenta eſſe triticum, ſiliginem, ordeum, & legumina Fabam, & Cicer. At *Galen. de alimentorum facultatib. lib. 1. cap. 8. & 9.* ſcribit. Ea Cerealia ſemina, ex quibus panis confici nõ ſolet, appellari legumina, & talia ſunt Fabæ, Cicera, Lentes, Lupini, Oriza, Eruum, Cicerculæ, Fœnum grçcum, aliaq; id genus, tametſi quòad Orizam, non putem probandum, vt ſcilicèt inter legumina computetur, eò quòd ariſtam in ſe teneat, & proindè frumenti ſpecies erit dijudicanda, non verò leguminis ex irrefragabilibus principijs, ex *d. l. frugem* deſumptis.

81 Victualium eſt nomen generale, continẽs nedùm deputata ad victum hominis, verùm etiã à Deo inſtituta in cibum animalium. Colligit hoc *Ripa in tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeruand. vbert. nu. 58. ex text. in cap. cùm Apoſtolus de cenſib. ac cap. Epiſcopus de offic. ordinar. in 6.* in quibus habetur, quòd ſi danda ſint victualia Viſitatori, includuntur ſub hoc
82 nomine Ordeum, Fęnum, & ſimilia neceſſaria. Vndè format quæſtionem, an prohibitus extrahere victualia, poſſit extrahere Fęnum, Auenam, Ordeum, & ſimilia ad victum Equorum deputata, & concludit, quòd non ex ſuprà poſitis, ſed quòd contineantur ea ſub prohibitione. Adducit in ſimili *Baldum in conſ. 192. quidam nomine Vicius lib. 5.* in quo quærit, an Auctionatores prohibiti emere victualia antè horam nonam, poſſint antè illam horam emere Ordeum, Fęnum, & ſimilia, in quo reſpondit, quòd inſpecta proprietate vocabuli, non poſſint: benè verum attento communi vſu loquẽdi, poterunt emere Ordeum, Fęnum, hiſq; ſimilia, eò quòd ſecundùm dictum communem vſum loquẽdi, appellatione victualium ſolùm neceſſaria ad vitam hominis cõprehenduntur per excellentiã, ad *tex. in l. verbo victus ff. de verb. ſignif.*

83 Iuxtà quæ etiã deciſum per Sacr. Cõſilium tradit *Anna ſen. in alleg. 94. nu. 6.* quòd data facultate decimandi de victualibus, decimã quoq; habere debeat qui decimandi ius habet Caulium, Lupinorum, & Paleæ millij, vti comprehenſorum ſub nomine victualium.

Notes tamen, id procedere, quandò indefinitè in diſpoſitione reperitur prolatum verbum, *victualia*, ità vt poſſit referri ad homines, ad animalia bruta, & ad
84 terram. At quando eſt verbum illud ità poſi-

poſitum, vt poſſit referri ad homines tãtùm, tùnc non venient præfata, ſed vigebit diſpoſitio *d.l. verbo victus ff. de verb. ſignif.* quo loci *Vlpianus* ſic cauit, *verbo victus continentur quæ eſui, & potui, cultuiq; corporis, quæq; ad viuendum homini neceſſaria ſunt.* Veſtem quoq; victus habere vicem *Labeo* ait. Et ità intelligitur *Regia pragm.* 16. incip. *Perche trà l'altri penſieri ſub tit. de annona*, vt ſcilicèt appellatione victualium in ea contentorũ, ea tantummodò comprehendantur, quæ ſunt ad victum hominis, non verò indefinitè, vt patet ex eiuſdem *Reg. prag.* verbis in *princ. ibi; Et altre ſorte de legumi, & vittouaglie, delle quali ſi notriſce, e magna gran parte delli poueri della Prouincia di Terra di Lauore*, vt ſcilicet per verbũ illud, *& vittouaglie*, intelligantur ea tantùm, quæ victui hominis conueniunt.

85 Ex his modò ſic poſitis patet reſolutio ad nonnullas quæſtiones. Et primò data neceſſitate reuelandi frumenta, venire, ac comprehendi etiàm Ordeum, Speltam, & ſimilia, quæ ariſtam tenent. Vndè cauendum erit à *Borrello*, Iuriſconſulto quidem eximio, & maturæ lectionis, in omniq; ſcientiarum genere verſatiſſimo, dùm tradit *lib. 3. de Magiſtr. edict. cap.* 14. *num.* 47. per Bannum, ſiuè Edictum prohibens extractionem frumenti non venire Speltam, & conſequenter reddi etiã dubitabilem deciſionẽ Regiæ Cameræ Summariæ, quæ in facti contingentia abſoluit non reuelantem Speltam à pœna Bãni, ex eo, quia in Banno fuerat facta mentio de ſolo frumento, quemadmodùm obſtare etiã videtur in proprijs terminis quæſtionis *Ripa d. tit. de remed. ad conſeru. vbert. num.* 53. Niſi excuſabimus vtroſq; ex duplici capite. Primò ratione communis modi loquendi, quo vulgò triticum non continet Ordeum, Speltam, nec ſimilia, ſicuti dicebat in ſimili *Bald. d. conſ.* 192. *lib.* 5. deſuper relatus. Vel ſecundò, quia forſitan Bannum erat conceptum in vulgari idiomate, quemadmodùm frequentiùs, ac vt plurimùm cõcipiuntur in Regno Regia Banna, & Pragmaticæ, & forſitan dictabat *Grano* in vulgari idiomate: nàm tùnc appellatione illius nõ veniret neq; Ordeum, neque Spelta, neque Millium, neq; aliud ſimile.

86 Secundò, ſi edicto prohiberetur extractio frumenti, poſſent vtiq; extrahi legùmina cuiuſcunq; generis, vti quid diuerſum à frumento, eò quòd legumina ſiliqua continentur, vt diximus ſuprà ex *tex. in d. l. frugem ff. de verb. ſignif.*

87 Tertiò, ſi inhiberetur extractio Bladi, aùt Tritici, in tali caſu, quia tàm Bladum, quàm Triticum eſt nomẽ generis, quod comprehendit frumentum, & legumina, intelligerentur vtiq; prohibita ad finem extrahendi frumentum, ordeum, & cætera legumina quæcumq;, ad tradita per *Borrell. de Magiſtr. edict. d. lib. 3. cap.* 14. *nu.* 56. *cum ſeqq.* antè ipſum docuit *Ripa de peſte d. tract. de remed. ad conſeruand. vbert. nu.* 56. *&* 57. de quo non meminit *Borrell. loc. cit.*

88 An autem prohibitus exportare frumentum poſſit exportare, ac extrahere farinã, vide *Ripã loc. cit. nu.* 42. *verſ. quæro igitur primò vſq; ad nu.* 53. *Borrell. loc. cit. ac D. Rouit. ſuper prag.* 1. *de annona nu.* 5.

89 Nuces, Caſtaneas, Amigdalas, Glandes, Perſica, Pira, Poma, Ceraſa, cæteraque id genus in fructu eſſe, nulla vertitur controuerſia, ſic enim excipitur ex *text. in l. fructus* 45. *ff. de vſuris*, ibi *pomum decerpſerit, vel ex ſylua ceciderit*, probant *gloſ. & Bart. in l. ex diuerſo*, aliàs incipit, *& ex diuerſo* 36. *ff. de rei vendic.* ſequuntur *Doctores* communiter, quos aliàs ſuprà retulimus in hac *eadem* 1. *part. cap.* 2. *in princ.* dicenturq; fructus naturales, eò quòd natura illos producit, nihil cooperante in ijs opera hominis.

90 Hoc ipſum affirmandum eſt de vua, & oliua, de quibus loquitur *Labeo in l. ſi eiꝰ fundi* 77. *ff. de rei vendicat.* vbi nedũ tradit, eſſe illos fructus, verùm dici etiàm perceptos, non tantùm ſi perfectè ſint collecti, ſed etiàm ſi cœpti ità percipi, vt terra continere ſe fructus deſierint. Dat exemplum, vt putà ſi oliuæ, vel vuæ collectæ ſunt, verùm nondũ vinũ, vel oleum ab aliquo factũ ſit: nã ſtatim quòd aùt ex vite, aùt ex olea decerpſerit, fructum accepiſſe exiſtimãdus eſt, & de oliua etiàm immaturè lecta, quòd ſit in fructu cauit *tex. in l. ſi abſente* 55. *ff. de vſufr.*



Digitized by Google

91 Amplia etiàm ad Nucleos Oliuarum, qui vulgo *Nuzzoli* appellantur, tametſi fructus fructuum appellet illos *Ioſeph. Mele in addit.ad deciſ.Gizzarelli 34.nu. 30.* Et ſi Baro habeat Tappetũ in Caſtro illo,ipſi debetur talis nucleus Oliuarum macinari ſolitus, facta tñ priùs macinatione,& remacinatione,itèm preſſione, & repreſſione Oliuarum, ſicuti deciſum per Sacrum Conſilium tradit *D. Thoro in compend.deciſ.par.1.in verbo ius,ſiuè emolumentum Tappetorum* poſt *Camill. Borrell.conſ.3.* afferentem ibi caſum, & deciſionẽ. Notes verò,quòd dixi,ſi macinari ſolet,quia ſcio,in aliquibꝰ Caſtris non macinari,nec eſſe curam de illo, & tamen Tappeta etiam cum iure prohibendi sũt Baronis,propter quod eò fortiùs deberent ipſi Barones aduertere ad macinationem iſtorũ Nucleorum oliuæ aridorum,cùm experientia compertum ſit,hic in Patria mea prçcisè,quę ex olei bonitate nulli cedit,ex macinatione iſtorum Nucleorum aridorum remanẽtium poſt factam triplicem macinationem in duabus vicibus interpellatim, ac preſſionem,& repreſſionem percipi oleum, quod de *Nuzzo* vulgò appellamus vſquè ad rationem quinq; pro quolibet centenario, & clarum eſt,adhiberi maximã diligẽtiam in macinatione,& remacinatione ad fauorẽ Domini olearum,ex eo, quia cùm Tappeta ſint particulariũ Ciuium, tametſi habeat etiam ſuum Baro, abſq; tamẽ iure prohibẽdi,nec vti Baro, ità vt poſſit illud dici merè Feudale, ſed benè vti Ciuis,quilibet ſtudet adhibere totalẽ diligentiã pro obtinẽdo cõcurſu.

92 Aduertas tamẽ,quòd tametſi Vua,& Oliua ſint fructus naturales, Vinum tamẽ,& Oleum ratione nouæ formæ,quã ſua induſtria tribuit homo,non fructus naturalis dicetur, ſed induſtrialis, eò quòd ex noua illa forma vini fiet à materia ipſarum vuarum collectarum diuerſa, ad *tex.in §.cùm ex aliena Inſtit.de rer.di-*
93 *uiſ.* Et licèt vua ſit vinum in potentia,& oliua oleum,attamen cùm non ſint talia actu,ab actu potiùs denominationem recipient,quã à potẽtia,& ità poſt *Bald. in l.1.nu.6.C.de fruct.& lit.expenſ.* deducunt notabiliter *Vacon.à Vacuna lib.2. declarat.iur.cap.75. Menoch.de arbitrar. Iud.caſu 210.nu.23.* adde *Gutier.de tutel. par.3.cap.13.nu.8.*

94 Et de Oleo,quòd inter fructus induſtriales collocari debeat per *text.in l.ſi eiùs fundi ff.de rei vendic.* poſt *Bald.Bart. Cãpeg. Aret.Pinell.* per *ipſum* relatos voluit *Menoch.de arbitr.Iud.d.caſu 210.nu. 25.* ſequitur illum *Gutier.loc.cit.num.11.*

95 An autem ſit eadem iuris diſpoſitio de aceto,& vinaceo,quod vulgò Aquaticum appellatur, ità vt in prohibitione vini comprehendatur etiàm & aquaticum, vide quæ tradit *Borrell. de Magiſtrat.edict.lib.3.cap.14.nu.65.66.& 67.*

96 Inter fructus naturales ex arboribus prouenientes connumeres etiam Fagi fructum,ceù glandis ſpeciem, multùmq; conferentis ad ſaginationem animaliũ: inter glandiferas enim arbores collocant illum *Dioſcorides lib.1. cap.121.* inibiq; etiàm *Matthiolus Sænenſis.* De eo alloquens *Dioſcorides* ſic tradit, *Fagus,& Ilex quercus generi aſſignantur,& conſimile munus obeunt*, & *Matthiolus* ait, *ſunt & alij glandiferi generis arbores,præter Quercum, Ilicem,& Fagum, inter quas numeratur Cerrus, Suber Aeſculus,* itaque non facit *Matthiolus* diſſimilem illum à Cerro,qui verè glandem producit eiuſdem generis,& qualitatis,veluti Quercus.Et vlteriùs idem *Matthiolus ibidem, Fagus quoq; glandiferis arboribus annumeratur, tametſi fructus effigies glandibus prorsùs reclamet. Hic enim æſtiua parte calyculo includitur rotundo quod anterius echinato, hiſpido, ac ſcabro, interius verò triangulari forma nuclei ſunt, qui tenui, & leui cute Caſtanearum modo in atrum rubeſcẽte obteguntur. Horum ſapor dulcis, & ſubaſtringens. Glires hoc pabulo maximè delectantur, ac pingueſcunt, quãobrem cùm eius aduenit maturitas, innumeri capiũtur Glires in Carniolę, Styrię,& Carinthiæ ſyluis, quippè ijs in locis incolas manè inſpexeris, qui ſaccos Gliribus plenos ferũt vna tantùm nocte captis. Delectãtur Fagi fructu etiàm Mures: ſiquidem è lõginquis* Regionibus *natura ducti gregatim ſyluas ingrediuntur. Itẽ & Sciuris gratiſſimus eſt cibus, ac ẽt Turdis, Merulis, alijſq. cõpluribus volatilibus. Quin & obſeſſos hoſtibꝰ homines in Oppido Chio ea tantùm glande victitaſſe Alexander eſt Author,* donec ſe

ob-

Digitized by Google

*obſidione liberaſſent.* Hæc *Matthiolus Saxenſis*, cui adſtipulatur etiam *Amatus Luſitanus in ſuis cõmentarijs ad Dioſcoridem d.lib.* 1.*c.*131. vbi de Fagi fructu ſermonem inſtituens, ſic affatur. *Nàm Fagus arbor eſt, quæ licèt fructum glandi figura, & forma ſimilem non habeat, glandiferis tamen annumeratur arboribus, cùm fructum ferat viridem aculeatum, intrà quam glanx dulciſſima, triangulari figura includit ſubtili quodam cortice ad ruſſedinem cum quodam ſplendore, veluti in caſtaneis videtur cooperta, quam Glires, & Mures auidiſſimè comedunt, & à Turdis maximè expetitur: qua quandoque homines in victu tãtùm aſſumpta diù vixiſſe feruntur.* Hæc *Amatus Luſitanus loco cit.* quæ ad verbum excepiſſe videtur ab *Andrea Matthiolo vbi ſupra*, eius tacito nomine. Et iſtorum authoritate circùmſcriptis, experientia quoque cõperimus, conferre admodùm ad ſaginationem animalium, quinimò non minùs, quàm quercuum, & cerri fructus.

Hæc notaſſe, ac ſcripſitaſſe volui pro decidenda quæſtione, de qua aliàs interrogatus extiti, an ſcilicet in prohibi-
97 tione paſturæ tempore, quo ſunt glandes in arboribus, de qua locuti ſumus ſuprà hac *eadem* 1.*parte cap.*6.*nu.*33. vbi dicebamus, quòd cõceſſo iure paſcendi, vel illo quæſito vigore immemorabilis præſcriptionis, non extenderetur illud ad fructus arborum, & ſegetum, & ſic vt non poſſit iſte talis quærens depaſci facere glandes, & ſpicas, quæ ſunt in fructu, ad tradita per *DD.* & deciſionem Sacri Conſilii *inibi* relatam, in prohibitione ſcilicet illa an comprehendãtur etiã Fagi fructus, ità vt quemadmodùm neque glandes, ità pariter neque fructus Fagi depaſci facere poſſit. Cuius reſolutio patet ex ſuprà poſitis, quòd ſcilicet dùm quòad nomen, & effectus nõ ſit diſſimilis fructus Fagi à fructu quercuum, & cerrorum, imò conueniant inter ſe, & vtriq; fructus, ac in fructu ſunt, cadet vtiquè prohibitio etiam in hoc. Quod corroborari lubet authoritate *tex. in d.l. fructus* 45.*ff. de vſur.* vbi ad inſtar Pomorũ dicit quoque eſſe in fructu quicquid ex ſylua ceciderer, & propterea ſicuti in quercu, & cerro omnes conſentiunt communiter, ità etiam diſſentire non debent in fructu Fagi, qui & de ſylua cadit, & in fructu eſt, fructuumque effectum producit.

Quod traditum eſt de arborum fructibus, non eſt idem affirmandum de ipſis arboribus, ità vt quemadmodùm fru-
98 ctus earum ſint ipſę quoque fructus, & in fructu. Intelligas hoc tamen regulariter, cùm quòad ſyluam cæduam, & arbores germinales, eſſe eas in fructu pateat ex *tex. in l. diuortio* §. *ſi fundum ff. ſol. matrim.* & notãt *Doctores* tàm *ibi*, quàm in *l. item ſi fundi* §. *fin.* & *l. ſi abſentes* §. *ſyluam ff. de vſufr. rursùſque in l. ſylua cædua ff. de verb. ſignif. notat Alex. in conſil.* 118.*num.*3.*vol.*2.

99 Significationem harum vocum, ſyluæ cedue ſcilicet, & arborum germinalium, de quibus in *d.* §. *ſi fundum* diuerſimodè *Doctores* ſunt interpretati: Nàm quòad ſyluam cæduam *Paulus in d. l. ſylua cædua* 30.*ff. de verb. ſignif.* ſic ſcribit, *ſylua cædua eſt, ut quidam putant, quæ in hoc habetur, vt cædatur. Seruius eam eſſe, quæ ſucciſa rursùs ex ſtirpibus, aùt radicibus renaſcitur.*

Hunc *Pauli* locum cenſuit *Connanus commentariorum iuris lib.*4.*c.*1.*nu.*5. & poſt *eum Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1.*c.*22.*nu.*1. diſiũnctiuè fore legendum, vt ſcilicet ſylua cædua dicatur ea, quæ in hoc habetur, vt cædatur, aùt verò quæ ſucciſa rursùs ex ſtirpibus, aùt radicibus renaſcitur: quaſi affirment, ſyluam cæduam tàm dici eam, quę in hoc habetur, vt cædatur, quàm illa, quę ſucciſa rursùs ex ſtirpibus, aùt radicibus naſcitur.

100 Cæterùm, contrarium ſentiunt *Alciatus, & Brechaus in d.l. ſylua cædua*, cũ quibus cõcordant *Barboſa in d.* §. *ſi fundum nu.*2.*l. diuortio ff. ſol. matrim.* & *Gutier. de tutel. par.*3.*c.*27.*nu.*3. dicentes, ad eſſentiam ſyluæ cæduæ præfata non diſiunctiuè, ſiuè alternatiuè, ſed benè copulatiuè requiri: ità vt nõ ſufficiat ipſorũ alterũ ad illã cõſtituendã, & ſic requiri, vt primò ad id ſit deſtinata, vt ſcilicet cędatur, & ſecũdò, vt ex radicibus, uel ſtirpibus renaſcatur, quod & plurimũ arridet: cùm *Paulus* diffinitionẽ *Seruij* potiùs

 pro-

Digitized by Google

probare videatur, vti nouiſſimo loco relatam, quinimò videatur illam proponere *ibi* potiùs ad declarationẽ eius, quod alij edixerant, dùm tradiderunt, ſyluam cæduam eam eſſe, quæ in hoc habetur, vt cædatur, vt ſcilicèt non ſufficiat ſola destinatio facta ad cędendum, ſed benè, vt poſt ſucciſionem ex ſtirpibus, aùt ex radicibus ſucciſis renaſcatur, eò fortiùs in terminis fructuarij ſyluæ cæduæ, de quo in *d.l.item ſi fundi §.fin.& l.ſi abſente §.ſyluam ff.de vſufr.* nàm ſi diſiũctiuè intelligeretur, vt ſcilicèt ſufficeret, quòd ſit tantùm ad id deputata, vt cædatur, non obſtante quòd non renaſcatur, nõ conſiſteret vſusfructus, ex quo totaliter diminueretur proprietas, & vſusfructus ius vtendi fruendi eſt ſalua rerum ſubſtantia *l.1.ff.de vſufr.*

101 An autem requiratur ad id, vt ſtatim renaſci habeat, ad hoc vt conueniat diſpoſitioni ſyluæ cæduæ, vel ſufficiat etiã ſi tardè renaſcatur, dummodò effectualiter renaſcatur, declarãt *DD.* relati per *Barboſ.in d.§.ſi fundum ſub n.2.* adde *Gutier. de tutel.d.c.27.ſub nu.3.& Garſ.de expenſ. & meliorat.cap.11.nũ.35.*

102 Itèm, an arbores cæduæ, quæ in fructu ſunt, reddant pretioſiorem fundum, videas *D. de Franch.deciſ.390.per totam,* vbi tradit, facere illum pretioſiorem per *tex.in l. in lege falcidia placuit ff. ad leg. falcid.* & propterea dato, quòd eæ ſint in fructu, & conſequenter cedant beneficio poſſidentis: attamen petito retractu vigore iuris prothomyſeos ſyluæ cæduæ, tradit fuiſſe deciſum per Sacr. Cõſil. eſſe deducẽdũ pretiũ ipſorũ, ſi tẽpore retractus reperirentur inciſæ arbores cæduæ.

103 *Ruſsùs*, an poſſeſſor, qui lite pendente debet manuteneri in poſſeſſione, poſſit etiàm colligere fructus ſyluæ cæduæ, ità vt poſſit interim arbores cæduas incidere, quæ in fructu ſunt, vide quæ latè tradit *D. Thoro in compend. deciſ.part.2. verbo poſſeſſor rei lite pendente fol.463.*

104 Quò modò ad arbores germinales, de quibus in eodem *§.ſi fundum l.diuortio ff.ſol. matrim.* quas tradit *Papinianus ibi* eſſe in fructu, vocem illam, germinales, de qua in vulgata habetur legũt alij, gremiales, & ità in *Pandectis Florentinis,* benè verum earum eundem eſſe ſenſum tradit *glo.ibi in verb.germinales,* & cum *Pandectis Florent.* concordant *Antonius Auguſtinus lib.3.emendat.iur. cap.7.* & *Bologninus in d.l.diuortio §.fin.* qui tamẽ tradit, dictas eſſe gremiales ex eo, quia ad cremandum colliguntur, quod non admittit *Barboſa in d.§.ſi fundũ in princ.* dicens, non ſibi videri, quòd commune aliquid habeat verbum gremiale cum verbo cremari.

Tandèm *Connanus lib.4.comment.iur. cap.1.nu.7.* tradit, fore legendum, arbores cremiales, eò quòd ad cremandum ſint deſtinatæ.

Communiter *DD.* ſequuntur *gloſ.* vt ſcilicèt, ſiuè legatur, gremiales, ſiuè germinales, idem ſignificet, & de illis loquatur *Papinianus* in eo *contex.* quod & libentiſſimè probo, & exemplo vtrumq; probari poſſe puto in iſtis noſtris Regionibus, in quibus videtur ad literam plaudere *Papinianus*, præſertim in Fælici Cãpanea, vulgò *Terra di Lauore*, in qua vigent vtriuſq; exempla, & de cæduis ſcilicèt arboribus, & de germinalibus, de quibus videtur propriè loqui *Papinianus*

105 in ſua pręfata diſtinctione, dũ diſtinguit arbores cæduas ab arboribus germinalibus, ſiuè gremialibus, (non.n.aliquid intereſt, an dicãtur, gremialib⁹, an verè germinalib⁹, cũ vtrũq.idẽ ſignificet, vt rectè monet *glo.loc.cit.* Vndè arbores cæduas dicemus illas, quæ ex ſtirpibus, ſiuè radicibus cæduntur, de quibus in *l.1.§.ſi arbor ff. de arbor. cæd.* germinales verò, ſiuè gremiales, quæ ex trunco cæduntur, & tunc vendicabit ſibi locum, ſi appellauerimus illas gremiales, quia ex gremio pullulant, non ex radicibus, aùt ex ſtirpibus, ſicuti arbores cæduæ, aùt germinales ex effectu, quia ſcilicèt germina, ſiuè noua ſurcula producunt, quæ Salictum appellat *Vlpianus in l.ſi ſeruus ſeruum §.ſi oliuam in fine, ibi, Salictum maturum, &c. ff. ad leg. Aquil.* & tales ſunt arbores Populorum, aùt Vlmorum, quibus vites alligãtur in tota Fælici Cãpanea, quæ aùt ſingulis annis, ſiuè, vt plurimùm, ſingulis biennijs, aùt triennijs inciduntur in trunchis, & vulgò dicitur putantur, & in illiſmet inciſuris emittũt

no-

Digitized by Google

noua germina, ſiuè ſalicta, vt *Vlpiani* verbis vtar, quæ ſalicta eſſe in fructu, nemo eſt, qui ignoret, cùm ſi incidantur, ſalua ſemper remanet ſubſtantia arboris, ex cuius trunco, ſiuè gremio noua ſalicta prodeunt.

106 Colligitur ex his modò. Primò, arborem, aùt ſyluam, quæ aliàs eſt in fructu, ex eo quia glandes producit, non dici cæduam, ſi ad hoc non habetur, vt cædatur, tametſi ſi adhùc cæſa poſſet renaſci. Talis eſt ſylua ferens glandes: nàm non eſſet cædua, eò quòd non ad id deſtinata, vt cædatur, ſed benè pro paſtura Porcorum, ad *text. in d. l. ſylua cædua ff. verb. ſignif.* Contrà quæ licèt videatur prima facie obſtare *tex. in l. cum manu ſata* §. 1. *ff. de contrah. empt.* in qua ſylua ferens glandes dicitur cædua, non attenditur tamen ſemper id, ad quod principaliter deſtinatur, ſecundùm quod dicetur cædua, aùt non, ad not. per *Alciat. in d. l. ſylua cædua n.* 3. vbi etiàm *Brechaus in fine*, *Barboſ. d. l. diuortio* §. *ſi fundum nu.* 2. *in fine ff. ſol. matrim. Gutier. de tutel. d. par.* 3. *cap.* 27. *nu.* 4.

107 Colligitur ſecundò, ad hoc vt ſylua poſſit verè dici cædua, oportet quòd renaſcatur, aùt ex ſtipite, ſiuè radice, aùt ex trunco, nàm aliàs dato adhùc quòd habeatur, vt cædatur, non dicetur ſylua cædua, eò quòd deficit ſecũdum requiſitum, de quo in *d. l. ſylua cædua.* Dat exẽplum *Gamma deciſ.* 104. *nu.* 2. de Pineto, & ità impugnando *Pelaez de maioratu par.* 4. *q.* 39. *nu.* 15. ſequitur illum *Barboſa loc. cit. nu.* 2. *&* 10. *ac Gutier. d. cap.* 27. *nu.* 5. Benè verum, ſubdit *Gamma ibi*, quòd ſi Pinetum deſtinatum fuerit ad cædendum, poterit in tali caſu fructuarius illud cædere, ſi id fecerit arbitrio boni viri. De veritate iſtius notabilis vide *Gutier. loc. cit. nu.* 6.

108 Colligas tertiò, non permitti fructuario, itèm nec vaſallo, aùt emphyteutæ, rurſùs nec alteri, qui ad longum tempus conduxerit, nec tandem fideicommiſſario, aùt marito in rebus dotalibus arbores grandes fructiferas cædere in ſylua non cædua, niſi quoàd pedamenta *l. ſed & ſi grandes ff. de vſufr. l. æquiſſimum* §. *fructuarius*, inibique *Alberic. ff. de vſufr. Cæpoll. Tiraqu. & Clar.* relati per *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 5. vbi id limitat in caſu, quo arbores præfatæ ſolent excidi ad vſum lignãdi, aùt ædificãdi, aùt ad alium quempiàm vſum. Limites ſecundò, in caſu, quo excidendo fructiferas, alias eorum loco ſubſtitueret. Item & tertiò, ſi ex inciſione earum fructuoſior redderetur ſylua. Ac quartò in caſu, quo vſusfructus inutilis redderetur, niſi arbores cæderentur, ad *tex. in l. Diuus ff. de vſufr.* vt eſt videre apùd eundem *Molin. loc. cit.* adde *Coſtam de ration. ratà quæſt.* 78. *ſub nu.* 2. *ac Garſ. de expenſ. & meliorat. cap.* 11. *nu.* 31. *&* 36. *cum ſeqq.*

109 Colligas Quartò, arboribus fructiferis vento euulſis, ſi eæ grandes ſint, nõ poſſe fructuarium vti frui, niſi pro vſu ſuo, aùt reparatione domus ſyluæ, ex qua fuerunt euulſæ. Quarè ſi ad id non forent neceſſariæ, ad verum Dominum proprietatis pertinebunt *l. arboribus* vbi notant *DD. ff. de vſufr.* notant etiàm *Doctores in d. l. diuortio* §. *ſi fundum ff. ſolut. matrim. Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de montibus nu.* 9. *ac Molina d. cap.* 22. *num.* 6. vbi hoc limitat in poſſeſſore Maioratus, eò quòd ille verus Dominus eſt, non verò fructuarius. Quòd autem arbor exiccata, ac vi ventorum euulſa non ſit in fructu, monet *Alexan. in d.* §. *ſi fundum in fine*, de quo meminit *Gratian. deciſ. Marcb.* 208. *num.* 16. adde eundem *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 21. *nu.* 1. vbi etiàm multa per totum illud *cap.* in materia præſentis *cap.*

110 Quod de ſylua cædua dictum eſt, vt ſcilicèt ſit illa in fructu, eſt etiàm affirmandum de Arundineto, nàm arundines cæduæ dicuntur *l. qui fundum* §. *fin. ff. de cõtrah. empt.* Vndè arundinetum dicitur locus arundinibus conſitus *l. item* §. *fin. ff. de vſufr.*

111 Nec tantùm arborum fructus, ac in aliquibus etiàm caſibus, de quibus ſuprà arbores ipſæ ſunt in fructu, verùm pariter folia, prout de folijs Moronum habetur apùd *Bolognett. conſ.* 29. *num.* 27. meminit *Didac. de Mari in addit. ad deciſ. Gizzarell.* 34. *num.* 2. cenſuit *Rota in vna Vlyſbon. foliorum Moronum de anno* 1581.

Digitized by Google

1581. quam refert *Monet. de decim. c.4. q.1. ſub num.* 11. aliáſque deciſum extitit per eandem *Rotam apud Seraphin. deciſ.* 827. dùm de ipſis decimam ſaltim ex conſuetudine ſoluendam eſſe decreuit.

112 Hoc ipſum affirmandum erit de Mirtorum foliis, deſeruientibus Coriariis, ac Tinctoribus, vt per *gloſ. in l. plenum* 12. *ff. de vſu, & habit. in verbo folijs*, ac de foliis Sænarum, aliorumque id genus ad vſum Pharmacopolarum.

113 Rursùs, Flores, ex quib⁹ odor, in fructu pariter ſunt, quemadmodùm cenſuit *Vlpianus in d. l. plenum* 12. *circa princ. ff. de vſu, & habit.* & tales ſunt Roſæ, Violæ, Gelſumini, Gariopholi, & ſimiles.

114 Itèm Olera, & Hortorum fructus, vt Caules, Endiuiæ, Lactucæ, hiſque paria, vt in *d. l. plenum*. Vnde de Hortis eſſe etiam decimam ſoluendam tradit *tex. in cap. non eſt de decim.* habetur apud *Rebuff. de decim. q.* 8. *num.* 7. & 8. ac apud *Andr. Hiſpan. de regulis decimarum* §. *decimò fui interrogatus num.* 1. vtroſque recenſet *Monet. de decim. d. c. 4. q. 1. num.* 11. vbi diſtinguit in hoc hortos olitorios ab hortis continentibus fabas, aliaque legumina, ipſum adito.

115 Linum, & Canape in fructu eſſe patet per eoſdem *Hiſpan. & Rebuff. locis cit.* concludentibus, ex illis etiam, vti in fructibus eſſe ſoluendam decimam.

116 Spica etiam eſt in fructu, & ità reſoluit *Anna ſen. allegat.* 108. *nu.* 5. poſt *Paridem de Puteo de reintegr. feud.* per ipſum relatum, *ibique ſub nu.* 4. tradit ipſe idem *Anna*, ſpicam venire in emptione, & fieri Domini fundi, quemadmodùm alios fructus quoſcumque, niſi reſeruati fuerint.

117 Stramenta quoquè fructus exiſtere, ac in fructu eſſe docuit *Vlpianus in d. l. plenum* 12. *ff. de vſu, & habitat*. Quid autem ſignificet *Vlpianus* in ea per verbũ iſtud, *ſtramenta*, explicat *Gizzarell. deciſ.* 34. *ſub num.* 4. dicens, eſſe quæ vulgò dari ſolent militibus, quæ vulgari idiomate dicuntur *ſtantia, ſtrame, e letto.*

118 Cannæ mellis, ex quibus Saccarum conficitur ſunt in fructu. Vnde de illis, vti de fructibus ſoluendum eſſe releuium monet *Capanus de iure releu. par. 2. quaſt.* 17. *nu.* 14. Negat tamẽ, illud ſoluendum

119 de Saccaro iam confecto, vti fructu induſtriali. Verùm de Saccaro iam confecto, nedum de cannis mellis ſoluendam eſſe decimam affirmat *Mobed. deciſ. 1. aliàs 29. ac deciſ. 2. aliàs. 68. ſub tit. de decim.* ab eodem *Capano* relatus, hoc ipſum habetur apud *Puteum deciſ.* 80. *lib.* 1. vbi tradit, Saccarum ad effectum decimarum reputari potiùs fructum naturalem, quàm induſtrialem. Hoc tamen intelligas quòad materiam, quemadmodùm de vino, & oleo ſuprà tradidimus *num. 92. cum ſeqq.* vbi diximus, vuam, & oliuam eſſe naturales fructus, vinum verò, & oleum ratione induſtriæ hominis, qui poſuit nouam formam, dici induſtrialem.

120 Manna autem, quæ mankù ſignificans, quid eſt hoc, aliàs appellatur *Exod. cap.* 16. ſiue ea colligatur ſuper frondibus arborum, vulgò *de corpo*, ſiuè ex inciſuris arborum dicta *Manna forzata*, ſemper fructus, & fructus naturalis eſt. Vnde iure merito concludit *Capanus loco cit. nu.* 7. fore de illa ſoluendum releuium. Et ita etiam affirmandum eſt de Pice, & de quacumque alia Reſina, & Thure, ex iiſdẽ rationibus, quibus probatum eſt de aliis quibuſcumque arborum, ſiuè terræ fructibus.

121 Rotam, per quam trahitur aqua in fructu eſſe patet ex *Paulo in l. qui fundum* 4. §. *fin. ff. de contrah. empt. & vendit.* affirmat *Gizzarell. d. deciſ.* 34. *num.* 3. Rotam intelligas in hoc tàm illam, quà manu trahitur aqua ex Puteis, aùt Ciſternis, quàm illam etiàm, qua ex iiſdem cum animalibus aqua trahitur, quarum innumeræ cernuntur in agro Neapolitanõ pro aquãdis præciſè *Braſſicis* Capitatis, quas Lacuturres appellat *Plin. natural. hiſt. lib.* 19. *c.* 8. & vulgò *Cappucci*. In aliis quoquè locis Regni adſunt de his *Rotis*, præciſè in Ciuitate Tarenti.

122 Aream, & Scyphum inter corpora, ex quibus fructus percipiuntur cauit *Aphricanus in l. qui vſumfructum* 43. *ff. de vſufr.* dum conſtituit, in illis conſiſteſtere vſumfructum. Vndè dicebat *Gizzarell. d. deciſ.* 34. *num.* 12. Scyphum fru-

ctum

Digitized by Google

ctum nõ eſſe, ſed in fructu eſſe, eò quòd locari poteſt, & ex locatione percipi merces, quæ fructus eſt.

123 Id ipſum affirmandum erit de veſtimentis, quæ licèt non ſint fructus, ſunt tamen in fructu, ſi locentur, & in illis cõſiſtit vſusfructus, vt dicemus infrà ſuo loco in *ſecunda huius operis parte*. Exẽplum tradi poteſt de veſtimẽtis ad vſum Perſonatorum, ac Repræſentantium in Scæna, ac lugubribus locari ſolitis: quæ licèt non ſint fructus, in fructu tamen eſſe concludit *Gizzarell. loco cit. d. num.* 12.

124 De Niue, an ſit ea in fructu, & augeat fructus feudi, neminẽ latere credo præfatam famigeratam *Gizzarelli deciſionẽ* 34. in ore omnium exiſtentem, in qua ne dùm in fructu eſſe contendit, verùm & augere fructus, ac reditus Feudi, in quo ipſa colligitur, & conſeruatur, quinimò de illius pretio, ceù de pretio quorumcumque Feudalium fructuum fore ſoluendum releuium. Et ità deciſum per Sacrum Conſilium *inibi* tradit in *calce ipſius*, facta (vt inquit) magna diſcuſſione de hoc in eodem Sacro Conſilio inter Votantes, ſequuntur illam communiter *Doctores* noſtri Regnicolæ, nemine ferè diſſentiente.

125 Cæterum, tametſi *deciſio* præfata proceſſerit cum magna circumſpectione, ſtudio, ac labore Dominorum de Sacro Conſilio in ea votantium, vt ipſemet *Gizzarellus* fatetur, attamen, vt aperiam quid ſentio in hoc, fateri cogor. Niuem, nulli dubium, eſſe in fructu, ex eo ſaltim, quia poteſt parere fructus, ſiuè reditus, accipiendo fructus quòad hoc pro reditibus, qui ex ipſa percipiuntur, & fructus iſte non erit naturalis, tametſi naturaliter cadat de Cœlo, ſed induſtrialis, eò quòd induſtria conſideratur potior in ipſius collectione, & conſeruatione, ad inſtar vuæ, & oliuæ, quæ tametſi naturales fructus ſint, vinum tamen, & oleum ſunt deindè fructus induſtriales. Quarè concludo, non poſſe dici fructum Feudalem propriè, & abſolutè ex eo ſolo, quoniam in Feudo colligitur, & conſeruatur, ſed benè merè induſtrialem, ac burgenſaticum, niſi in eo ſolo caſu, quo Baro colligeret, & conſeruaret cum iure prohibendi quòad vaſallos. Circũmſcripto igitur dicto iure prohibẽdi, quod eſt ius Feudale, ſuadere mihi non valeo, quomodo poſſit dici illa verè Feudalis, ex eo ſolo, quòd in Feudo à Barone colligatur, dùm in tali caſu Baro non vti Feudatarius, ſed benè vti quilibet alius Priuatus colligere poteſt, ipſe colligeret, & cõſeruaret: Nàm aliàs fieret, quòd alii etiam fructus quicumque, qui percipiuntur ex rebus poſſeſſis per Baronem in burgenſaticum intrà fines Feudi, dicerentur Feudales, ex eo, quia intrà fines Feudi percipiuntur, & de illis pariter eſſet ſoluendum releuium, quod non eſt neque iure, neque vſu receptum, & ita in puncto iuris mihi videtur in hoc articulo, ſaluo ſemper Peritiorum iudicio, nè videar contrà ſtimulum calcitrare.

126 Seruos eſſe in fructu, patet ex *Caio in l. omnium prædiorum* 3. *ff. de vſufr.* Vnde eorũ operæ vſufructuarii beneficio cedunt, ac ad cæteros, qui percipiẽdi fructus ius habent pertinent. Dubitatum tamen extitit, vtrùm ſit idem diiudicandum de eorum fœtibus, ſuper quo Vlpianus ex *Bruti* ſententia in *l. vetus fuit q.* 75. *ff. eod. tit. de vſufr.* cenſuit, non eſſe idem reſpondendum, ea ratione, quia in fructu hominis homo eſſe nõ poteſt, hoc idem cauetur *in l. in pecudum ff. de vſur. & in §. in pecudum Inſtit. de rer. diuiſ.*

127 Aduertas tamen, quòd licèt partus ancillarum non ſint in fructu ratione præfata, ſunt tamen in reditu, & ità poſt *gloſ. in l. deducta §. hæreditatem ff. ad trebell. & in c. generali in gloſ. fin. de elect. in 6. item in c. grandi in verb. de reditibus de ſuppl. neglig. prælat. ac in l. frugem ff. de verb. ſignif.* concludunt communiter *Doctores* relati per *Baeza de decima tutor. c.* 23. *nu.* 2. qui concludit, plus comprehendere verbum, *reditus*, quàm verbum, *fructus*. Quò fit vt grauatus reſtituere fructus deductis reditibus, deducat partus ancillarum, ſecùs tamen ſi rogaretur deductis fructibus, ad *tex. in l. in ratione la* 2. *ff. ad leg. falcid.* notant *Alex. & Imol. in l. mulier §. hæres, & in d. l. deducta §. hæreditatem ff. ad trebell.*

128 Tranſ-

Digitized by Google

128 Tranſgreditur mox *Vlpianus* vlterius in *d.l.vetus fuit quæſtio*,& querit,quid ſi fuerit etiam partus ancillæ vſusfructus relictus,an in tali caſu habeat legatarius vſumfructum in illo, & concludit, quòd ſic,dicens,quòd cùm partus poſſit legari, poterit etiam & ipſius vſusfructus. Colligitur itaque regulariter, partum ancillæ non eſſe in fructu, habitu tamen poteſt talis exiſtere, ſi fuerit ille ſpeciatim legatus.

129 Limitat *inibi* hoc *Vlpianus* quòad fœtus pecudum, qui in fructu ſunt, & ad fructuarium pertinent. Vnde Agni, Hædi, & Vituli fiunt ſtatim pleno iure fructuarii,& bonæ fidei poſſeſſoris,vt in *d.l. in pecudum ff.de vſur.* in tantùm,quòd ſi fuerit gregis,aùt armenti vſusfructus legatus, debebit ex natis gregem ſupplere, ideſt, locum capitum defunctorum. Super quo aduertas, nedùm fętus veni-

130 re in fructu animalium, verùm etiàm eorum lac,pilos,& lanam reſpectiuè *d.l. in pecudum*, illoſque inter fructus induſtriales computari, eò quòd tametſi hominis facto non naſcantur,attamen non ſine magna eius cura naſcuntur, patet ex *gloſ.in §.ſi quis à non domino verſ.cura Inſtit.de rer.diuiſ.*notant *Bar.in l.ſi ex diuerſo num.2.ff. de rei vendic. Vacon. à Vacun.declarat.iur.cap.75. Pinell. in l.2. par.2.nu.52.C.de reſcind. vend. Menoch. de arbitr.iud.caſu 210. nu.26.* cæterique frequentùs.

131 Apes,quòd ſint etiam in fructu excipitur ex *c.nuncios de decim.*dùm mandatur, etiam de Apibus fore ſoluendã decimam, quemadmodùm de omnibus fructibus. Cera verò, & mel ſunt quoquè fructus,verùm fructus, qui & naturales dici poterunt, & induſtriales. Naturales, quia apes ſua ſponte naturaliter mel producunt, Induſtriales autẽ, quia hominum induſtria exigitur pro illis excipiendis ex fauis apum, ac in nouam formã redigendis,ſeparandoque vno ab altero, vt de lana, & lacte diximus ſupra.

132 Spolia tandem mortuorum, ac morticina an veniãt appellatione fructuum, ſintque illa in fructu,adeundus eſt *Boer. deciſ.224.per totam*.

Conſtituatur poſtremo loco pro coronide huius *cap.* ac vniuerſæ tractationis eorum,quę ſunt in fructu, ac appellatione fructuum veniunt, & continentur, quòd ex eo quòd fructus ſunt in triplici differentia, vt indicauimus ſuprà in *cap.2.huius primæ partis in princ.* nàm alii ſunt naturales,alii induſtriales,alii ciuiles, hoc nomen fructuum generaliſsimum erit,ità vt nõ tantùm comprehendat naturales,quales ſunt ii, qui in terra naſcuntur, & coaleſcunt, verùm etiam quoſcumque rei reditus, obuentiones, & emolumenta, quæ ex re, aùt propter rem ſunt,vt patet ex *l.uſufructu legato 7.* iuncta *l.item ſi fundi 10.ff.de vſufr.* cum concordantibus.

Hæc adnotare volui, quia ſi aliqua reperiuntur in corpore iuris, quæ aùt fructus ſunt, aùt in fructu veniunt, eorumq;nomine comprehenduntur, quorum ſpecifica in tota hac *prima parte* nõ reperiatur facta mentio, nec ſermo inſtitutus, cupidus lector aùt à ſimili, aùt per eaſdem regulas percipere valeat,an ea in fructu ſint,& fructuum perceptoris commodo cedant, ac tãdem ſi in diuiſione veniant,inter diuerſos facienda, de quibus ſigillatim in *ſequ.ſecunda parte* diffusè,ac latiſsimè dicemus. Et hæc ſatis quòad hanc primam partem.

# Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

# HORATII BARBATI A S. GEORGIO MOLARIÆ

Præſtantiſsimi, ac Acutiſsimi I.C.

## DE DIVISIONE FRVCTVVM INTER PLVRES, Illosq; diuerſos

## PARS SECVNDA.

### SVMMARIVM.

1 *Fructuum qualiter ſit facienda diuiſio inter proprietarium, & hæredes vſufructuarij.*

2 *Vſufructuarius potitur fructibus tantùm perceptis, non percepti verò non trãſeunt ad hæredes ipſius.*

3 *Vſufructuarius ſi maturis fructibus deceſſerit, non tranſmittit illos ad hæredes ſuos poſt mortem.*

*Etiam ſi tempore mortis eſſent partim percepti, partim pendentes: nàm pendentes ad proprietarium pertinebunt, num.* 4.

5 L. vti frui S. fi. ff. ſi vſusfruct. pet. *intellectus.*

6 *Opinionem* Doctorum *tenentium, fructus non pertinere ad hæredes fructuarij, ſi non fuerint percepti, ſaltim pro rata temporis, falſam, & iniquam tradit* Cuiac. lib. 4. de feud. tit. 30.

7 *Vſufructuarij ius poſitum eſt in perceptione fructuum, nõ autem quòd ſint maturi, ac pendeant.*

8 *Serui opera ſit integra, etiam ſi per vnum diem præſtetur, eò quòd operæ ſunt fructus, qui quotidiè percipiuntur.*

9 *Fructus, qui ſemel in anno percipiuntur, diſtinguuntur à fructibus, qui ſingulis diebus percipiuntur in vẽditione voluntaria.*

10 *Vſufructuarius transfert ad hæredes penſionem debitam ex locatione fundi fructuum, & dilatam poſt tempus perceptionis, ſi poſt perceptionem deceſſerit.*

11 *Penſio habetur loco fructuum, eorum naturam ſequitur.*

12 *Penſio locationis an veniat in diuiſione fructuum inter proprietarium, & hæredes vſufructuarij.*

13 Alberic. in l. defuncta verſ. ſed quarè aliud ff. de vſufr. *impugnatur, ac expugnatur ab* Alex. Turamino.



Digitized by Google

*Admittitur in caſu, quo fundus pluries in anno diuerſos fructus produceret, ſecundùm* Authorem *nu.16.*

15 *Vſufructuarius locando non dicetur locare ius vtendi, quod perſonale ius eſt, ſed bene perceptionem fructuum.*

17 *Fructus percepti ſemper conceduntur beneficio fructuarij, eiuſque hæredum.*

18 *Vſufructuarij ſerui operarum locationis emolumentum diuiditur pro rata tẽporis, quo vixerit vſufructuarius inter proprietarium, & fructuarij hæredes, & nu.19.*

*Ratio eſt, quia ex operis ſerui quolibet die percipitur vtilitas, & propterea quolibet etiam die dicitur percipi fructus, num.20.*

21 *Fructus prædiorum vrbanorum veniunt in diuiſione pro rata temporis inter proprietarium, & hæredes vſufructuarij mortuo vſufructuario, licèt ſecùs de fructibus ruſticorum prædiorum.*

22 *Fructus ciuiles diuiduntur pro rata temporis inter proprietarium, & hæredes fructuarij mortuo vſufructuario.*

23 *Olea tùnc fit vſufructuarij, cùm fuerit excuſſa, ſecùs de ea, quæ ſpontè ceciderit, quæ non fit hæredum ipſius, niſi recondatur, & nu.28.*

24 *Fructus an dicātur percepti beneficio uſufructuarij, ſi fuerint tantùm à ſolo ſeparati, an verò requiratur, vt ſint etiã in horreis reconditi, examinatur quæſtio.*

25 L. ſi vſufructuarius §. Iulianus ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. *examinatur.*

26 *Bonæ fidei poſſeſſor quoàd fructus habetur pro Domino.*

27 L. ſi vſufructuarius ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. *facti ſpecies proponitur, & declaratur, ſecundùm* Authorem.

29 *Vſusfructus conſiſtit in actu eius, cui debetur, non enim conſiſtere poteſt, niſi adſit aliquis, qui eo vtatur.*

30 L. qui ſcit 25. §. prætereà ff. de vſur. *facti ſpecies proponitur per* Authorem, *& examinatur.*

31 L. ſi fur 14. ff. de vſufr. *examinatur ab* Authore, *illiuſque facti ſpecies proponitur, & excutitur.*

32 *Vſusfructus duplex, caſualis, & formalis, quiduè differat vnum ab altero.*

33 *Vſusfructus quomodò, & in quibus rebus conſtituatur.*

34 *Vſusfructus bonorum mobilium dicitur impropriè, ac quaſi vſusfructus.*

35 *Cautio præſtanda ab vſufructuario erit de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ac de reſtituendo finito uſufructu, quod indè extabit.*

36 *Cautio eſt de ſubſtantia vſusfructus, ità vt ea non præſtita, vſusfructus non acquiratur.*

*Quinimò ipſa non præſtita vſufructuarius non facit fructus ſuos, nu.37.*

*Rursùſque cadet etiam ab vſufructu, ſi eam non præſtiterit, num.38. & num. 142.*

*Fallit fauore mulieris, ſi errauerit in articulo iuris, nu.39.*

*Intelligas tamen, ſi cautio prædicta fuerit petita per proprietarium, quoniam tametſi vſufructuarius teneatur illam offerre, ſufficiet tamen, ſi non fuerit in mora præſtandi, in caſu, quo petita fuerit ab vſufructuario, num.40.*

41 *Vſufructuarius antè petitam cautionem à proprietario, nedùm non eſt in mora, verùm facit etiam ſuos fructus perceptos.*

42 *Mora conſtituitur per vſufructuarium, in non præſtādo cautionem per quamcumque interpellationem.*

43 *Cautio præſtanda per vſufructuarium, intelligitur cum fideiuſſoribus.*

*Nec ſufficiet iuratoria, nu.44.*

*Niſi tamen fuerit perſona idonea, & notoriè diues, nu.45.*

46 *Vſufructuario non reperiente cautionem, bona, ſuper quibus conſtitutus eſt vſusfructus, ſunt committenda alicui probo viro, qui de commoditate fructuum reſpondere habeat fructuario.*

47 *Cautio præſtanda ab vſufructuario non poteſt remitti à teſtatore.*

*Etiam ſi accederet Principis licentia in remiſſione, nu.48.*

*Item etiam ſi à teſtatore apponeretur pœna, in caſu, quo hæres cautionem prędictam exigeret, nu.49.*

*Fallit, quando ipſe hæres remiſiſſet cautionem prædictam, nu.50.*

51 *Cautionem præſtandam ab vſufructuario non poteſt remittere teſtator, etiam in vſufructu rerum mobilium, nedùm immobilium.*

52 *Vſu-*

Digitized by Google

52 *Vſufructuarius tenetur facere inuentarium bonorum, ſuper quibus conſtitutum habet vſumfructum.*

*Nec dicta inuentarij confectio remitti poterit à teſtatore, nu.* 53.

*Etiam ſi ſub pœna confectionem præfatam teſtator remitteret, nu.* 54.

55 *Cautio qualis exigatur ab vſufructuario in vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, ac earum, quæ vſu non minuuntur, veteraſcunt, aut corrumpuntur.*

56 *Vſumfructum rerum, quæ vſu non conſumuntur, neque corrumpuntur, aut veteraſcũt diſtinguunt* DD. *ab eo rerum, quæ ex vſu corrumpuntur, minuuntur, veteraſcunt, ac corrumpuntur.*

*Exemplum dictarum duarum ſpecierum vſusfructus, nu.* 57.

58 *Vſufructuarius veſtis liberatur, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit finito vſufructu.*

59 *Cautio Senatusconſulti, de qua* in l. fin. ff. vſufruct. quemadm. cau. deb. *qualis intelligatur.*

60 *Dictio,* quamquàm, *auget vim in caſu, de quo loquitur, & diffinit caſum magis dubitabilem.*

61 Imola in cap. fin. de pign. ac Fachinæ. controuerſ. iur. lib. 8. c. 4. *reprobantur.*

62 §. conſtituitur Inſtit. de vſufr. *intellectus ſecundùm* Authorem.

63 *Vſufructuarius poteſt expellere colonum conſtitutum à proprietario, nec illi ſtare tenebitur.*

*Amplia, tàm ſi de penſionibus nihil fuiſſet dictum in conſtitutione vſusfructus, quàm etiam ſi fuiſſent ſpecialiter comprehenſæ, nu.* 64.

*Fallit, quando fructuarius non eſſet vſurus arbitrio boni viri, num.* 65.

*Item, quando conuentum fuiſſet, nè ad uſufructuarium pertinerent penſiones locationis, nu.* 66.

67 *Vſufructuarius non poteſt retrouendere cenſum, in quo habet cõſtitutum uſumfructum.*

*Item, nec ſua propria authoritate fructus capere, ſed accipere debet poſſeſſionem bonorum uſufructuariorum ab hærede, uel executore teſtamenti, nu.* 68.

*Niſi tamen hæreditas non eſſet adita: nàm adita poſtmodùm hæreditate tenetur poſſeſſionem illorum bonorum, unà cum uſufructu recepto reſtituere hæredi, nu.* 69.

*Item, niſi fuiſſet data licentia per teſtatorem accipiendi propria authoritate bona relicta ad uſufructuandum, nu.* 70.

*Rursùs, quando fuiſſet legatus uſusfructus nullo inſtituto hærede, nu.* 71.

*Inſuper, niſi fuiſſet conſtitutus hæres poſt mortem uſufructuarij, nu.* 72.

*Et niſi fuiſſet conſtitutus uſufructuarius omnium bonorum, num.* 73.

74 *Vſufructuarius non poteſt proprio nomine exigere nomina debitorum, in quibus habet conſtitutum uſumfructum, ſed intercedere debet mandatum hæredis, ac ipſe hæres exigere, & exacta deindè tradere uſufructuario.*

*Niſi à principio accepiſſet poſſeſſionem à manu hæredis, uel in poſſeſſione reperiatur, nu.* 75.

76 *Vſufructuarius non poteſt alienare, nec cedere, nec altero quouis modo uſumfructum in alterum transferre.*

77 *Vſusfructus eſt ad inſtar matrimonij, quod non ſeparatur à perſona.*

78 *Vſufructuarius cedendo alteri, aut alienando uſumfructum, cadit à iure ſuo, & conſolidatur cum proprietate.*

*Intelligas quòad totalem uſumfructum, non autem quòad commoditatem ipſius, nu.* 79.

80 *Vſufructuarius locare poteſt uſumfructum.*

*Fallit, quando per locationem præiudicaretur proprietario, nu.* 81.

82 *Vſufructuarius non poteſt uſumfructum alteri obligare.*

*Item nec ſeruitutem in eo imponere, nu.* 83.

84 *Vſufructuarius non poteſt mutare formam rei, in qua conſtitutum habet uſũfructum, etiam ſi per mutationem meliorem rem illam faceret.*

*Rursùs, nec conſtituere ius pignoris, uel hypothecæ, aut reditus annui, nu.* 85.

86 *Vſufructuarius nõ repræſentat perſonam teſtatoris.*

87 *Vſufructuarius litigando non præiudicat hæredi, uel Domino proprietatis.*



Digitized by Google

88 *Vſufructuarius dicitur tantùm adminiſtrator, non verò Dominus rei, & proindè ſententia lata contrà ipſum non nocet proprietario, niſi conſtaret de eius ſcientia.*
89 *Vſufructuarius non poteſt nunciare nouum opus.*
90 *Vſufructuarius qua poſſit ratione rei fructuariæ.*
91 *Vſufructuarius, an verò proprietarius teneatur ſubire onera rei vſufructuariæ, excutitur articulus.*
92 *Vſufructuarius particularis, ſiuè certæ rei ad nihilum tenetur, ſed onera tota pertinent ad hæredem.*
*Intelligas quòad onera, & æs alienum debita à teſtatore, non autem quòad onera particularia debita ratione illius certæ rei, nu.93.*
94 *Vſufructuarius vniuerſalis, ſiuè omnium bonorum tenetur ad omnia onera, & æs alienum hæreditaria.*
95 *Diſpoſitio facta de omnibus bonis in vltima voluntate intelligitur cum onere æris alieni.*
96 *Aęs alienum contractum in vita teſtatoris pertinet omninò ad hæredem, ad fructuarium autem nihil.*
*Benè verum poterit hæres vendere tot de bonis hæreditarijs ad ratam æris alieni, ac onerum, etiam inuito vſufructuario, & eo caſu proprietarius perdet proprietatẽ, uſufructuarius uerò vſumfructum in illis, nu.97.*
*Si verò bona hæreditaria non ſunt penès hæredem, ſed penès vſufructuarium, pati debet fructuarius, vt vendantur ad ratam, vt ſuprà pro ſolutione æris alieni, & onerum, nu.98.*
*Amplia etiam quòad expenſas funeris, & infirmitatis, in quibus eodem modo ſtatutum eſt, nu.99.*
100 *Vſufructuarius non tenetur ad legata perſoluenda, ſed illorum ſolutio onus eſt proprietarij.*
*Fallit in legatis annuis, in quibus onus ſpectat ad vſufructuarium omnium bonorum, nu.101.*
*Et hoc etiam in quocunque debito annuo, nu.102.*
*Itèm in quorumque cenſu annuo, nu.103.*
*Rursùs quòad debitum annuum alimentorum, nu.104.*
*Niſi tamen onus fuiſſet iniunctum hæredi, nu.105.*
*Vel teſtator iuſſiſſet, ſolui debere de bonis ſuis, nu.106.*
*Intelligas in caſu, quo legata prædicta annua poſſent ſolui de vſufructu, & aliàs vſusfructus non fieret inutilis, nu.107. & 110.*
*Subintelligas hoc, quãdo fieret totaliter inutilis vſusfructus: nàm ſecus ſi pro vno tantùm anno, ex quo poſſet ſuppleri de fructibus ſequẽtium annorum, nu.108.*
109 *Onera debita ratione rerum, vt putà collectæ, tributa, talliæ, annui canones, & ſimilia pertinẽt ad vſufructuarium, ñon verò ad proprietarium.*
*Niſi aliàs fieret inutilis vſusfructus, nec aliquid cõmoditatis vſufructuario remaneret, nu.110.*
111 *Expenſæ circà refectionem, reparationem, & manutentionem rei vſufructuariæ an pertineant ad hæredem, an verò ad fructuarium, & quibus in caſibus vni, quibus verò alteri.*
112 *Vſusfructus quibus in caſibus amittatur.*
113 *Vſusfructus duplici de cauſa finiri poteſt, ratione ſcilicet perſonæ, & ratione rei.*
114 *Vſusfructus finitur morte naturali vſufructuarij.*
115 *Vſufructuario defuncto an proprietarius poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem rei vſufructuariæ.*
116 *Vſusfructus finitur maxima, ac media capitis diminutione vſufructuarij, & quæ ſit maxima capitis diminutio.*
*Item, quæ media, nu.117.*
118 *Bannitus dicitur pati mediam capitis diminutionem, ac mortuus ciuiliter dicetur, & proindè per Bannum perdit vſumfructum.*
*Idem de Foriudicatis in Regno, nu.119.*
120 *Vſusfructus an confiſcari poſſit propter delictum.*
121 *Vſusfructus an extinguatur per ingreſſum vſufructuarij in Monaſterium.*
122 *Monacus dicitur mortuus Mundo.*
123 *Vſusfructus, quem habet pater in bonis filij an extinguatur per ingreſſum patris in Monaſterium, examinatur articulus.*

124 Pa-

124 *Patria poteſtas non extinguitur totaliter per ingreſſum patris in Monaſterium, ſed remanet penès patrem quoad ea, quæ expediunt, ac ſunt patri vtilia.*

125 *Vſusfructus tribuitur patri in bonis filij aduentitijs, non tantùm patriæ poteſtatis iure, verùm etiàm ratione aliorum multorum, ad quæ tenetur pater ergà filios.*

126 *Pater non poteſt poſſidere aliquid poſt ingreſſum* Religionis, *& profeſſionem in ea factam de bonis translatis in Monaſterium.*

127 *Vſusfructus patri debitus ſuper bonis aduentitijs filij relaxatur pro medietate in beneficium filij, ſi pater illum emancipauerit, altera verò dimidia remanebit penès patrem.*

128 *Legitima debita filio in bonis patris, ingrediente patre Monaſterium, ſtatim ipſi filio debetur poſt factam profeſſionem per patrem, non expectata adhùc ipſius morte.*

129 *Monacus debet ali à Monaſterio, in quod tranſtulit bona ſua.*

*Et ſi Monaſterium illum alere noluerit, priuabitur bonis in ipſum translatis, ac alijs, quæ à Monaco acquiſiuit, nu.* 130

*Amplia, vt teneatur alere etiam filios Monachi, nu.* 131.

*Quinimò etiàm filios ſpurios ipſius Monachi, nu.* 132.

*Rursùs etiàm patrem Monachi egenum, ſi filius ingrediendo Monaſterium tranſtulerit in illud bona ſua, nu.* 133.

*Niſi tamen Monaſteriũ eſſet inops, nu.* 135.

134 *Maritus ali debet à Monaſterio, ſi vxor conſentiente marito illud ingrediatur, & in idem transferat dotes, & bona ſua.*

*Fallit, quando* Monaſterium *eſſet inops, nu.* 135.

136 *Nouitius retineri non poterit à Monaſterio, volens exire intrà annum probationis, ratione ſumptuum, quos cũ ipſo fecit.*

137 *Vſufructuarius quando dicatur abuti re vſufructuaria, adfinem vt per abuſum priuari poſſit vſufructu.*

138 *Vſufructuarius deteriorando rem vſufructuariam, perimitur vſusfructus, ac illo priuatur.*

*Deterioratio tamen debet habere plura requiſita, videlicèt Primò, vt ſit in proprietate, non verò in vſufructu. Secundò, quòd per dolum malum, aùt leuem culpam ſit commiſſa, non verò leuiſſimam, & Tertiò, quòd ſit notabilis, num.* 139.

140 *Vſufructuarius perdit vſumfructum, ſi vendiderit illum.*

*Fallit in caſu, quo venderet proprietatem rei, aùt commoditatem ipſius, quæ eſt quid diuerſum ab illo, nu.* 141.

142 *Vſufructuarius perdit vſumfructum non præſtando cautionem, aùt non faciendo inuentarium.*

143 *Vſufructuarius amittit vſumfructum per non vſum temporis decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.*

144 *Vſusfructus finitur per ceſſionem factam rei vſufructuariæ Domino proprietario, & conſolidatur cum ipſa proprietate.*

145 *Vſusfructus finitur, ſi ædes incendio cõſumptæ fuerint, aùt terremotu, aùt vitio ſuo.*

*Fallit, quando non vniuerſæ ædes conſumptæ fuerint, aùt exuſtæ, nu.* 146.

147 *Vſusfructus agri inundati, aùt cuius fuit mutata forma, an perdatur, ſeù finiatur per inundationem, & formæ præfatæ mutationem.*

*Ac quid de naui demerſa, vel curru, aùt quatrigis, ſi perierit equus, remiſſiuè ibidem.*

148 *Vſusfructus finitur, ſi vſufructuarius proprietatem acquiſierit.*

## CAP. PRIMVM.

DE Fructibus, eorumque ſpeciebus, itèm quæ ſint in fructu, ac appellatione fructuum contineantur, hactènus in *tota praeced. prima parte huius operis*. Locus modò ſupereſt, diuiſionis eorum tractationem aggredi, ac caſuum, in quibus fiat diuerſimodè inter plures, illoſq; diuerſos ipſorum diuiſio.

Primus itaq; emergit fructuũ faciendæ diuiſionis caſus inter hæredes fru-
1 ctuarij, ac proprietarium mortuo vſufructuario, in quo diſtinguunt *DD.* fructus per-

Digitized by Google

perceptos, ac à ſolo ſeparatos à fructibus non adhùc perceptis. Et in ipſorum primo caſu concludunt, ſpectare illos totaliter ad hæredes fructuarij. In ſecundo verò, ſi de fructibus agitur, non adhùc perceptis, tametſi ſint ij recollectioni proximi, ſpectare integros ad proprietarium, ad hæredes verò vſufructuarij nihil pertinere. De vtroq; eſt *tex.* notabi-
2 lis in §. *is verò Inſtitut. de rer. diuiſ. Is verò* (inquit *Iuſtinianus ibi*) *ad quem vſusfructus fundi pertinet, nõ aliter fructuum Dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos perceperit, & ideò licèt maturis fructibus, non dùm tamen perceptis deceſſerit, ad hæredes eius non pertinent, ſed Domino proprietatis acquiruntur.*

3 Conſimilis eſt *Caij* locus in *l. in ſingulos* 8. *ff. de annu. legat. in fine*, ibi, *cum vſufructuarius etiam ſi maturis fructibus, non dùm tamen perceptis deceſſerit, hæredi ſuo eos fructus non relinquet.*

Expendunt etiàm in id *DD.* communiter *tex. in l. ſi vſufructuarius* 13. *ff. quibus mod. vſusfr. amitt.* tàm attenta *Labeonis* ſentẽtia, quàm *Iuliani inibi* per *Paulum* relatorum.

Facit pariter *text. in l. ſi fur* 14. *ff. eod. tit. de vſufr.* & ità per præfata iura reſident communiter *Doctores*, vt obſeruari licet apùd *Alber. in l. defuncta ff. de vſufr. Anchar. conſ.* 193. *Aret. conſ.* 160. *verſ. circà quintum, Alex. conſ.* 28. *nu.* 2. *vol.* 1. *Iaſ. conſ.* 231. *vol.* 2. *Paul. de Caſtr. conſ.* 214. *vol.* 2. *Cephal. conſ.* 181. & 182. *vol.* 2. *Viu. deciſ.* 8. *num.* 10. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 3. *Tiraquell. de retract. conuent.* §. 5. *gloſ.* 4. *num.* 1. *Couar. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 2. *verſ. his accedit, ac ſub nu.* 12. *verſ. priùs tamen, Suarez recept. ſent. verſ. vſufructuarius num.* 96. *Morotius conſ.* 18. *num.* 28. *Paſcal. de virib. patr. poteſt. cap.* 3. *num.* 108. *Aluar. Valaſc. in praxi partit. cap.* 33. *in princ. Capiblanc. de Baron. pragm.* 5. *nu.* 19. & 20. & *practic. quaſt. ad illam cap.* 22. *num.* 2. alios recenſet, cum quibus ipſe quoq; conſentit, *Caualcan. de vſufr. mul. relict. nu.* 242. nouiſſimo loco D. *Reg. Tap. deciſ.* 45. *nu.* 2.

4 Amplies hoc, etiàm ſi tempore finiti vſusfructus exiſtant fructus partim percepti, partim verò pendentes, nàm percepti tãtùm ſpectabunt ad hæredes fructuarij, pendentes verò ad proprietariũ, & ità p *text. in l. vti frui* §. *fin. ff. ſi vſusfr. pet.* concludit *Gamma deciſ. Luſit.* 250. *nu.* 1. poſt ipsũ *Valaſc. d. praxi partit. cap.* 33. *num.* 6. & *Caualcan. de vſufr. mul. relict. nu.* 43. poſt innumeros, quos refert.

5 Nec facit ad caſum obiectio, quam aliqui formant contrà ex *text. in d. l. vti frui* §. *fin.* ex qua colligi videtur, fructus præteritos indiſtinctè pertinere ad vſufructuarium, nulla adhibita diſtinctione perceptorum, aùt non, vt in eo *text.* ibi, *hæredi eius actionem præteritorum dùmtaxat fructuum dandam.* Nàm intelligũt *tex.* illum *Doctores*, vt procedat iuxtà terminos, ac diſtinctionem, de qua in *d.* §. *is verò Inſtit. de rer. diuiſ.* iuncta *d. l. in ſingulos ff. de annu. legat.* cum concordantibus, de quibus ſuprà, videlicèt de fructibus præteritis iàm perceptis, vt rectè monet *Valaſc. d. praxi partit. cap.* 33. *n.* 4.

6 Cæterùm, tametſi ſententia iſthæc ex diſertis verbis præfatorum iurium pateat: attamẽ falsã, & iniquã eſſe illã, qua ſcilicèt communis *DD.* ſchola admittit, ex fructibus pendentibus tempore amiſſi, aùt finiti vſusfructus nihil hæredibus fructuarij deberi, tradit *Iacobus Cuiac. lib.* 4. *de feud. tit.* 30. Non enim *ipſe* negat, quin leges id affirment, ſed contendit, quòd nõ per hoc, quòd leges affirment, ac id caueant, non debeatur aliquid fructuario, aùt eius hæredibus, benè verum non recto iure, ſed vt officio Iudicis, aùt actione perſonali compelli valeat proprietarius ad præſtandum pro rata.

Mouetur *Cuiac.* ex diſpoſitione *l. ſi operas* 33. *ff. de vſufr.* qua cauit *Paulus*, quòd ſi ſeruus fructuarius locauerit operas ſuas, & imperfecto tempore locationis interierit vſusfructus, diuiditur emolumentũ ſerui pro rata inter fructuariũ, & proprietariũ, nõ ſecùs inquit *Cuiac.* in terminis *d. l. defuncta*, ac conſimilium iurium, nàm pro rata hæredes fructuarij conſequi debent, aùt actione perſonali, aùt officio Iudicis fructus pendentes tempore finiti vſusfructus.

7 Hæc tamen *Cuiacij* ſententia iure refellitur ex eo, quia totum ius fructuarij poſſi-

poſitū eſt in perceptione, vt in *d. l. ſi vſufructuarius meſſem*, patet ex traditis per D. *de Ponte conſ.* 100. *num.* 5. *&* 13. Vndè ſi moritur illis non perceptis, extinguitur ius percipiendi, & extinguitur etiàm omne ius, quod ipſe fructuarius habebat in fructibus. Non ſic in terminis *d. l. ſi operas*, in qua fructus etiàm vnius diei opera fit integer, quinimò non maturus, aùt pendens, ſed perceptus præſtita opera, eò quia operæ ſunt fructus, qui quotidiè percipiuntur, meſſis verò, & vindemia ſemel tantùm in anno percipitur, vt rectè monet *Salyc. in l. fructus C. de act. emp. & in l. Iulianus* §. *ſi fructibus ff. eod. tit. de act. empt. & vend.* tradunt *Doctores* relati per *Couarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *verſ. ſed ſuppoſito*, cum quibus conſentit D. *de Francb. deciſ.* 79. *num.* 2. qui conſtituit differentiā in ven-
9 ditione voluntaria inter fructus, qui ſemel in anno percipiuntur, quales ſunt frumentum, vua, olea, & ſimilia, & eos, qui ſingulis diebus anni ſunt in fructu, & percipiūtur, vt penſiones domorum, & ſimilium, nàm ſecundi generis fit diuiſio inter emptorem, & venditorem pro rata temporis, vt ſuo loco dicemus.

8 (margin number beside "tur ius percipiendi")

Adducit ſecūdo loco *Cuiacius* diſpoſitionem *l. vti frui* §. *fin. ff. ſi vſusfr. pet.* in qua habetur, quòd ſi poſt litem conteſtatam de vſufructu fuerit finitus vſusfructus, fructus deberi deſinunt: attamen mortuo vſufructuario, hæredi ipſius actio præteritorum fructuum dabitur, ex quo *tex.* deducit *Cuiacius*, idipſum fore affirmandum, etiam ſi viuente vſufructuario fructus ſemper pendentes fuiſſent. Verùm *tex.* ille non loquitur indefinitè, ſed in caſu tantùm, quo per moram proprietarij factum fuiſſet deterius ius vſufructuarii, eò quòd eo interim pendente mora non potuiſſet percipere fructus, & proindè actio quòad præteritos in hoc caſu, datur pro eo tantùm, quod intereſt, & ſic per litem motam non erit ampliùs conſecuturus, quàm ſi fuiſſet inductus in fundum, in quo habebat vſumfructum ſine lite, iuxtà terminos *tex. in l.* 3. §. *dare ff. eod. tit. ſi vſusfruct. pet.* & ità probat *gloſ. in d. l. vti frui* §. *fin. per text. in l. quæſitum, l. qui vſumfructum* §. *fin. ff. eod. tit. ſi vſusfruct. pet. ac l. fructus non modò in fine ff. de rei vendic.* & ità etiàm ſentiunt, & declarant D. *de Ponte d. conſ.* 100. *num.* 9. *ac* D. *Alexander Turaminus ad l. diuortio cap.* 5. *nu.* 26.

10 In caſu autem, quo fructuarius fundū alteri locauerit, dilata penſione locationis vltrà tempus perceptionis fructuum, ſi deceſſerit poſtmodùm, perceptis iàm fructibus, dato adhùc quòd dies ſoluendæ penſionis locationis non aduenerit, penſio integra cedet beneficio hæredū fructuarii, nihilq; de ipſa recipiet proprietarius, eſt *text.* formalis in *l. defuncta* 65. *ff. de vſufr.* in qua *Scæuola* ſic reſpondit. *Defuncta fructuaria menſe* Decembri *iàm omnibus fructibus, qui in his agris naſcerentur menſe Octobris per Colonum ſublatis: quæſitum eſt, vtrum penſio hæredi fructuariæ ſolui deberet, quàmuis fructuaria antè Kalendas Martias, quibus penſiones inferri debebant deceſſerit, an diuidi debeant inter hæredem fructuariæ, & Rempublicam, cui proprietas legata eſt? Reſpondi, Rempublicam quidem cum Colono nullam actionem habere, fructuariæ uerò hæredem ſua die (ſecundùm ea, quæ proponerentur) integram penſionem percepturam.* Hactènus *Scæuola loco cit.*

Mouentur ea ratione *Doctores*, quia in tali caſu penſiones regulantur tam-
11 quàm fructus, adeò vt in illis pariter obſeruari debeat, quod in fructibus obſeruatum extitit, & ob id cùm loco fructuū habeatur penſio in *l. mercedes ff. de petit. hæred. ac in l. prædiorum ff. de uſur.* debet eorum pariter ſequi naturam, ad regulam deſumptam ex *l. ſi eum* §. *qui iniuriarum ff. ſi quis caut.*

Sed quæſtionis eſt, quid in caſu, quo contingerit fructuarium decedere, non perceptis fructibus, ſed benè illis pen-
12 dentibus, an autem penſio prædicta locationis ſit diuidenda inter hæredes fructuarii, & proprietarium, & ſic an aliqua portio de penſione hac locationis ſit aſſignanda hæredibus fructuarii.

Hæc quæſtio eſt diuerſa ab alia deſuper propoſita, & reſoluta: nàm in ea actum extitit de fructibus pendentibus tempore finiti vſusfructus, hìc verò agitur de penſione debita ex cauſa locationis fructuum, iuxtà terminos *l. defuncta* 65. *ff. de uſufr.*



Digitized by Google

Ad cuius reſolutionem *Alber. in d. l. defuncta verſ. ſed quarè aliud*, cum quo videtur etiam concordare D. *de Franch. deciſ.* 168. *num.* 17. dicit, prædictæ penſionis faciendam eſſe diuiſionem pro rata temporis, ea ratione, quia facta locatione fuit quæſitum ius fructuario petendæ penſionis, ad *text. in l. uenditor ex hæreditate ff. de act. uel hæred. uendit.* Addit rursùs *Albericus*, & cum eo idem D. *de Franch. loco citat. nu.* 18. quòd dato adhùc non competeret actio fructuario, quam iàm competere tradunt eſſe in confeſſo, aget vtique proprietarius, & ipſe proprietarius poſtmodùm fructus illos, ſiuè penſionem reſtituere debet vſufructuario, vt ipſemet *Alber.* tradit in *l. fructus col. pen. uerſ. ſed retenta ff. de re iudic.* Et quamuis *Albericus* tradat, eſſe reſtituendum fructuario: nā de fructuario, non verò de eius hæredibus *ibi* loquitur, hoc idem erit ſtatuendum de hæredibus, vt ſcilicèt hæredibus ipſius fructuarii reddere teneatur, in quem omnia iura tranſlata ſunt, ad *text. in l. cùm hæredes ff. de acquir. poſſeſſ.*

13 Hanc tamen *Alberici* ſententiam iure pluribus modis impugnát, ac expugnat D. *Turaminus* Præceptor meus *d. cap.* 5. *nu.* 23. *&* 24. *lib. ſingul. ad l. diuortio ff. ſol. matr.* Et primò, quia contrarium ſtatutum eſt de fructibus in *d. l. in ſingulos ff. de annu. leg. & d. l. ſi uſufructuarius meſſem ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* tradunt *Ioann. Faber*, & alii relati per ipſum D. *de Franch. d. deciſ.* 168. *nu.* 8. vndè ſi locauerit, quemadmodùm habetur ratio temporis perceptorum fructuum, non verò deſtinatæ ſolutionis ad commodum ipſius vſufructuarii, vt in *d. l. defuncta*, ità pariter quoad eiuſdem fructuarii incommodum erit eadem ratio ſeruanda, per regulam illam, quòd qui ex vno ſentit commodum, debet ex illo etiam ſentire
14 incommodum *l. ſecundùm naturam ff. de regul. iur.* Secundò, quia locādo fructuarius non dicitur locare ius vtendi, quod perſonale eſt, in tantum, quòd ſi alteri illud ceſſerit, nihil agere videretur, ſed benè perceptionem fructuum, ſecūdùm *gloſ. in §. finitur in uerb. cedendo Inſtit. de uſufr.* Addit, quia ſtatim atq; mortuus eſt
15 vſufructuarius, per cuius mortem finitur vſusfructus, vt in *d. §. finitur*, Colonus, qui conduxit non percipit fructus ex iure vſufructuarii, igitur penſio locationis non debet ſolui hæredi ipſius vſufructuarii, nomine ipſius vſufructuarij. Et ſi in terminis *d. l. defuncta* debetur penſio hæredi fructuarii nomine, id euenit, quia Colonus iure vſufructuarii, ac eo viuente percepit fructus ex fundo locato. Et ità in hoc reſidet D. *Turaminus loco cit.* ſubdens, nàm aliàs ſi attenderetur *Alberici* ſententia, ſubuerteretur omninò ratio, & diſpoſitio *d. l. defuncta*, quæ vera in ſe eſt, & à nemine controuerſa. Ad id modò, quod tradit *Albericus* pro ſua ſententia confirmanda, quòd ſcilicèt vſufructuarius, lege permittente, locauerit, & proindè per locationem factam, iure permittente, acquiſiuiſſe ius petendæ penſionis, ad *tex. in l. venditor ex hæreditate ff. de hæred. vel act. vend.* reſpondet idē D. *Turamin.* nullo modo id probari ex ea *l.* eò quòd fructus poſt mortem ſuam percipiendos fructuarius nec potuiſſet locare, nec præſtare patientiam in illis percipiendis, & conſequenter nec acquirere aliquod ius petendæ penſionis.

16 In vno tantùm caſu admittendam cenſeo *Alberici* ſententiam deſuper allatam, ac ampliandam ſimiliter, declarādamq; diſpoſitionem *d. l. defuncta ff. de vſufr.* ad quem miror, neminem ad hæc vſq; tēpora aduertiſſe ex omnibus, quos viderim, & eſt in pēſione locationis fundi, ex quo pluribꝰ vicibus in anno, variatiſq; eiuſdem anni temporibus diuerſi pariter percipiuntur fructus, tales ſunt præcisè fundi arbuſtati in tota Regione Felicis Campaneæ, vulgò, *Terra de Lauore*, in quibus pluriès in anno diuerſi percipiuntur fructus: nàm de menſe Februarii, & Martii cæduntur arbores germinales, aliàs gremiales, ſeù (vt vulgò) putantur, & virgulti cæſi beneficio cedunt conductoris nomine vſufructuarii, in menſe deindè Iunii ſecantur Segetes, & Blada, itemque percipitur fructus ex Lino, & Canape. Rurſùs de menſe Auguſti excipiuntur Perſica, Pira, Poma, & ſimilia. De menſe deindè Septembris colli-

Digitized by Google

colliguntur vuæ vindemiales, in menſe deindè Decembris colliguntur oliuæ, aùt alij fructus ſerotini, in tantum, quòd quemadmodū patet ex relatis exemplis, plùriès in anno Colonus diuerſos percipit fructus. Si ergò daretur caſus, quòd fructuarius locaret ſimilem fundum, deindè infrà anni tempus moreretur, nulli dubium, quòd non eſſet habenda ratio in hoc caſu iuxta diffinitionem deſumptam ex *dicta lege defuncta*, ſed facienda erit diuiſio penſionis locationis inter proprietarium, & hæredem fructuarii, non ad ratam temporis, habito reſpectu à die locationis, vſquè ad diem defunctionis fructuarii; ſed benè habito reſpectu ad ratam, iuxtà quantitatem generis fructuum, quos percepit conductor in vita fructuarii: ità vt ſi ceſſerint ſegetes, & blada in vita fructuarii, de illa rata arbitranda habebitur ratio in diuiſione facienda. Si ceſſerint vuæ vindemiales, de illis erit habenda ratio, & ſic deinceps.

Comprobat hoc ipſum ratio, ac iuris diſpoſitio. Ratio, quia ſi non locaſſet fructuarius, feciſſet vtiquè fructus ſuos, qui in vita ipſius fuerint recepti, & propterea non debet fieri deterius ipſius ius ex locatione, dùm iura nō improbant locationem præfatā, quinimò expreſſim admittunt, vt in *d. l. venditor ex hæreditate ff. de hæred. vel act. vend.*

17 Probant iura, quia ſemper concedunt fructus perceptos beneficio fructuarii, eiuſque hæredum, ſic in *dicta leg. defuncta*, ſic in §. *is verò Inſtitut. de rer. diuiſ.* in *leg. in ſingulos in fine ff. de annu. legat.* in *leg. ſi vſufructuarius ff. quibus modis vſusfruct. amitt.* ac in *leg. ſi*
18 *fur ff. de vſufruct.* ſic à ſimili in *leg. ſi operas 33. ff. de vſufruct.* in qua emolumentum locationis operarum ſerui vſufructuarii diuiditur pro rata tēporis, quo vſufructuarius vixerit inter ipſum proprietarium, & hæredes fructuarii, non alia ratione, niſi quia ſingulis diebus fit integra opera, ſingulisquè diebus dicuntur percipi, & ob id non maturus, nec pendens, ſed perceptus dicetur fructus diurnalis. Non ſecùs in hoc caſu, in quo non præſumptione iuris conſideratur vti perceptus, ſed effectualiter fructus ille, qui fuerit per Colonum perceptus infrà tempus, quo vſufructuarius vixerit.

Hoc autem, quod dictum eſt de fructibus non perceptis, vt ſcilicèt finito vſufructu pertineant ad proprietarium, non verò ad hæredes fructuarij, intelligas de fructibus naturalibus, & induſtrialibus, nàm de ijs loquuntur omnia iuris loca deſuper allatá, & conſen-
19 tiunt communiter *Doctores*. Vndè limites primò, non procedere quòad penſiones locationis operarum ſerui, quæ, vt ſuprà retigimus, ſunt diuidendæ pro rata temporis inter Dominum proprietarium, & hæredes fructuarij, nàm ità per *text. in leg. ſi operas 33. ff. de vſufruct. ac in l. ſi communis ſeruus 18. §. fin. ff. de ſtipulat. ſeru.* vbi ēt *gloſ. in verbo pecuniam, ac Angelus num. 1.* concludit *Alexand. in l. diuortio §. non ſolùm circà finem ff. ſolut. matrimon.* Ratio af-
20 fertur, quia cùm ex operis ſerui quolibet die percipiatur vtilitas, vt etiàm ſuprà indicauimus, iure merito quolibet etiàm die videntur percipi *l. prima ff. de oper. libert.* & proindè fiet diuiſio in illis iuxtà tempus, quo durauit vſusfructus, vel. vſq; ad tempus finiti vſusfructus, ceù perceptæ penſionis pertineant ad fructuarium, eiuſq; hæredes, prò reliquo verò tēpore vti pendentes ad proprietarium, non ſic in fructibus, cùm non percipiantur ii, niſi in certa parte anni, quarè neceſſariò pro penſionibus, quæ eorum reſpectu debentur attendendum erit tempus perceptionis, & ad hæredes fructuarii pertinebunt, iuxtà terminos *d. l. defuncta ff. de vſufruct.*

21 Limites ſecundò, ac intelligas præfata, vt procedant quòad prædia ruſtica, non verò quòad vrbana, in quibus eadem ratione; quia ſcilicèt ſingulis diebus videtur percipi fructus erit facienda diuiſio pro rata tēporis, quo durauit vſusfructus inter hæredes fructuarii, & proprietarium, ad *tex. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locati*, quem in id expendit



Digitized by Google

*Gomez.variar.reſolut.tomo 2.cap.3.nu.5.* probat etiàm *Barboſa in l.diuortio par.2. nu.25.ff.ſol.matrim.*

22 Limites tertiò, vt nõ procedat in quibuſcumquè fructibus ciuilibus, eademmet ratione, quia in illis videntur ſingulis diebus fructus percipi, & tales ſunt vſuræ, ſiuè tertiæ annuæ debitæ ex cauſa capitalis pretij in contractibus cenſualibus, itèm vecturę nauium, & iumentorum, affictus domorum, molendinorum, operarum ſerui, vſus animalium, penſiones, liuellarij, aliaquè id genus ciuilium fructuum, in quibus dicuntur ſingulis diebus fructus percipi, ac in quolibet die dicitur perceptus fructus, & ità reſident in hoc cõmuniter *Doctores*, tametſi videantur promiſcuè loqui, aùt in terminis emptoris, aùt fideicommiſſarij, aùt vſufructuarij, nàm in proprijs terminis vſufructuarij loquitur *Alexand.in l.diuortio §.non ſolùm ff.ſolut.matrimon.* agit *D. de Franch. deciſ.79. & deciſ.160.* alios conſentientes recenſet *Peregrin.de fideicom.art.49.nu.99.* & hoc nullam admittit difficultatem.

23 Limites etiàm, & intelligas præfata quoàd oleam, quæ de per ſe ſua ſponte cadit, de qua non eſt eadem iuris diſpoſitio, quæ de ea, quæ excutitur, cùm excuſſa beneficio vſufructuarii cedat ſtatim poſt excuſſionem, cadẽs verò ſpontè beneficio proprietarii, antequàm recondatur *d. l.ſi vſufructuarius 13.ff. quib. mod.vſusfruct.amitt.*

Et hæc omnia ſuprà poſita de plano procedunt. Difficultatis cardo in eo vertitur. Nàm ex quo *text. in d.l. defuncta*, iuncto *d.§.is verò* cum concordantibus concedit fructuario, eiuſque hæredibus

24 fructus perceptos, quæſtionis eſt videre, quando dicantur fructus percepti, & ſic an ſufficiat, vt ſint in totum à ſolo ſeparati, an verò requiratur vltrà ſeparationem à ſolo factam etiàm in horreis facta reconditio.

Hanc quæſtionem excitauit *gloſ.in d. l.ſi vſufructuar.in 2.lectur.eiuſdẽ ff.quib. mod.vſusfruct.amitt.* itèm in *l.ex diuerſo* aliàs incipit, *& ex diuerſo 36.ff.de rei vẽdic.in gloſ.magna 1.in princ.circà eiuſdem princ.* rurſùs in *l.qui ſcit §.ſi alieno in verbo percipiuntur ff.de vſur.& in l.ſi fur in princ ſimiliter in verbo percipiantur ff.de vſufruct.* quibus in locis concludit, tunc dici perceptos fructus in terminis præfatorum iurium fauore fructuarii, eiuſq; hæredum, cùm fuerint in horreis reconditi, ità vt non ſufficiat ſola reſecatio, ac à ſolo facta ſeparatio, cum *glo.* præfata concordàt alia *gloſ.Iuris Canonici in cap. ſi propter in verb.primi anni de reſcript.in 6.ac in cap.fin.in ver.reſeruati in fine de offic.ordin.eod.lib.6.* ſequuntur illas *Bart. in conſ.232.ſub nu.1.verſ præterea certum eſt*, ac *Calderin. conſ.2. num. 2. de pecul. cleric.*

Mouentur ex *text.in dict.l.ſi vſufructuarius in verſic.Iulianus ff. quibus modis vſusfruct.amitt.* quo loci videtur *Iulianus* reprobare in vſufructuario ſententiam *Labeonis, in eo text.* per *Paulum* relatam in *principio ipſius*, in qua exiſtimabat *Labeo* ſatisfieri, quòd fructus ſint à ſolo ſeparati, ad hoc vt vſufructuarius ſuos faciat, quam opinionem fauore tantùm bonæ fidei poſſeſſoris admiſit, dùm ait *Iulianus*, fructus tùnc fieri fructuarii, cùm eos perceperit,

25 hoc eſt, (vt exponit *gloſ.ibi*) in horreis reconderit, ad differentiam bonæ fidei poſſeſſoris, qui per ſolam ſeparationem à ſolo factam, mox ſuos facit. *Iulianus* ait (inquit *ibi Paulus*) fructuarii fructus tùnc fieri, cùm eos perceperit, bonæ fidei autem poſſeſſoris mox quàm à ſolo ſeparati ſunt, vt ergò aduerſetur primum reſponſum *Iuliani* de fructuario alteri de bonæ fidei poſſeſſore lato, neceſſariò intelligi illud oportet diuerſimodè ab eo, & ſic dùm fructus fiunt bonæ fidei poſſeſſoris, mox quàm à ſolo ſeparati ſunt, ex vi aduerſatiuæ, & differentiæ, quam propoſuit *Iulianus* inter vnum, & alterum caſum, neceſſe aſſeuerandum eſt, fructuarii non fieri fructus mox quàm à ſolo ſeparati ſunt, ſed benè cùm à ſolo ſeparauerit, & in horreis etiàm reconderit. De hoc *Iuliani* reſponſo habetur in *l.ſi fur 14.ff. de vſufruct.in princ.* ibi, *quoniàm fructus non fiunt fructuarij, niſi ab eo percipiantur, licet ab alio à terra ſeparentur.*



Digitized by Google

Hanc eandem differentiam inter fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſorem iiſdem formalibus verbis comprobat *Vlpianus in l. qui ſcit* 25. §. *præterea ff. de vſur.* vbi in hæc verba reſpondit. *Præterea cùm ad fructuarium pertineat fructus à quolibet ſati, quantò magis hoc in bonæ fidei poſſeſſore recipiendum eſt, qui plus iuris in percipiendis fructibus habet, cùm fructuarij quidem non fiant, antequàm ab eo percipiantur, ad bonæ fidei autem poſſeſſorem pertineant, ſi quoquo modo à ſolo ſeparati fuerint.*

Contrariam autem ſententiam ſubſtinuerunt *Azo*, alijquè antiquiores in *dict. l. ſi vſufructuarius*, vt ſcilicèt fructus dicantur percepti fauore fructuarij, ſtatim ac à ſolo ſeparauerit, tametſi in horreis non reconderit, nullamquè intercedere in hoc differentiæ rationem inter fructuarium, ac bonæ fidei poſſeſſorem, ac quòd omnia iura deſuper relata in hac materia loquantur de fructibus perceptis tantùm, qui tales dicentur, ſi à ſolo fuerint tantùmmodò ſeparati, ità vt non ſit neceſſaria ipſorum in horreis reconditio. Et quòad differentias inter ipſos enunciatas in *dict. l. ſi vſufructuarius* procedere eas tradunt quòad modum perceptionis fructuum inter fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſorem, vt ſcilicèt bonæ fidei poſſeſſor faciat illos ſuos ſtatim ac fuerint à ſolo ſeparati, & hoc indiſtinctè, tàm ſcilicèt ſi fuerint ab eo percepti, quàm ſi ab alio quocumquè proprio nomine, in fructuario non ſic, ſed eos tantùm ipſe faciat ſuos, qui ab ipſo fuerint ſeparati, vel ab alio ſuo nomine, & mandato percepti, & ſic, vt *Iulianus* in eo *text.* non videatur corrigere, nec in effectu corrigat ſententiam *Labeonis* intendentis conſtituere differentiam quòad præfatum modum perceptionis fructuum inter vtrumquè, quinimò manifeſtè approbet, ac apertè etiàm voluerit *Iulianus*, *Labeonis* ſententiam præfatam intercedere etiàm in vſufructuario.

Comprobat hoc ex verbis eiuſdem *l. ſi vſufructuarius*, ibi, *fructuarij fructus tunc fieri, cùm eos perceperit*, exponendo perceperit, ipſe ſcilicèt, vel alius ſuo nomine, & vlteriùs ibi, *bonæ fidei autem poſſeſſoris mox quàm à ſolo ſeparati ſunt*, tàm ſcilicèt à ſe, quàm ab alio quocunquè.

Id ipſum deducunt etiàm ex *text. in d. l. qui ſcit* §. *præterea*, ibi, *cùm fructuarij quidem non fiant, antequàm ab eo percipiantur, ad bonæ fidei autem poſſeſſorem pertinēt quoquo modo à ſolo ſeparati ſunt*, quæ verba, *ab eo*, & *quoquo modo* tradunt, apertè declarare differentiam præfatam.

Quò verò tandèm ad *d. l. ſi fur ff. de vſufr.* ibi, *quoniàm fructus non fiunt fructuarij, niſi ab eo percipiantur, licèt ab alio à terra ſeparentur* dicunt, intellectum excipi à præfatis verbis, ibi, *ab eo percipiantur*, quaſi innuat *text.* neceſſariò requiri ad acquiſitionem fructuum in fructuario, vt ab ipſo vſufructuario ſeparentur, non verò ab alio.

26 Adducunt tandèm differentiæ rationem inter vtrumq; caſum, quia quòad fructus bonæ fidei poſſeſſor habetur pro Domino, vt in *d. l. qui ſcit* §. *in aliena*, & §. *porrò*, & propterea ſufficit à quocumq; percipiantur, ad hoc vt acquirat eos tanquàm Dominus, non ſic in vſufructuario, qui cum animo Domini non poſſideat, ſed ſolùm habet ſeruitutem perſonalem ad fructus percipiendos, ad hoc vt faciat ſuos oportet, vt ipſe, vel alius de eius mandato, ac voluntate ſuſcipiat.

Hactènus *DD.* pro confirmanda *Azonis*, & antiquorum ſententia, cū quibus concordant etiàm *Alber. Bald. & alij in d. l. ſi vſufructuarius, ijdem Alber. & Bald. ille in l. diuortio nu. 12. ff. ſol. matr. iſte verò in l. cùm in plures* §. *meſſem in fine ff. locati, ipſe idem Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum col. 4. verſ. ſed ſtatim quæritur de cōſtit. Salyc. in l. ſi pater C. de vſufr. Florian. in d. l. qui ſcit* §. *ſi alieno ff. de vſur. Imol. & Domin. in cap. ſi propter de reſcript. in 6. Tiraqu. de retract. conuent.* §. 5. *glo.* 4. *nu.* 1. vbi licèt titubare videatur, teſtatur tamē, hanc eſſe cōmunem opinionem, *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 15. num. 12. Gutier. canon. quæſt. cap. 33. nu. 4. Gamma deciſ. Luſit. 309. nu. 6. Valaſc. in praxi partit. c. 33. n. 11. cū ſeqq. D. de* Frāch. *deciſ.* 268. *n.* 10.



Digitized by Google

*Capiblanc.de Baron.pragmat.*5.*num.*20. vbi tradit,*gloſ.*opinionem nõ eſſe tutam, ſed communiter confutatam, ac in *ſuis pract. quæſt.ad pragm. præfatam cap.*22. *num.*7. *Caualcan. de vſufr. mul.rel. num.* 242.*Garſias de expenſ. & meliorat.cap.*1. *num.*11.*Caroc.de locat. & conduct.gradu* 3.*perſon.quæſt.*26. alios recenſet,cum quo ipſe quoquè concordat *Barboſa in l.diuortio parte* 2.*num.* 27.cæteriq; frequentiùs.

Cæterùm,ſententia iſthæc *Azonis*,& ſequacium, ſicuti communiter recepta eſt, ſic è contrà iuribus, & fundamentalibus rationibus prorsùs deſtituta apparet, idque facillimè conuincetur, ſi oſtenderimus iuris loca ponderata pro *Azonis*, ac ſequacium ſententia, concluſionemq; ſiuè diſcrimen exindè ab ipſis excepta nihilum pro iiſdem vrgere.

Concluſio deſumpta ab ipſis eſt, vt non conſtituatur differentia in præfatis iuribus circà modum perceptionis fructuum inter fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſorem, ſi ſcilicèt tantùm à ſolo illos ſeparent, an verò etiàm in horreis recondant, ſed benè, vtrum per ſe ipſos, alioſque eorum nomine fructus percipiant, an verò per ſe ipſos, ac nomine ſuo, an etiàm ſi ab aliis percipiantur. In primi generis perceptione conſtituunt fructuarium, vt ſcilicèt ſi ipſe, vel alius eius nomine tantùm fructus percipit, faciat ſuos, nulla diſtinctione adhibita, an fuerint à ſolo ſeparati, an verò in horreis etiam reconditi. In ſecundi generis perceptione conſtituunt bonæ fidei poſſeſſorem, qui ſiuè de per ſe percipiat fructus, ſiuè etiàm alius ſuo nomine, ſiuè tandem alius, aliter, quàm ipſius bonæ fidei poſſeſſoris nomine percipiat, ſemper faciat illos ſuos, nulla adhibita, nec cõſtituta differentia, vt dictum eſt, quòad ſeparationem ex ſolo, aùt reconditionem in horreis.

Quæ tamen differentia tantùm abeſt, vt ex relatis iuris locis excipiatur, vt nedùm quidem in illis prorsùs de ipſa mẽtio fiat, ſed nè quidem de ea ſomniauerint *Iuriſconſulti*, vt autem id planum reddatur, ipſa iuris loca examinabim⁹, &

27 Primò quòad *tex.in l.ſi vſufructuarius ff.quibus mod.vſusfruct.amitt.*facti ſpecies in ea proponitur à *Paulo lib.*3.*ad Sabinum* de fructuario, qui meſſem fecit, deindè deceſſit, iacente tantùm meſſe in ſolo, non tamen adhùc exportata, nec in horreis recondita, ſic diſertis verbis in princ.ibi, *ſi vſufructuarius meſſẽ fecit, & deceſſit, ſtipulã, quæ in meſſe iacet, &c.* In cuius facti ſpecie reſpondit *Labeo*, ſtipulam, ideſt fruges, ſiuè Bladũ meſſum hæredis fructuarii eſſe, ſpicã verò, quæ terra tenetur Domini fundi eſſe. Spicam intelligas in hoc illam, ſcilicèt in terra proiectam, de manu meſſorum cadentem, non manipulatam, de qua propriè loquitur *Sacra Scripturæ locus Ruth cap.* 2.ibi, *Si iubes vadam in agrum, & colligã ſpicas, quæ fugerint manus metentium*, ac vlteriùs *ibidem. Atque indè ſurrexit, vt ſpicas ex more colligeret.* Et de ea aderat præceptum Dei *Leuit.cap.*23. ibi, *Poſtquàm meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam vſq; ad ſolum, nec remouentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas.* Reddit rationem *Labeo*, quia fructus percipitur, ſpica, aùt fœno cæſo, aùt vua adempta, aùt excuſſa olea, quàmuis nondùm tritum frumẽtum, aùt oleum factum, vel vindemia coacta ſit, cum differentia tamen quòad oleam, quæ per ſe decidit, de qua eſt aliud diffinitum, quàm de olea excuſſa. Subdit mox *Paulus ibi Iuliani* ſententiam, quam & ipſe probat, ceù vltimò ab eo relatam, vt moris veterum *Iuriſconſultorum* eſt, qui ſic cenſuit, *Fructuarij fructus tunc fieri, cùm eos perceperit, ad differentiam bonæ fidei poſſeſſoris, qui ſuos facit ſtatim, quàm à ſolo ſeparati ſunt.* Hactènus vterque, *Labeo* ſcilicèt & *Iulianus*, ex quorum reſponſis nihilum de differentia per *Azonis* Aſſeclas excogitata, cùm innitantur ea reſponſa ſuper facti ſpecie tantùm propoſita de vſufructuario, qui meſſem fecit, deindè deceſſit. Vndè quando ipſi dicunt ex verbis illis, *fructuarij fructus tùnc fieri, cùm illos perceperit, bonæ fidei autem poſſeſſoris mox quàm à ſolò ſeparati ſunt*, intelligi, ac loqui *Iulianum* de differẽtia, an ſcilicèt ipſe fructuarius, vel

Digitized by Google

vel alius ſuo nomine perceperit, an verò bonæ fidei poſſeſſor, aùt alius tàm nomine ſuo, quàm ſi alieno, apparet id commentitium, cùm non poſſint ea verba dirigi, niſi ad quæſtionem excitatam, nõ verò ad theſim, de qua nè quidem ſomniauerunt *ibi Paulus, Labeo, & Iulianus*. Quarè redeundo ad facti ſpeciem inibi propoſitã, rectè excipitur ex reſponſo *Iuliani*, fructus ſcilicet tunc fieri fructuarij, cùm eos perceperit, pceperit intelligas ſecũdùm *glo. ibid.* & rectè quidẽ, ideſt in horreis reconderit: nàm aliàs nõ caderet differentia inter ipſum fructuarium, & bonę fidei poſſeſſorem, dùm ille facit ſuos mox quàm à ſolo ſeparati ſunt.

28 Patet confirmatio ex eadem *l.* in qua dùm de olea ſcribit *Paulus*, tradit, eam tantùm fieri fructuarij, quæ excuſſa fuerit, ſecùs de olea, quæ per ſe ceciderit. Si enim ſola ſeparatio à ſolo eſset ſufficiens, olea vtiquè per ſe cadens dicitur ſeparata ab arbore, & ſic congrueret cum ſeparatione à ſolo facta, & tamen non fit ſua, ergò non ſola ſeparatio à ſolo, ſed reconditio in horreis eſt neceſſaria, vt fiat fructuarii. Ampliando hoc etiã ad fructus quoſcumque, qui per ſe cadunt, non tantùm in oleis, vt *Doctores* omnes admittunt.

Ratio modò (nè hoc omittatur) quarè olea excuſſa fiat fructuarij, non verò ea, quæ per ſe cadit ea eſt, quia vſusfru-
29 ctus conſiſtit in actu eius, cui debetur, cùm non poſſit ille conſiſtere, niſi adſit aliquis, qui eo vtatur fruatur *l. 1. in princ. & §. dies ff. quando dies leg. cedat.* Quò fit, vt per non vſum fructuarij amittatur, ex eo quia deficit actus hominis, in quo verè conſiſtit vſusfructus, vt tradit *Aret. in §. is, ad quem ſub nu. 1. Inſtit. de rer. diuiſ.* Vndè dixit *Baldus*. de quo meminit, illumque etiam ſequitur *Aret. ibidem*, quòd niſi fructuarius moueat poſtmodùm dictos fructus caſu decidentes in terra de loco ad locum, vel recondat in horreum, non dicentur ſui, ea ratione, quia fructuarius habet ſolum naturalem poſſeſſionem, quæ non eſt potens ex ſe ſinè adminiculo ad fructuum acquiſitionem, ſed requiritur quodam adminiculũ acquiſitionis poſſeſſionis fructuũ per ſeparationem, eius nomine factam. Hęc *Aretin. loc. cit.* cum quo concordant *Cuiac. & Caſtill. in locis relatis per Gratian. diſcept. forenſ. c. 807. nu. 7.*

30 Secundo loco quòad *l. qui ſcit* 25. §. *prętereà ff. de vſur. Vlpianus* eandem cõſtituit in ea differentiam, quam *Paulus* ex *Iuliano* conſtituerat in *d. l. ſi vſufructuarius* Inquit enim *ibi Vlpianus. Prætereà cùm ad fructuarium pertineant fructus, à quolibet ſati, quantò magis hoc in bonæ fidei poſſeſſore recipiendum eſt, qui plus iuris in percipiendis fructibus habet? maioritas rationis in eo cõſiſtit, quia fructuarij non fiunt quidem fructus, antequàm ab eo percipiantur, ad bonæ fidei autem poſſeſſorem pertinent, ſi quoquo modo à ſolo ſeparati ſunt.* Ecce erat quæſtio in eo *contex.* de bonæ fidei poſſeſſore, qui in fundo alieno empto frumentum ſeuerat, quæſitum fuit apùd *Vlpianum*, an iſte bonæ fidei poſſeſſor faciat ſuos fructus perceptos, & reſpõdit *Vlpianus*, quòd quòad fructus, qui percipiuntur ex fundo, intelligi propriùs debet, eos accedere fructibus neutri generis, quæ ſerui acquirunt ſuis operis. Ratio eſt, quia in percipiendis fructibus inſpicitur potiùs ius corporis, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur. Vndè ſi aliquis in alieno fundo frumẽtum ſeuerit ſuum, ſeges, & omne totũ, quod collectum fuerit ex meſſibus fiet Domini fundi. Subdit mox *Vlpianus* ex hoc, *in percipiendis fructibus idem ius habere, quod tributum eſt Dominis prædiorum*. Et quia (ſubdit poſtmodùm pro confirmatione præfatorum *Vlpianus*) *ad fructuarium pertineãt fructus à quolibet ſati, quantò magis erit hoc recipiendum in bonæ fidei poſſeſſore, qui plus iuris in percipiendis fructibus habet.* Et maioritatis ratio in eo conſiſtit, quia fructuarii fructus non fiunt antequàm ab eo percipiantur, ad bonæ fidei autem poſseſsorem pertinent, ſi quoquo modo ſeparati à ſolo fuerint.

Si igitur quæſtio, vt diximus ſuprà, erat in eo *contex.* de bonæ fidei poſſeſſore ſerente in alieno fundo, quem bona fide poſſidebat, & dicitur, eſſe illos

ipſius

Digitized by Google

ipſius bonæ fidei poſſeſſoris, eò quòd maius ius habet ipſe, quàm fructuarius: nàm fructuarius fructus facit, quando fuerint ab eo percepti, bonæ fidei autem poſſeſſor, quocumque modo fuerint à ſolo ſeparati, quomodò poteſt applicari modò ad terminos diuerſos, quã ad illos in ea facti ſpecie propoſitos, in quibus non tantùm verbum vllum, ſed nè quidem *Vlpianus* cogitauerat de differentia illa, an ſcilicet ab ipſo bonæ fidei poſſeſſore, vel ab alio, etiàm alieno nomine, quàm ipſius bonę fidei poſſeſſoris ſerente, dùm in terminis illius *contex.* ipſe bonæ fidei poſſeſſor ſeuerat, nō verò alius, vt ex verbis eiuſdem, ibi, *In alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerit frumentum ſeuit*, &c. ergo ſi ipſe ſeuerat, in terminis ipſius ſerentis eſt applicanda maioritatis ratio per *Vlpianum* allata, nàm aliàs eſſet diuinatio, aliena à mente, & verbis *Vlpiani*, nec adæquata poſitio.

31 Tertiò quòad *l. ſi fur* 14. *ff. de vſufr.* non faciunt ad caſum pro *Azone*, & Aſſeclis verba illa in eo *tex.* ibi, *quoniam fructus non fiunt fructuarij, niſi ab eo percipiantur, licèt ab alio à terra ſeparentur*, in quibus ipſi magnam vim conſtituunt, dicentes, quòd dùm *Iulianus ibi* vtitur verbis illis, *niſi ab eo percipiantur, licèt ab alio à terra ſeparētur*, videtur neceſſariò in eo conſtituiſſe differentiam, vt ſcilicet ab ipſo percipiantur fructus, non verò ab alio, & ſic non quòd ad acquiſitionem ipſe fructuarius neceſſe habeat recōdere in horreis, ad hoc vt faciat ſuos: non enim iſte eſt ſenſus, nec mens *Iuliani ibidem*, ſed verba illa referuntur ad facti ſpeciem propoſitam. Facti ſpecies erat de fure decerpente, vel deſecante fructus maturos pendentes in fundo, in quo alius habebat vſumfructum. Fuit quæſitum, cui competeret condictio, an ſcilicet Domino fundi, an verò fructuario, & dicit, condictionem competere proprietario, furti verò actionem fructuario, ea ratione, quia cùm non fiant fructuarii fructus, niſi ab eo percepti fuerint, ab eo, intelligas iuxtà terminos illius *tex.* in quo agebatur de fure decerpente, ac deſecante, qui vti alienus non ſubiiciebat condictioni fauore ipſius fructuarii, ſed benè fauore proprietarii, cui condictio competebat, propterea non poterat competere condictio ipſi fructuario: nàm aliàs ſi ipſe fructuarius condiceret, eſſet prçiudicij proprietario, ea ratione, quam de mente *Marcelli* ſubiicit idem *Iulianus*, quia ſcilicet interim dùm pendent fructus, ſemper ſaltim ſpe ſunt proprietarii, fructuarii verò nō niſi apprehenſi, benè verum quia intereſt fructuarii, fructus non eſſe ablatos, propterea dabitur ipſi fructuario actio furti, non verò condictio.

Itàque patet, ex præfatis iuribus nihil excipi fauore *Azonis*, & ſequacium pro eorum ſententia confirmanda, nec ex verbis, nec ex mente ipſorum, & proindè in puncto iuris veriorem reddi *gloſ.* & ſequacium ſententiam, tametſi contrariam magis communem, ad fructuarium ſcilicet non pertinere fructus ex eo, quòd à ſolo tantùm fuerint ſeparati, ſed neceſſe fieri, vt in horreis etiam recondiderit, ad hoc vt faciat illos ſuos.

Ad quod vltrà præfata adducor, quia in omnibus præfatis iuribus ſemper quòd de fructuario ſermo habetur, ad hoc vt faciat fructus ſuos, perceptionē exigit fructuum, aùt illorum apprehenſionem, dùm autem de bonæ fidei poſſeſſore agunt, ſolam ſeparationem à ſolo factam requirunt. Vt quid ergò inculcare hos differentes terminos, ac diuerſa vocabula in eadem facti ſpecie, in conſtitutione differentiæ inter fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſorem? Si differenti vtūtur termino *Iuriſconſulti*, ergò diuerſum ius: nàm aliàs quòad hoc nō videretur, poſſe diuerſitatis rationem aſſignari, quæ diſcrimē iſtud penitùs tollat, nec *Doctores* aſſeclæ *Azonis* aliquod conueniens ad id attulerunt, ſed vnus ſecutus eſt alium, pro conſtituenda potiùs communi, quàm pro vera reddenda. Et hæc ſatis pro diffinitione iſtius articuli.

Vlteriùs modò progrediendo, vt aliqua afferamus in materia vſusfructus, ac iurium competentium vſufructuario

32 ad ornatum præſentis *cap.* notandum eſt, dari differentiam inter vſumfructum

caſua-

Digitized by Google

caſualem, & formalem. Caſualis vſuſfructus dicitur vſus rei propriæ, diciturque caſualis, quia cauſatur à proprietate rei, quę dicitur eſſe pars dominii, vt in *l.4.ff. de vſufr.* & proindè non erit ſeruitus, eò quòd res ſua propria nemini ſeruit *l. vti frui ff. ſi vſusfruct. pet.* Vſusfructus formalis dicitur ille, qui eſt ſeparatus à proprietate, vt quia ſcilicet in vna re vnus habet vſumfructum, & ſic ius percipiendi fructus, alter verò habet dominium, quo caſu, qui perceptionem fructuum habet, vſufructuarius appellatur, & dicitur habere vſumfructum formalem, & iſte formalis vſusfructus dicitur ſeruitus perſonalis *l. rectè dicimus ff. de verb. ſignif.*

33 Conſtituitur autem vſusfructus non tantùm in bonis immobilibus, ac ſoli, puta in fundo, & æde, & ſic tàm ſi fuerint prædia ruſtica, quàm ſi vrbana, itemque ſuper rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quales ſunt ſerui, iumenta, aliæque res, de quibus in *l.3.ff. de vſufr.* verùm etiam ſuper bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari nō poſsunt, qualia ſunt vinum, oleum, fru-
34 mentum, veſtimentum, pecunia numerata, & ſimilium, quorum quaſi vſumfructum, ſiuè improprium vſumfructum *Doctores* appellant, per *tex. in §. conſtituitur Inſtit. de vſufr.* in quibus authoritate Senatuſconſulti, media tamen cautione vſumfructum conſiſtere poſse tradit *Iuſtinianus in d. §. conſtituitur.*

Super quo aduertendum eſt, quòd tametſi cautio videatur exigi ex diſpoſitione *d. §. conſtituitur* pro rebus, quę vſu conſumuntur, idem erit pariter affirmādum, cum differentia tamen, quam infrà ſubijciemus, de rebus immobilibus, & ſoli, vt in *l. 1. ff. vſufruct. quemad. cau.* ibi, *Hæc ſtipulatio interponi debet, ſiuè mobilis ſit res, ſiuè ſoli, cùm de eſſentia vſusfructus ſit, ut antè omnia uſufructuarius cauere habeat, ut ibi.*

35 Cautio autem iſthæc de duobus præſtari debet. Quippè primò de vtendo fruendo arbitrio boni viri re, cuius vſuſfructus aùt legatus, aùt conſtitutus ſit: videlicet, non eſse facturum deteriorem cauſam vſusfructus, ſed cætera facturum, quæ in re ſua faceret. Et ſecundò de reſtituendo quod inde extabit finito vſufructu, vt in *d. l. 1. ff. uſufruct. quemad. cau.* & cautionem præfatam de vtendo fruendo arbitrio boni viri admittūt *DD.* omnes tàm per *tex. in d. l. 1. ff. uſufruct. quemadm. cau.* quàm etiam in *l. uſufructu conſtituto C. de uſufr.* ita *DD. in l. 1. C. eod. tit. de uſufr. Alex. in conſ. 58. num. 6. uol. 3. Iaſ. in conſ. 40. uol. 1. Roland. conſil. 92. n. 22. cum ſequ. uol. 1. Corne. conſ. 164. in fine uol. 1. Dec. Pariſ. Picus* relati per *Surdum deciſ. 67. nu. 1.* iterumque *deciſ. 109. num. 1. Gayll. practic. obſeru. lib. 2. obſeru. 46. nu. 2.*

36 Cautio item iſthæc eſt de ſubſtantia vſusfructus, vt voluit *Dec. conſ. 565. clariſſima uidetur nu. 1.* poſt ipſum *Roland. d. conſ. 92. num. 23. & Gayll. d. obſeru. 46. nu. 3.* in tantùm vt non acquiratur vſuſfructus, niſi præſtita cautione prædicta,
37 ſecundùm præfatos *DD.* Addas, vt neque faceret fructus ſuos, tametſi poſſideret, ea ratione, quia non præſtando cautionem præfatam conſtituitur in mala fide, ità vt non poſſit gaudere cōmodo fructuum, & poſſeſſio dicitur vitioſa, ita *Sicard. in l. 4. num. 7. C. de uſufr. Florian. in l. ſi cuius nu. 6. uerſ. aut fuit petita, & non præſtita ff. eod. tit. de uſufr. Crau. conſ. 300. nu. 2. Bellon. conſ. 54. n. 8.* aliique relati per *Gratian. diſcept. forenſ. c. 901. nu. 14.* concordantes alios cumulat *Surdus deciſ. 141. nu. 1.* quem ſufficiat pro omnibus allegaſſe.

38 Rursùs, non præſtando cautionem cadit etiam ab vſufructu, & teneretur ad reſtitutionem fructuum perceptorum à die petitionis, ſecundùm *Corne. in conſ. 173. nu. 8. Caſtrenſ. conſ. 279. nu. 4. uol. 1. Socin. iun. conſ. 72. num. 8. uol. 2.* adde *Pinell. de bon. matern. C. in l. 1. p. 2. num. 79. Martam deciſ. Piſana 12. nu. 15.* adnotauit *D. de Franch. deciſ. 497. num. 3. & 4.* poſt *Odofred. ac Salyc.* dicentem, durùm eſse ab hac opinione recedere, & in *anteced. num. 3.* inquit, per cautionem non præſtitam, ſi fructuarius eſset in poſseſſione rei, poſse poſseſſionem illam vendicari, per *tex. in l. ſi uſusfructus nomine ff. uſufructuar. quemad. cau.* per quem ſic concludunt *Roffredus Beneuentanus,*

*Alber.*

Digitized by Google

*Alber.* & *Fulgoſ.* per ipſum relati.

39 Limita in caſu relato per *Surdum deciſ.*281.in qua refert, cēſuiſſe Senatum Mantuanum fore abſoluendam mulierem conuentam ſuper reſtitutione fructuum propter non præſtitam cautionē, ex eo, quòd errauit in iure, credens ſe non teneri ad cautionem, ſtante remiſſione illius facta à teſtatore, ac præcepto iniuncto hæredi, vt apud *ipſum ibi ſub nu.*5.& antè *ipſum* voluit *Caualcan. de uſufr.mul.relict.ſub n.*89.*in fine.* An autē teſtator potuiſſet remittere cautionem præfatam, paulò mox infrà ſubiiciemus.

Hoc tamen de amiſſione rei, in qua

40 cōſtitutus eſt vſusfructus, ac reſtitutione fructuum per cautionem non præſtitam, non procedit indiſtinctè, ſed tùnc demùm, ſi fuerit ea petita per proprietarium: quoniam licèt ipſe fructuarius teneatur illā offerre, ad *tex. in l.*1. vbi *gloſ.* notat *in uerbo utēdi C.de uſufr.& in l.Et ſi poſſeſſori* 11.§.*ſed et ſi rerum ff. de iure iur.* ſatis tamen fiet, ſi non fuerit in mora præſtandi, in caſu, quo expetita fuerit à proprietario.

41 Vndè dixit *Bar. in l. uſufructu in fine C. de uſufr.* quòd ante petitionem non ſolùm non eſt in mora, verùm faciet etiā ſuos fructus perceptos, ſequuntur ipſum *Dec. conſ.*607. *uiſo puncto nu.*3. *uerſ. & cōcluſio ſupradicta, Ruin.conſ.fin.n.*26. *vol.*2. adde *Bal. Salyc. Imol.Soc.iun.Beron.& Nattam* relatos per *Surdum de aliment.tit.*7. *q.*19.*nu.*17. *ac Gratian. deciſ. March.*3.*in addit.nu.*2.

42 Mora tamen iſthæc conſtituetur nèdum per quamcumque interpellationē, ſecundùm *DD.in l. quod te ff. ſi cert. pet.* & ſic non tantùm per iudicialem, ſeù per litis conteſtationem, ad *tex. in l.*1.*in* 2.*reſponſo ff. de penu.leg.* verùm etiam per interpellationem extraiudicialiter factā, vt adnotauit *gloſ. in l. qui Romæ* §. *cohæredes in uer. teſtat. ff. de uerb. obligat. in l.uinum, ibique Iaſ.nu.*15.*ff. ſi cert.pet.* vbi concordantes allegat, notat *Surdus in deciſ.*281.*nu.*2.

43 Cautio in tali caſu præſtāda erit cum fideiuſſoribus, vt inquit *Guid. Papa deciſ.*248.& poſt eum alias etiam rationes cumulando *Caſſan. in Conſuetud. Burgund.rubr.*4.§.6.*ver. & ſer.z tenue ſub nu.*4.*Anton.Gabriell.commun. concluſ. tit. de vſufr.concluſ.*1.*n.*2.adde *Minſynger.ſingul.obſeru.centur.*6.*obſeru.*48.*num.*2. Et

44 hoc adeò verum, quòd non debet audiri volendo præſtare cautionem iuratoriam, & ità tradit *gloſ. in l.*4. *C. de uſufr. ibique etiam DD. Iaſon in l.*1. *col.*1. *ff. qui ſatiſd.cog.idem Guid. Pap. deciſ.*250. *in princ.Caſſa.loco cit.nu.*5. *ac Surd. deciſ.*141.*nu.*2.

45 Quando tamen vſufructuarius eſſet perſona idonea, ac notoriè diues, ſufficeret cautio iuratoria ipſius cum hypotheca bonorum, quemadmodùm in ſimili diximus de cautione præſtanda ad formam *Auth. quæ ſupplicatio C. de precib.Imper.offer. in noſtro tract. de reſtitutor.interd.gloſ.*1.*num.*43 *per Bart. Ioan. de Plate.Paul.de Caſtr.Barboſ.Tiraqu.& Conſil.Paſcal.in locis inibi relatis,* voluit in proprijs terminis *Gayll.pract. obſeru. lib.*2.*obſeruat.*47.*& D. de Franch. deciſ.*492.*nu.*8.

46 In caſu verò, quo fructuarius non reperiret fideiuſſores, dicit *Guid. Pap. deciſ.*250. bona, ſuper quibus conſtitutus eſt vſusfructus committi debere alicui bono viro, qui de commoditate fructuū reſpondere habeat fructuario, ſecutus *Guliel. de Cun. & Bar. in l. uſufructu C. de uſufr.* ad *tex. in l. poſtquàm* §. *Imperator ff. ut in poſſ. leg. uel fideicom.* ac quòd ità fuerit deciſum, ſequuntur illum *Caſſan.loco cit.num.*5.*Bellon.conſ.*54.*num.*6.*Bertrand.conſ.*144.*nu.*12.*uol.*3. *Gabriell. d.concl.*1.*nu.*37.*Caualcan. de uſufr. mul. rel.num.*150.*Seraphin.de priuileg.iuram. priuil.*18.*num.*42.*uerſ.& ut reuertamur, Surd. deciſ.*141. in qua examinat articulum, an vſufructuarius pauper, qui dicit non reperire fideiuſſoriam cautionem admitti debeat ad iuratoriam, an verò cauere omninò debeat cum fideiuſſoribus, aliter ſit priuandus vſufructu, vel ſit ei iuxta delata ſuccurrēdum, adde *Andr. Claudium in tract. de ſequeſtr.c.*10.*n.*29. *Griuell.deciſ.Dolana* 42.*n.*5. *ac Hodiern. ad Surd. deciſ.*281.*nu.*9. vbi alios etiam præter relatos coaceruat, ac *Gratian. diſcept.forenſ.c.*901. *num.*13. Iuxtà quæ in caſu inibi relato tradit *D. de Franch. d. deciſ.*

Digitized by Google

*deciſ.* 497. fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, propter inhabilitatem fructuarii, quia ſcilicet non poteſt præſtare cautionem, non fore priuandum commodo uſusfructus, ſed quòd poſſeſſio rei, in qua conſtitutus erat conſignaretur proprietario, qui ſatiſdare deberet de ſoluendo uſufructuario omnes fructus percipiendos ex re vſufructuaria, deductis expenſis faciendis in cultura, & in recollectione fructuum, ac quòd taliter fuerit vtrique cõſultum, proprietario ſcilicet, & vſufructuario. Proprietario, quia ipſe gubernaret rem ſuam, perpetuò apud eum permanſuram. Vſufructuario, qui non poterat propter paupertatem cautionem præſtare, quia conſequeretur fructus abſque cautione. Et iuxtà ſententiam Sacri Conſilii, tametſi non faciat mentionem de *D. de Franch.* reſidet etiam *Andr.* Fachinæ. *controuerſ. iur. lib.* 8. *c.* 40. ad diffinitionem quæſtionis præfatæ, quam ipſe *ibi* relatis omnibus opinionibus propoſitis in ea reſoluit, an ſcilicet ſufficiat cautio iuratoria, dum vſufructuarius ſatiſdare nõ valet, iuxtà hanc deciſionem Sacri Cõſilij cenſuit etiam Camera Imperialis, teſte *Minſynger. ſingul. obſeru.* 48. *in fine centur.* 6.

47 Notes inſuper, cautionem iſtam eſſe adeò de ſubſtantia actus, ad hoc vt fructuarius faciat fructus ſuos, ac quòd illa non præſtita, illos non lucretur, quinimò teneatur ad reſtitutionem perceptorũ, vt ſuprà traditum eſt, vt neque poſſit cautio præfata remitti à teſtatore, eſt *tex. in l.* 1. *C. de vſufr.* quem in id probãt, & expendunt *ibi Bar.* Bald. *&* cæteri, ac per eum ſic reſponderunt conſulendo *Paul. de Caſtr. conſ.* 221. *col.* 1. *vol.* 2. *Abbas conſ.* 4. *in fine vol.* 2. *Alex. conſ.* 88. *vol.* 3. *Crau. conſil.* 187. *num.* 7. *Iaſ.* alios etiam referens *conſil.* 40. *in princ. vol.* 1. Bellon. *conſil.* 54. *num.* 3. *Ruin. conſ.* 202. *col.* 2. *vol.* 2. *Roland. à Valle conſil.* 92. *nu.* 2. *vol.* 1. *adde* Ripam *in l. nemo poteſt nu.* 39. *ff. de legat.* 1. *Pinell. de bon. matern. l.* 1. *part.* 3. *num.* 75. *ampl.* 10. *Simon de Pratis de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *interpret.* 2. *dubit.* 2. *ſol.* 2. *num.* 10. *adde Soccin. & Vaſqu. relatos per Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 901. *num.* 12.

48 Amplia hoc primò, etiam ſi ad id accederet licentia Principis, & ita *Ruin. d. conſ.* 202. *col.* 2. *Roland. d. conſ.* 92. *ac Gabriell. commun. concluſ. d. tit. de vſufr. concluſ.* 1. *nu.* 30.

49 Amplia ſecundò, etiam ſi teſtator apponeret pęnam priuationis hæreditatis, aut aliam conſimilem pœnam hæredi proprietario, in caſu, quo exigeret cautionem prædictam, & ita *Ruin. Simon de Præt. Imber. Dec. & Guid. Pap.* relati per *Surdum deciſ.* 109. *nu.* 3. qui pro ratione addunt: nàm aliàs vſufructuarius inuitaretur ad delinquendum, ſecundùm *Bal. d. l.* 1. *nu.* 10. *C. de vſufr. ac Roland. à Valle d. conſ.* 92. *nu.* 2.

50 Limita hoc tamen, quando ipſe hæres remiſiſſet, quia cùm ad ſui commodum cautio prædicta inducta ſit, poterit illi renunciare, & ita *gloſ. in d. l.* 1. *C. de vſufruct. vbi Bart. & Salyc.* adde alios coaceruatos per *Gabriell. d. concluſ.* 1. *nu.* 43.

51 Et hoc etiam in vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, quo caſu neque poterit teſtator cautionem remittere, ità *Ioan. de Imola in cap. vltimo circa finem de pignor. Bart. Bald. Fulgoſ. ac Paul. de Caſtr. in d. l.* 1. *C. de vſufr. Pinell. in l.* 1. *C. de bon. matern. par.* 2. *poſt num.* 76. *ac Fachinæ. controuerſ. iur. lib.* 8. *cap.* 42. Quicquid contrà cenſuerint alii relati per eundem *Fachin. ibi in princ.* per iura, quæ *ibi* cumulat.

52 Nec tantùm cautionem præſtare tenetur fructuarius, vt ſuprà, verùm etiam facere inuentarium bonorum *l.* 1. vbi notant *DD. ff. uſufr. quemadm. cau.* adde *Bertrand. conſ.* 161. *uol.* 3. quem citat,

53 & ſequitur *Minſynger. ſingul. obſeru.* 48. *centur.* 6. *nu.* 2. Et hoc adeò, vt inuentarii confectio neque remitti poſſit à teſtatore, ſicuti nec cautio, vt probant *DD.* relati per *Surd. deciſ.* 194. *nu.* 2. *cum ſeqq.*

54 ac etiam ſi ſub pœna prohiberet teſtator, vt ſuprà pariter dictum eſt de cautione, & notant *DD.* relati per *Surd. loco cit.* Limites in caſu relato per *Ripam ſingul. obſeruat.* 139. *per totum*, quando ſcilicet copulatiuè concurrat remiſſio confectionis inuentarii, ac etiam



Digitized by Google

remiſſio reddendarum rationum, quo caſu appellat cõſtitutionem in Aneclogiſtum.

Poſito iam, vt ſuprà probatum extitit, teneri ſcilicet vſufructuarium cauere, ſe vſurum re, ſuper qua fuit conſtitutus vſusfructus, ac fruiturum arbitrio boni viri, quòdque nullam læſionem afferret proprietati ex vſu, iuxtà diſpoſitionem *tex. in l. vſufructu conſtituto* 4. *C. de vſufr.* ſuper qua ità adnotauerunt *Bart. Bald.*

55 *Salyc.* & cæteri. Differentiam conſtituũt *Doctores* inter vſum fructum rerum, quæ vſu non conſumuntur, neque corrumpuntur, minuuntur, aùt veteraſcunt, & res, quæ vſu conſumuntur.

Et priori caſu dixerunt, cautionem præſtandam eſſe de illas reſtituendo in eo ſtatu, in quo reperientur finito vſufructu, & ità per *tex. in l. ſi uſusfructus mihi* §. *ſi veſtis, in l. fin. ff. vſufr. quemad. cau. ac in d. l. vſufructu conſtituto,* dixerunt *Alex. conſ.* 58. *nu.* 6. *lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 66. *in princ. vol.* 2. *Picus in l. filia* §. *Titia cùm nuberet q.* 49. *nu.* 140. *ff. de legat.* 2.

Secundo verò caſu, quando tractatur de rebus, quæ vſu conſumuntur, dixerunt, cautionem præſtandam eſſe de reſtituendis illis eiuſdem qualitatis, vel facto appretio de eas reſtituendo finito vſufructu, ſecundùm valorem, quo fuerint æſtimatæ tempore inchoati vſusfructus, & ità per *tex. in* §. *conſtituitur,* iuncto §. *ſequ. Inſtit. de vſufr. & in l. ſi tibi vini, & olei,* iuncta *l. ſequ. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* voluerunt idem *Alex. loco cit. Roland. à Valle conſ.* 92. *nu.* 23. *lib.* 1. *Picus loco ſuprà cit. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.* 61. *nu.* 12. *cum ſeqq.* cęterique adducti per *Surdum deciſ.* 67. *nu.* 2. *ac per Anton. Gabriell. commun. concluſ. tit. de vſufr. concluſ.* 1. *nu.* 19. vbi *num.* 22. teſtatur de communi opinione.

56 Quoniam verò diſtinguere videntur *Doctores* res, quæ vſu tolluntur, ſiuè cõſumuntur, vt ſunt frumentum, vinum, oleũ, & ſimilia à rebus, quę vſu minuuntur, vt ſunt veſtimenta, dolia, linteamina, tappeti, ſtragulæ, culcitræ, & ſimilia, proinde arbitrati ſunt aliqui, non idem reſpondendum eſſe in vno eorum genere, ſicuti in altero, ſed quòd in illis, quæ vſu omninò conſumuntur, ſiuè tolluntur ſtatuendum ſit, dari debere cautionem de reſtituendo eas eiuſdem qualitatis, vel de reſtituendo tantundem, prout fuerint æſtimatę tempore inchoati vſusfructus, vt ſuprà, per *tex. in d. l. ſi tibi vini, & olei*. In illis verò rebus, quæ non conſumuntur penitùs, nec tolluntur vſu, ſed tantùm minuuntur, ut ſunt ueſtimenta, dolia, &c. idem ſit ius ſtatuendum, quod in rebus immobilibus, ut ſcilicet reſtituendæ eæ ueniant in eo ſtatu, ſicuti reperiuntur finito uſufructu, etiam ſi attritæ fuerint, & hanc ſententiam tutati ſunt *Abb. in conſ.* 4. *num.* 8. *circà finem lib.* 2. *& in cap. fin. num.* 3. *de pignor. ibique etiam Cardin. & Imola num.* 24. ubi adducit pariter *Florianum in loco ibi per eum cit. Bertacchin. in* §. *vſufructuarius conuenitur nu.* 9. *Franciſcus Marcus deciſ.* 817. *nu.* 5. *& deciſ.* 818. *num.* 1. *ac Fachinæ. controuerſ. iur. lib.* 8. *cap.* 41.

Hoc tamen ſecundum diſtinctionis caput impugnarunt *Alex. d. conſ.* 58. *n.* 5. *& 6. lib.* 3. *Corneus conſ.* 177. *nu.* 4. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 96. *nu.* 3. *lib.* 2. *Arius Pinell. de bon. matern. ſuper l.* 1. *p.* 2. *num.* 80. *circà finem, Ludouic. deciſ. Peruſ.* 61. *nu.* 15. *Bertrand. conſ.* 4. *num.* 7. ...*o.* 2. *Alciatus lib.* 2. *Parerg. c.* 2. alios congerit *Theſaurus deciſ.* 80. *num.* 1. ubi loquendo in terminis uſusfructus ueſtium legati uxori, ſic refert cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, quem ſecutus fuit etiã *Viuius deciſ.* 420. *num.* 4. licèt loquatur *Viuius* in uſufructu bonorum relictorum generaliter.

Pro utraque opinione ſua urgent iuris loca, de quibus apùd *Fachinæum loco cit.* ubi articulum diſputat.

Nàm qui priorem *Abbatis*, & cæterorum ſententiam ſunt tutati adducuntur in eam ex *tex. in d. l. ſi vſusfructus* §. *ſi veſtis ff. vſufruct. quemad. cau.* vbi

57 de uſufructu ueſtis alloquens *Iuriſconſultus* inquit, *non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit.*

Qui uerò ſecundam *Alex. Corne. Pariſ.* & ſequacium ſunt amplexi, adduxerunt

runt

Digitized by Google

runt pro eorum ſententia alium ex diametro pugnantem *contex. in §.conſtituitur Inſtit.de uſufr.* vbi loquitur *Imperator* de rebus, quæ neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt vſumfructum, & inter eas cōmemorat vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, & pecuniam numeratam, licèt tamen ſubdat, Senatum cenſuiſſe, poſſe nihilominùs vtilitatis cauſa, earum etiam rerum vſumfructum conſtitui, dum tamen eo nomine vtiliter hæredi caueatur. Et ſubiungendo poſtmodùm *ibidem* modum, quo caueri debet, inquit, quòd ſi pecuniæ vſusfructus legatus fuerit, ſatiſdare vſufructuarius debet hæredi de reſtituenda tanta pecunia: Quò verò ad cęteras res, ità traduntur legatario, ſiuè vſufructuario, vt tanta pecunia reſtituatur, quanti res illæ fuerint æſtimatæ, in tantùm, quòd dum *ibi* præcæteris veſtimenta recenſeantur, & de illis idem iudicium ſtatuit, quod de cæteris rebus, ergò videtur indubitatus *tex.* ille pro hac opinione.

Huic abſimilis eſt, fauereque videtur alius *tex. in d. l. ſi tibi uini, & olei ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* vbi ſermonem inſtituens *Caius* de cautione præſtanda in caſu vſusfructus vini, olei, & frumenti, inquit, ita cauendum eſſe per vſufructuarium, vt quandocumque morietur, aùt capite minuetur, res reſtituātur eiuſdem qualitatis, aùt æſtimatis rebus certæ pecuniæ nomine, ſubdens, & ad propoſitum, idem eſſe pariter intelligendum de cæteris rebus, quę vſu conſumuntur.

Itaquè, vt arbitrari quilibet poterit, videntur hi *tex.* valdè inter ſe pugnare, in tantum, vt Brocardica dicatur quæſtio iſthæc. Et proindè aliqui pro præfatis concordandis aliam adhibuere diſtinctionem, videlicèt, quòd aùt tractatur de rebus, quæ longiſſimo vſu minuuntur, vt ſunt res confectæ de Argento Stanno, & alijs, quę ex ęre, orichalco, vel ex aliis metallis conſtant, & tùnc cautio præſtari debeat de reſtituendo eas in eo ſtatu, in quo reperirentur. Aùt verò tractatur de rebus, quæ vſu breui minuuntur, vt ſunt ueſtes, &c. & tùnc cautio fiet de reſtituendo eas ſecundùm tempus inchoati uſusfructus, &ità poſt *gloſ. Ioan. Fabr. & Aretin. in d. §. conſtituitur* poſt *Soccin. AZon.* & alios uoluit *Surdus d. deciſ. 67. num. 5.* ubi *in fine* ſic deciſum per Senatum Mantuanum refert, quos ſecutus etiam fuit *Macerateni. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 1. nu. 26.* Et in hac opinione, hac eadem diſtinctione motus uidetur reſidere *D. de Franch. deciſ. 641. num. 4.* quo loci per totam *deciſionem* hanc quæſtionem in Sacro Conſilio excitatam exornat, referendo rationes utriuſque partis, ac iurium authoritates, ſubdit tamen *ibidem*, caſum non fuiſſe deciſum.

Mihi tamen probabilior, & æquior ſemper viſa fuit *Abb.* & cæterorum ſententia, opinantium, cautionem in caſu vſusfructus rerum, quæ vſu minuuntur, vt ſunt ueſtimenta, uaſa, dolia, culcitræ, linteamina, tappeti, & ſimilia præſtandam eſſe ſicuti de rebus immobilibus, & ſoli, videlicet de reſtituendo eas tempore finiti uſusfructus in eo ſtatu, in quo reperientur, idque non tantùm ſi de rebus agatur, quæ longiſſimo uſu, uerùm etiam ſi de iis, quæ breui uſu minuuntur.

Nàm quòad ea, quæ longiſſimo uſu minuuntur, prout ſunt uaſa, dolia, &c. probat clariſſimus *Vlpiani* locus *lib. 18. ad Sabinum*, relatus in *l. ſi uaſorum §. fin. ff. vſufructua. quemad. cauet.* ubi diſertis verbis inquit, quòd ſi vaſorum fuerit vſusfructus relictus, non erit neceſſaria
58 cautio Senatusconſulti, ſed illa ſola boni viri arbitratu ſe vſurum, & fruiturum. Cautionem autem iſtam Senatuſconſulti, de qua in eo *tex.* exponit *gloſ. ibidē in verbo cautio*, eam eſſe, ut ſcilicet facta æſtimatione cautio præſtetur de tanta pecunia reſtituenda, ſi moriatur, vel capite minuatur.

Quò verò ad res, quæ breui uſu minuuntur, ut ſunt veſtes, culcitræ, linteamina, & ſimilia, probant infraſcripta, &

Primò probat *tex.* in relata *l. ſi vſusfructus §. ſi ueſtis ff. uſufruct. quēad. cau.* vbi *Vlpianuſmet* loquendo de vſufructu veſtis legato inquit, *Pomponium* ſcripſiſſe, *quòd ſi fuerit legatus vſusfructus*

*veſtis: quamquàm fuerit ſtipulatus hæres, veſtem reddi finito vſufructu: attamen non obligabitur promiſſor, ſi ſine dolo malo attritam reddiderit*. Vrget locus iſte pro hac opinione. Primò, dùm inquit, quamquàm ſtipulatus fuerit veſtem reddi, ergò à contrario ſenſu, ſi non fuiſſet ſtipulatus, adhùc tantò magis non ligaretur ea obligatione, ſi veſtem reddiderit attritam, dùm quamquàm ſic ſtipulatus fuiſſet, non obligaretur. Vrget ſecundo loco, dùm loquitur *tex.* ille per
59 dictionem illam, *quamquàm*, cuius dictionis natura eſt augere vim in caſu, de quo loquitur, ac diffinire caſum magis dubitabilem, ſicuti de dictione, *licèt*, ac dictione, *etiã*, cùm idem ſint, ac in vnum ſonent, tradunt *Nauar. in commentar. de uſur. gloſ.* 15. *num.* 97. *Polydor. Ripa de nocturno tempore c.* 78. *nu.* 4. *ac Gratus in tract. de dictionib. in dict.* 117. Caſus modò minus dubitabilis erat, quòd ſcilicet ſufficeret in caſu vſusfructus veſtis legati, ſi finito vſufructu veſtem illam reddiderit ſine dolo malo attritam; magis dubitabilis modò eſt, vtrùm ſcilicet quando ſtipulatus expreſsè fuerit, veſtem reddi, teneatur eam reddere eiuſdem qualitatis, ſicuti tempore ſtipulationis fuerat, & inquit *tex.* quòd etiam ſi ſic ſtipulatus fuerit, non obligabitur, ſi reddiderit illam ſine dolo malo attritam. Super quo *contex.* notanda ſunt etiam verba illa, *ſine dolo malo attritam*: quaſi quòd non ſit curandum, ſi aliquali culpa, vel dolo eam attritam reddat, dummodò tamen ceſſet dolus malus.
60 Secundò principaliter *Imola in c. fin. de pignor.* & poſt eum *Fachinæus loco cit.* expendunt in id *tex. in l.* 1. *in princ. ff. uſufr. quemad. cau.* explicando illum, vt *ibidem* per eundem *Fachinæum.* Verùm *tex.* ille non meretur allegari: nàm non loquitur ſpecificè de vſufructu veſtimẽtorum, aliorumque id generis, quę breui vſu minuuntur, ſed benè *ibi* ponit *tex.* ille regulas generales obſeruandas circà cautionem præſtandam per vſufructuarium, & qualiter eam præſtare habeat, nec ſe reſtringit ad eam, de qua in hoc caſu: quinimò verba illa, de quibus in eo *tex.* ibi, *Hac ſtipulatio, ſiuè mobilis res ſit ſiuè ſoli interponi debet*, non ſunt relatiua ad præcedentia, ſed conſtituũt ſeparatam regulam declarantem, in quibus rebus ſit præſtanda cautio, ſi tantùm in rebus ſoli, vel etiam in mobilibus, & inquit, in vtroque caſu ſtipulationem illam interponi debere: Nàm aliàs ſi redderetur vera ſecundùm intellectum *Fachinæi* ad *d. l.* ſequeretur, quòd in omnibus rebus mobilibus præſtaretur ſimilis cautio de reſtituendo, quod inde extabit finito vſufructu, quod eſt abſonum à iure: cùm cõtrarium expreſsè caueatur in rebus, quæ vſu conſumuntur, per *tex.* in *d. l. ſi tibi uini, & olei*, iũcta *l. ſequ. ac in d. §. conſtituitur Inſtit. de uſufr.* in quibus cauetur, cautionem in ſimilibus præſtandam, vel de reſtituendo rem eiuſdẽ qualitatis, vel pretium illarum, vt fuerũt æſtimatæ tempore inchoati vſusfructus.

Tertio loco principaliter probat hãc meam ſententiam *tex. in l. ſed & ſi quid* 19. *§. & ſi ueſtimentorum ff. de uſufr.* vbi
61 innuitur, quòd ſi fuerit relictus vſusfructus veſtimentorum, non erit iudicãdũ de eo, ſicuti ſi quantitatis fuerit vſusfructus legatus, ſed benè affirmandum erit, ità vſufructuarium eo vti debere, nè abutatur, nec tamẽ locaturũ, ea ratione, quia vir bonus non uteretur, probat locus iſte tripliciter. Primò, diſtinguendo uſumfructum veſtimẽtorum ab uſufructu quantitatis, ibi, *non ſicuti quantitatis uſusfructus legatur*, in quo quidem quãtitatis uſufructu cautio debet præſtari, de tantũ reſtituendo, ſi morietur uſufructuarius, uel capite minuetur, ut in *d. §. conſtituitur*. Secundò, dùm dicit, *eo ita uſufructuarium uti debere, nè abutatur, nec alteri locet*. Tertiò, in redditione rationis, ibi, *quia uir bonus non uteretur*. Cùm igitur ex iis omnibus colligatur, fructuario ueſtimentorũ permicti uſum ueſtimenti legati, ità tamen ut eo non abutatur, nec alteri locet, ac eo vti poſſe, ſicuti uir bonus uteretur, ergo patet, in caſu præſtationis cautionis non eſſe eam præſtandam de reddendo rem eiuſdem qualitatis, uel pretium illius tempore finiti uſusfructus ſecundùm æſtimationem tempore illius inchoati: cùm in hoc caſu differat cautio

Digitized by Google

tio iſthæc ab ea, quæ in quantitatibus præſtatur, ſed benè dè eo vtendo arbitrio boni viri, ac de reſtituendo quod indè extabit tempore, quo ille finitur, iuxtà generales regulas, de quibus in *l. 1. in princ. ff. vſufruct. quemadm. cau.*

Confirmat quarto loco principaliter hanc ſententiam, æquitatis, vtilitatiſq; ratio, quoniàm ſi aliter concludendum eſſet, ſequeretur, quòd vſusfructus redderetur inutilis, nàm ſi fructuarius teneretur in tali caſu legati vſusfructus veſtimentorum, ſimiliumq; rerum, eaſdem res eiuſdem qualitatis, vel pretium illarum reſtituere, nihil vtiq; ei proficeret, nihilq; commodi, aùt vtilitatis perciperet ab eo, quinimò obeſſet magis, & tranſiret in contractum emptionis, & venditionis, oneroſum potiùs, quàm in gratuitum vſusfructus. Et clarum eſt, vſumfructum eſſe ius vtendi fruendi, clariſſimumq. ēt vtilitatis rationem fuiſſe in cauſa apùd *Imperatorem*, ueteresq; *Iuriſconſultos*, ex decreto Senatuſconſulti ſtatuendi, in talibus vſumfructum conſtitui, vt *l. 1. 2. & 3. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* ac in *d. §. conſtituitur Inſtitut. de vſufruct.* & ità ex hac ratione videtur inclinare *Arius Pinell. d. l. 1. par. 2. num. 80. in fine C. de bon. mater.* tametſi aſſerat *ibidem*, contrariam ſententiam eſſe magis receptam.

Non obſtant modò in contrarium adducta pro *Alexan.* & ſequacium opinione, nàm ad *text. in d. l. ſi tibi vini ff. vſufr. quemadm. cau.* occurri faciliter poterit, *text.* ſcilicèt illum non loqui de rebus, quæ vſu minuuntur, ſed benè de iis, quæ conſumuntur, ſiuè tolluntur vſu, vt diſertis verbis legitur in ea *lege*, in quib⁹ ſeruata forma iuris, vt ſuprà, talis debet præſtari cautio. Nec dicendum eſt, differentiam iſtã eſſe potiùs verbalem, quàm ſubſtantialem, quoniàm non vti ſinonyma, ſed benè vti penitùs differentia, diſtinctaq; leguntur, tàm in *Rubr.* quàm in *l. 1. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* vt aduertit etiam *Abb. in d. cap. fin. de pignor. versùs finem*, & verba illa in eo *text.* ibi, *idem de cæteris quoq; rebus, quæ vſu conſumuntur* intelligenda ſunt de ſimilibus, non autẽ de differentibus, vt dicã infrà.

62 Ad *tex.* verò in *§. cõſtituitur Inſtit. de vſufruct.* in quo tota videtur conſiſtere difficultatis baſis, dixerunt aliqui de mente *glo. ibi, in verbo veſtimenta* loqui in eo *text.* *Imperatorem* de veſtimentis temporalibus, quæ nõ durant perpetuò, & quòd propterea non mirùm ſi *ibidem* ſtatuitur de iis, quod de vino, oleo, frumento, & pecunia. Verùm ego arbitror, omninò, & indubitatè concludendum eſſe, verbum illud, *veſtimenta*, vel addititium eſſe in eo *text.* vel mendosè illud legi, & quòd à principio aliud verbum reperiatur loco eius appoſitum in vetuſtiſſimis exemplaribus, quod ſuadet mihi. Primò, quia in *l. 1. 2. 3. & ſeqq. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum.* ex quibus fuit deſumptus *contex.* ille, verbum nullum de veſtimentis, ſed tantùm *inibi* fit mentio de vino, oleo, frumento, & pecunia numerata. Secũdò, quia ſi ageretur de veſtimentis, & verbum illud, *veſtimenta*, de quo *ibi* realiter ſic intelligeretur, videretur *Imperator* appoſuiſſe exempla, non de ſimilibus, quemadmodùm ipſe *ibidem* teſtatur, ſed de diſſimilibus. *Imperatoris* intentio *inibi* fuit, ponere exempla de ſimilibus, ut indicant expreſſa verba eiuſdem dicentis, *quibus proxima eſt pecunia numerata*, quaſi innueret, quòd in nihilum differat vſusfructus præcedentium ab vſufructu pecuniæ numeratæ. Sed quia, vt videmus, maxima viget differentia inter vſumfructum veſtimentorum, & vſumfructum vini, olei, frumẽti, & pecuniæ numeratæ, cùm veſtimenta non tollantur, nec penitùs conſumantur vſu, ſed tãtùm minuantur, poſteriora verò penitùs vſu extinguuntur, itèm quia vti differentia fuerunt cõſiderata ab *Vlpiano in d. l. ſed ſi quid §. & ſi veſtimentorum ff. de vſufr.* quo loci ſtatuit, vſumfructum veſtimentorum non eſſe ſicuti vſumfructum quantitatis, proindè, vt rectè congruat exemplum de pecunia numerata ad præcedentia, quibus proximum illud eſſe dixit *Imperator*, affirmandum omninò erit, non loqui *ibi* *Imperatorem* de veſtimentis, ſed benè verbum illud vel eſſe addititium, vel aliud eius loco deſiderari, quod congruat exẽplis *inibi* adductis. Conuincitur hoc,

quia

Digitized by Google

quia aliàs pugnaret *tex.* ille cum relatis ſuprà *text.* ſcilicèt dictarum *l. ſi vſusfructus* §. *veſtis ff. vſufruct. quemadm. cau.* & *d. l. ſed & ſi quid* §. & *ſi veſtimentorum*, qui expreſſis verbis loquũtur de vſufructu veſtimentorum, & dicũt, vſufructuarium illórum debere illis vti arbitrio boni viri, in tãtùm, quòd ſufficiat finito vſufructu illa attrita reddere, ſine tamẽ dolo malo. Vt ergò euitetur correctio, & repugnantia, neceſſariò ſumendus eſt intellectus, qui eam vitet, ſeù præfatos *tex.* ad concordiam reducat.

Conſtituto iàm vſufructu aduertendum eſt, nõ omnia, poſſe vſufructuarium in re, vel ratione rei, in qua conſtitutum uſumfructum habet! Nàm

63 Primò, licèt poſſit expellere Colonũ à ꝓprietario cõſtitutũ, nec illi ſtare teneatur, ſic *Paulus in l. arbores 66.* §. *quicquid ff. de vſufruct. ſed ad exemplum* (inquit) *venditionis* (*niſi fuerint ſpecialiter exce-*
64 *ptæ*) *poteſt vſufructuarius conductorem repellere*. Et hoc tàm ſi de penſionibus nihil dictum eſſet, uerùm etiã quando fuerint ſpecialiter apprehenſæ, ut tradit *Surd. deciſ.* 264. *nu.* 1.

65 Fallere hoc tradũt *Doctores* in aliquibus caſibus, & primò, quando non eſſet uſurus arbitrio boni uiri, ut in caſu tradito per *Caſſan. in* Conſuetud. *Burgund. rubr.* 4. §. 6. *verſ. & ſera tenue nu.* 10. ſecun-
66 dò, quando conuentum, aùt pactum eſſet, vt ad vſufructuariũ pertinerent penſiones, quemadmodùm notabiliter deducit, ſubdens, illud eſſe notandũ *Bald. in d.* §. *quicquid*, faciunt *Bart. in l. inſulam in princ. ff. locati*, *Alexan. in l. diuortio* §. *ſi vir in fundo num.* 13. *ff. ſolut. matrimon.* quos in id recenſet *Surd. deciſ.* 265. *nu.* 31.

67 Secundò, non poterit vſufructuarius retrouendere cẽſum, in quo habet conſtitutum vſumfructum *Maſtrill. deciſ.* 47. *nu.* 7. *ac in Apoſtill. ad Petr. Gregor. de cenſib. quæſt.* 5. *numer.* 298. adde Felician. *Foller.* & alios relatos per *Giurbam deciſ.* 79. *nu.* 24. ſed vtriuſq; aſſenſus accedere debet, quippè vſufructuarii, & proprietarii, vt ſubdit *Giurb. ibidem*, adducens *Mantic. de tacit. & ambigu. lib.* 4. *tit.* 22. *nu.* 36.

68 Tertiò, non poteſt vſufructuarius propria authoritate fructus capere, ſed accipere debet poſſeſſionẽ bonorum vſufructuariorũ ab hęrede, vel executoribus teſtamenti *Alex. cõſ.* 56. *perlectis verbis in fin. vol.* 3. *Corne. conſ.* 207. *col. fin. vol.* 2. *Socin. cõſ.* 131. *col.* 3. *in fin. vol.* 1. *Boer. deciſ.* 199. *num.* 9. *Ruin. ac Pinell.* relati per *Caualcan. de vſufr. mul. rel. nu.* 9. Fallit hoc
69 primò, quando hæreditas non eſſet adita, benè verum adita poſtmodùm hæreditate tenetur poſſeſſionem illorum bonorum vnà cum vſufructu recepto reſtituere hæredi vendicãti per interdictum, vt poſt *Socin. Dec. Roland. à Valle*, *Franc. Marc.* & *Arium Pinell.* concludit idem
70 *Caualcan. loc. cit. nu.* 10. Secundò, quando fuiſſet data licentia per teſtatorem accipiendi propria authoritate bona relicta ad vſufructuandum, vt tradit idem *Caualcan. ibidem d. num.* 10. & poſt ipſum *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 585. *num.* 22. & 23. *poſt Beroum in cõſ.* 60. *nu.* 49. *lib.* 2.
71 Tertiò, quando fuiſſet legatus alicui vſusfructus, nullo conſtituto hærede, vt in terminis tradit *Marcus Ant. de Amat. deciſ. March.* 45. *nu.* 5. *poſt* Bald. *Rom. Rip.*
72 & *Socin.* quos *ibi* recenſet. Quartò, quãdo fuiſſet hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarii, iuxtà tradita per *Bald. in l. extraneum nu.* 5. *C. de hæred. inſtit. Socin. conſ.* 131. *nu.* 8. *vol.* 1. *Gayll. pract. obſeru lib.* 2. *obſer.* 146. *n.* 6. adde *Gratian. diſcept.*
73 *forẽſ. c.* 696. *n.* 2. Quintò, quando fuiſſet conſtitutus vſufructuarius omnium bonorum, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 5. *nu.* 35. poſt ipſum *Gratian. loco cit. nu.* 2.

74 Quartò principaliter non poteſt vſufructuarius proprio nomine exigere nomina debitorum, in quibus conſtitutum habet vſumfructum, ſed debet intercedere hæredis mandatum, ac ipſe hæres exigere, & poſtmodùm tradere vſufructuario *Roland. à Valle conſ.* 80. *nu.* 19. *lib.* 1. alios recenſet *Caualcan. d. tractat. de vſufruct. mul. relict. num.* 198. *ac Craſſus de ſucceſſ. ex teſtam.* & *ab inteſt.* §. *legatũ quæſt.* 34. adde *Fachinæum*, qui etiàm in puncto iuris hanc ſententiam tuetur
75 *controuerſiar. iur. lib.* 12. *cap.* 35. vbi tamen declarat, ac limitat in caſu, quo vſufructuarius de manu hæredis poſſeſſionem

Digitized by Google

ſionem accepiſſet, aùt verè eſſet in poſſeſſione vſusfructus, quoniàm tùnc poſſet exigere ſine mandato hæredis proprietarij. Limites hæc in caſu, quo fructuarius haberet à teſtatore hanc facultatem impartitam, vt in caſu relato per *Gratianum diſcept. forenſ. cap.* 585. *nu.* 20. *&* 21. *ac cap.* 696. *nu.* 1.

76 Quintò, non poterit vſufructuarius alienare, nec cedere, aùt alio quouis modo in alterum vſumfructum transferre *Bart. in l. Si quis vſusfructus quæſt.* 1. *ff. de vſufruct.* *Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæſt.* 4. *princip. num.* 53. *Hieronym. Gabriell. conſ.* 162. *nu.* 11. *cum*
77 *ſeqq. vol.* 2. *Bald. conſ.* 384. *vol.* 4. *Berous conſ.* 189. *nu.* 9. *vol.* 1. Ratio eſt, quia non poteſt vſusfructus ſeparari à perſona ad inſtar matrimonij, vt tradit *Alber. in leg. ſeruus communis nu.* 6. *ff. de vſufruct.* Quò
78 fit, vt ſi abſque conſenſu proprietarij cederet, caderet vtiq; fructuarius à iure ſuo, & conſolidaretur vſusfructus cum proprietate *l. ſi vſusfructus fundi ff. de iure dot.* §. *finitur Inſtit. de vſufr.* *Viu. deciſ.* 248. vbi *ſub num.* 3. refert, ſic cenſuiſſe Regiam Audientiam Barenſem. Intelli-
79 gas hoc quòad totalem vſumfructum, cùm benè poſſit ipſius vſusfructus commoditates in alium transferre, ad *text. in* §. *fin. Inſtitut. eod. tit. de vſufruct.* *Redoan. de reb. Eccleſ. alien. vel non quæſt.* 24. *rubr. quid de vſufructuario conductore num.* 1.
80 *cum ſeqq.* tradit idem *Viuius ibidem nu.* 1. quemadmodùm etiàm & locare *l. arboribus* 13. §. *ſi vſufructuarius ff. de vſufr.*
81 *l. ſi quis dominum* 95. §. 1. *ff. loca.* §. 1. *Inſt. de vſu, & habitat.* Niſi tamen per locationem non præiudicaretur proprietario, vt in caſu relato per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 745. *nu.* 59.

82 Sextò, vſufructuarius non tãtùm alienare non poteſt vſumfructum, verùm etiam nec illum obligare, vt in *l. ſi ei, qui bona* §. *uſusfructus ff. de pignor.* tradit *Surdus in conſ.* 162. *nu.* 13. *cum ſeqq.* poſt ipſum *Milanenſ. deciſ.* 9. *nu.* 3. *par.* 2.

83 Septimò, nec poterit illi ſeruitutem imponere *Paul. de Caſtr. in l.* 2. *nu.* 5. *ibiq;* *etiã Coraſ. n.* 20. *ff. de ſeruit.* *Cepoll. de ſeruit. urban. præd. cap.* 14. *nu.* 11. *Pinell. in l.* 1. *C. de bon. mater. part.* 3. *num.* 69. *Anton. de Padilla in l.* 3. *nu.* 5. *C. de ſeruit. & aqua*, ac *Rota Romana*, quæ hos omnes recenſet *deciſ.* 717. *nu.* 9. *par.* 1. *in nouiſſ.*

84 Octauò; nõ poteſt uſufructuarius mutare formã rei, in qua habet uſumfructũ, non tãtùm in caſu, quo per mutationem deteriorem illum faceret, uerùm etiam ſi meliorem redderet, ut in *l. æquiſſimum* §. *ſi odium, & in l. hactènus* §. *fin.* iuncta *l. ſequen. ff. de uſufruct.* itèm *in l. uſufructuarius nomen ff. eod. tit. de uſufruct.* ac *in l. fi. ff. de uſu, & habitat.* notat poſt *Bald. & Iaſ.* per ipſum relatos *Gayll. pract. obſeru.* 67. *nu.* 11. *lib.* 2.

85 Nonò, nõ poteſt uſufructuarius conſtituere ius pignoris, uel hypothecæ, aùt redditus annui, ad *text. in l.* 1. §. *eam rem ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l. fin.* C. *de rebus alien. uel non.* An autem poſſit conſtituere ſuper illo cenſum ſeruata forma Bullæ, ſaltim in uita, uide *Milanenſ. d. deciſ.* 9. *num.* 36. *lib.* 2. *ac Maſtrill. deciſ.* 92. *per totam.*

86 Decimò, non repræſentat vſufructuarius perſonam teſtatoris *l.* 1. §. *ſi hæres ff. ad Senat. Conſ. Trebell.* notat *Maſtrill. deciſ.* 146. *nu.* 3.

87 Vndecimò, litigando non præiudicat hæredi, vel Domino, *Bart. in l. de die* §. *quidam ff. qui ſatisdar. cog.* mouetur per *text. in l. hoc ampliùs ff. de damn. infect. & in l. ſi noxales ff. de noxalib.* ea ratione,
88 quia dicitur tantùm adminiſtrator, non Dominus, ad *tex. in l.* 2. *in princ. ff. de relig. & ſumpt. funer. l.* 1. §. *ſi ſeruum ff. ad Syllanian.* Quò fit vt ſententia lata cõtrà vſufructuarium non noceat proprietario, ſecundùm *gloſ. in l. is, cuius* §. *fin. ff. de vſufr.* adnotauit *Bart. in l. ſæpè nu.* 6. *ff. de re iudic.* quando tamen non conſtaret de eius ſcientia, vt voluerunt in ea *l. Angel. Paul. de Caſtr. & Pariſ.* adde *Papon. Trentacinq. ac Io. de Caſtill.* relatos per *Maſtrill. deciſ.* 146. *nu.* 7.

89 Duodecimò, non poteſt vſufructuarius nunciare nouum opus *l.* 1. §. *vſufructuarius ff. de nou. oper. nunciat. ibiq. etiam Alex. & Iaſ.*

Multa alia non poteſt vſufructuarius in re, ac propter rem, in qua conſtitutum habet vſumfructum, ſufficiunt tamen præfata tanquàm vſu frequentiora.

90 Po-

Digitized by Google

90 Poteſt è contrà multa vſufructuarius ratione rei vſufructuariæ, quorum aliqua recenſentur per *Maſtrill.dict.deciſ. 146.num.13.cumſeqq. vſque ad finem*, ipſum adito, nàm ex eius traditis hæc excipies. Primò, quòd tàm ſi vniuerſalis vſufructuarius fuerit, quàm ſi particularis habebit exercitium omnium actionum hæreditariarum, & poterit exigere à debitoribus hęreditarijs abſque ceſſione hæredis. Hoc tamen intelligas reſpectiuè, hoc eſt, reſpectu rei tãtùm, in qua habet vſumfructũ. Vndè vſufructuarius particularis habebit exercitium actionum hæreditariarum, reſpectu illius ſolius rei, non verò in vniuerſum. Secundò, poterit proprio nomine agere pro intereſſe ſui vſusfructus, tã actione reali, quàm perſonali, abſque mandato aliquo proprietarij. Tertiò, dicitur Procurator proprietarij à lege conſtitutus. Quartò, dicitur Procurator legitimus conſtitutus in rem ſuam à Domino circà veram cuſtodiam, & conſeruationem rei. Quintò, poteſt intentare oẽs actiones competentes proprietario abſque illius ceſſione. Sextò, durante vſufructu conſideratur vt hæres, & gaudet ipſius beneficio. Hæc ex *Maſtrill.loco cit.* quibus alia quatuor præter relata addas ex D. *Riccio collectan.*320. Quorum primum eſt, nàm poterit nominare in iudicio in Auctorem proprietarium in caſu, quo intentetur contrà ipſum aliqua actio. Secundò, competit ei actio agendi contrà vaſallos Burgenſes pro adiutorio debito in caſibus à iure permiſſis. Tertiò, habet exactionem iuris laudimiorum, & Quartò, poterit agere rei vendicatione, iuriũ, ac *Doctorum* authoritates in vnoquoque ipſorum habentur apud præfatos reſpectiuè, in quolibet relatorum caſu, quæ prætermitto ſciens.

Quæſtionis eſt modò, qui teneatur ſubire onera rei, an ſcilicèt vſufructuarius, an verò proprietarius. Et in hoc diſtinguendum puto, vſufructuarium particularem ab vniuerſali. Particularem appello eum, qui ſuper re particulari conſtitutus eſt vſufructuarius. Vniuerſalem verò, qui bonorum omniũ habet vſumfructum. Hanc diſtinctionem formauit *Venulæius in l.fin.ff. de vſu, & vſufr. leg.*
91 & in ea diffinit, æs alienũ quòad vſumfructum generalem omnium bonorum eſſe onus hæreditarium, & ſpectare ad hæredem, qui tamen poteſt deducere illud ex bonis hæreditariis, qua deductione facta tãtò minùs fruetur fructuarius per venditionem bonorum hæreditariorum in ſatisfactionem æris alieni; benè verum computari priùs debet quod eſt in actione in hæreditate, hoc eſt, ſi adfuerint credita; nã eo caſu erunt priùs exigenda credita, & de illis ſatisfaciendũ creditoribus hæreditarijs, quib⁹ poſtmodũ aùt deficiẽtibus, aùt nõ ſufficientibus poterit vendere aliquã ex reb⁹
92 hæreditariis, vſq; ad integram æris alieni ſatiſfactionẽ. Quò verò ad vſufructuarium particularẽ, ſiuè certæ rei concludit, ad nihilum teneri, ſed eſſe illud totale onus hæredis. *Multùm intereſt* (inquit *Venulæius*) *vtrùm bonorũ quis, an rerum tertiæ partis vſumfructum legauerit. Nã ſi bonorum vſusfructus legabitur, etiàm æs alienùm ex bonis deducetur, & quod in actionibus eſt computabitur. At ſi certarum rerum legatus erit, non idem obſeruabitur.* Hoc ipſum quòad vniuerſalẽ vſufructuariũ obſeruatũ pariter ambigimus in *l.vſufr.ff.ad leg.falcid.* in qua *Pomponius* ſic reſpondit. *Vſufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum eſt; quoniàm poſt Senatuſconſultum, nulla res eſt, quæ non cadat in vſusfructus legatum.*

Quod tamen de vſufructuario particulari decidit *Venulæius* recipiendum eſt quòad æs alienum debitũ à teſtato-
93 re, & conſequenter ab hærede ratione vniuerſæ hæreditatis, non verò quòad onera particularia debita ratione illius certæ rei, cuius eſt cõſtitut⁹ vſusfructus. Horũ nomine ſunt talliæ, tributã, & collectę, quę imponuntur pro rebus, itẽ canones emphyteuticarij, ſiuè liuellorũ, ac ſalaria, aliàs ſolaria annuatim debita ratione ipſi⁹ rei, quę vti onera particularia rerũ, ac ratione rerũ ſubibit fructuarius, non verò proprietarius. Sic excipi licet diſertis verbis ex *text. in l.hactènus ff.de vſufr.* Benè verùm qñ eſſent talia, quæ totaliter abſorberent fructus, qui exindè

de percipiuntur, ſubibit proprietarius, vt infrà dicemus.

94 Quò modò ad vſufructuarium vniuerſalem omnium bonorum, cenſuit *Bart.in d.l.fin.nu.5.ff.de vſu,& vſufr.leg.* onera hæreditaria omnia, ac ſolutionem æris alieni ad vſufructuarium pertinere, non verò ad proprietarium. Mouetur *Bartolus* iuribus, & ratione. Iuribus ex *l. vxori meæ ff. eod.tit.de vſu,& vſufr. leg. & l.licet* C. *de pact.* in quibus dicit conſtare, ſolutionem ſcilicèt debitam ſpectare ad vſufructuarium omnium bonorum.

95 Mouetur ratione, quia quando ſit diſpoſitio in vltima volnntate de omnibus bonis, intelligitur cum onere æris alieni, ad *tex.in l.nam quod §.fin.* iuncta *l.ſeq. ff. ad Senatuſcõſ. trebell.* & ità per rationem, & iura præfata *Bartolum* ſequuntur *Aret. in §.conſtituitur Inſt.de vſufr.Guid. Pap. deciſ.451.per totam,ac Pract. Papienſ.in forma libell. quo vxor agit ad dotem,& vſumfr.in verbo dedit,& legauit nu.5.*

Cœterùm, opinionem iſtam *Bart.* cõmuniter reijciunt *DD.* quinimò Phariſaicam, & non veram, ac Iudicem illam ſequentem teneri in ſindicatu ſcribit *Caualcan.in tract.de vſufr.mul. relict.num.211.* ſic contrà *Bartolum* profitentur cõmuniter *Paul.de Caſtr.in l.fin.§.ſin autem* C. *de bon.quæ liber.& conſ.294.num.3.& 4.vol.2.Guliel.Benedict.in repet.cap. Raynutius in verbo cætera bona num.43. de teſtamen.Alex.in l.ſi filiofamilias §ſi vir num.14.ff.ſol. matrim.* Dec.*conſ.*485. *conſ.536.nu.13.& conſ.*190.ac propriùs *cõſ.*500.incip.*in cauſa, quæ Mãtuæ*, Bar*bat.conſ.63.lib.3.Bellon.conſ.7.n.1.Socin. iun. conſ.115.col.3.vol.1.Dilect. de arte teſtandi tit.de legat.caut.43. Matheſilan. ſingul.4.vbi etiam addit.Couar.var.reſolut.lib.2.cap.2.nu.4. verſ.quinta cõcluſio, Petrus PecKius de teſtamen. coniug.lib.5. cap.9.n.6.Harthaman.Piſtor.lib.1.quaſt. iur.quaſt.46.Viu.cõmun.opin.lib.1.verb. vſufructuarius,* Frãc.*Turzanus in confirm. tract.commun.opin.quaſt.105.Andræas Gayll.pract. obſeruat. lib.2. obſer.146.per totam.* D.*de Franch.deciſ.483.nu.1.Theſaur.fil.quaſt.forenſ.lib.2.quaſt.32.num. 2.Surd.de alimen.tit.1. quaſt.30. num.2.* ijs etiam adde *Villalob. Suarez, Franc. Marc. Laderch & Menoch.* relatos per *Maſtrill.deciſ.3.nu.3.Craſſ.de ſucceſſ.ex teſtam.vel ab inteſt.§. legatum quaſt.33. num.1.ac Griuell.deciſ.Dolana 73.nu.1.*

Mouentur ij omnes ex *text.in d. l. fin. ff.de vſu,& vſufruct. leg.ac l.vſufructu ff. ad leg. falcid.* ex quibus manifeſtè colligitur, ex bonis, quorum vſusfructus legatus eſt fore deducendum æs alienum. Sed quia materia iſta eſt aliquantulùm perplexa, proindè ſtatuo, fore conſtituendos aliquos caſus, ex quorum poſitione, & reſolutione abſoluta ea reddetur.

96 Primus caſus eſt de ære alieno contracto in vita teſtatoris, & ſic antè mortem ipſius, & in eo *Doctores* concludunt, eſſe illud onus hæreditarium, ac totaliter ſpectare ad hæredes, iuxtà diffinitionem tamen, de qua in *dict. l.fin. ff. de vſu, & vſufruct. leg.* vt ſcilicèt cum diminutione vſusfructus vſufructuarijs ſatisfaciendum illud ſit, vt tradit *Paul. de Caſtr. in dict. l.fin.§.ſin autem C. de bon.quæ liber.& in conſ.294. num.2. volum.2. ac Alexand. in dict. l. vſufructu*

97 *bonorum ff ad leg. falcid.* Vndè ſi bona hæreditaria permanerent adhùc penès hæredem, vt quia forſitan non dùm fuiſſent traditæ ad vtendum fruendum vſufructuario, poterit hæres vendere tot de bonis teſtatoris ſufficientibus ad ſolutionem æris alieni, & ſoluere creditoribus, quod & facere poterit etiàm inuito vſufructuario, eò quòd de bonis teſtatoris eſt præfatum æs alienum ſoluendum, ac detrahendum, & in tali caſu hæres perderet proprietatem rerum hæreditariarum venditarum, vſufructuarius verò vſumfructum, & ità concludunt *Paulus de Caſtro loco citato, ac conſil.459. in fine volumin. 2. Iaſ.in l.prima in 2. lect. num. 12. cum ſequentibus ff. ad trebell. Couarr. variar. reſolut. dict. lib.2.cap.2. numer. 4. verſic. quinta concluſio, Dec. Crauett. Villalob. Turzan. Viu. Durand. Bellon. Roland. Suarez, & Barbatia* relati per *Caualcan.de vſufruct. mul.rel.ſub num.211.* In caſu autem, quo

98 bona hæreditaria non permanerent penès hæredem, ſed illorum poſſeſſionẽ

D na-

nactus fuiſſet vſufructuarius,aùt per traditionem factã ab ipſo hærede,aùt quia expreſſa voluntate teſtatoris cœpiſſet illorum poſſeſſionem,etiàm inaudito hærede,& in tali caſu pati debet vſufructuarius,vt vendantur ab hærede,aùt à creditoribus hæreditariis pro ſatisfaciendo creditoribus,& ſoluẽdis debitis,vel ſaltim præſtari debet cautio ad beneficium hęredis de ſoluendis debitis hęreditarijs, aùt de conſeruando ipſum hæredem indemnem à creditoribus in caſu moleſtationis,vt ſingulariter adnotauit *Mathesilan.ſingul.*4.incip.*nota, quòd ſi teſtator n.*5.*verſ.quia reſpondetur*, cõmunẽ profitetur *Villalobos in verbo vſufructuarius nu.*63.fuit de mẽte *Couar.loc.cit.nu.*6.*verſ.vtrumq; tamen*,ſic diffinientis per *tex.in l.vſufructuarius bonorum ff.ad leg. falcid.*ſequitur illos *Caualcan.loco relato ſub nu.*212.qui hoc tamen declarat à *d. nu.*213.*vſq; & per totum nu.*218.*verſ.ſecundo caſu.*Hanc diſtinctionẽ alii quoq; probant,relati per *Maſtrill.deciſ.*3. *nu.*7.

99 Secundus caſus eſt de expenſis funerum,& infirmitatis,& in eo idem cõcludendum eſt,quod dictum extitit in ſuperiori de ære alieno contracto antè mortẽ teſtatoris,vt.ſ.ſit ſimiliter ſoluendum de bonis hæreditariis,ac poſſe hæredẽ vendere tot de illis,ad ratam expenſarũ præfatarum in damnum proprietarii quòad proprietatẽ,& vſufructuarii quòad vsũfructum,& ità reſident in hoc *Pariſ.conſ.*94.*nu.*23.*&* 24.*ac conſ.*95.*nu.*65. *vol.*2. *Roland.à Valle conſ.*8.*nu.*11.*cum ſeq.vol.*2.*Franc.Marc.deciſ.*332.*nu.*4.*par.*1.*Caualcan.loco relato d. nu.*218.*verſ.ſecundo caſu,Maſtrill.d.deciſ.*3.*n.*3. vbi alios cõſentientes cumulat,tradentes tamen,expenſas præfatas fore moderandas arbitrio Iudicis ſecundùm poſſibilitatem, dignitatem,& conſuetudinem teſtatoris, & patriæ, per ea, quæ notat *Petr. de Rauenn.ſingul.*686.

100 Tertius caſus eſt de legatis relictis in teſtamento,& in hoc quicquid cenſuerint *Bal.Fulg.Salyc.& Paul.de Caſt.in d. l.fi.§.ſin autẽ C.de bon.quæ liber.*qui cenſuerunt,onus ſolutionis legatorum pertinere ad vſufructuarium,ex diſpoſitione *text.in d.l.fi.*in qua hæc verba leguntur. *Sin autem legata,vel fideicommiſſa, ſiuè annalia, ſiuè ſemel relicta imminent huiuſmodi perſonis, ſiquidem tales reditus ſunt, qui ſufficiant ad annalia legata, pater ex huiuſmodi reditibus hæc dependere compelletur*, contrarium ſiquidèm profitetur *Bart. in d.l.fin.ff.de vſu,& vſufr. leg.Roland. à Valle conſ.*8. *num.* 26. *lib.*2. vbi alios cumulat, *Craſſus de ſucceſſ. ex teſtam.vel ab inteſt.§.legatum quæſt.*36. *num.*2. *&* 3.*poſt Dec. Gozadin.& Couar.* per ipſos relatos, & *Fachina.controuerſ. iur.lib.*13.*cap.*18. Et ad *text.in d.l.fin.§. ſin autem* reſpondent, procedere illum, ac loqui de legatis annuis, ac de patre vſufructuario,adminiſtratoreque bonorum,qui filii nomine ſoluere videtur.Et hoc ſimiliter intelligendum eſt, vt pro ſolutione illorum poſſint vendi tot bona hæreditaria cum diminutione vſuſfructus,quemadmodùm in præcedentibus caſibus concluſum extitit,& ità aduersùs *Corneum* aliud ſuadentem in *conſ.* 195. *lib.* 4. declarant, ac concludunt *Crauett. in conſ.* 187. *Pariſ. conſ.* 95. *&* 96. *lib.* 2. *Couar. variar. reſolut. d. lib.* 2.*cap.*2. *num.* 7. *Craſſus*, qui alios coaceruat *dict.* §. *legatum quæſt.* 36. *num.*4. ac *Fachin.controuerſ.iur.d.lib.*13.*cap.* 18. *verſ. & contrarium* . Limites tamen præfata in caſu relato per *Dominum de Franch.deciſ.*483. in legato ſcilicèt relicto ſub onere, vt à fructuario ſolueretur,ſequitur illum *Theſ.filius quæſt.forẽſ. lib.*2.*q.*32.*nu.*6.

101 Quartus caſus eſt de annuis legatis relictis per teſtatorẽ, & iſtius caſus reſolutio patet ex ſuprà traditis, ſpectare ſcilicèt onus ad vſufructuarium omnium bonorum,per *textum in dict. l. fin.* §. *ſin autem* C. *de bon. quæ liber.* qui ſoluere illa debet de fructibus vſuſfructus, ea ratione, quia cùm teſtator voluerit,legata præfata fore ſoluenda annuatim, eſſet maximum inconueniens , vt ſingulo quoquo anno vendi deberent tot de bonis hæreditatis pro ſatisfaciendis legatis annuis , & ità concludunt *Doctores* relati per *Craſſ. loco citato num.* 3. ac *per Surdum deciſ.*28.*num.*6. *iterùmq; deciſ.* 193. *per totam*, adde *Fachin. controuerſ. iur. dict. lib.* 13. *cap.* 18. *Theſ. fil. quæſt.*

Digitized by Google

*quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 32. num. 5. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 294. num. 1.* Et in iſtis terminis intelligendum eſt quod tradit deciſum per Sacrum Conſilium *D. Thoro in Compendio deciſ. parte prima verbo vſufructuarius omnium bonorum fol. 582.* vt ſcilicèt procedat quòad onera hæreditaria annuatim ſoluenda, vt ſuprà, & infrà etiàm de omnibus aliis oneribus ratione rerum debitis dicemus in quinto caſu. Amplia hoc in
102 quocumquè debito annuo, ſecundùm
103 *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 143. num. 18.* poſt nonnullos, quòs *ibi* recenſet. Amplia ſecundò in quocumque cenſu annuo, ſecundùm eundem
104 *Menoch. conſ. 1009. num. 9. & 10. Craſſ. in §. legatum quæſt. 36. num. 2. Gratian. dict. cap. 294. num. 3.* Amplia tertiò quòad debitum annuũ alimentorum *Surd.* poſt alios, quos citat *de aliment. tit. primo quæſt. 30. num. 3. per text. in l. Imperator in fine ff. ad trebell.* Limita hoc in duo-
105 bus caſibus, de quibus apud *Surd. d. deciſ. 193. nu. 5. & 7.* Primus eſt, quando onus fuerit iniunctum hæredi. Secũdus, quando teſtator iuſſiſſet, ſolui debere de bonis ſuis, quibus in caſibus non ad vſu-
106 fructuarium, ſed ad hæredem ſolutionis onus incumberet.

107 Declaratur tamẽ caſus iſte ſecundùm præfatos *DD.* dummodò legata annua poſſint ſolui de vſufructu, & vſusfructus non remaneret inutilis, per *text.* quem ſic intelligunt in *d. l. fin. §. ſin autem C. de bon. quæ liber.* & fuit de mente *Theſ. fil. quæſt. forenſ. d. lib. 2. quæſt. 32. nu. 5. verſ. amplia iſta, ac* D. *Rouit. deciſ. 43. num. 13.* vbi alios cumulat.

Intelligit hoc *Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 92. num. 1. verſ. intelligendum poſt Caſtill. de vſufr. cap. 56. nu. 18. cum ſeqq.*
108 quando totaliter fieret inutile legatum vſusfructus, ſecùs verò ſi pro vno tãtùm anno, vt quia forſitàn in eo nihil fuiſſet perceptum, eò quòd talis defectus poterit ſuppleri ex fructibus ſequentium annorum, & ità videtur pariter diſtinguere *Barboſa in l. maritum num. 23. ff. ſol. matrimon.*

109 Quintus caſus eſt de oneribus ratione rerum debitis, qualia ſunt collectæ, tributa, annui canones, & cætera, de quibus meminimus *ſuprà numero 93. verſic. quod tamen*, & in eo indubitatum eſt ex doctrina *gloſ. in l. reſcripto §. fin. ff. de legat. 1.* teneri vſufructuarium, quemadmodùm etiàm de vſufructuario certæ rei *inibi* ſuprà deduximus, *gloſ.* præfatam ſequuntur *Doctores* communiter, nempè ex recentioribus poſt antiquos *Crauett. conſ. 217. numero quinto, Caualcan. de vſufruct. mul. rel. à numero 160. vſque ad numerum 164 Pinell. de bonis matern. leg. 1. parte ſecunda numero 72. Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 11. numero 45. cum ſequentibus, Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 27. numero 8. Valaſc. quæſt. emphyteut. 17. Caſtill.* qui alios adducit *de vſufruct. cap. 57. numero 14. & 15.* alios recenſet *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 611. ſub numero 4.* quibus adde ex noſtratibus *D. Reg. Tapiam deciſ. 14. nu. 25. & Capyæum de iure releu. par. 4. q. 13. nu. 19.*

110 Limita, quando aliàs vſusfructus fieret inutilis, nec aliquid commodi vſufructuario remaneret, ſecundùm *gloſſam in l. concubinam §. qui hortos ff. de legat. 3.* quam ſequuntur *Bartolus in l. his verbis §. idem teſtator ff. eodem titulo de legat. 3. Roman. ſingul. 137. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 15. gloſa prima num. 16.* alios cumulat *Surd. de aliment. titulo quarto quæſtione 16. numero 13. ac conſil. 493. num. 4. lib. 4. adde Gratianum diſcept. forenſ. cap. 294. nu. 19. ac cap. 128. num. 4.*

111 Sextus poteſt addi caſus de expenſis circà refectionem, reparationem, & manutentionem rei vſufructuariæ, præſertim vrbani prædii. Et in hoc concludunt *Doctores* communiter, quòd quòad refectionem concernentem perpetuam rei vtilitatem, & ſic duraturam vltrà terminum vſusfructus, pertineat expenſa ad proprietarium, & hoc adeò vt ſi fuerit facta ab vſufructuario, repetenda erit ab ipſo proprietario. Quò verò ad impenſam modicam, ſiuè paruam, aùt non reſpicientem perpetuam fundi vtilitatem, pertinebit illa ad vſufructuarium, qui ob id tenebitur reficere ſarta tecta, & ſubſerere arbores in locũ demortuarũ, ſic *tex.*



Digitized by Google

*in l.eum,ad quem C.de vſu,vſufr.& habit.* per quem ſic concludunt *ibi gloſ. Bald. Paul. de Caſtr.& Salyc.* ac cæteri longa ſerie cumulati per *Gratian.diſcept.forenſ. cap.*778.*num.*2.quo loci declarat,quando dicatur magna, quando verò parua, ſiuè modica impenſa,itèm quando dicatur reſpicere perpetuam fundi vtilitatem, ac etiam ſi denunciare teneatur proprietario, quod & repetit etiàm *eod. tract. diſcept.forenſ.cap.*236.*num.*21. ac vtrobiquè aliaquè quoquè ponit in materia,ipſum itaquè adito,quem ſufficiat pro omnibus allegaſſe,& hæc quòad ea, ad quæ tenetur vſufructuarius.

Ex quo autem fructuum diuiſionem inter proprietarium,& hæredes fructuarii in caſibus deſuper relatis operatur
112 vſusfructus finis,indagandum proindè puto fore cauſas, & caſus, propter quos ille finiatur,& extinguatur.

Hos caſus decernit *Iuſtinianus in §. finitur Inſtit.de vſufr.*ità inquiens. *Finitur autem vſusfructus morte fructuarij, & duabus capitis diminutionibus,maxima, & media,& non vtendo per modum, & tempus, quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio.Itèm finitur vſusfructus,ſi Domino proprietatis ab vſufructuario cedatur. Nàm cedendo extraneo, nihil agitur,vel ex contrario,ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit, quæ res conſolidatio appellatur. Eò ampliùs conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, vel etiàm terremotu, vel vitio ſuo corruerint, extingui vſumfructum neceſſe eſſe,& nè areæ quidem vſumfructum deberi.*

113 Hæc *Iuſtinianus*, ex cuius dictis ſeligitur,vſusfructus finem dupliciter contingere poſſe. Ratione perſonæ ſcilicèt, & ratione rei. Et quòad perſonam finiri. Primò morte vſufructuarii.Secundò maxima,& media capitis diminutione.Tertiò non vſu per modum,& tempus. Quò verò ad rem,ſubdit,finiri.Primò,ſi vſusfructus ab vſufructuario Domino proprietatis cedatur,dixit,Domino proprietatis, ad differentiam ceſſionis, quæ fit extraneo,per quam nihil agetur. Secundò,ſi fructuarius proprietatem acquiſierit,quibus in caſibus dicitur fieri conſolidatio vſusfructus cum proprietate. Et tertiò,ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, aùt terremotu, aùt vitio ſuo corruerint. Vtriuſquè modò caſus examinemus.

114 Et quòad mortē,intelligas de morte naturali, ſic *gloſ. in dict.§. finitur in ver.morte Inſtit.de vſufr.*Et hoc ſiuè naturaliter, ſiuè violenter, aùt aliter mori contingat,cùm indefinitè verbum iſtud *morietur* proferatur à *Iuſtiniano in d.§. finitur*, vndè ſufficiet,ſi quoquo modo anima ſeparetur à corpore. Et proindè cauendum erit à *Caualcan. de vſufruct. mul.rel.nu.*229. dùm condemnationem ad furcas æquiparat maximæ capitis diminutioni, & ſic computat illam inter exempla mortis ciuilis. Ratio fiet,quia, cùm vſusfructus ſit ſeruitus perſonalis, cohæret illa perſonæ, qua extincta,ſeruitus etiàm,ſiuè ius illud extinguitur *l.3. §.fin.ff.quib.mod.vſusfruct.amitt.*

115 An autem poſt mortem fructuarij poſſit proprietarius propria authoritate capere poſſeſſionem rei.Sunt qui dixerunt,non poſſe,ſed requirendum eſſe hæredem fructuarij ad conſignandam. Præualuit tamen contraria ſententia,vt poſſit propria authoritate,quā poſt *Imol. in conſ.*16.*viſo caſu tranſmiſſo nu.*4.tutati ſunt *Barbat.Catell.Cotta,Iaſ.Paſet.Menoch.Caſſan.Tiraqu.Valaſc.& Roſentall.* relati per *Gratian. diſceptat.forenſ. cap.* 778.*nu.*8.

Sed quia dubitari poterat,quid in caſu mortis ciuilis,ideò ſubdit *Iuſtinianus*, procedere etiam in caſu mortis ciuilis, vt in ſecundo prioris diſtinctionis caſu, & talis erit maxima,& media capitis diminutio,eò quòd qui eas patitur, ciuiliter mortuus appellatur.

116 Maxima itaquè capitis diminutio eſt illa,per quam quis Ciuitatem amiſit,& libertatem, in qua temporibus hiſce noſtris computabitur qui condemnatus eſt perpetuò ad triremes,& ad carceres,cū in vtroq.caſu & libertas amittatur,ac Ciuitas.Item computabitur ille,cui interdictum eſt aquæ,& igni,quem iure merito licèt viuum, inter mortuos tamen computari,ac idē eſſe taliter interdici,quod morte mulctare, tradit *Lactant.Firmian. lib.*2.*Diuin.Inſt. cap.*10. de quo meminimus

nimus ſuprà *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. & 9.

117 Media capitis diminutio eſt, quando fuerit quis in Inſulam deportatus, qui Ciuitatem tantùm amittit, non verò libertatem, ſic explicant *DD.* omnes terminos iſtos in *d.* §. *finitur*, ad differẽtiam eorum, qui fuerint ad tempus relegati, aùt damnati ad triremes, qui cùm non dicantur totaliter vita ciuiliter adempt per amiſſionem Ciuitatis, non erunt in eodem genere cum deportatis, ac condemnatis ꝑpetuò ad carceres, & ad triremes, ad *tex. in* §. *cùm autem, ibique gloſ. in verbo retinent*, ac etiam *DD. Inſtitut. quib. mod. ius pat. pot. ſolu.*

118 Mortuus etiam ciuiliter ad id, vt patiatur mediam capitis diminutionem dicetur Bannitus propter delictum publicum, aùt Hæreſim, eò quòd cùm perdat Ciuitatem, & bona, ſecundùm *Aret.* ac *DD. in d.* §. *cùm autem*, notant *Bald. Roman. & cæteri in l. corruptionem C. de vſufr. gloſ. in* §. *legati Inſtit. de leg. Franc. Marc. dec.* 831. *p.* 1. *ac Boſſ. in pract. crimin. tit. de bonor. publicat. nu.* 69. perdent vtique ſimiliter vſumfructum; & ità præfatos cumulando concludit *Caualcan. de vſufr. mul. rel. nu.* 229. adde alios, de quibus apud *Mutam deciſ.* 20. *nu.* 3.

119 Inter iſtos cõputabuntur pariter Banniti, quos Foriudicatos appellamus in Regno; nàm cùm perdant Ciuitatem, & bona, ac poſſint impunè offendi, & occidi, eorumque bona adiudicantur Fiſco, ſi nõ habuerint filios, aùt parentes, iuxtà *Conſtit. Regni Foriudicatorum bona*, iuncta etiam *Conſtit. Si quando aliquem*, ac *Conſtit. Pœna carcere*, meritò perdẽt quoque vſumfructum.

120 An autem vſusfructus confiſcati poſſit, quemadmodùm an pariter legatum pro alimentis relictum, vide *Mutam deciſ. Sicil.* 20. *per totam*.

121 Quid autẽ in caſu, quo habens vſumfructum Monaſterium ingrediatur, an ſcilicet per ingreſſum vſusfructus finiatur, dubium facit, quia Monacus dicitur
122 mortuus Mundo, at pro mortuo habetur, tametſi verè viuat *c. placuit* 17. *q.* 1. *l. Deo nobis C. de Epiſc. & Cler. Bald. in Auth. excipitur nu.* 3. *C. de bon. quæ liber. Bar. in Auth. de monac.* §. *illud quoque Alber. d. l. Deo nobis nu.* 2. ibique etiam cæteri *DD.* Et quòd nõ finiatur vſusfructus, ſed duret ille apùd Monaſterium, quouſque naturaliter moriatur ingrediens, voluerunt *gloſ. & DD. in d. Auth. excipitur*, alia *gloſ. in Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi etiam *Cyn. nu.* 12. *Alber. nu.* 22. *Bar. nu.* 42. & *Iaſ. nu.* 48. *Imola in l. cum filiofamilias ff. de legat.* 1. *num.* 8. *Canoniſtæ omnes in c. in præſentia de probat.* vbi præcæteris *Innoc. num.* 5. dicunt eam communem *Abb. in c. fin. de pignor. Soccin. in conſ.* 10. *in* 6. *quæſt. lib.* 1. & *Crotus in l. Gallus* §. & *quid ſi tantùm nu.* 30. *ff. de liber. & poſthum.* hoc ipſum ſecuti ſunt *Bald. in cap. qui clericos in fine ſi de feud. defun. fuer. controu. inter dom. & agnat. Alex. in conſ.* 139. *nu.* 5. *vol.* 2. *adde Maſtrillum deciſ.* 153. *nu.* 26.

123 Quò verò ad vſumfructum debitum patri iure patriæ poteſtatis ſuper bonis aduentitiis filii, ſi ingrediẽdo pater Monaſterium, ibique profitendo extinguatur, & ſic conſolidetur ille cum proprietate, an verò acquirat illum Monaſterio durante vita ipſius Monachi profitentis, altercantur inuicem *Doctores*, quorum aliqui dixerunt, patrem amittere illum, conſolidarique cum proprietate in beneficium filii, ſecuti *Martinum Sylimanum* relatũ à *Cyno*, & *Alber. in Auth. idem eſt C. de bon. quæ liber.* ac à *Salyc.* tàm *in d. Auth. idem eſt*, quàm in *Auth. ingreſſi q.* 7. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi etiam *Iaſ. num.* 48. ac *Hipol. de Marſil. in ſingul.* 668. Aliqui verò è contrà, quòd pertineat ad Monaſterium durante vita patris, ſecuti *gloſ. in ead. Auth. idẽ eſt in gloſ.* 1. *verſ. & ideò*, quorum numero ſunt *Bald. Paul. de Caſtr. & Corne. in d. Auth. idem eſt, Bart. in d. Auth. ingreſſi in repetit. nu.* 49. *Berous in d. c. in præſentia nu.* 426. *Ioan. Lupus in rubr. de donat.* §. 42. aliique relati per *Pinell. in l.* 1. *C. de bon. matern. par.* 1. *ampliat.* 13. *num.* 47. quibus ipſe ſe ſubſcribit, ibique quæſtionem iſtã examinando impugnat opinionem *Martini Sylimani*, & cum iis concordat etiam *Caualcan. de uſufr. mul. rel. num.* 42. Aliqui verò, quòd pro medietate pertineat ad filium, pro alia verò medietate ad Monaſterium viuente patre, ſecuti *Bartolum*

*tolum*

Digitized by Google

*ſolum in d. Auth. idem eſt*, vt colligi poterit ex *Pinello in l.1. C. eod. tit. de bon. matern. d. ampliat.13.n.47. ex Couar. in cap.2. de teſtam. num.8. ex Gutier. canon. queſt. lib.2.c.1.nu.97. cum ſeqq. Gratian. deciſ. Marcb.41. in addit. nu.4. cum ſeqq. ac diſcept. forenſ. cap.75. nu.45.* & ex *Fachineo controuerſ. iur. lib.6.c.12.* qui omnes diſputāt articulum iſtum ad partes, & *Doctores* adducunt, qui pro altera ex relatis ſententiis ſteterunt. Mihi tamen probabilior, & æquior videtur *Bartoli* ſententia, diuidentis illum pro medietate. Non etenim videtur probabilis *Sylimani*, & ſequacium ſentētia dicentiū,
124 extingui vſumfructum per profeſsionem: quoniam clarum eſt, per Monacationem non extingui totaliter patriam poteſtatem, ſed remanere illius ius penès patrem, ſaltim quòad ea, quæ expediunt, aùt ipſius reſpiciunt vtilitatem, & commodum, vt conciliando ex diametro pugnantes opiniones videntur ſentire *Bald. in d.l. Deo nobis C. de Epiſc. & cler. Paul. de Caſtro in l. ſub conditione ff. de liber. & poſth. Felin. in c. cùm dilectus il 2. col.3. verſ. octaua concluſio de reſcript. Sebaſt. Sapia in addit. ad Abb. in cap.2. de regular. & tranſ. ad relig.* Vndè non data totali extinctione patriæ poteſtatis non poterit d ijudicari ſublata in hoc diſpoſitio *l. cùm oportet C. de bon. qua liber. ac* §. 1. *Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* tribuentium patri vſumfructum in bonis filii aduentitiis.

Non deniquè videtur admittenda contraria *gloſ.* autumantis, pertinere illum integraliter ad Monaſterium, durante vita ipſius patris: quoniam id, ad quod videntur *Legumlatores* reſpexiſſe, tribuendo patri vſumfructum in bonis aduentijs filij, non tantùm erit, quod ius patriæ poteſtatis, ſed benè quia ad multa è contrà tenetur pater ergà filium, quorum videtur illud præcipuum, quia tenetur ei ad alimenta, in tantùm, vt illa denegando, videatur necare *l. necare ff. de liber. agnoſc.* Si igitur cederet integraliter vſusfructus bonorū filij ad Mona-
126 ſterium viuente patre, ex quo pater poſt profeſſionem non poteſt aliquid poſſidere, etiam de bonis tranſlatis ad ipſum Monaſterium, cui ſunt omnia acquiſita, quæ aùt ipſe pater tranſtulit, aùt poſtmodùm acquirit, nec de illis diſponere poteſt ſicuti pater, ex traditis per *Ann. ſen. in allegat.51. nu.2. & 9.* non eſſet vtiquè contrà quē poſſet filius actionem inſtituere pro alimentis, & duplicī pęna præmeretur, nàm priuaretur alimentorum præſtatione, & priuaretur bonorum ipſius propriorum vſufructu. Et hoc videtur in cauſa in caſu *d. l. cùm oportet* §. *cùm autem C. de bon. quę liber.* quem in argumentum adducit *Bart.* & poſt eum *Bartoliſta* omnes, dicentes, idem videri conſtitutum in patre eman-
127 cipāte filium, vt ſcilicet dimidiam partē vſusfructus retineat ipſe pater emancipans, aliam verò dimidiam emancipato tribuat: quia ſcilicet exeundo filius per emancipationem de poteſtate patris, ex illa dimidia poſſet ſe alimentare, & è contrà nō fraudaretur totaliter pater his, quæ ſibi iure patriæ poteſtatis tribuuntur in bonis filij in præmium emancipationis, cuius vigore acquirit filius ius inextimabile libertatis.

128 Et ex ijs videtur corollariè deſumi, legitimam debitam filio in bonis patris, ingrediente poſtmodùm Monaſterium deberi eam filio ſtatim facta profeſſione per patrem, non adhùc ſecuta ipſius morte, & conſequenter poſſe proindè cogi Monaſterium, adhùc viuente patre ad illam tradendum, ſicuti ex diſpoſitione *tex. in cap. cùm ſcimus de regular.* probant eam *Bald. in Auth. ſi qua mulier verſus finem C. de ſacroſ. Eccleſ. Bal. Nou. de dote par.1. nu.11.* æquioremque illam dicit poſt cæteros, quos refert *Couar. de teſtam. cap.2. nu.7. in fine*, reiecta *Bar.* & aliorum Ciuiliſtarum ſententia contrarium probantium, de quibus apud eundem *Couar. loco cit. d. nu.7. in princ.*

129 Deſumitur rursùs ex præfatis, Monacum debere ali à Monaſterio *Paul. de Caſtr. in conſ.76. nu.1. vol.1. Surd. de aliment. tit.1. q.75. nu.1.* in tantùm, vt ſi negauerit alimenta, priuetur his, quæ à Monacho acquiſiuit *gloſ. in c.1. in ver. languidis de infans. & languid. expoſ. Innoc. in c. cùm olim il 2. col.2. de priuil. Specul. in tit. de ſtat. monac.* §. *fin. nu.30.*

131 Am-

Digitized by Google

132 Amplia hoc primò, vt teneatur etiam alere filios Monachi egenos *Dyn. in l. ſi quis à liberis* §. *item reſcriptum per illum tex. ff. de liber. agnoſc.* vbi etiam *Bar. in fine*, ac *Cordub. nu.* 11. *Abb. in cap. ex tranſmiſſo nu.* 6. *qui fil. ſint legit. Felin. in cap. in præſentia num.* 39. *de probat. Iaſ. in Auth. ingreſſi nu.* 24. *C. de ſacroſ. Eccleſ. Ripa in l. ſi vnquam nu.* 32. *cum ſeqq. C. de reuoc. donat.* Subamplia hoc etiam in filiis ſpuriis, quos alere ſimiliter tenetur Monaſterium, quod ingreſſus eſt pater *Couar. in epitom. de ſponſal. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 14. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 102. *nu.* 13.

133 Amplia ſecundò, vt teneatur etiam patrem Monachi egenum alere, ſi filius ingrediendo Monaſterium trãsferat in illud bona omnia *Spec. in tit. qui fil. ſint legit.* §. 1. *nu.* 14. *Corduba in d. l. ſi quis à liberis* §. *ſi quis ex his nu.* 16. *Surd. de aliment. d. tit.* 1. *q.* 29. *nu.* 9.

134 Amplia tertiò, etiam in marito, cui tenebitur Monaſterium præſtare alimenta, ſi vxor cõſentiente marito ingrediatur, & transferat in illud dotes, aùt bona ſua *Ioan. And. in addit. ad Specul. d. tit. qui fil. ſint legit.* §. 1. *num.* 14. *Corduba d.* §. *ſi quis ex his num.* 56. Hanc autem ampliationem non procedere ſine difficultate ſcribit *Surdus de aliment. d. tit.* 1. *q.* 37. *nu.* 1. *cum ſeqq.* à quo tacito nomine habuit *Gratian. d. diſcept.* 102. *nu.* 17. vbi ad literam tranſcribit omnia argumenta, & omnia media, quibus mouetur *Surd.* ad impugnandam dictam ampliationem.

135 Limita modò hæc omnia, quãdo Monaſterium eſſet inops, propter quod nõ poſſet Abbas miniſtrare neceſſaria *Bald. in l.* 1. §. *ſed ſcimus in fine C. de latin. libert. toll. Benincaſa de paupertate q.* 7. *in* 2. *ſpecial. iudic. n.* 25.

136 Aduertas tandem circà hæc ad vnum notabile, & eſt, quòd Monaſterium non poterit retinere Nouitium volentem exire intrà annum probationis, etiam ratione ſumptuum, quos cum ipſo fecit *Domin. in cap.* 1. *num.* 6. *de regul. in* 6. vbi etiam *Franc. in* 3. *notab.* ſequitur eos *Valaſcus*, qui alios recenſet *conſult.* 123. *nu.* 9.

Redeundo modò, vnde digreſſi ſumus, ad diſtinctionem deſumptã ex *Iuſtiniano in* §. *finitur Inſtit. de vſufr.* quòad non vſum per modum, & tempus, de quo in *d.* §. *finitur*, qui eſt tertius caſus, in quo finitur vſusfructus ratione perſonæ, videtur *gloſ.* illa coniungere hæc duo, exponendo dupliciter. Et Primò, vt clauſula, ſiue verba illa, *per modum*, & *tempus*, intelligantur ſcilicet, vt paterfamilias. Secundò *per modum*, & *tempus*, hoc eſt, per moderatum tempus, videlicet decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, allegat *l. corruptionem C. de vſufr.*

Ego verò diſtinguendam puto clauſulam illam, & ſic ut diuerſum quid ſignificet verbum illud, *per modum*, diuerſum verò illud, *per tempus*, & ſic vt conſtituantur ex illa duo caſus. *Per modum* itaque, quemadmodũ exponit *gloſſ. ibidem*, & rectè, ideſt, ſicuti paterfamilias vſurus eſſet, & ſic de vtendo fruendo arbitrio boni viri. *Per tempus* verò, hoc eſt, quòad præſcriptionem.

137 Non vſum itaquè per modum intelligas, quando abuteretur vſufructuarius vſufructu, deteriorãdo ſcilicet rem, quo caſu priuari debet vſufructu, & conſequenter ille finietur, & ita per *tex. in l. hoc amplius* 9. §. *fin. ff. de damn. infect.* concludunt communiter *Paul. de Caſtr. in Auth. qui rem* C. *de Sacroſ. Eccleſ.* inibique etiam *Dec. nu.* 5. *Ruin. conſ.* 58. *nu.* 5. *lib.* 1. *Roland. à Valle conſ.* 59. *nu.* 12. *lib.* 2. *Tiraqu. de retract. conuent.* §. 3. *gloſ.* 1. *nu.* 22. *Alban. conſ.* 55. *num.* 6. *Pinell. l.* 1. *C. de bon. matern. par.* 2. *nu.* 60. *Cephal. conſ.* 653. *nu.* 4. *lib.* 5. *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.* 94. *num.* 8. *Clar.* §. *emphyteuſis q.* 20. *num.* 5. *Barboſ. in l. diuortio* §. *ſi fundum num.* 17. *verſ. ex quibus ff. ſolut. matrim. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 16.
138 *nu.* 31. Et hoc contingere poterit per deteriorationem rei vſufructuariæ, præcæteris per inciſionem arborum, dirutionem ædium, & ſimilium, non obſtante quòd præſtiterit cautionem de benè vtendo fruendo arbitrio boni viri, propter quod potuiſſet dici, fore ipſum conueniendum pro intereſſe, non verò condemnandum ad amiſſionem rei vſufructuariæ, nàm ad vtrumque agi poterit.

Et

Digitized by Google

Et ità per *tex. in l. colonus §. duobus ff. de iure iur.* voluerunt *Bald. conſ.* 290. *nu.* 2. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 59. *nu.* 13. *lib.* 2. *& Barboſa d. §. ſi fundum num.* 18.

139 Super quo eſt aduertendum, quòd ad hoc vt per deteriorationem quis priuetur, ad eſſentiam deteriorationis in tali caſu tria requiruntur. Primò, quòd deterioratio ſit in proprietate, nō autem in fructibus. Secundò, quòd per dolum malum, latam culpam, vel leuem, non autem leuiſſimam. Tertiò, quòd deterioratio ſit notabilis, ità *Bald. Iaſ. & Tiraqu.* relati per *Ludou. deciſ. Peruſ.* 94. *nu.* 9. *cum ſeqq.* ac *Menoch.* de quo ipſe etiã meminit *de arbitrar. Iudic. caſu* 78. *nu.* 6.

141 Inter caſus amiſſionis vſusfructus circà non vſum per modum computabis etiam caſum venditionis vſusfructus factæ per vſufructuarium, in quo quia non vtitur per modum, per modum ſcilicet à lege conſtitutum, iure merito priuatur vſufructu, intelligendo tamen, quando formalis vſusfructus alienatio fieret extraneo *Bald. in l.* 1. *C. ſi pignus pign. dat. ſit, & in l. res, quarum. C. de iure dot. Imol. in l. ius vſusfructus col.* 1. *ff. ſol. matrim.*

141 cum concordantibus, de quibus per *Couar. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 8. *ſub nu.* 7. non verò quando proprietas rei, in qua habet vſumfructum, aùt commoditatem ipſius, vt in propriis terminis *Ioſeph. de Seſſe deciſ. Aragon.* 58. *num.* 1. *cum ſeqq.*

142 Item ſi non præſtaret cautionem, aùt non faceret inuentarium requiſitus ſaltim extraiudicialiter, vt diximus *ſuprà num.* 38. *& num.* 52. quibus in caſibus priuandus venit vſufructu, & ſic de ſimilibus.

143 Caſus modò amiſſionis ex non vſu per tempus contingere poterit per non vſum decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes: nàm ſi alicui fuerit relictus vſusfructus, deindè illum nō agnouerit per dictum temporis ſpatium, aùt ſi agnouerit, poſtmodùm dereliquerit, infra idem tempus amittitur vtique vſusfructus, & proprietati conſolidatur, ſic cenſuit *tex. in l. corruptionem*, vbi notãt *gloſ. & DD. C. de vſufr.* adde *Balbum de præſcript.* 3. *p.* 4. *partis princip. q.* 5. *per totam*. Et hæc quòad caſus amiſſionis ratione perſonę.

144 Ratione rei amittitur modò vſusfructus. Primò, ſi vſufructuarius cedat Domino proprietario vſumfructum: Secùs verò ſi extraneo cederet, vt in *d. §. fini-*

145 *tur*. Secundò, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, aùt terremotu, aùt vitio ſuo, hoc eſt de per ſe propter vetuſtatem corruerent, quibus in caſibus nequidem areæ vſusfructus deberetur, nec cementorum *l. quid tamen ff. quib. mod. vſufr. amitt.* Hęc tamen intelligas, ſi vniuerſæ ædes corruerint, collabuntur, aùt exuſtæ ſint. Vndè ſi propter vetuſtatem domus in aliqua tantùm parte corruerit, non poterit compelli hæres ad reficiendum, & reparandum *l. hactenùs ff. de vſufr.* Benè verùm ſi refecerit hæres, pati debet, vt vſufructuarius vtatur.

147 An autem ſit idem affirmandum de vſufructu agri, cuius forma mutata ſit, ac inundatus fuerit, item de naui, ac de vſufructu quadrigarum relicto, ſi perierit equus, vide *Garſiam de expenſ. & meliorat. c.* 11. *nu.* 19. *cum ſeqq.*

148 Tertiò, ſi fructuarius proprietatem acquireret, ac è contrà ſi proprietarius vſumfructum, vt in eodem *§. finitur*.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus omnes pendentes ſpectant ad fideicommiſſarium poſt acquiſitum ex cauſa fideicōmiſſi dominium, licèt præterierit maior anni pars.*

*Et non tantùm de fideicommiſſis vniuerſalibus, verùm etiam de relictis particularibus, de re propria teſtatoris factis, num.* 19.

*Amplia etiam quòad penſiones debitas ratione fructuum bonorum, nu.* 20.

2 *Fructus pendentes ſunt pars rei.*

3 *Fructus pendentes quam partem conſtituant in fundo, in quo pendent, remiſſiuè.*

4 *Impenſas factas gratia quærendorum fructuum deducit antè omnia grauatus in reſtitutione rei fideicommiſſo ſubiectæ.*

*Contrarium tamen voluerunt aliqui, vt ibid.*

Con-

Digitized by Google

*Concordari ij poterunt, vt num. 5.*

6 *Impenſarum ſolutione facta per fideicommiſſarium non poterit grauatus prætendere portionem colonicam in fructibus.*

7 *Fructus lucratur fideicommiſſarius à die aditæ hæreditatis per hæredem, non verò antè.*

8 *Fideicommiſſarius acquirit dominium rei fideicommiſſariæ à die aditæ hæreditatis per grauatum.*

9 *Fructus rei fideicommiſſariæ interim antè reſtitutionem dictæ rei factam lucratur grauatus, ſi non fuerit in mora reſtituendi.*

10 *Mora quandò, & qualiter contrahatur per hæredem grauatum.*

11 *Fructus rei legatæ, etiam ſi ſit partis bonorum, lucratur hæres antè traditionem, ſi non fuerit in mora reſtituendi.*

*Etiam ſi legata fuerit res illa per fideicommiſſum, nu. 12.*

*Item etiam in legato rei alienæ, num. 13.*

14 *Fructus rei fideicommiſſariæ an ſpectent ad fideicommiſſarium à die, quo cedit fideicommiſſum, ſi fuerit abſens, diſſentiunt* DD.

*Intelligas cum diſtinctione, vt ibidem.*

15 *Mora contrahitur fauore minoris à die fideicommiſſi caſus.*

*Fallit tamen, quando minor non haberet perſonam legitimam, cui fieri poſſet reſtitutio, nu. 16.*

17 *Mora contrahitur ipſo iure fauore Eccleſiæ, Fiſci, & aliarum perſonarum, præcipuè pauperum priuilegiatorum in corpore iuris.*

18 *Fructus legitimæ legatæ, aut per fideicommiſſum relictæ debentur ſtatim à die mortis, non autem à die interpellationis iudicialis.*

21 L. diuortio ff. ſol. matrim. *ratio, ac diſpoſitio non viget in fideicommiſſario, ſed diuerſa in eo ratio attenditur circà diuiſionem, & lucrationem fructuum.*

22 *Fructuum in diuiſione facienda inter fideicommiſſarium, & grauatum an ſit vniformis diſpoſitio de ciuilibus fructibus, quę de naturalibus, & induſtrialibus, excutitur articulus.*

23 *Fructuum ciuilium prouenientium pro vſu pecunię qualiter fiat diuiſio inter fideicommiſſarium, & grauatum.*

24 *Fructus pendẽtes tantùm fiunt fideicommiſſarij poſt acquiſitum fideicommiſſum, non verò percepti.*

25 *Vſurę conuentionales debitę ex cõtractu teſtatoris, non tamen exactæ ſpectant integræ ad fideicommiſſarium, abſque deductione ratę fauore grauati, ſi non exegerit.*

26 Authoris *diſtinctio circa diuiſionem fructuum faciendam inter hęredem grauatum, & fideicommiſſarium.*

27 *Fideicommitti non tantùm poteſt quòad vniuerſitatem bonorum, verùm etiam in certa tantùm re.*

28 L. Herennius. ff. de vſur. & l. in fideicommiſſariam ff. ad trebell. *locum vendicant in fideicommiſſo vniuerſali, non verò in fideicommiſſo particulari, & ſic certę rei.*

29 L. in fideicommiſſariam ff. ad trebell. *intellectus.*

30 Fi*deicommiſſarius rei particularis neque trebellianicam deducit, neque falcidiam tempore reſtitutionis.*

31 *Fideicommiſſi extenſio an detur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de gradu ad gradum.*

32 *Conditio, & onus adiectum inſtitutioni cenſetur repetitum in ſubſtitutione.*

33 *Conditio ſufficit ſi ſemel adimpleatur, quicquid poſtmodùm indè eueniat.*

34 *Conditionis natura eſt, vt in forma ſpecifica adimpleatur.*

35 Oldradi conſ. 21. *negantis extenſionem in fideicõmiſſarijs diſpoſitionibus examinatur.*

36 *Extenſionem de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de gradu ad gradum negat* Oldradus conſil. 21. *in fideicommiſſariis diſpoſitionibus, etiam ſi filius poſitus in conditione modico tẽpore ſuperuixerit.*

*Rursùs, etiam in caſu, quo filii eſſet poſthumi, nu. 37.*

*Quinimò, etiã quòad poſthumũ extractum de ventre matris, dummodò ſit in tempore, quo viuere potuiſſet, nu. 38.*

*Itèm etiam ſi filii in conditione poſiti eſſent diſpoſitiuè vocati, nu. 39.*

*Itèm etiam ſi tacitæ coniecturæ intercederent, nu. 40.*



Digitized by Google

*Contrarium tamen quoad coniecturas eſt de iure verius, & amplectuntur communiter* DD. *vt ibidem, & nu.*44. *cum ſeqq.*

41 *Fideicōmiſſorum materia eſt taliter fundata in voluntate defuncti, vt ſufficiat quibuſcumque verbis, & coniecturis, aùt præſumptionibus apparere poſſit ad illam inducendam.*

*Amplia, quàmuis voluntas iſta tacitè ex coniecturis colligatur, nu.*42.

*Item etiam ſi poſt expreſſam diſpoſitionem, ac perſonarum inſtitutionem fuerit adducta dictio illa*, tùnc, & eo caſu, *nu.*43.

44 *Coniecturæ operantur, vt poſſit recedi à* conſ. Oldradi 21. *& quales requirantur per ſeqq. nu.*

45 Oldradi conſ. 21. *non habet locum in fideicommiſſo facto fauore agnationis, ac familiæ conſeruandæ.*

46 F*amiliæ fauor pro cōſeruatione fideicommiſſi poteſt intercedere expreſsè, & tacitè, & ſufficit ſi tacitè interceſſerit.*

47 F*amiliæ & agnationis fauori dicitur proſpectum ſi teſtator reliquerit bona maſculis propriæ familiæ, ità vt vnus eorum, aùt proximior ſuccedat.*

48 M*aſculinitatis qualitate expreſſa in teſtamento, præſumitur teſtator uoluiſſe, bona conſeruari in familia.*

49 F*ideicommiſſum factum gratia agnationis conſeruandæ dicitur fauorabile, & proindè fit illius extenſio de perſona ad perſonam.*

50 *Hæredis appellatio comprehendit non ſolùm primum hæredem, verùm etiam vlteriores.*

51 *Hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris.*

52 *Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes.*

*Eò fortiùs in vltimis voluntatibus, in quibus fit largior interpretatio, tamquàm magis fauorabilibus, nu.*53.

54 F*ideicommittentis diſpoſitio non debet eſſe fruſtatoria, & inutilis.*

55 F*ideicommiſſorum pro validitate ſemper in dubio eſt in acceſſorijs pronunciandum.*

*Contraria de hoc opinio intelligitur cum diſtinctione, num.*56.

57 *Extenſio de perſona ad perſonam, de gradu ad gradum inducitur ex coniectura, videlicet, quia veriſimiliter teſtator ſi de tali caſu fuiſſet interrogatus, taliter diſponere voluiſſe reſponderet.*

*Amplia coniecturam iſtam in quacumque diſpoſitione teſtatoris, nu.*58.

*Item etiam in contractibus, nu.*59.

60 F*ideicommiſſum quibus in caſibus finiatur, & extinguatur.*

61 M*ors ciuilis nùmquā æquiparatur morti naturali, nec eiuſdem effectus operatur.*

*Fallit, quando verſaretur par ratio, idemque ius in vtraque morte, ac quando operaretur eundem effectum, nu.*62.

63 F*ideicommiſſum vtrùm expiret per ingreſſum* Religionis *grauati de reſtituēdo poſt mortem.*

64 F*ideicommiſſum non expirat per mortem ciuilem grauati.*

65 F*ideicommiſſi in reſtitutione debet expectari mors naturalis grauati.*

66 R*eligionis capacis ingreſſus ab incapaci quoad reſtitutionem fideicommiſſi differt in hoc, quia capax retinebit bona pendente conditione, incapax verò non, ſed alij retinebunt interim, & ſic venientes ab inteſtato.*

67 S*ubſtituti non excluduntur à venientibus ab inteſtato.*

I*ntelligas tamen, quando ſubſtituti admittuntur in caſu, & tempore, quibus à teſtatore vocantur; ſecùs tamen quando venientes ab inteſtato non veniunt cōtrà teſtatoris voluntatem, nu.*68.

69 F*ideicommiſſo non aperitur uia per renunciationem hæreditatis factam ab inſtituto, ſed expectanda eſt mors naturalis ipſius inſtituti.*

70 F*ideicommiſſum expirat per mortem fideicommiſſarij prædecedentis, & bona fideicommiſſo ſubiecta recta uia tranſeunt aùt ad ſubſtitutum, aùt ad cōiunctum, aùt ad hæredem teſtatoris.*

71 M*onacus quibus in caſibus habeatur pro mortuo.*

72 *Monacus habetur pro mortuo quoad teſtamenti factionem, nàm poſt ingreſſum nullo modo teſtari poteſt.*

*Etiam ſi fuerit factus Epiſcopus, nu.*80.

73 M*onachi non habent neque uelle, neque nolle.*

74 Mo-

Digitized by Google

74 *Monacus repoſuit ſuum velle, & nolle in arca Superioris.*

75 *Monacus poſt ingreſſum nec teſtamẽtum anteà per ipſum factum mutare poteſt.*

*Tàm ſi capacem* Religionem *fuerit ingreſſus, quàm ſi incapacem, nu.76.*

*Nec etiam de licentia Miniſtri Generalis, nu.77.*

*Rursùs, nec etiam ſi fauore Monaſterij illud reuocare vellet, nu.78.*

79 *Monacus nec verba ambigua teſtamenti per ipſum ante ingreſſum conditi declarare poterit poſt ingreſſum.*

81 *Monaſterium non poterit mutare, aùt tollere teſtamentum conditum per Monacum antè ingreſſum, tametſi tranſlata in ipſum fuerit ipſius voluntas, & poteſtas.*

82 Conc.Trid.ſeſſ.25.c.16.de regular. *habet locum in contractibus inter viuos, non verò in teſtamentis, alijſque vltimis voluntatibus.*

83 *Nouitius infrà annum probationis poterit teſtamento, codicillis, alijſq; actibus omnibus vltimarum voluntatum de bonis ſuis diſponere abſque ſollemnitate* Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regularib.

*Nec eſt in dictis actibus vltimarum voluntatum neceſſaria Prælati licentia, nu.84.*

85 Conc. Trid. ſeſſ.25. cap.16.de regular. *non habet locum in donationibus, & renunciationibus factis per Monacum ante ingreſſum, & ſic antè habitus ſuſceptionem.*

*Etiam ſi donationes, aùt renunciationes præfatas fecerit animo ingrediendi* Religionem, *nu.86.*

87 *Renunciationes factæ per Monacum ſeruata forma* Conc. Trid. ſeſſ.25. c.16. de regular. *non poterunt reſcindi ſub prætextu, quòd fuerit enormiſſimè læſus.*

*Etiam ſi renunciantes eſſent minores, n.88.*

*Etiam ſi renuncians fieret poſtmodùm Epiſcopus, nu.89.*

*An renunciationes prædictæ extendantur ad bona fideicommiſſo ſubiecta, nu.91. remiſſiuè.*

*Promiſſio facta per Monaſterium de renunciando habetur pro facta ac ſi effectualiter fuerit ſubſecuta, nu.92.*

90 *Monacus renuncians, aùt cedens iuxtà præſcriptum* Sacri Conc.Trid. ſeſſ.25. c.16.de regular. *non prohibetur capere ex teſtamento.*

93 *Teſtamentum conditum ante* Religionis *ingreſſum an rumpatur per ſubſequentem* Religionis *ingreſſum, examinatur quæſtio.*

*Diſtinguunt alii, an ingrediatur* Religionẽ *capacem, an verò incapacem, nu.94.*

*Quòad capacem adhùc altercantur* Doctores, *quorum aliqui affirmant, aliqui verò negant, nu.95.*

*Diſtinguunt alii, an cogitauerit de ingreſſu tempore teſtamenti, àn verò non, n.96.*

*Diſtinguunt alii rursùs, àn conferat bona ſua expreſsè in* Religionem *tempore ingreſſus, an verò tacitè, nulla facta teſtamenti mentione, nu.97. & 98.*

Authoris *diſtinctio in articulo iſto, ſi rumpatur teſtamentum, nec ne per ingreſſum, nu.99.*

100 *Monaſterium habet portionem legitimam in bonis ingredientis* Religionem, *etiam illius, qui filios habet, quando ante ingreſſum de bonis ſuis propriis nõ diſpoſuerit.*

101 *Arrogatione rumpitur teſtamentum.*

102 *Monacatione an inducatur capitis diminutio.*

103 Monaſterium *an ſit loco filii, examinatur articulus.*

*In caſu, quòd ſit loco filii, intelligitur, vt procedat in caſibus tantùm in iure expreſſis, nu.104.*

*Item reſpectu ſucceſſionis, non verò reſpectu contractus, & ſic vt habeatur loco hæredis, non verò loco filii, nu.105.*

*Item, vt procedat fictione quadam iuris, nõ autem in veritate, nu.106.*

*Rursùs, loco filii ciuilis, non verò filii naturalis, nu.107.*

108 Monaſterium *an conqueri poſſit, quòd ingrediens nihil ſibi reliquerit, ſi tẽpore teſtamenti cogitauit de ingreſſu.*

109 *Teſtamentum ingreſſi in caſu, quo rumpi contingerit, nõ poterit* Monaſterium *rumpere, niſi quòad legitimam portionem ipſi* Monaſterio *competentem.*

110 Monacus *an cogitauerit, nec nè de ingreſſu tempore teſtamenti antè ingreſſum conditi, remittitur arbitrio Iudicis.*



Digitized by Google

111 *Mulier decedens in Monaſterio non dicitur decedere ſine filijs, ad finem excludendi maritum à lucro dotis.*

112 *Monaſterium habetur loco filij ad excluſionem conſanguineorum pro vendicanda nece Monachi occiſi.*

*Contrarium ſentierunt aliqui* DD. *vt ibidem.*

*Diſtinctio aliorum in hoc articulo pro concordia, nu.* 113.

114 *Monaſterium habetur loco filij in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filijs, ita vt in illa ſuccedat.*

115 *Monaſterium habetur loco filij ad finem excludendi ſubſtitutum in caſu, quo ingrediens fuerit grauatus, ſi ſinè liberis deceſſerit.*

Ratio, *quarè id fiat proponitur ſecundùm aliquos, & reijcitur, num.* 116.

117 Conditio, *ſi ſine liberis, aduerſatur in materia fideicommiſſi vitæ contemplatiuæ, quæ melioris cõditionis eſt, quàm vita actiua.*

118 *Ingreſſus operatur, vt ingrediens renunciare habeat Mundo, eiuſque pompis, ac vouere paupertatem, & obedientiam.*

119 Conditio, *ſi ſine liberis, habetur pro non ſcripta fauore Monaſterij.*

120 Authoris *ratio, cur per ingreſſum non expiret fideicommiſſum.*

121 *Impulſu ad perfectionem, & æternitatem futuri ſæculi, nihil conducibilius, ac amabilius excogitari poteſt.*

122 *Vita contemplatiua melioris conditionis eſt, quàm vita actiua.*

123 *Monaſterium non ſuccedit contrà voluntatem teſtatoris per ingreſſum grauati, ſed benè iuxtà illam præſumptam tamen.*

124 *Monaſterium, & Eccleſia non dicuntur eſſe loco filij, quando conſtat de expreſſa teſtatoris voluntate in contrarium, tàm in vocatione, quàm in conditione.*

125 Alciat. conſ. 53. nu. 6. lib. 9. *reprobatur, aſſerens, malè facere Eccleſiam, tamquàm cultricem iuſtitiæ, accipiendo cõtrà voluntatem teſtatoris per ingreſſum grauati, ſi ſine liberis deceſſerit.*

126 *Legatum mille factum à patre filiæ, ſi nupſerit; ducentorum verò ſi Monaſterium ingrediatur, valet.*

*Fallit, ſi diceret, ſi Monialis, aut Monacus, aut Præsbyter non fiat, num.* 127.

*Valet tamen, ſi legando diceret, ne in aliquod certum Monaſterium ingrediatur, cùm in tali caſu non videatur adẽpta facultas ingrediendi in alijs, num.* 128.

129 *Legatum factum Monaco, ea lege, vt nihil quæratur Monaſterio, an valeat.*

130 *Ingreſſus intelligitur, non per ſimplicem tantùm ingreſſum, ad finem euentus cõditionis, ſed poſt factam profeſſionem.*

131 *Legatum relictum alicui ſub conditione, ſi Monaſterium ingrediatur, vel tempore ingreſſus, an cedat per ſolum ingreſsum, vel requiratur etiam Profeſſionis emiſſio.*

132 *Subſtitutio facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, euaneſcit ſi grauatus fieret clericus ſæcularis.*

*Etiam ſi fieret Epiſcopus, nu.* 133.

*Intelligas tamen, aliquibus concurrentibus, vt nu.* 134.

135 *Subſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, euaneſcit per ingreſſum, etiã ſi antè ingreſſum grauatus diſpenſauerit bona fideicommiſſo ſubiecta in pios vſus.*

*Procedit diſpoſitio iſthæc etiam de iure Canonico, nu.* 136.

*Item etiam in Bigamo inſtituto, ſi poſtmodùm diſpenſatione Pontificia obtenta Monaſterium ingrediatur, nu.* 137.

*Rursùs etiam in eo, qui ſe obtulit Epiſcopo ſeruaturum Regulam Monacalem, ex quo non potuit ab aliquo Monaſterio recipi, nu.* 138.

139 *Fideicommiſſum fauore* Religionis *non expirat, quando ingrediens fuiſſet grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe natis, aùt ex ſuo proprio corpore, aùt ſine filijs legitimis, & naturalibus, aùt ſine maſculis, aùt ſine filijs natis ex legitimo matrimonio.*

Redditur *dubitabilis concluſio iſthæc ſecùndùm* Authorem. *nu.* 140.

141 *Fideicommiſſum expirat non obſtante ingreſſu, ſi fuerit factum fauore familiæ conſeruandæ, ac fauore agnationis.*

*Item ſi aliqua cauſa pia fuiſſet ſubſtituta, nu.* 142.

*Rursùs*

Digitized by Google

*Rurſùs,quando grauatus condiderit teſtamentum antè ingreſſum, & in eo aliquem extraneum inſtituiſſet,nu.*143.
*Inſuper, quādo ingrederetur* Monaſterium *animo fraudandi ſubſtitutum,nu.*144.
*Item,quando ingrederetur* Religionem *incapacem,nu.*145.
*Item, quando* Monaſterium *adhùc capax non vellet ſuccedere,nu.*146.
147 Monacus *non poteſt eſſe executor teſtamenti,niſi acceſſerit conſenſus* Superioris.
*Fallit in Fratribus* Minoribus,*qui etiam de conſenſu* Superioris *non poterunt,num.*148.
*Poſſunt tamē fieri executores Legati ad pias cauſas,nu.*149.
*An autem valeant geſta per illos, ſi de facto aſſumpſerint munus executoris temētarij,nu.*150.
151 Monacus *nō poteſt teſtificari in iudicio ſinè licentia ſui* Superioris.
152 Monacus *habetur pro mortuo* Mundo *quòad matrimonium,quod contrahere non poteſt.*
153 Monacus *contrahendo matrimonium incurrit irregularitatem.*
154 *Irregularitas* Clerici *in* Sacris *conſtituti contrahentis matrimonium oritur ex delicto,non ex defectu ſignificationis.*
155 Monacus *habetur pro mortuo quòad cōputationem legitimæ, ità vt non faciat partem cum alijs fratribus in computatione ipſius.*
*Fallit,quando ingrederetur* Religionem *capacem,nu.*156.
*An autem faciat partem, ſi tēpore ingreſſus iuxtà præſcriptum* Sacri Conc. Trid. *renunciauerit, cum diſtinctione, nu.*157.& 159.
158 *Eleemoſyna , quæ aſſignatur* Monialibus *tempore ingreſſus, ſuccedit ei loco dotium.*
160 Monacus *poterit in ingreſſu renunciare hæreditati ſibi deferendæ.*
161 Monacus *non habetur pro mortuo quòad excuſandum patrem à muneribus.*
162 Monacus *poteſt conſtitui* Vicarius Epiſcopi,*dc eiuſdem* Locumtenens *generalis.*
*Dummodò tamen interueniat licentia ſui* Superioris,*nu.*163.
164 Monacus *non habetur pro mortuo quòad iura ſanguinis, quæ non perdit per* Monaciſmum,*& nu.*166.
165 *Ius ſanguinis eſt incommutabile.*
167 Monacus *per ingreſſum non perdit* Nobilitatem, *ſed illam adhùc retinet.*
168 Monacus *habet ius in paſcuis* Vniuerſitatis, *ſicuti habent alij* Ciues *omnes.*
169 Monacus *non habetur pro mortuo quòad alimenta, & comedendum.*
170 Monacus *admittitur ad ius retractus competens conſanguineis ex diſpoſitione* Statuti.
*Intelligas tamen,quando poſſunt ij ſuccedere,nu.*171.
*Fallit in* Regno *vigore* Conſtit. *ipſius incip.* Sancimus de iurè prothomiſ. *nu.* 172.
173 Monacus *non reputatur pro mortuo in materia* Statuti *excludentis fœminas à ſucceſſione propter maſculos.*
174 Monacus *dicitur habilitatus ad ſucceſſionem.*
175 Monacus *retinet ſuitatem, ac ſuitatis effectus, ratione cuius admittitur ad ſucceſſionem parentum, tàm ex teſtamento,quàm ab inteſtato,& nu.*176.
177 *Succeſſio licèt deferatur* Monaco,*acquiritur tamen* Monaſterio.
178 Monacus *quicquid acquirit,* Monaſterio *acquirit.*
*Adeò vt acquiſitio iſthæc recta via tranſeat in* Monaſterium,*nu.*179.
*Transfert in idem etiam legitimam, dato adhùc quòd* Monaſterium *ignorauerit, nu.*180.
*Transfert etiam in* Monaſterium *poſſeſſionem omnium bonorum ſuorum ſine aliqua apprehenſione,nu.*181.
*Item transfert hæreditatem ſuorum aſcendentium,etiam non aditam, num.*182. & 196.
*Tàm ſi ex teſtamento,quàm ſi ab inteſtato ei deferatur,nu.*201.
*Transfert rurſùs etiàm emphyteuſim,num.*183.
*Transfert inſuper in* Monaſterium *etiam inofficioſi quærelam competentem fratri aduerſùs fratrem per inſtitutionem turpis perſonæ factam,nu.*184.
185 Monacus *transfert in* Monaſterium *ſucceſſionem* Feudalem.

186 Feu-

Digitized by Google

186 *Feudatarius poteſt ſeruire per ſubſtitutum.*
187 *Clericus an ſuccedere poſſit in Feudis, & in quibus Feudis ſuccedere poſſit, in quibus verò non.*
188 *Feudum regulariter requirit perſonale ſeruitium, quod non poteſt præſtari à Clericis, vel Monachis, cùm non poſſint ij duobus Dominis ſeruire, propter quod non ſuccedunt in illo.*
*Fallit, quando ſeruitium iſtud poſſet præſtari æquè à Clericis, ſicuti à Laicis, nu. 190.*
*Item, quando poſſet præſtari per ſubſtitutum, nu. 191.*
189 *Iuramentum fidelitatis præſtandum à vaſallo Domino Feudi directo non poteſt obſeruari à Clericis, nec à Monachis.*
192 *Feudi liberi, & franchi, pro quo nullum præſtatur ſeruitium fiunt capaces Monachi, & Clerici.*
193 *Feudi realis, & improprij, pro quo præſtatur ſeruitium reale fiunt capaces Clerici ſæculares, & Monachi.*
194 *Monachi ſucceſſio in Feudis in caſibus permiſſis non eſt perpetua, & irreuocabilis, ſed durante eius vita tantùm penès Monaſterium.*
195 *Monacus transfert in Monaſterium vitam, & militiam debitam fratri ſecundogenito per primogenitum ſuper bonis Feudalibus.*
197 *Monaſterio an acquiratur mediatè, an verò immediatè hæreditas Monaco delata, diſſentiunt Canoniſtæ, & Legiſtæ.*
*Authoris reſolutio in hoc articulo, nu. 198. & 199.*
200 *Monaſterium poteſt adire hæreditatem Monaco delatam, etiàm ipſo ignorante, vel inuito.*
202 *Monacus non poteſt in aliud Monaſterium introire in præiudicium illius primi, cui fuit hæreditas delata ex perſona ipſius Monachi.*
203 *Monaſterio non acquiruntur delata poſt mortem Monachi.*
*Nec etiam morientis infrà annum probationis, nu. 204.*
205 *Nouitio morienti infrà annum probationis quis ſuccedat.*
206 *Monaco relictum an cenſeatur relictum contemplatione Monaſterij, an verò ipſius Monachi.*
207 *Monachi exeuntis de Religione, vel tranſeuntis de vna in aliam bona, cui acquirantur, an ſcilicèt primo Monaſterio, vel ſecundo.*
Authoris *diſtinctio pro diffinitione articuli, cum poſitione multorum caſuum, nu. 208. 209. 210. 211. 212. 213. & 214.*
215 *Monacus mutuans pecuniam, vel deponens acquirit actionem ſibi, & Monaſterio, & proindè recipiendo liberatur mutuatarius, ac depoſitarius.*
*Niſi tamen in mutuatione interueniſſet factum Abbatis, nu. 216.*
217 *Monacus accipiẽs mutuo pecuniã ad vſus neceſſarios exiſtẽs extrà Monaſterium de licentia Superioris obligat Monaſterium ad ſolutionem vſquè ad quantitatem Monaco ſingulis annis aſſignatam.*
*Et hòc etiam in caſu, quo illi ſubminiſtraſſet aliquis expenſas, nu. 218.*
219 *Monaſterium conſentiens alienationi factæ per Monacum non poterit poſtmodùm dicere contractum nullum.*
220 *Monacus, ex cuius perſona agit Monaſterium tenetur deponere, & iurare vti principalis.*
221 *Monaſterium poterit allegare ſuſpectum Iudicem ex perſona Monachi.*
222 *Monaſterium, in quod transfert Monacus bona ſua tenetur ad debita contracta per ipſum Monacum.*
*Intelligas tamen vſquè ad quantitatem bonorum translatorum, nõ verò vltrà, nu. 223.*
224 *Hæres inſtitutus ab ingrediente Monaſterium habet hæreditatem antè mortem naturalem Monachi teſtantis, & ſic ſtatim facta profeſſione.*
225 *Donatio, ceſſio, aut rennnciatio facta ab ingrediente Monaſterium ad fauorem alterius eſt valida, ità vt nõ poſſit ampliùs per ipſum reuocari.*
226 *Statutum excludens maſculos propter fœminas, an excludat etiam Moniales, remiſſiuè.*
227 *Fideicommiſſum an expiret per prædeceſſum ſubſtituti.*
228 *Hæreditatis onus tranſmittitur ad hæ-*
redes

Digitized by Google

*redes cum onere ſuo, etiam in cauſa caduci, vel quaſi.*

229 *Subſtitutio compendioſa continet ſub ſe vulgarem.*

230 *Subſtitui, ac fideicommitti poteſt per plures ſubſtitutionum gradus, non tantùm in hæreditatibus, verùm etiam in legatis, & fideicōmiſſis particularibus, ſiuè certæ rei.*

231 *Fideicommiſſa, & legata relicta ab inſtituto an cenſeantur repetita à ſubſtituto.*

*Et quid de relictis à ſubſtitutis, ibid.*

232 *Legato incœpto, ac per mortem legatarij finito extinguitur onus ſibi iniunctum quoad omnes.*

233 L. Celſus 29. ff. de leg. 2. *facti ſpecies recenſetur.*

234 *Legatum nominatim relictum ab inſtituto nō cenſetur repetitum à ſubſtituto.*

*Quemadmodùm nec etiam à venientibus ab inteſtato, nu.* 235.

*Fallit, quando adeſſet clauſula codicillaris, ac clauſula, omni meliori modo in teſtamento, nu.* 237.

236 *Venientes ab inteſtato ſuccedunt præter ſpem, & voluntatem teſtantis.*

238 *Fideicommiſſum relictum fauore agnationis, & familiæ efficitur tranſmiſſibile, dato adhuc quòd non ſit tranſmiſſibile ex ſui natura.*

239 *Maſculinitatis qualitas appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, & fideicommiſſi cenſetur repetita in ſecundo, & vlteriori caſu, in quo ſit nominatio filiorum ſimpliciter.*

240 *Subſtitutus pupillariter an excludat venientes ab inteſtato, ſiuè venientes ex forma ſtatuti, aùt conſuetudinis dictātium, vt morienti ab inteſtato ſuccedāt proximiores in tota, aùt certa parte hæreditatis.*

Authoris *diſtinctio circa iſtius quæſtionis reſolutionem, nu.* 241.

242 *Subſtitutus filio impuberi capiet ſolidum ex bonis teſtatoris ſubſtituentis, licèt aliàs ſolidum illud capere non potuiſſet.*

243 *Statuto dictante, vt mulier decedens ſine liberis, & aſcendentibus teneatur relinquere partem dotis fratri, non poterit mulier alienare dotem in præiudicium fratris.*

244 *Pater non poteſt grauare filium in legitima per fideicommiſſum.*

*Fallit, quando pupillariter ei ſubſtitueret, nu.* 245.

*Intelligas tamen, ſi filius iſte impubes deceſſiſſet, nàm ſi pubes fieret, iniunctum onus euaneſceret, nu.* 246.

247 *Legitima competit matri in bonis filij.*

248 *Mater excluditur à legitima ſibi debita in bonis filij per ſubſtitutionem pupillarem factam dicto filio impuberi.*

249 *Filius ſubſtitutus pupillariter decedendo non dicitur decedere inteſtatus, ſed benè teſtatus.*

250 *Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum filij.*

251 *Teſtamento quando locus eſt ceſſat cauſa inteſtati.*

252 Giurba deciſ. 11. nu. 18. & 19. *reprobatur.*

253 *Dictio,* tanquàm, *quandoq; eſt veritatis expreſſiua, & denotat idem quod dictio,* ac ſi.

254 *Dictionis,* ac ſi, *natura eſt facere relatum cum omnibus conditionibus, & qualitatibus.*

## CAP. II.

SEcundus ſe offert fructuum diuiſionis caſus inter hæredem grauatum, & fideicommiſſarium, in quo *Modeſtinus lib. 11. reſponſorum*, de quo in *l. Hærennius la prima* 42. in ordine *ff. de vſuris*
1 pro abſoluto habet, poſt dominij acquiſitionem fructus omnes ſpectare ad fideicommiſſarium, quàmuis tamen præterita ſit maior anni pars, antequàm dies fideicommiſſi ceſſerit, ipſum audiamus, *Hærēnius Modeſtinus reſpondit, fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere; licèt maior pars anni, antè diem fideicommiſſi cedentem præteriſſe dicatur.* Hactènus *Modeſtinus loco cit.* Iuxtà quem relictis antiquioribus ſic concludunt *Iaſ. in conſ. 231. col. fin. lib. 2. Cagnol. in l. 2. nu. 100. in fine C. de pact. inter empt. & vend. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. nu. 2. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 15. nu. 2. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 11. nu. 2. Peregr. de fideicomm.*

Digitized by Google

*comm.artic.*49.*nu.*91.*Viu.deciſ.*8.*num.*9. *Gomeſ.variar.reſol. tomo primo cap.*12.*de legatis nu.*5.*Craſſ.de ſucceſſ.tàm ex teſtamen.quàm ab inteſt.*§.*legatum quæſt.*71. *Nauar.in apolog. de reddit. Eccleſ.quæſt.* 2.*monito* 15.*in princ.* Co*ſta de port. rat. quæſt.*114.*num.*10. *Capiblanc. de Baron. prag.*5.*nu.*22. *Valaſc. in praxi partit.cap.* 34.*in princ.Gutier. canon.quæſt. cap.*33. *nu.*2. D.*Tapia deciſ.*45. *nu.*4. *Eſcobar de ratiocin. computat.*20.*nu.*4. quicquid tamen contrà autumauerit S*ocin. in conſ.* 42.*col.fin.vol.*3.nàm contrà ipſum in eadem facti ſpecie iure ſtetit *Iaſ. d.cõſ.*231. vt infrà etiam dicemus.

2 Pro ratione addunt D*octores* in hoc, quia fructus pendentes ſunt pars rei *l. fructus pendentes ff.de rei vendic. l.fin.*§.*pen.ff.de his quæ in fraud.cred.* & propterea cum re tranſeunt, ad quemcumque res ipſa trãſit. 3 Quam autem partem illi conſtituant in fundo, in quo pendent, ſi ſcilicèt quotitatiuam, ſi numeralem, ſi integralem abſolutè, ſi prædicamentalẽ, aut ſubiectiuam, ſi verò tandem integralem reſpectiuam, ſeù hypotheticam ex hypotheſi, & ſic ex ſuppoſitione, vel ſuppoſitiuam, declarat C*ouar.var.reſol. d.lib.*1.*cap.*15.*ſub nu.*1.

4 Eſt tamen benè verum, quòd per hæredem grauatum in reſtitutione facienda ſunt priùs deducendæ impẽſæ, quærendorum fructuum gratia factæ, de quibus in omni caſu reſtitutionis faciendæ ſemper habendam eſſe rationem, illaſq; reſtituendas fore, cauit *text. in l.ſi à Domino* §.*fin.* iunctis *ll.ſequentibus ff. de petit.hæred.l.fundus,qui ff.famil.herciſc.*per quem ſic in terminis hæredis grauati, & fideicommiſſarij concludit *Peregrin. de fideicomm.artic.*49.*num.*93.*&* 94. adducens in idem *Paul. de Caſtr. Bald. & Cephal.inibi* per *ipſum* commemoratos, & à nobis infrà paulò mox citandos.

Contrariũ tamen, quòd ſcilicèt legatarius, aùt fideicommiſſarius non teneatur ſoluere impenſas factas in ſeminando, & colendo prædium in illo anno, eò quòd videtur teſtator totum id præfatis relinquere, legando ipſum prædium, voluit *Valaſc.in praxi partit.d.cap.* 34.*ſub nu.*1.*in fine.*

5 Poterunt ij taliter ad concordiam reduci, vt ſcilicèt quod tradit *Valaſc.*intelligatur de fideicommiſſo ſimpliciter relicto, ac immediatè poſt mortẽ teſtatoris, in cuius cultura, & ſeminatione ipſemet teſtator impẽderat, quo caſu dũ relinqt prædium, aùt per legatum, aùt per fideicõmiſſum, videtur relinquere iuxtà terminos, in quibus reperitur abſq; deductione aliqua. In caſu verò relato per *Peregrin.*intelligetur de legato, & fideicommiſſo iniuncto, non ſimpliciter, & immediate, ſed aùt poſt aliquod temporis ſpatium, aùt poſt mortem hæredis inſtituti, ſeù grauati, qui infrà idem tempus decurrens vſquè ad diem reſtitutionis de ſuo impenderit pro cultura, & ſeminatione prædij, quo caſu non mirum, ſi impenſas in id erogatas deducat in reſtitutione, & ità quòad hæredem vltimi poſſeſſoris maioratus, vt ſolui ei debeant impenſæ factæ in cultiuãdis vineis, terris, ac oliuetis, eò quòd nullus eſt caſus, qui hoc genus deductionis impediat, ad *text.in l.fundus, qui ff.famil. herciſc.* tradit *Eſcobar de ratiocin. d. comput.*20.*nu.*2.

6 Quò fit, vt per ſolutionẽ præfatarum impenſarum non poſſit grauatus prætendere, nè quidèm pro vno anno eſſe colonum partiarium, vt concludit *Paul. de Caſtr. in d. l.ſi à Domino* §.*fin.* antè ipſum B*ald. in l. ſi quis ſciens C. de rei vendic.& in l.ſi pater nu.*5.*C.de vſufruct. ac* C*ephal. conſ.*181. de quibus meminit *Peregrin. de fideicomm.d.art.*49.*num.*94. tametſi ſubdat, præfatorum dicta eſſe duræ digeſtionis, ex eo, quòd fiet peioris conditionis grauatus, quàm colonus partiarius.

7 Intelligas, vt perceptionem fructuum præfatorum lucretur fideicommiſſarius à die aditæ hæreditatis per hæredem quemadmodùm ſic intelligendum eſſe *Modeſtini* reſponſum in *d.l.Hærẽnius ff. de vſur.*tradit *gloſ.ibi*, ſequuntur illam D*octores* communiter, vt teſtis eſt *Alex. in l.ſi tibi homo* §.*cùm ſeruus col.*2. *de legat.*1.*ac in l.ſi quis bonorum ff. eod.tit. ac* C*opus de fruct.lib.*1.*tit.*3.*cap.*4.adde C*ouar.var.reſol.lib.*1. *d.cap.*15.*ſub num.* 14.

8 Eam

Digitized by Google

8 Eam rationem expendunt *DD.* quam notat *Couar. ibidem*, quia ſcilicet dominium rei legatæ, & fideicommiſſo relictę tranſit in legatarium, aùt fideicommiſſarium à die aditæ hæreditatis, ad *tex. in l. à Titio ff. de furt.* ſecùdùm intellectum communiter approbatum, quemadmodùm hoc ipſum totum comprobat etiam poſt *Cald. Ruin. Iaſ. & Cagnol. Valaſc. loco cit. nu.* 3.

9 Vndè ante traditionem dominii in fideicommiſſarium vniuerſalem, aùt particularem pertinebunt fructus iure dominii ad hæredem, ſi non conſtituatur hæres in mora, & proindè non erunt reſtituendi fideicommiſſario, tamquàm percepti ab hærede iure dominii, vigore negligentiæ fideicommiſſarii nō petentis, per *tex.* clarum in *l. mulier* §. *ſi hæres l. poſtulante* §. 1. *l. in fideicommiſſariam ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* alia iura ad id cumulat *D. de Franch. deciſ.* 13. *num.* 5. qui *inibi ſub nu.* 9. poſt *Angel. in d. l. deducta* §. *qui poſt, ac Imol. & Alex. ac Tiraqu. de retract. conuent. gloſ.* 5. §. 4. *nu.* 1. ait, fructus perceptos dici etiam ſi fuerint tantummodò à ſolo ſeparati, ac in aceruis quoquè in agro exiſtentes; tametſi in horreo non reconditi, quod & mihi non probatur, quemadmodùm articulum diſputando concludebamus in *præced. c.* 1. *huius* 2. *par. num.* 24. *cum ſeqq.* in terminis vſufructuarii, & proprietarii, cùm præfati *DD.* in illis terminis loquantur, non verò in terminis hæredis, & fideicommiſſarii, & proindè non puto, poſſe conſtitui differentiam inter ipſos quòad hoc. Et hoc etiam quando in diem, aùt ſub conditione legatum fuiſſet, ad tradita per *Guid. Pap. deciſ.* 497. vbi concludit, aduentum diei, & conditionis non cōſtituere in mora grauatum, aùt ipſius hæredes, tametſi operetur fideicommiſſi euentum, quemadmodùm adnotauit *Bart. in l. quoties in diem ff. de verb. obligat.* & eſt opinio communiter recepta tàm in lecturis, quàm in conſulendo, vt obſeruari poterit ex eodem *Bar. Imol. Alex. Ripa, Piccard. Aretin. Corne. Socin. ſen. Pancirol. ac Socin. iun.* quos recenſet *Peregrin. de fideicommiſſ. dict. artic.* 49. *ſub numer.* 79. vbi pariter poſt *Tiraquell. de retract. conuent.* §. 4. *gloſ.* 6. *numer.* 5. ſubdit, moram non con-

10 trahi per ſimplicem interpellationem in hoc caſu, ſed debere interpellatorem ſua iura præſentare, ex quibus poſſit doceri, & conſtare interpellatio.

11 Amplia hoc primò etiam quòad legatarium partis bonorum, in quem cùm pariter non tranſeat ipſo iure, adhùc hæreditate adita, dominium bonorum, ſed in hæredem, mora proindè hæredis ceſſante, ad hæredem, non verò ad legatarium fructus ſpectabunt, ad *text. in l. ſi quis bonorum ff. de legat.* 1. in qua, & in *l. non ampliùs* §. *fin. ff. eod.* aduersùs *Bar.* notant communiter *Doctores*.

12 Amplia ſecundò in caſu, quo per fideicommiſſum relinquitur, aùt legatur res hæredi, iuxtà terminos *tex. in l. vnum ex familia* §. *ſi rem ff. de legat.* 2. & §. *ſi rem Inſtit. de legat.* quo caſu cùm non tranſeat recta via ab hærede in legatarium, citrà rei traditionem, ceſſante tunc hæredis mora, fructus earum poſt aditam hæreditatem percepti non pertinebunt ad legatarium *l. Paulus in vltim. reſponſo ff. ad legem falcid.*

13 Amplia tertiò in legato rei alienæ, in quo ſimiliter non tranſit ipſo iure dominium in legatarium, & proindè ceſſante mora, fructus, & acceſſiones ad hæredem ſpectabunt, non ad legatarium, ad not. per *gloſ. in l. equis ff. de vſur.* Et ità ampliationes præfatas de mente *DD.* per ipſum relatorum cumulat *Peregrin. de fideicom. d. artic.* 49. *nu.* 82.

14 An autem idem ius ſit ſtatuendum de fideicommiſſario abſente, ſi ſcilicet ſit ei imputanda negligentia aliqua in non petendo, diſſentiunt *Doctores* inter ſe. Nàm *Bart. in l. in fideicommiſſariam col.* 1. *ac ibi Ripa nu.* 10. vbi communem dicit *ff. ad trebell.* negat, dicens, non eſſe ei imputandam, *Gabriellus* verò in *conſ.* 121. *col. vlt.* affirmat. Placet in hoc ſententia *Peregr. loco cit. nu.* 84. dicentis, examinandas fore abſentiæ cauſas, an tales ſint, vt excuſatione verè dignus exiſtat.



Digitized by Google

Et extendit hoc ipſum in caſu, quo legatarius, aùt fideicommiſſarius iuſta cauſa ignoraſſet legatum, aùt fideicommiſſum, poſt *Paul. de Caſtr.* & *Gratum* per *ipſum* relatos.

15 Limites hoc primò fauore minoris, cuius fauore inductum eſt, vt mora abſque interpellatione contrahatur *l. in minorum C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* cum concordantibus cumulatis per *gloſ. ibi*, per quam ſic voluerunt *Roman. ſingul.* 117. *Alex. in l. quod te nu.* 8. *ff. ſi cert. pet.* adnotauit *D. de* Franch. *deciſ.* 16. *in princ.* Hoc tamen ſublimites de mente eiuſdem *D. de* Franch. *ibi nu.* 1.

16 quando minor non haberet perſonam legitimam, cui ſoluatur, aùt conſignatio rei legatæ, vel per fideicommiſſum relictæ fiat, adducit *tex. in l. cùm quidam* §. *ſi pupillo*, ſuper quo notant *gloſ.* & cæteri *DD. ff. de vſur.* qui *tex.* loquitur in propriis terminis fideicommiſſi.

17 Limites ſecundò fauore Eccleſiæ, Fiſci, & aliarum perſonarum priuilegiatarum, præcipuè pauperum, quorum fauore contrahitur mora irregularis antè interpellationem, vt tradit *Surd. deciſ.* 179. *num.* 6. vbi conſentientes cumulat.

18 Limites tertiò quòad fructus legitimæ legatæ, aùt per fideicommiſſum relictæ, quos ſtatim à die mortis, ſicuti & ipſam legitimam deberi voluit *gloſ. in d. l. in fideicommiſſariam ff. ad trebell.* cum concordantibus adductis *ibi* per *Ripam nu.* 46. quibus addendus *inibi* quoquè eſt *Hieron. à Laurent. num.* 89. & 90. adnotauit *D. de* Franch. *deciſ.* 16. *num.* 16. *ac deciſ.* 374. *num.* 2. vbi alios conſentientes coaceruat.

Vt autem modò eò reuertamur, vnde digreſſi ſumus, id, quod diximus in *princ.* fructus ſcilicet omnes ſpectare ad fideicommiſſarium, quàmuis tamen præterita ſit maior anni pars, antequàm dies fideicommiſſi ceſſerit poſt dominii acquiſitionem, iuxtà terminos *tex. d. l. Hærennius, ff. de vſur.* Amplies primò, vt diſpoſitio *d. l. Hærennius* procedat, ac habeat locum etiam in relictis particulari-
19 bus, de re propria ipſius teſtatoris factis: nàm ſtatim facta reſtitutione, aùt verbali, aùt legali, tranſeunt fructus rectà via in legatarium ex die mortis teſtatoris, ad *tex. in l. ſi tibi homo* §. *cùm ſeruus ff. de legat.* 1. concordántes cumulat *Tiraqu. in repetit. l. ſi vnquàm in gloſ. reuertatur num.* 338. *C. de reuocand. donat.* adde *Peregr. d. art.* 49. *nu.* 103. intelligendo tamen quòad fructus pendentes, nō verò quòad perceptos per hæredem, qui, vt ſuprà traditum eſt, fiunt hæredis ante reſtitutionem, ſi mora non interceſſerit in reſtituendo.

20 Amplies ſecundò, vt procedat etiam quòad penſiones debitas ratione fructuum prædiorum, vt quia ſcilicet locatus eſſet fundus, ſi fructus non fuerint adhùc maturati ante diem dominij fideicommiſſi adepti, quia ſi percepti, pēſio tùnc pertinebit ad hæredem grauatum, dato adhùc quòd non aduenerit dies ſolutionis, ex eo, quia fuiſſet dilata ſolutio prædicta ad tempus poſt perceptionem fructuum, iuxtà terminos *l. defuncta ff. de vſufr.* cuius diſpoſitionem quòad hoc procedere etiam in hærede per fideicommiſſum grauato tradit *Peregr. de fideicom. d. art.* 49. *nu.* 96. poſt *Alber. Bald. Salyc. Alba. Bero. Couar. Nicol. de Mattarellis*, & alios, & in hoc conueniunt omnes. Si verò fuerint partim percepti, partim verò non, pro rata ſeparatorum à ſolo, & collectorum hæres grauatus conſequetur illos, pro altera verò parte fideicommiſſarius. Et ſi hæres habuiſſet anticipatam ſolutionem ante perceptionem fructuum à colono, reſtituenda vtiquè erit ſolutio illa anticipata, aùt colono, aùt fideicommiſſario, ad quem pertinent fructus, pro quibus penſio pręſtatur. Et ità in terminis *d. l. defuncta* diffiniunt hoc communiter *Bart. in l. fin.* §. *fin. ff. de iure fiſci, Paul. de Caſtr.* Fulgoſ. & *Salyc. in l. Iulianus* §. *ſi fructibus ff. de iure fiſci*, idem *Salyc. in l. fructus* C. *eod. Alex. in conſ.* 40. *num.* 18. *vol.* 3. adde *Ferrett. Couar. & Caualcan.* relatos per *Peregr. de fideicom. d. art.* 49. *nu.* 97.

Diſſentiunt tantummodò quòad penſionem à die perceptionis fructuū, vſq; ad diem acquiſitionis dominii fideicōmiſſi, an ſcilicet ea pertineat ad fidei-

com-

Digitized by Google

commiſſarium, an ad hæredem tota, an verò diuidenda ſit pro rata inter vtrumque.

Et in hoc reſpondit *Soccin. conſil.* 42. *nu.* 6. *lib.* 3. cum quo conſentit *Auendan. reſponſo* 5. *nu.* 4. quòd quicquid dici poſſit de penſionibus rerum locatarum, ſeu emphyteuticarum, vt ſcilicet hæredibus debeantur, quæ debentur pro fructibus collectis tempore præterito, eæ tamen penſiones, quæ debentur pro reliquo anni tempore ex rebus legatis, aùt fideicommiſſis, diuidendæ ſint pro rata anni inter hæredem, & legatarium, ſiuè fideicommiſſarium earummet rerum, ad inſtar illius, quod cautum eſt per *tex. in l. diuortio ff. ſol. matrim.* quòad fructus rerum dotalium, qui ſunt diuidendi pro rata temporis inter vxorem, & maritum, ſiuè eius hæredes ſoluto matrimonio, vt infra dicemus in *cap. ſequ. huius* 2. *partis*.

Cæterùm, aduersùs *Socin. loco cit.* inuehit *Iaſ. conſ.* 231. *col. fin. lib.* 2. *Alciat. in l. centurio num.* 28. *ff. de vulg. & pupill. Corne. conſ.* 158. *col. fin. lib.* 3. & poſt eos ex profeſsò *Gutier. canon. quaeſt. cap.* 33. *nu.* 2. *Valaſc. in praxi partit. d. cap.* 34. *ſub num.* 2. *ac Peregr. de fideicom. d. artic.* 49. *num.* 95. dicentes, alia ratione id euenire in terminis *d. l. diuortio*, quippè onerum, quæ conſtante matrimonio ſuffert maritus, ad *tex. in l. pro oneribus C. de iure dot.* quorum reſpectu fit diuiſio pro rata temporis, quo vir onera ſubſtinuit. Non idem in fideicommiſſario, in quo
21 non viget idem reſpectus, ſed attenditur conſecutio dominij fideicommiſſi, quo conſecuto, ad ipſum fideicommiſſarium ſpectare debent fructus omnes, qui percipiuntur ex re illa, cuius dominium nactus eſt, cùm fructus ſequantur dominium rei, ad *tex. in* §. *item ea Inſtit. de rer. diuiſ.* Et hanc eſſe veram rationem præfatæ *l. Hærennius ff. de vſur.* ac differentiam inter caſum illius ad caſum *d. l. diuortio* notant *Bald. in l.* 1. *num.* 19. *C. de vſur. & fruct. leg. Iaſ. in l. apud Iulianum* §. *fructus num.* 8. *ff. de legat.* 1. *Alciat. in rubr. in fine ff. eod. tit. de legat.* 1. Et proindè quemadmodũ fructus omnes collecti poſt quæſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, ad legatarium, ſiuè fideicommiſſarium pertinent, ad *tex. d. l. Hærennius*, & diximus *ſuprà in princip. huius cap. nu.* 1. ſic pariter pertinere debẽt omnes penſiones, quę ratione vſus debentur, ac fruitionis rerum legatarũ, ac fideicommiſſariarum, poſtquàm fideicommiſſarius earum dominium nactus eſt.

Et hæc de plano procedunt quòad fructus, qui ex terra percipiuntur, ſiuè naturales ii ſint, ſiuè induſtriales; nàm de illis loquitur *tex. in d. l. Hærennius*, vt patet ex eiuſdem diſertis verbis, ibi, *qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur*, quod verbum, *ex terra*, indicat, *inibi* loqui *Modeſtinum* de fructibus, qui ex terra percipiuntur, & ſic de fructibus, qui ex re in certa parte anni percipiuntur, quemadmodum ſunt meſſis, vindemia, ac aliorum fructuum recolle-
22 ctio. Difficultas modò circà id excitatur, an ſcilicet idem concludendum ſit de fructibus ciuilibus, quod diffinitum eſt de fructibus naturalibus, & induſtrialibus, ex diſpoſitione *d. l. Hærennius*.

Hæc quæſtio fuit excitata per *Peregr. de fideicomm. d. artic.* 49. *num.* 99. & 100. & in reſolutione illius duos diſtinguit caſus.

Primus caſus eſt de fructibus, ſiuè de vtilitatibus prouenientibus ex re, quæ ſingulis quibuſque diebus prębet commoditatem, & vſum, tales ſunt affictus domorum, molendinorum, operæ ſeruorum, vſus animalium, penſiones libellariæ, vſuræ, & prædia pro aliquo capitali iure permiſſo. Et in illis; cùm eæ fructuum vices obtineant, ad *text. in l. prædiorum, l. vſura ff. de vſur.* itèm in *l. mercedes ff. de petit. hæred. ac in l. ſi operas ff. de vſufruct.* ſtatuit, non attendi diem ſolutionis per pactum conſtitutæ anteriorem, aùt poſteriorem, ſed vſum, & vtilitatem exindè prouenientem pro rata temporis fore diuidendum. Eam affert rationem, quia quemadmodùm hæres pro tempore habuiſſet rei vſum ante fideicommiſſi caſum, ſic pàriter pro illa rata debet



Digitized by Google

conſequi vtilitatem, adducit *Bar.& Alexand.in l.fin.§.fin.ff.de iure fiſci, Salyc.in l.fructus C. de act.empt.* cum alijs *ibi* per ipſum cumulatis.

Secundus caſus eſt de penſionibus, & cenſibus,ac libellis annuis conſtitutis ſuper prædijs, tàm vrbanis, quàm ruſticis,& in eo diſtinguit dicens. *Nàm aùt conſtituitur habito reſpectu ad fructus,& in tali caſu regulari debet iuxtà tempus collectionis fructuum, tàm ſi conſtiterint in pecunia, quàm in frumento, aùt vino, aùt oleo, & ſic penſio ſpectare debet ad il-*
23 *lum, ad quem fructus ſpectarent. Aùt verò conſtituuntur pro vſu pecuniæ,quales ſunt annui cenſus conſtituti pro capitali pretio pecuniarum, ad rationem alicuius iuſtæ quantitatis pro centenario, vel ad rationem frumenti, aùt vini,& ſimilium, quæ ſunt redimibilia ad nutum,ac voluntatem debitoris,& in tali caſu concludit, fore faciendam diuiſionem, pro rata temporis,ea ratione, quia ſors pecuniæ,cuius reſpectu præfata debentur, ſingulis quibuſquè diebus præbeat ſuam vtilitatem.*

Hæc *Peregrinus*,in quibus miror,tàm doctiſſimum virum longè aberaſſe, in vniuerſum præfata conſtituendo.

Et primò,quia D*octores* per ipſum relati in omnibus præfatis caſibus non loquuntur in terminis hæredis,& fideicommiſſarii, ſed longè diuerſis,aùt ſcilicèt emptoris,& venditoris,aùt fructuarii,& proprietarii,aùt in aliis penè diuerſis,vt eſt videre ab iiſdemmet,& ſic ſunt caſus,qui non conueniunt,nec fiunt applicabiles cum hæredè grauato,& fideicommiſſario,& proindè ſi illi redduntur veri, redduntur in propriis terminis per ipſos *Doctores* allatis, non verò in caſu iſto.

Secundò,quia ſunt de directo contrà diſpoſitionem *d.l.Hærẽnius*,ac *l.in fideicommiſſariam*, quæ concedunt hæredi
24 grauato fructus pendentes tantùm. Sic ſpeciatim quòad fructus naturales, aùt induſtriales,qui ex terra percipiuntur in *d.l.Hærennius*, & generaliter, ac indefinitè quòad omnes fructus in *d.l.in fideicommiſſariam*,in quibus nulla fit mentio portionis ratæ.

Tertiò,quia quod ipſe ſtatuit in ſecũdo membro diſtinctionis ſecundi caſus pugnat ex diametro cum *l.poſtulante* 41. §.*ſed & in huiuſmodi,& l.deducta* 58.§. *qui poſt tempus ff.ad trebell.*in quibus di-
25 ſertis verbis habetur,ad hæredem grauatum pertinere vſuras conuentionales debitas ex contractu teſtatoris, quarum dies poſt mortem teſtatoris creditoris ceſſit,perceptas tantummodò,non exactas autem tranſmitti ad fideicommiſſariũ,nulla aſſignata portione hæredi grauato, ratione temporis antè fideicommiſſum, iuxtà quas ſic deciſum extitit per Sacrum Conſilium, habita matura diſcuſſione,tametſi à principio nõ fuiſſet viſus dubitabilis caſus, vt tradit *D.de Franch.deciſ.*13. *per totam.*

26 Ego pro concordia,ac diffinitione articuli diuiſionis faciendæ, aùt non, fructuum inter hæredem grauatum, & fideicommiſſarium aliter diſtinguendum puto, & ſic quòd aùt agimus de fideicommiſſo vniuerſali,vniuerſale intelligo, ſi fuerit illud iniunctum vniuerſitati bonorum,ſiuè rerum hæreditariarum,& ſic aſſi, aùt etiàm portioni hæreditariorum bonorum,putà ſemiſſi, vt in terminis *d.* §.*ſed & in huiuſmodi*, aùt dodranti,& ſic de ſingulis, quæ vocantur in iure fideicommiſſariæ hæreditates,& de illis agitur in *tit. ff. &* C.*ad Senatuſconſ.Trebell.*
27 *& Inſtitut.de fideicommiſſar. hæredit.* Aùt verò certæ rei,quo caſu poſſe fideicommitti,patet ex toto *tit.ff. de legat.& fideicommiſſ.*1.2.*&* 3.*& in tit.C.de fideicomm.& C.de legat.ac Inſtitut.de ſingul. reb.per fideicomm. relict. ac de legat.*quæ propriè legata dici poterunt,ad *tex.in l. & fideicommiſſum ff.de legat.*3.ità vt ei conueniat etiam diffinitio legati,vt ſcilicèt ſit donatio quædam à defuncto relicta,ab hærede præſtanda *l.legatum eſt donatio ff.de legat.*2.

28 Primo caſu in vniuerſum recipienda erit deciſio *text. in d.l.Hærennius ff.de vſur.& l.in fideicõmiſſariam ff.ad trebell.* ad fideicommiſſarium ſcilicet pertinere omnes fructus, ſiue maturos, ſiue pendentes,ac etiam non exactos, ad hæredem verò grauatum eos tantummodò, quos perceperit, dato adhùc quòd durante dominio rerum hæreditariarum

apud

apud ipſum, fructus præfati tàm naturales, quàm induſtriales, quàm etiam ciuiles fuerint maturati, nulla diſtinctione adhibita inter ipſos ratæ temporis, quo poſſederint. Sic quòad fructus naturales, & induſtriales, qui ex terra percipiũtur cauetur in *d.l. Hærennius*, ſic in vniuerſum quòad omnes fructus in *d. l. in fideicommiſſariam*, ſic quòad fructus ciuiles, etiam earum rerum, quæ ſingulis quibuſque diebus afferunt commoditatem, & vtilitatem in *d. l. poſtulante* §. *ſed & in huiuſmodi, & in d.l. deducta* §. *ſi poſt tempus ff. ad trebell.* vt ſuprà etiam deduximus.

Hoc ipſum patet ex relatis *legibus, ac contextibus*, in quibus de fideicommiſſariis hæreditatibus agitur, non verò de
29 rebus particularibus per fideicommiſſum relictis, ſic in *d.l. in fideicommiſſariã 18. ff. ad trebell. in princ.* ibi, *In fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem*, ſic in *d.* §. *ſed & in huiuſmodi*, ibi, *Rogata eſt filia ex aſſe hæres mihi reſtituere hæreditatis partem dimidiam*, Et vlteriùs ibi, *quia locationum obligatio in hæreditate fuit*, rurſùs ibi, *omnia hæc hæreditatis appellatione continentur*, ac etiam alibi pluries in *eod. cõtex.* Sic in *d.* §. *Qui poſt tempus*, ibi, *Qui poſt tempus hæreditatem reſtituere rogatus eſt*. Vlteriùs ibi, *nàm hæreditaria ſtipulatio fuit*.

Ratio patet ex *Paulo de Caſtr. in d.* §. *ſed & in huiuſmodi*, vbi dicit, vſuras, & penſiones nõ exactas haberi loco rerũ hęreditariarum, & ſic competere actionem fideicommiſſario, quemadmodùm competeret pro ſortibus principalibus, purè, vel ſub conditione promiſſis defuncto, vnde petet illas fideicommiſſarius, non tamquàm fructus, ſed benè petit hæreditatem in eo ſtatu, in quo reperitur.

Secundo verò caſu de fideicommiſſario particulari, ſiuè certę rei, ſi agimus de fructibus, qui ex terra percipiuntur, ſiuè naturales ii ſint, ſiuè induſtriales, in tali caſu vigebit diſpoſitio *d.l. Hærẽnius*, vt ſcilicet fructus percepti ſpectent ad grauatum, pendentes verò ad fideicommiſſarium poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, tametſi maior anni pars ante diem fideicommiſſi cedens præteriiſſe videatur. Ratio poteſt eſſe, quia res fideicomiſſaria morari non debet, ſed ſtatim facto caſu debetur fideicommiſſario, & propterea nõ poteſt ſeparari ab ea, ità vt duo inſolidum poſſidere videantur, vnus ſcilicet reſpectu proprietatis rei, alter verò reſpectu fructuum. Sed cautum erit grauato per erfuſionem impenſarum erogatarum cauſa quærendorum fructuum, ac ſeminationis, vt ſuprà dictum fuit *nu.* 4. *&* 5.

Si verò de fructibus ciliuibus agatur, & ſic de penſionibus locationis, & cenſibus quibuſcumque conſtitutis, tàm habito reſpectu ad fructus, quàm ſi pro vſu pecunię, ex quibus quotidie fructus, ſiuè commoditates, ac vtilitates, quæ loco fru[illegible]m ſunt, percipiuntur, in tali caſu co[illegible]ndum erit cum *Peregr. d. artic.* 4[illegible]o. vt ſcilicet quòad vtilitates pr[illegible]entes ex re, quæ ſingulo quoquo die præbet commoditatem, & vſum, quales ſunt affictus domorum, molendinorum, & ſimilium, in tali caſu ſit facienda diuiſio pro rata temporis inter fideicommiſſarium, & grauatum, eademmet ratione, quam *Peregrinus* affert, quia ſcilicet ſicuti grauatus ſi pro tempore habuiſſet rei vſum ante fideicommiſſi caſum, illius vſus commoditatem, ſiuè vtilitatem conſecutus fuiſſet, ſic etiam pro ea temporis rata debet conſequi vtilitatem exinde prouenientem ex locatione, & hoc idem erit obſeruandum quòad vſuras debitas, habito reſpectu ad pecunias, in quibus idem erit ſtatuendum, quod de penſionibus locationis, & cenſibus ſtatutum eſt, eademmet ratione, quia ſingulis quibuſq; diebus dicitur percipi commoditas: nàm aliàs redderetur inutilis vſus, ac commoditas fauore grauati, ex quo nihilum percepiſſet commoditatis, & vtilitatis ratione fructuum, ſi penſiones, & cenſus pro rata non lucraretur, quod nõ eſt admittendum, itemque reduceretur ad ſummam iniquitatem, quod iura abhorrent. Et tametſi aliud ſit diffinitum in hærede grauato per fideicommiſſum vniuerſale, id fit, quia hæres vniuerſitatis rerum ex cauſa fideicommiſſi deducit quar-

Digitized by Google

quartam trebellianicã, quam lucratur, ac retinet de bonis fideicõmiſſo ſubiectis tempore reſtitutionis, & proindè ſi grauatur in vno, releuatur in alio. Non ſic in fideicommiſſario rei particularis, cùm neque quartam Trebellianicam, neque Falcidiam deducat, eò quòd facultas illa deducendi ſolis hæredibus vniuerſalibus eſt attributa, prout de grauato per fideicõmiſſum in re certa notatur in *l. quoties C. de hæred. inſtit. & in l. ex facto ff. eod. tit.* notant in ſpecie *Iaſ. in d. l. quoties nu. 3.* ac alii quamplures longa ſerie cumulati per *Peregr. de fideicom. art. 1. nu. 7.* Et de Falcidia eſt *tex. in l. lex falcidia* §. *numquàm ff. ad leg. falcid.* notat idem *Peregr. loco cit.* poſt *Corne. Crau. & Alex.* per ipſum relatos.

Quòad penſionem cõſtitutam ratione fructuum, hoc eſt hab[illegible]ione ad fructus, in tali caſu ſit at[illegible]a diſtinctio, iuxtà diſpoſitionem [illegible]cta *ff. de vſufr.* vt ſcilicet ad illum ſpectet, ad quẽ ſpectarent fructus, & quia ſi fructus maturarentur poſt reſtitutionem, ſpectarẽt ii integraliter ad fideicomiſſarium, vt in *d. l. Hærennius*, ita pariter & penſio, quæ loco fructuum fuit conſtituta: nàm conueniunt in hoc vſufructuarius cum fideicommiſſario certæ rei, cùm non niſi ad vtendum fruendum tradatur ei res per fideicommiſſum relicta, ſicuti & vſufructuario.

Non obſtant iura deſuper allegata, quippè *l. in fideicommiſſariam, l. poſtulãte* §. *ſed & in huiuſmodi, & l. deducta* §. *qui poſt tempus ff. ad trebell.* quia in illis, vt ſuprà quoque diximus, agitur de fideicomiſſario vniuerſali, non verò de particulari. Et hęc videntur mihi de iure pro diffinitione iſtius articuli, ſuper quibus poterit quiſpiam rectiùs intueri, quia non credo poſſe aliud dici, nec aliquis hùcuſque aduertit differentiam iſtam vniuerſalis, & particularis fideicõmiſſi, in quo tota vis conſiſtit, & ex qua pendet conciliatio iurium, ac deducitur res ad ſummam æquitatem.

Hactenùs quòad caſus, in quibus facienda ſit, nec nè fructuum diuiſio inter grauatum, eiuſque hæredes, & fideicõmiſſarium.

Ad vlteriora modò procedendo in materia fideicomiſſaria, de qua agitur in præſenti *capite*, quia materia eſt ſatis ampla, & ſuper ea præter Antiquos, Neoterici plures peculiares tractatus conſcripſere, aliqua proindè tantùm tãgere in materia decreui, conducentia tamẽ ad id, de quo agitur in eo, ac in Forenſi Paleſtra vſu frequentia.

31 Horum primum erit, an detur extenſio fideicomiſſi de caſu ad caſum, de gradu ad gradum, & de perſona ad perſonam, non expreſſorum in fideicomiſſaria diſpoſitione.

Patebit de hoc reſolutio ex poſitis in infraſcripta iurium Allegatione in caſu conſultationis à me petitæ, quam vti in materia conducentem hùc trãſcribere, ac inſerere volui; & talis eſt.

In vltimis conſtitutus Ill. D. Ioannes Paulus Coſſus Dux Sanctæ Agathæ Gothorum, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo poſt factam vniuerſalem hæredis inſtitutionem, tàm in feudalibus, quàm in burgenſaticis in perſonam Ill. Petri Coſſi eius primogeniti, inter cætera diſpoſita in dicto ſuo teſtamento, taliter legando ſubſtituit. Vt ſi cõtingeret mori dictus Petrus ſuus primogenitus, abſque filiis legitimis, & naturalibꝰ, ex ſuo corpore legitimè deſcẽdentibus, in tali caſu tenere habeat locum primogeniturę qui reperiretur primogenitus, ac ſuccedere habeat in omnibus, & per omnia, quemadmodùm diſpoſuerat in beneficium dicti Petri ſui primogeniti.

Deindè mox fideicommittendo ſubiungit. Itèm volo, quòd ſi duxerit vxorem dictus Petrus meus primogenitus, & non reliquerit poſt ſe filios maſculos legitimos, & naturales, legitimè ex ſuo corpore deſcendentes, in tali caſu Petrus prædictus, & eius hæredes, & ſucceſſores, ſi contingerit ab ipſo Petro relinqui vnam, aùt duas filias fœminas legitimas, & naturales, teneantur dare ei, qui obtinebit locũ primogenituræ mei ipſius Ducis teſtantis ducatos centum quinquaginta mille. Et ſi remanſerint, ſeù dictus Petrus meus primogenitus reliquerit vltra duas filias fœminas, in tali

Digitized by Google

tali caſu teneantur dare ducatos centum mille tantùm ei, qui obtinebit locum prædictum primogenituræ mei Ducis. Hactenùs verba fideicommiſſariç diſpoſitionis.

Euenit caſus, quòd defuncto Duce Ioanne Paulo teſtatore, mortuus eſt etiam Dux Petrus hæres, relictis ſibi D. Onuphrio filio maſculo legitimo, & naturale, ac relictis etiam tribus aliis filiabus fœminis, qui quidem Dux D. Onuphrius vitam ſimiliter cum morte commutauit, nulla relicta prole.

Hæſitatur modò, an fideicommiſſum prædictum expirauerit propter ſuperuiuentiam dicti Ducis D. Onuphrii poſt mortem præfati Ducis Petri, an verò illud extendatur de caſu ad caſum, de gradu ad gradum, ac de perſona ad perſonam ad fauorem Ill. D. Ioannis Iacobi Coſſi, qui obtinuit locum primogenituræ dicti Ducis Ioannis Pauli, cuius erat filius legitimus, & naturalis ſecundogenitus poſt Ducem Petrum, & ſic vtrùm ſuccedere habeat ipſe D. Ioãnes Iacobus in dictis ducatis centum mille, ſtante quòd remanſerunt tres filiæ fœminæ, non obſtante dicta ſuperuiuentia Ducis D. Onuphrij.

Et in hoc, neminem latere credo, *Oldradum*, quem vti aurigam, & anteſignanum agnoſcunt omnes eiuſdem ſectatores in *conſ.* 21. incip. *thema tale eſt*, reſpondiſſe pro extinctione fideicommiſſi, ſequuntur ipſum *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſtam.* §. *in primis in vlt. quæſt. Iaſon, & alij in l. in ſubſtitutione ff. de vulg. ac in l. ſi quis hæredem C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. Alex. &* Ripa *in l. ex facto* §. *ſi quis autem ff. ad trebell. Socin. iun. in conſil. 62. nu. 4. & conſ. 63. num. 14. vol. 3. idem Alex. in l. centurio nu. 6. ff. de vulg. & pupill. Socin. ſen. in l. cùm auus in 3. notab. ff. de condit. & demonſtrat. Crau. in conſ. 98. Honded. in conſ. 60. nu. 4. vol. 1. Bertazzol. conſ. ciu. 69. nu.* 4. alijque quamplures, de quibus apud *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. num.* 6. apud *Theſſaur. deciſ. 96. ſub num. 32. ibique in addit.* apud *Theſ. filium litera E.* ac apud *Peregrin. de fideicomm. artic. 29. num.* 22. quibus ipſe pariter videtur inhærere *ibidem numer.* 37.

Mouentur ii pluribus iuribus, ac rationibus, quæ diſtinctim cumulantur, & in vnum rediguntur per *Peregr. loco cit. ſub nu.* 22. per *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 69. nu.* 2. iis adde *Theſ. d. deciſ. 96. nu.* 32. earumquæ præcipuç ſunt.

32 Prima, quia onus, & conditio adiecta inſtitutioni non cenſetur repetita in ſubſtitutione *l. ſub conditione ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis hæres ità ff. de acquir. hæred.*

33 Secunda eſt ratio, quia ſufficit, conditionem ſemel impleri, quicquid poſtmodùm inde eueniat *l. hæredibus in princ. ff. ad trebell. & l. cùm vxori ff. quando dies leg. ced.*

34 Tertia eſt ratio, quia de natura conditionis eſt, vt in forma ſpecifica adimpleatur *l. qui hæredi, & l. Mæuius ff. de condit. & demonſtrat.*

35 Addit *Oldradus d. conſ. 21. ſub num.* 1. facere à contrario ſenſu *tex. in l. ex facto* §. *ſi quis autem ſuſcepit quidem filium ff. ad trebell.* adducit etiam in id *text. in l. cùm vſusfructus C. quando dies leg. ced. in l. ſi quis hæredem ff. de inſtit. & ſubſtitut. ſub condit. fact. ac in l. hæredi in princ. ff. ad trebell.* inducendo, vt per *ipſum ibi d. num.* 1.

36 Anpliant præfati *Oldradi* opinionem ſuprà citatam. Primò, etiam quòd filius modico tempore ſuperuixerit, ad *tex. in d. l. ex facto* §. *ſi quis autem ff. ad trebell. ac in l. quod certarum C. de poſthu. hæred. inſtit.* per quç iura ſic concludunt *Bald. in cap. 1.* §. *cùm eſſet in tit. Epiſc. vel Abb. Ruin. conſ. 153. nu. 5. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 20. nu. 1. cum ſeqq. lib. 1. Cephal. conſ. 221. nu. 3. lib. 2. Honded. conſ. 60. nu. 41. & 42. lib. 1. Burſat. conſ. 51. nu. 37. lib. 1. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. nu.* 6. conſentientes alios recenſet *Peregr. de fideicomm. d. art. 29. nu.* 23.

37 Ampliant ſecundò, etiam quòd filii eſſent poſthumi, & ſic nati poſt mortem patris, &ità poſt alios per ipſum relatos concludit *Peregr. ibidem nu.* 24.

38 Subampliant hoc etiam DD. quòad poſthumum extractum de ventre matris, dummodò ſit ille in tempore, quo viuere potuiſſet *Bald. in l. fin. num. 8. C. de ſuis,*

Digitized by Google

*ſuis,& legit.& in conſ.*122.*lib.*1. M*antic. d.tit.*6.*nu.*11.*Tiraqu. in l. ſi vnquàm in verbo ſuſceperit liberos num.*188.*C. de reuoc.donat. Cepoll. in conſ. ciu.* 50. *col. penult.verſ. circà ſecundum*, aliique, quos in id adducit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 847.*nu.* 5.

39 Ampliant tertiò, etiam ſi filii in conditione poſiti eſſent diſpoſitiuè vocati *Socin.ſen. Bened. Capra,Dec. Ripa, Pariſ. Socin.iun. Crau. Cephal. Achil. Perſonal. Sfortia Odd. & Hieron. Gabriell.* relati per *Pereg.d.art.*29.*nu.*6.

40 Ampliant quartò loco, relictis aliis ampliationibus, de quibus hactenùs apud relatos,etiam ſi coniecturæ aliquę tacitæ intercederent, ex quibus poſſet apparere de præſumpta fideicommittẽtis voluntate:nàm illis non obſtantibus, expirare fideicommiſſum tradiderunt *Iaſ.conſ.*66.*& conſ.*51.*lib.*1. *Socin. iun. Grat.Crau.Alex.Cephal.*& alii relati per *Theſaur.d.deciſ.*96.*nu.*33.

Cæterùm, ampliationem iſtam magis communiter impugnãt *Doctores* dicentes,fieri extenſionem de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, ac de gradu ad gradum ex coniecturis tacitis,ex quibus poſſet apparere de præſumpta voluntate fideicommittentis, prout præciſè in terminis fideicommiſſi ordinati ſub cõditione, ſi hæres inſtitutus deceſſerit ſine filiis,quòd ſcilicet illud admittatur, & habeat locum, ſi hæres inſtitutus deceſſerit cum filiis, qui poſtmodùm filij ſine filiis deceſſerint, magis cõmuniter ſteterunt *Grat.conſ.*5.*nu.*86.*lib.*2.*Curt. iun. conſ.*12.*col.*7.*Decius conſ.*477.*&* 480.*nu.* 7. *Additio ad eundem Oldrad. d. conſ.*21. *litera A.* vbi alios quoquè recenſet, *Caſtrenſ.conſ.*344. alias 342. incip. *Quia ex allegationibus col.*2. *lib.*1.*Pariſ. conſ.*76. *nu.*64.*lib.*2.*Crau.conſ.*98. *col.* 1. *verſ. videretur dicendum*, *ac conſ.*326. *num.*16. *Mant.conſ.*58.*col.pen. verſ. & tenẽdo ſic*, *Curt.iun.conſ.*121.*col.*7.*verſ. quia ad hãc communem,Socin.ſen.conſ.*250.*col.*7.*uerſ. infertur & ſecundò*, *Gabriell. commun. concluſ. tit. de fideicom. concluſ.*7.*num.*4. *Port. Cephal. Menoch. ac* Riminald. *iun.* relati per *Theſ.d. deciſ.*96.*num.*34. cum quibus nedùm ipſe conſentit, verùm refert,ſic cenſuiſse etiam ſemper Senatum Pedemontanum, ac Sacrum Conſilium coràm Principe, iis adde *Craſſ.* §. *fideicommiſſum q.*8.*n.*2. *ac q.*33. *num.*6. *Martam in ſumma ſucceſſ. legal. part.*3. *q.*1.*art.*5.*nu.*12. *cum ſeqq.* vbi alios ipſe pariter recenſet, *Fabrum in eius Cod. tit. de fideicomm. definit.*3. *Griuell. deciſ. Dolana* 122.*num.*6. agnoſcit *Gratianus diſcept.forenſ. d. cap.*847. tametſi neget in eo caſu extenſionem, eò quòd diſpoſitio ibi erat vnius tantùm gradus, & perſonaliſſima, fatetur tamen ſimpliciter poſt infinitos, quos coaceruat *cap.*482. *nu.*11. M*athe ac.de fideicom. cap.*3.*per totum*, vbi fuſiſſimè diſtinguit fideicommiſsum,in expreſsum, & tacitum, & nedùm probat per quatuordecim iuris loca, tacitum indu[c]i per coniecturas tacitas,verùm etiam concludit, taliter inductum extendi de caſu ad caſum, nemine penè reſiſtente,vt ipſius verbis vtar *Ioſeph.de Ruſtic.in conſ.*1. edito poſt *tract. An,& quando*, ibi *num.*17. poſt *Alex.*& alios, quos *ibi* cumulat inquit, materiã

41 fideicommiſsorum eſse taliter fundatam in voluntate defuncti, vt ſufficiat quibuſcumque verbis, & coniecturis, ſeù præſumptionibus apparere poſſit ad illud inducendum, *Mantic. de coniectur. vltim.volunt.lib.*10.*tit.*1.*num.*1. vbi tradit,in fideicommiſſis tàm vniuerſalibus, quàm particularibus nihil videri antiquius, quàm vt voluntas teſtatoris præcipuè ſpectetur, & obſeruetur, ac quòd de hoc ſunt plena volumina Scribentiũ omnium, & reſponſa Conſulentium, &

42 ſubdit,hoc locum habere, quàmuis voluntas iſta tacitè ex coniecturis colligatur, per *tex.* quem in id expendunt omnes in *l. cùm proponebatur ff. de leg.*2. *in l.nutu ff. de legat.* 3. *& in l. & in epiſtola ff.de fideicom.*adde etiam *tex. in l.qui ſolitum* §.1.*ff.de legat.*2.*in l.cùm auus ff. de condit.& demonſtrat.*cum concordantibus allegatis per *Rotã* R*oma. deciſ.*243. *num.*10.*par.*2.*in nouiſſ.*& tandem,quòd in fideicommiſſis, ſiuè in conditionibus ſit potiùs mens attendenda, quàm verba,per *tex.in l.in conditionibus ff. de condit.& demonſtrat.*poſt alios *inibi* relatos docet *Merlinus deciſ.Lucenſ.*97.*nu.*8.

43 Am-

Digitized by Google

43 Amplies modò hoc etiam in caſu, quo poſt ſuam expreſſam diſpoſitionem, ac poſt expreſſam inſtitutionem perſonarum, teſtator ſubſtituendo dixiſſet, *tunc, & eo caſu*, quoniam tametſi per præfatas dictiones, *tunc, & eo caſu*, negent extẽſionẽ *Doctores* relati per *Beroum in cõſ.99.100.&101.vol.1.* attamẽ per clauſulas prædictas non eſſe impediendam extenſionem, quando adeſſet veriſimilis teſtatoris voluntas, cenſuerunt *Angel. in l.Gallus §.& quid ſi tantùm col.3.ff. de liber. & poſthum. Paul. de Caſtr. in conſ. 264.vol.2.Corne.in conſ.246. vol.2. Iaſ. conſ.148.col.3.vol.2. Ruin. conſ 119.nu. 14.vol.1. Pariſ. conſ.50. num.54. vol.3. Curt.ſen.conſ.75.nu.14.Socin. iun. Crau. Mazar. ac Menoch.* relati per *Martã in ſumma ſucceſſ.p.3.q.1.art.5.nu.15.& 16.* quibus ipſe ſe ſubſcribit *ibi*, ac in *tract. clauſ. clauſ.* mihi 160.( tametſi ipſe *inibi* alleget ſub *num.*88. forſitan quia in alia impreſſione taliter habeatur) vbi dicit, ſic fuiſſe reſolutum in *Rota Roma. in vna Romana de Aquilanis coram Cordoua, ac in alia ſub die* 14.*Nouembris* 1603.*coram Ludouiſio*, ac poſt relatos ſic etiam docet *Gratus de diction.dict.*276. vbi ſic ſimiliter cenſuiſſe *Rotam Ramanam* teſtatur *in vna Bononienſi de Capparellis* 17.*Nouembris* 1617.*coram* R. P. D. *Andraa*, idipſum obſeruarunt etiam alii relati per *Gratian.diſcept.forenſ.d. c.*487.*à nu.*17.*ad finem*. Quod tamen ipſi limitandum fatentur, quando poſt dictam clauſulam, *tùnc, & eo caſu*, ſubiungeretur altera, videlicet, *& non aliter, nec alio modo*, quæ clauſula deeſt in præſentis conſultationis caſu.

44 Firmata modò hac cõcluſione, quòd ſcilicet per cõiecturas recedatur ab eo, quod cauerat *Oldradus d. conſil.*21. ac quòd taliter limitetur illius dictum, de quo axiomate non eſt aliquo modo dubitandum, reſtat nunc videre, quæ cõiecturæ operẽtur receſſum à præfato *conſ. Oldradi*, ac vtrùm aliquæ ſubſiſtãt cõiecturæ in caſu præſentis conſultationis, & ſi eæ ſufficientes ſint ad inducendam extenſionem de caſu ad caſum, ac de perſona ad perſonam, non obſtante dicta ſuperuiuentia Ducis D. Onuphrij poſt mortem Ducis Petri patris.

Et quòad coniecturas, multæ congeruntur per *Doctores* ad id, inter quos decem cumulat *Menoch. de præſumpt. d. lib.4. præſumpt.69. à nu.9. vſque ad finem*.

Ego verò non omnes ab ipſo congeſtas cumulabo, ſed eas tãtùm, quæ adaptabiles ſunt ad caſum noſtrum, & ex quibus inconcuſſa redditur in præſenti caſu extenſio, non obſtante dicta ſuperuiuentia Ducis D.Onuphrii.

45 Earum prima, ac potiſſima eſt, quia iſtud fideicommiſſum apparet, fuiſſe inductum fauore agnationis, ac familiæ conſeruandæ. Agnoſcens D.Dux Ioannes Paulus teſtator, quod ſuccedendo poſt mortem ſcripti hæredis in ſua hæreditate filiæ fœminæ, quæ vti vocatæ vigore *Conſtit. Regni* deficientibus maſculis non poterant excludi à feudalium ſucceſſione, exirent bona extrà familiam, cùm fœmina ſit finis agnationis, & caput cognationis, nec per fœminas familia conſeruatur, quinimò extinguitur *l.pronunciatio* 195.*§.fin.ff.de verb.ſignif.* facit *tex.*not.in *l.*1.*§.ſed & ſi ſeruus ff. de ventre inſpic.* adnotarunt *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. & eſt ſciendum*, ac *in rubr. de teſtam.* Bald.*in l.quod verò in princ ff. de legib.Socin.in conſ.*12.*præſens conſultatio nu.*2.*verſ.placet, conſ.*63.*viſis col.*10.*in princ.vol.*3.*Gozadin.conſ.*79.*viſo proceſſu num.*4. *Roland. à Valle conſ.*82. *factum præſentis conſultationis num.*15.*lib.*3.*Riminald.iun.conſ.*259.*nu.*16.*lib.*3.*ac conſ.* 283.*nu.*33.*eod.lib.* videtur facere *tex. in §.cæterum Inſtitut.de legit. agnat.ſucceſſ.* Agnoſcens item, quòd per dictas fœminas bona nedùm non conſeruantur in familia, ſed potiùs extrà familiam transferuntur, cùm efficiantur de familia viri *Ruin.conſ.*146.*nu.*4.*lib.*2.*Socin.iun. conſ.* 1.*nu.*44.*lib.*1.*Pariſ. conſ.*22. *num.*41. *& conſ.*40.*num.*43.*lib.*2.*Menoch. conſ.*150. *num.*33.*cum ſeqq. lib.*2. adde *Merlinum d. deciſ. Lucenſ.*97. *num.*14. iure igitur merito adieciſſe onus fideicommiſſi videtur fauore illius, qui obtinet locum primogenituræ ipſius Ducis teſtantis poſt mortem primogeniti in defectum



Digitized by Google

maſculorũ, per quod clariſsimè dignoſcitur, teſtatorem voluiſse, onus reſtitutionis fideicommiſſi eſse repetitum à ſubſtitutis, & vocatis vigore dictæ præſumptæ voluntatis, & coniecturæ, vt ſcilicet bona conſeruentur in familia, & agnatione, prout ita limitant præfatum *conſ. Oldradi* 21. *Socin. ſen. Grat. Curt. iun. Crauett. Dec. Mar*ʒ*ar.* Melchior *Pelae*ʒ, ac alii relati per *Menoch. d. præſumpt.* 69. *nu.* 9. *lib.* 4.

46 Pro cuius maiori dilucidatione eſt aduertendum, hanc diſpoſitionem fauore familię poſse contingere non tantùm expreſsè, quando ſcilicet diſertis, ac expreſſis verbis cauetur, bona conſeruari in familia, & in agnatione, verùm etiam tacitè, quando ſcilicet tacitè colligeretur ex coniecturis.

Et quòad tacitam, de qua eſt propriè noſtra inſtitutio, plura afferũt ad id exẽpla *Doctores*, quorum pręcipuum eſt, & militat in caſu noſtro, quãdo ſubſtituendo vocauit maſculos. Et ita limitando dictum *Oldrad. conſ.* 21. reſpõderunt cõmuniter *Ruin. conſ.* 143. *n.* 7. *vol.* 3. *Pariſ. conſ.* 4. *vol.* 2. *Grat. conſ.* 5. *num.* 15. *vol.* 1. *Ruſtic. d. conſ.* 1. *nu.* 41. prout in propriis terminis, ex ſola vocatione maſculorũ, adhùc etiam nulla facta agnationis mẽtione, quòd ſcilicet per talem diſpoſitionem voluerit teſtator, vt bona conſeruentur in familia, & in agnatione, docet *Alex. in conſ.* 52. *nu.* 4. *lib.* 4. Ludou. *Molina de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 29. *Ruſtic. in l. cùm auus lib.* 4. *c.* 2. *num.* 14. & 19. *Peguera deciſ. Cathalon.* 100. *num.* 16. *Crauett.* *Menoch. Rub.* Mandell. *Mar*ʒ*ar. Tob. Non.* relati per Merlin. *d. deciſ. Lucẽſ.* 97. *n.* 12. alios comperies apùd *Menoch. de præſumpt. d. præſumpt.* 69. *nu.* 10. *lib.* 4.

Et quàmuis ipſe *Menoch. ibi* videatur contradicere, apparet tamen, ipſius cõtradictionem non afficere, nec infirmare præfatum exemplum relatum cõmuniter à ſuprà citatis *Doctoribus*, & contrà ipſum eſt communior, & verior, vt teſtatur *Ruſtic. d. cit. loco num.* 17. & 21. & profitetur etiam poſt alios, quos *ibi* citat *Merlin. d. deciſ.* 97. *nu.* 35.

47 Addit *Molina de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 35. quòd ſi teſtator relinquat bona maſculis propriæ familiæ, ita vt vnus eorum, aùt proximior in eiuſdem bonis ſuccedat, per expreſſionem iſtius maſculinitatis, & coniecturæ inſurgit, vt proſpectum ſit agnationi, adducit in id *Bald. in c.* 1. *quemad. feud. ad fil. pertin. nu.* 3. *Aluarot. ibid. Ioan. Andr. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. ſuper* Rubr. *Cyn. in l.* 1. *C. ad leg. Iul. de adulter. eundem Baldum in l. maximum vitium num.* 2. *C. de liber. præter. Socin. ſen. Socin. iun. Laur. de Pala. Ruin. Pariſ. ac Iacob. Philipp. Port. in locis inibi* per ipſum cumulatis.

Eſt benè uerum, quòd *ibidem nu.* 37. ipſemet *Molin.* conſtituit differentiam, utrùm fideicommiſsum relictum ſit indefinitè maſculis ex familia teſtatoris procedentibus, an uerò ſi filio primogenito, vel alii agnato, uel cognato, & ſuis filiis deſcẽdentibus maſculis. Quoniam primo caſu dicit, ad omnes indefinitè transferri. Secundò uerò caſu concludit, quòd non progreditur perſonas nominatas, adducit præcæteris *Ripam* dicentem in *l.* 1. *num.* 8. *C. de pact.* ratione cõſeruandæ agnationis, quæ ex expreſſione maſculinitatis comprehenditur, non eſſe conſiderandam in illis perſonis, de quibus non diſpoſuit. Quæ diſtinctio non infirmat caſum noſtrum, quinimò ipſius vires auget: cùm non agamus in eo, niſi de ſucceſſione perſonæ prænominatæ, qualis eſt ipſe D. Ioannes Iacobus obtinens locum primogenituræ ipſius Ducis teſtantis poſt mortẽ Ducis Petri, de quo propriè loquitur diſpoſitio.

Et ex hoc illud etiam tollitur, quo impugnando opinionem iſtam *D. Regens Rouitus in conſ.* 5. *num.* 13. concludebat poſt *Dec. Ruin. Pelae*ʒ, *Mantic. Menoc.* & *Surdum* per ipſum relatos, dicens, non eſſe admittendam in terminis illius *conſ.* extenſionem, ex quo liberi ſubſtituti non erant de agnatione, & familia: nàm cùm in caſu noſtro ſubſtitutus ſit de familia, & ſpeciatim vocatus, non eſt de caſu illo ad iſtum arguendum, tantò fortiùs, quòd aliæ vigent etiam coniecturæ, ex quibus redditur inconcuſſa opinio contrà *Oldrad. d. conſ.* 21. ad tollendum id, quod dicebant *Alex. Dec. Pariſ. Cephalus, Socin. iun. Menoch.*

Simon

Digitized by Google

*Simon de Prat. Ripa, Affl. Put. Caualcan. Ruſtic. ac Menoch.* relati per eundem *D. Rouit. d. conſ.* 5. *num.* 12. aſſerentes, non ſufficere vnam ſolam coniecturam, niſi aliæ concurrant, contrà quos tamen apparet iudicatum in Senatu Mantuano apud *Surd. deciſ.* 162. *nu.* 10 ea ratione, quia cùm in æſtimanda grauitate coniecturarum plurimùm valeat arbitrium Iudicis, cui eſt pariter remiſſa facultas iudicandi, quæ, & qualis ſufficiat coniectura, ad tradita per *DD. inibi* per *ipſum* cumulatos ſub *nu.* 11. quibus addendus eſt *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 18. iure merito concludit, vni ſoli coniecturæ acquieuiſse Senatum illum.

48 Et quòd per qualitatem maſculinitatis præſumatur voluiſse teſtator, bona in ſua familia conſeruari, ac maſculos ſubſtituiſse per fideicommiſſum, fœminiſque prætuliſse, cenſuerunt etiam Doctores innumeri relati per *Ioſeph. de Seſſe deciſ. Aragon.* 65. *nu.* 4. quorum aliqui, vt *Dec. in l.* 1. C. *de pact. & in conſ.* 546. dicunt, opinionem iſtam non habere contradicentem, alii, vt *Socin. iun. conſ.* 104. *& conſ.* 119. *num.* 3. *vol.* 1. dicunt, eſse communem, alii, vt *Albenſ. conſ.* 87. *num.* 11. magis communem, quam ſic etiam enunciat *Cephal. in conſ.* 251. *num.* 77. ac veriſſimam, & magis communem in *conſ.* 252. *num.* 17. alij, vt *Decian. in conſ.* 44. *verſ. nequè obſtat volum.* 2. *inter conſ. Portij Imolenſis*, veriorem, & crebriorem alii, vt *Gozadin. Grat. Curt. iun. Pariſ. Alex. Alciat. Boer. Purpurat. Surdus*, idemque *Decian.* relati per eundem *Seſſe ibi num.* 4. *&* 7. ſecundùm ipſam tradunt deciſum, & pronunciatum in quampluribus Tribunalibus, prout deciſum etiam in Curia Iuſtitiæ Aragonum teſtatur *ipſe ibidem num.* 5. per quæ apparet opinio iſthæc, nedùm communis, & magis communis, ſed canonizata per plurima Supremorum Tribunalium arreſta, deſuper lata, quicquid dubitet *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. d. lib.* 11. *tit.* 3. *ſub num.* 3. *verſ. ſed hæc quoquè coniectura.*

49 Accedat inſuper ad id, fideicommiſſum iſtud gratia agnationis conſeruandæ inductum reputari fauorabile, & conſequenter proindè iure merito extendi de perſona ad perſonam *Surd. in conſ.* 443. *num.* 28. *lib.* 3. *Cephal. conſ.* 137. *nu.* 4. *Menoch. conſ.* 95. *num.* 95. *Simon de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 3. *num.* 23. ſequitur illos *Merlinus deciſ. Lucenſ.* 97. *numer.* 38.

Coadiuuatur modò, ac augetur hæc prima coniectura ex alia, & ſecunda, quia ad obſeruantiam dictæ fideicommiſſariæ diſpoſitionis D. teſtator grauauit, nedùm ipſum Ducem Petrum hæredem inſtitutum, verùm etiam eius hæredes, & ſucceſſores, quo caſu grauando hæredes, & ſucceſſores, videtur expreſſim extendere grauamen ad omnes hæredes, vltrà primum grauatum: nàm dicendo, & vocando hęredes, & ſucceſſores, neceſſariò intellexit poſt mortem primo loco nominatorum: cùm viuens non habeat hæredem *Crauett. conſ.* 131. *ſub nu.* 5. *verſùs finem*, & poſt ipſum *Petra de fideicomm. q.* 5. *nu.* 167. ac *Marta in ſumma ſucceſſ. part.* 3. *quæſt.* 1. *artic.* 5. *num.* 17. ſubdentes, ob id ex tali vocatione denotari tractū temporis ſucceſſiuum.

50 Confirmat hoc iuris diſpoſitio in *l. hæredis* 65. *ff. de verb. ſignif.* vbi *Vlpianus* inquit, hęredis appellationem referri non ſolùm ad primum hæredem, ſed etiam ad vlteriores hæredes, & ſubdit, nàm & hæredis hæres, & deinceps hæredis appellatione cōtinetur, item in *l. ſciendum* 70. *ff. eod. tit. de uerb. ſignif. in l. qui per ſucceſſionem* 155. *ff. de regul. iur.*

51 Rurſùs, quòd hæres hæredis teſtatoris hęres ſit, eſt *tex. in l. fin. C. de hæred. inſtit. ac in l. ſi quis filiumfamilias* 7. *§. fin. ff. de acquir. hæred.* cum concordantibus, & eſt in propriis terminis *tex. in l. ſi plures gradus* 96. *ff. de legat.* 3. vbi formaliter inquit *tex.* quòd ſi plures gradus ſint hęredum, & ſcriptū ſit, *hæres meus dato*, ſermo iſte pertinet ad omnes gradus, quemadmodū verba illa, *quiſquis mihi hæres erit.* Ad hoc enim (ſubdit ibi *tex.*) vt quis velit non omnes hæredes grauare legatorum præſtatione, ſed tantùm ex iis aliquos, nominatim damnare debet.



Digitized by Google

Super quo *tex.gloſ.* in verbo *ſi plures gradus*, per illa verba intelligit, non tantùm inſtitutos, verùm etiam ſubſtitutos.

Et quàmuis *Oldradus d. conſ.21. ſub nu.1. verſ. nec huic obſtat* dicat, non obſtare dictam expreſſionem, & vocationem hæredum, quia non per hoc videtur habuiſſe reſpectum ad hæredes hæredum, niſi expreſsè de hoc dixerit, argum. *tex. in l. ſi finita fuerit* §. *vlt. ff. de legat.3.* ſed benè videatur clauſula illa referri ad nominatos tantùm, hoc nihil intereſt: tùm quia dicta opinio *Oldradi* admiſit communiter reſtrictionem in caſu, quādo adeſſent coniecturæ indicantes tacitam fideicommittentis voluntatem in contrarium, vt ſuprà traditū eſt, & ipſemet *Oldradus* probat *in conſ. 269. ſub nu.1.* tùm quia, quicquid in caſu ab ipſo relato poſſet colorari, quòd ſcilicet fuerit perſonale grauamen, eò quòd prolatum in ſingulari numero, ac per pronomen, *meorum*, videlicet, *ſi aliquem hæredum meorum*, in caſu tamen noſtro cùm dicat, *e ſuoi heredi, & ſucceſſori in* numero plurali, totaliter eſt illud indefinitum, & complectens omnes, tàm ſcilicet hæredes, quàm hæredes hæredis, & deinceps, iuxtà terminos *text. d. l. ſi plures hæredes 96. ff. de legat.3.* qui *tex.* videtur ad hoc ponere gladiū ad radices, dùm loquitur in propriis terminis fideicommiſſi, vndè non obſtat dicta obiectio *Oldradi*.

Quemadmodùm nec etiam videtur obſtare (vt hoc non omittatur) qualitas filiorum, iuncta etiam qualitate, ex legitimo corpore deſcendentium, ibi, *& non laſciando figli maſcoli del ſuo corpo legitimè deſcendenti*, quaſi quòd ſoli filii ex legitimo corpore deſcendentes ſint poſiti in conditione, quibus deficientibus videretur expirare fideicommiſſum.

52 Quia quoàd filios eſt indubitatum, appellatione ipſorum venire etiam nepotes, vt probat *Bar. in l. liberorum appellatio 220. nu.4. ff. de verb. ſignif.* ac *Iaſ. in l. pactum inter hæredes nu.3. ff. de pact.* ac *in l. gallus* §. *inſtituens ſub nu.21. in fine ff. de liber. & poſthum.* per *tex. in d. l. liberorum verſ. ſed & Papirius*, ac *in l. iuſta, & l. filij appellatione*, vbi *gloſ. ff. de verb. ſignif.* ac *in l. vxorem* §. *concubina ff. de legat.3.* ampliando id eò fortius in

53 vtroque loco, quādo appellantur in vltimis voluntatibus, quæ ſunt multùm fauorabiles, & in illis debet fieri larga interpretatio, adducit *tex. in l. in teſtamentis ff. de regul. iur.* ac *in c. cùm dilecti de donat.* & probat diſertis verbis idem *Oldrad. d. conſ. 269. num.2.*

Quò verò ad qualitatem, & clauſulam, ex legitimo corpore deſcendentiū, probat idem *Oldrad. vbi ſuprà* extendi etiam ad nepotes.

Cæterùm, redditur hoc ipſum totum abſolutum, nedùm ex coniectura mente teſtatoris, vt ſuprà, verùm etiam ex eiuſdem expreſſa, ac pœnè diſertis verbis indicata.

Ad cuius dilucidationem eſt aduertendum (& hoc ſolum ſufficiet pro victoria cauſæ) quòd ſubſtitutionis, ſiuè fideicommiſſi euentus in hoc caſu non conſideratur ex eo quòd Dux Petrus moreretur, aùt relictis, aùt non relictis maſculis, & ſic non ex ſuperuiuentia maſculorum, ſed benè dato caſu, quòd in ipſius hæreditate ſuccederent filiæ fęminæ. Sic indicant expreſſa verba fideicommiſſi, ibi, *in caſo che reſtarando da eſſo vna, ò due figlie femine legitime, & naturali, allhora detto Pietro, & ſuoi heredi, e ſucceſſori ſiano obligati di dare à quello, che ottenerà il luoco della primogenitura di me Duca docati cento cinquanta milia.* Super quo ſunt notanda etiam verba illa, *di me Duca*. Et vlteriùs, *e rimanendo più di due figlie femine dal detto Pietro mio primogenito, in detto caſo ſiano obligati di dare docati cento milia tantùm à quello che ottenerà detto luoco di pormogenitura di me Duca.* Super quo ſunt pariter notanda verba illa geminata, *di me Duca*.

Itaquè euentus, & caſus ſucceſſionis per fideicommiſſum tùnc verificatur, quando, vt dictum eſt, ſucceſſerint in hęreditate filiæ fęminæ, non verò quando maſculi, & conſequenter filii maſculi legitimi, & naturales ipſius Ducis Petri, quibus ſuccedentibus non eſt dare locum fideicommiſſo.

Auge-

Digitized by Google

Augetur hoc ipſum, quia dictæ filiæ fęminæ nō erant honoratæ ad hoc, nec inſtitutionis, nec legati particularis titulo in dicto teſtamento, ità vt poſſet dici, ipſis tamquàm honoratis fuiſſe impoſitum onus, ſed benè eorum ſucceſſio veniebat ordinata à caſu fortunæ, ſi ſcilicet morerētur filii maſculi ipſius Ducis Petri, quibus viuentibus non poterant, nec debebant admitti ad ſucceſſionem.

Si igitur fideicommiſſum iniunctum eſt in caſu ſucceſſionis filiarum fęminarum, nec poterat aliquo pacto illud verificari, niſi ipſæ fœminæ ſucceſſerint, quæ non admittuntur ad ſucceſſionem, niſi in caſu, quo hæredes maſculi Ducis Petri prædefuncti eſſent, non eſt aliquis dubitationi locus, quin neceſſariò affirmandum, ac concludendum ſit, nullam induci dubitationem circà ſuperuiuentiam dicti Ducis D. Onuphrii.

Et hoc fuit in cauſa, quòd D. Dux teſtator grauauit etiam hæredes, & ſucceſſores indefinitè, ac pœnè vſque in infinitum, eòuſque ſcilicet euenerit caſus fideicōmiſſi ex parte grauatorum, quod eſt etiam illud, in quo differt caſus iſte ab illo per *Oldradum* relato, quoniam ibi hæredes erant poſiti in conditione, videlicèt, *ſi aliquem hæredum meorum ſine filijs, &c.* hic verò ſunt poſiti in grauamine, quia hæredes, & ſucceſſores grauantur, quod eſt valdè notandum pro diffinitione iſtius caſus, & articuli.

Comprobatur hoc totum, quia ſi expiraſſet fideicommiſsum prędictum per ſuperuiuētiam dicti Ducis D. Onuphrij, nec extenderetur illud ad caſum veri euentus, quod fieret, ſi extingueretur per dictam ſuperuiuentiam, fuiſset illud fruſtatorium, ex quo cùm honoraſſet ipſe Dux teſtator, & vocaſset maſculum, qui reperiretur obtinere locum primogenituræ tempore euentus illius, quod tempus conſideratum, vt pluriès inculcatum eſt, incideret in ſolum caſum, &
54 tempus, quod ipſæ filiæ fœminæ ſuccederent, fieret vtiquè fruſtatoria teſtatoris diſpoſitio, quod non eſt admittendum, cùm diſertis verbis inhibeat *Modeſtinus in l. Titia cum teſtamento* 35. §. *Lucius Titius*, ibi, *nō ſic accipiendam ſcripturam, vt fideicommiſſum inutile fiat ff. de legat.* 2. Expedit enim ſupremas hominum voluntates exequi *l. vel negare ff. quemad. teſtam. aper.* ratio eſt, quia fideicommiſsa ſunt fauorabilia §. 1. *Inſtit. de fideicom. hæred.* adeò vt pro validitate
55 ipſorum in dubio eſse in deciſoriis pronunciandum, cauerit *tex. in l. cogi 16. in princ.* ibi, *in ambiguo tamen magis de ſucceſſione ſenſum dico, nè intercidat fideicommiſſum ff. ad trebell.* facit *tex. in l. ex facto* 17. §. *ſi quis autem ff. ad trebell.* ac *in* §. 1. *Inſtit. de fideicommiſſar. hæred.* per quæ iura, quòd ſit fauorabile, ſic voluere *Alex. conſ.* 39. *nu.* 5. *verſ. & dicit Angelus hoc eſſe inductum vol.* 1. *Dec. in conſ.* 652. *num.* 7. *Iaſ. conſ.* 203. *col.* 4. *verſ. non obſtat ſecunda vol.* 2. *Socin. iun. conſ.* 168. *nu.* 91. *lib.* 2. ac pro ipſo eſse in dubio iudicandum tenuere *Bald. conſ.* 104. *circà finem verſ. tamen iſta regula videtur fallere lib.* 4. *Socin. ſen. conſ.* 249. *nu.* 25. *lib.* 2. *& in l. cùm auus col.* 54. *verſ. quoniam reſpondetur ff. de condit. & demonſtr. Nicol. de Neap. Angel. Alex. Iaſ.* & alii relati per *Peregr. de fideicomm. art.* 1. *nu.* 38.

Et quàmuis alii relati per eundem *Peregr. ibidem nu.* 39. quibus ipſe pariter videtur inhærere *nu.* 4. contrarium ſentiant dicentes, in dubio contrà fideicōmiſsum pronunciandum: attamen ex ijs
56 poſtmodùm aliqui diſtinguendo videntur contrarium ſentire dicentes, quòd aùt agitur de fideicommiſſis extendendis, aùt verò de illis inducendis. Et primò caſu negant fauorem. Secundo verò affirmant, & in dubio fore pro ipſis pronunciandum, & ità tenuere *Crau. in conſil.* 208. *nu.* 3. *in fine, & num.* 4. ac ſibi ipſi contrarius *Dec. in l. in teſtamentis ff. de regul. iur. ac in conſ.* 652. *num.* 7. *Socin. iun.* ſimiliter ſibi contrarius *d. conſ.* 168. *num.* 9. *ac Peregr. d. art.* 1. *nu.* 4. Et hoc eò fortiùs, quandò videntur fideicommiſsa inducta fauore agnationis, & familiæ conſeruandæ, vt dictum eſt ſuprà de iſto fideicommiſso, ad not. per *Anchar. Cuman. Gozadin. Curt. iun. Pariſ. Socin. iun. & Capyc.* adductos per *Marzar. de fidei comm. par.* 2. *q.* 1. *fol.* mihi 8.

57 Tertia intercedit coniectura, detergiturque cōiecturata ipſius teſtatoris voluntas,

57 luntas, quia veriſimiliter teſtator ſi de tali caſu interrogatus fuiſſet, taliter vtiquè ſe diſponere velle, ac pro extenſione ſcilicet de perſona ad perſonam, & de gradu ad gradum ſine omni cunctatione reſpondiſſet. Ponamus itaquè caſum, quòd ad inſtar Diui Stanislai, aliorumque Sanctorum daretur locus reuocandi ad vitam D. Ducem Ioānem Paulum teſtatorem, ad hoc vt interrogatus ſuper iſta ambiguitate, expreſsam mētem aperiret, incunctanter vtiquè (nec aliquis ſani capitis poſſet ſibi contrariū ex facto ſuadere) non aliter affirmaret, niſi quòd fideicommiſſi onus prędictum fauore maſculinitatis, & agnationis conſeruandæ appoſuiſſet, & ſic in caſu, quo filiæ fœminæ ſuccederent, confert ex profeſſo in argum. *tex.* omninò obſeruādus in *l. cùm auus* 101. *ff. de condit. & demonſtr.* Conſequenter proindè cùm nō poſſet illud verificari, niſi poſt mortem Ducis D. Onuphrii, in caſu ſcilicet ſucceſſionis fęminarum poſt ipſum, pro extenſione indubitanter eſt arbitrandum, neceſſarióque concludendum. Et hæc coniectura approbata eſt de iure per *gloſ. in l. tale pactum* §. *fin.* per illum *tex. ff. de pact.* vbi *Bald. ante nu.* 1. dicit, id eſſe notabile, & multùm bonū, ac deſeruire ad multa, idem *Bal. in l.* 1. *C. quæ res pign. oblig. poſſ. Angel. in d.* §. *fin. in princ.* vbi tradit, ex hac præſumpta voluntate fieri extenſionem de perſona ad perſonam, *Paul. de Caſtr. & Alex. in l. Titius* §. *Lucius nu.* 2. vbi *Alex.* dicit, prouiſionem
58 teſtatoris factam in vno caſu, extendi ad alium, in quem veriſimiliter cogitaſſet, ſeù idem prouidiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus, ac quòd procedat conclu-
59 ſio iſthæc tàm in contractibus, quàm in teſtamentis, reſcriptis, & vltimis voluntatibus, ſequitur illos *Crauett. conſil.* 98. *num.* 2. faciunt tradita per *Surdum deciſ.* 62. *num.* 12. apud quem multa etiam ad propoſitum.

Pendet de hoc caſu lis in Sacro Cōſilio, quæ ſub Iudice eſt, nec adhuc deciſa.

Cùm diuiſionem fructuum in caſibus de iure permiſsis inter grauatum, & fideicommiſſarium operetur fideicōmiſsi
60 finis ordo poſtulat, vt caſus inueſtigemus, in quibus illud finiatur. Hos caſus cumulat, & declarat *Peregr. de fideicom. art.* 52. *per totum, ac artic.* 53. dicens, finiri. Primò voluntate teſtatoris. Secundò conſenſu fideicommiſſarii. Tertiò rei peremptione. Quartò præſcriptione. Quintò generatione. Sextò authoritate legis ſcriptæ. Septimò Principis decreto. Octauò authoritate Magiſtratus. Sed q̄a luculenter adeò illos *Peregr.* explanat, & declarat, vt ſi eam prouinciam aſſumere vellem, trāſcribere viderer potiùs, quàm de nouo dicere, ideò illos miſſos faciā, remittendo Cupidum Lectorem ad tradita per *Peregr. loco cit.*

In primò tamen caſu, in quo DD. tradunt, finiri voluntate teſtatoris, inter alia dictæ voluntatis exempla cumulant caſum mortis, quando ſcilicet fideicommiſſum reſtrictum, ac limitatum eſt in tempus mortis, mortis intelligas naturaliter, cùm *Doctores* communiter ſtatuant in *l.* 1. *ff. de teſtam.* & probauit *gloſ. in c. ſuſceptum de reſcript. in* 6. mortem ci-
61 uilem numquàm æquirarari morti naturali, nec eiuſdem effectus operari. Eſt benè verum, quòd limitare hoc vidētur in pluribus caſibus, & ſignanter quando
62 verſaretur par ratio, idemque ius in vtraque morte, ac quando mors ciuilis operaretur eundem effectū quòad omnia, quem operatur mors naturalis. Inter caſus prædictos connumerat *gloſ. in c. placuit il* 2. 16. *q.* 1. caſum ingreſſus Religionis, quem dicit æquiparari morti naturali. *Gloſ.* prędictam ſecuti ſunt *Bar. in Auth. ſi qua mulier num.* 6. *in fine, & nu.* 7. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi etiam *Iaſ. nu.* 27. cæterique poſt eos, per *tex. in l. Deo nobis in princ. & in* §. *hoc tantummodò C. de Epiſc. & cler.*

63 Corollariè modò occaſione iſtius notabilis quærunt DD. vtrum fideicommiſſum collatum in tēpus mortis expiret per ingreſſum Religionis grauati de reſtituendo poſt mortem.

Pro ſolutione *Bart. in l. cùm pater* §. *hæreditatem ff. de legat.* 2. diſtinguere videtur duos caſus. Quòd aūt ſcilicet Monaſterium, quod grauatus ingreditur eſt capax ſucceſſionis, & tunc non dicetur puri-

Digitized by Google

purificatum fideicommiſſum, ſed Monaſterium capiet bona vſque ad mortem naturalem grauati. Aùt verò eſt incapax, & tunc ſtatim facta profeſſione per grauatum, expirat fideicommiſſum, & bona capiet fideicommiſſarius, non expectata morte naturali grauati. *Bartolum* ſecuti ſunt communiter *Baldus ibidem*, *Angelus* tàm *in d. l. cùm pater* §. *ſi quis rogatus*, quàm in *l. ex facto*, quibus in locis etiam *Imola*, *& Caſtrenſ. ff. ad trebell. Boer. deciſ.* 354. *nu.* 11. *Boſſius tit. de publicat. bon. num.* 35. *Pariſ. in conſ.* 65. *in primo dubio vol.* 2. *Cacheran. in deciſ.* 126. *circà finem*, *Alex. Socin. Iaſ. Crot. Thomas Docius*, *Ioan. de Monte Sperell. Dec. & Bertrand.* in locis adductis per *Peregr.* qui ipſemet probat hanc ſententiam *de fideicom. art.* 28. *nu.* 63. quibus addi poſſunt *Surdus in conſ.* 90. *num.* 8. *Roland. de lucro dot. q.* 95. *nu.* 18. *ac in conſ.* 97. *num.* 41. *lib.* 2. *Caualcan. in deciſ.* 1. *num.* 31. *&* 34. *lib.* 3. *D. de Franch. in deciſ.* 14. *nu.* 7. *Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *interpret.* 1. *dubit.* 1. *ſolut.* 6. *nu.* 5. *Burſat. in conſ.* 48. *nu.* 27. *Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 75. *lib.* 5. *Ioſeph. de Ruſticis in l. cùm auus lib.* 5. *c.* 7. *per totum*, Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *nu.* 8. *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum q.* 40. *nu.* 7. *Gutier. canon. quæſt. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 60. *cum ſeqq. Ioſeph. de Seſſe deciſ. Aragon.* 44. *per totam*, aliique, quos longa ſerie adducit *Theſ. filius quæſt. forenſ. lib.* 3. *q.* 36. *nu.* 6. qui *nu.* 7. ſubdit, Senatum Pedemontanum dubitantem non recedere ab hac communi, frequentiorique calculo recepta opinione, ſecundùm eam cenſuiſſe, tametſi de iure contrarium ipſe arbitretur.

Contrariam verò ſententiam, quòd ꝑ ingreſſum Religionis, tametſi incapacis bonorum, non expiret fideicommiſſum, ſubſtinuerunt *Imola in d. l. cùm pater* §. *hæreditatem*, *Salyc. in l.* 1. *col.* 4. *C. de hæred. inſtit. Socin. in repetit. l. cùm auus nu.* 104. *ff. de condit. & demonſtrat. Felinus in c. licet vndiq; de offic. deleg. Alex. in d. l. ex facto* §. *ex facto ff. ad trebell.* Ripa ſimiliter in *d. l. ex facto* §. *ſi quis rogatus*, aliique citati per *Trentacinqu. de ſubſtit. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 4. *uerſ. ſed cùm ſuperiùs*, quibus *Theſ. filius* addit *Maſin. in l. precibus nu.* 365. *C. de impub. & alijs ſubſtit. Rodericum Suarez allegat.* 20. *Roman. ſingul.* 234. *Boer. deciſ.* 323. *num.* 6. *Didac. à Spino in Specul. teſtam. gloſ.* 12. *num.* 34. *&* 35. ac idemmet *Theſ. filius* ſe ſubſcribit, tametſi contrarium referat deciſum in *d. q.* 36.

Mihi ſemper in hac diſsetione probabilior, & de iure verior, licèt tamen cõtrà magis communem, viſa eſt poſterior *Imolæ*, & ſequacium, per ingreſſum ſcilicet Religionis, licèt incapacis, non expirare fideicommiſſum, ſed bona interim vſque ad diem naturalis obitus grauati detinenda fore per venientes ab inteſtato, reſtituenda tamen poſtmodùm ſecuta morte fideicommiſſarii.

Hanc autem, relictis vtriuſque partis argumentis, & rationibus, nàm de iis hactenùs apùd relatos, quorum ferè nemo eſt, qui nõ diſputet articulum iſtum, concluſiuè probari priori loco ſtatuo
64 expreſsè ex *tex. in l. Statius* §. *Cornelio ff. de iure fiſci*, ex quo ſelicitur, non expirare fideicommiſſum per mortem ciuilem grauati, ſed expectandam eſſe mortem naturalem ipſius, cui conſimiles videntur *l. ex facto* §. *ex facto ff. ad trebell. & l. cùm pater* 79. §. *hæreditatem &* §. *ab inſtituto ff. de leg.* 2. in quibus probatur, in
65 reſtitutione fideicommiſſi (licèt fiat mutatio ſtatus grauati) debere expectari mortem naturalem ipſius grauati. Nec ad negotium facit quod dicebant ipſe *Imola*, & *Paulus de Caſtro* ad deſtructionem *d.* §. *Cornelio*, quòd ſcilicet deportatus habeatur pro mortuo tantummodò quòad ea, quę concernunt commodum ipſius deportati, de quo loquitur *tex.* ille, non autem quòad id, vt fiat reſtitutio fideicõmiſſi, quaſi dicere vellent, qùòd quòad reſtitutionem non dicatur mortuus: quoniam eſſet id mera diuinatio, & reſtrictio ad *contex.* illum: cùm non excipiatur ab eo talis ratio particularis, ſed ratio, in qua videtur ſe fundare *tex.* ille, ea colligitur expreſsa, quia ſcilicet poſſet prædecedere ſubſtitutus, & prædecedendo expiraret fideicommiſsum. Spes igitur prædeceſsus eſt ſola in cauſa, vt faciat expectare diem mortis naturalis,

Digitized by Google

turalis, non autem mutatio ſtatus.

Hæc autem ratio militat etiam in caſu iſto, nulla habita diſtinctione, vtrùm Religio, quã ingreditur grauatus ſit capax, vel incapax bonorum. Vndè inanem arbitror differentiam illam *Doctorum* inter ingreſſum Religionis capacis, aùt incapacis: quoniam ſi Monacus (vt conſiderant etiam contrariæ ſententiæ ſectatores) priuatur velle, & nolle ob profeſſionem in Religione factam *cap. ſi religioſus de elect. in 6.* ſic vtiquè priuatus cenſebitur ingrediendo Religionem capacem, quemadmodùm ingrediẽdo incapacem. Sed in hoc tantùm differret ingreſſus Religionis capacis ab ingreſſu incapacis, quia capax retinebit bona

66 pendente conditione, incapax verò nõ retinebit, ſed bene alius loco illius, quippè veniens ab inteſtato, & proindè ſic dicetur mortuus ingrediens capacem, ſicuti ingrediens incapacem Religionem.

Et ex his iure etiam corruit quod conſiderabat aduersùs hanc ſententiam *Paulus de Eleazario in diſput. ſua* incip. *ſubſtitutus*, dicens, propterea non expirare fideicommiſſum in caſu *d. §. Cornelio*, quia Fiſcus retinet bona pendente conditione, ſecùs tamen in caſu iſto ingreſſus Religionis incapacis, in quo non extaret qui retineret bona pendente conditione. Non ſcilicet Monaſterium,

67 quia incapax. Non venientes ab inteſtato, quia ſequeretur, quòd venientes ab inteſtato excluderent ſubſtitutum, quod non eſt affirmandum, per *tex. in c. ſi pater de teſtam. in 6.* quoniam ad id iure reſpondet *Socinus loco cit.* de mente *Alex. in d. §. ex facto*, dicentis, quòd licèt venientes ab inteſtato non excludant ſubſtitutum, vt in *d. c. ſi pater*, & probatur *in l. Publius §. 1. ff. de condit. & demonſtr.*

68 attamen id intelligitur, quando ſubſtituti admittuntur in caſu, & tempore, quibus à teſtatore vocantur, ſecùs tamen in caſu iſto, in quo non veniunt contrà teſtatoris voluntatem, ſed benè detinebunt interim, donec adueniat caſus naturalis mortis, qui caſus non eſt contrà voluntatem teſtatoris, nec iura illum abhorrent. Et adducit in id *Socinus loco cit. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de ſtatu monac. §. 1. verſ. 3. & in c. 1. de religios. domib. in 6. & in c. in præſentia de probat. ac Imol. in l. 1. & fin. ff. de ſtatu monac.* & videtur mihi facere *tex.* expreſſus in *d. l. cùm pater §. ab inteſtato ff. de legat. 2.* vbi expreſsè cauit *Iureconſultus*,

69 non aperiri viam fideicommiſso per renunciationem hæreditatis factam ab inſtituto, ſed expectandam eſse mortem ipſius inſtituti, non obſtante renunciatione, ad hoc vt ſubſtitutus bona fideicommiſso ſubiecta capere poſſit. Et licet non aperiat *tex.* ille, per quem interim detineri debeant bona illa pendente caſu mortis naturalis, attamen recurrendum eſt ad iura, & rationes, quibus ſtatuitur, detinenda interim per venientes ab inteſtato, de quibus hactenùs apud relatos per *Socin. vbi ſuprà loco cit.*

Confirmo hoc idem ſecundo loco, quia ſi expiraret fideicommiſsum per ingreſſum Religionis incapacis grauati, ſequeretur abſurdum notabiliſſimum, quòd ſcilicet abſque facto ſuo quis priuaretur iure ſibi competenti: quoniam ſi verum eſt, & iure id probatur in *d. §. Cornelio in fine*, vbi *gloſ.* adducit etiam *tex. in l. in cauſæ §. Pomponius ff. de minor.* per

70 mortem ſcilicet fideicommiſſarii prædecedentis expirare fideicommiſſum, bonaque illi ſubiecta recta via tranſire, aùt ad ſubſtitutum, aùt ad coniunctum, aùt ad hæredes teſtatoris, vt diſponit *tex. in l. vnica §. ſin autem aliquid C. de caduc. tollend.* Si per ingreſſum Religionis, licèt incapacis, aperitur via fideicõmiſſo, non adhùc expectata morte naturali grauati, eueniẽte poſtmodùm caſu, quòd prædecederet interim fideicommiſſarius, qui per ingreſſum Religionis incapacis grauati receperat bona fideicommiſſaria, quo caſu iam expiraſſet fideicommiſſum, vtiquè tales, qui deberent ſuccedere per prædeceſſum fideicommiſſarij, quippè aùt coniunctus, aùt hæres teſtatoris, priuarentur eorum iure, ac ſucceſſione, ad quas admitterentur abſque aliquo eorum facto, quod quantum videatur illud abſurdum quilibet dijudicare poterit.



Digitized by Google

71 Huius axiomatis occaſione, in quo,
attenta communi *Doctorum* opinione
dictum eſt, Monachum haberi pro mor-
tuo, examinandos duxi caſus, in quibus
habeatur pro tali, in quibus verò non.
Et tametſi eorum examinatio, ac reſolu-
tio verè, & propriè, ſiuè de directo, ac
ex profeſſo non faciat ad materiam præ-
ſentis *cap.* attamen valdè conducit re-
ſpectu caſuum, qui exindè excitantur
practicabiles admodùm.

72 Horum primi generis primus caſus
reſpicit teſtamenti factionem: Nàm poſt
ingreſſum Monachus nullo modo teſta-
ri poterit *Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ.*
*& ibi Doctores* omnes, vt teſtatur *Vaſqu.*
*controuerſ. illuſtr. c.* 102. *nu.* 1. quæ *Auth.*
reperitur canonizata in *cap. quia ingre-*
*dientibus* 19. *q.* 3. Ratio ea eſſe videtur,
quia ipſi non habent neque velle, ne-
73 què nolle, ſed ex illis, quos vice Dei ſu-
prà caput eorum poſuerunt, & quorum
imperio ſe ipſos ſubiecerunt voluntate
dependent *cap. ſi religioſus de elect. in 6.*
74 dicitur enim Monachus recluſiſſe ſuum
velle in Arca ſui Abbatis, vt dicit quæ-
dam *gloſ.* extraordinaria in *clem. religio-*
*ſus de procurat.* refert *Ioannes de Leici-*
*nier de primogen. lib.* 1. *q.* 21. *versùs finem.*
Et hoc ſiuè Monaſterium ſit capax, ſiuè
incapax, ex quo dicunt, Monachū æqui-
parari ſeruo, & haberi pro mortuo *Craſſ.*
*in* §. *teſtamentum q.* 34. *n.* 1. vbi dicit, hoc
de plano procedere, & ſine difficultate.

75 Amplia, vt neque poſſit teſtamentum
antè ingreſſum mutare, aùt reuocare
*Dec. in Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ.*
*Craſſ. d. q.* 34. *nu.* 8. *Eugen. in conſ.* 58. *nu.*
10. *cum ſeqq. Hondedeus in conſ.* 60. *&*
61. *vol.* 2. *Henriquez in conſ.* 91. *Clar. in* §.
*teſtamentum q.* 28. *in fine*, *Coſta de retro-*
*tract. monit.* 5. *ad c.* 2. *nu.* 5. *ac in tract. de*
*re integr. diſtinct.* 104. *nu.* 11. *Cauallos in*
*tract. commun. contra commun. q.* 806. *nu.*
14. Subamplia hoc, ſiuè fuerit ingreſſus
76 Religionem incapacem, ſiuè capacem,
ſaltim in communi *Abb. in c. in præſen-*
*tia nu.* 61. *de probat. Couar. de teſtam. c.* 2.
*num.* 9. vbi alios refert, ac *Theſaur. filius*
*quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 56. *num.* 3. vbi
77 alios ſimiliter adducit. Subamplia hoc
ſecundò, etiam ſi de licētia Miniſtri Ge-
neralis reuocare vellet, niſi tamen faciat
ex priuilegio Summi Pontificis conceſſo
Congregationi *Burſat. in conſ.* 75. *nu.* 28.
*cum ſeqq. Coſta d. tract. de retrotract. d.*
*monit.* 5. *ad cap.* 2. *num.* 6. Subamplia hoc
78 tertiò, etiam ſi in fauorem Monaſterii
reuocare vellet *Berous in d. c. in præſentia*
*nu.* 537. *Gutier. canon. qq. lib.* 2. §. 1. *n.* 40.
*Couar. d. nu.* 9. vbi alios etiam adiungit.

79 Amplia ſecundò, vt neque poſſit de-
clarare verba ambigua teſtamenti con-
diti antè profeſſionem, vt iudicatum per
Senatum Montisferrati refert *Theſ. fil. d.*
*q.* 56. *nu.* 3. *lib.* 2.

80 Amplia tertiò, vt non poſſit teſtamen-
tum condere, aùt mutare, aùt declarare,
vt ſuprà, etiam ſi fuerit factus Epiſcopus
*gloſ. in c.* 1. *de teſtam. Gratian. diſcept. fo-*
*renſ. lib.* 2. *cap.* 363. *nu.* 5. Ea ratione, quia
adhùc Epiſcopus non dicitur liberatus à
regula *Rota Roman. deciſ.* 705. *nu.* 4. *p.* 1.
*in nouiſſim. Coſta de retrotract. d. mon.* 5.
*ad c.* 2. *nu.* 5. *Couar. de teſtam. cap.* 1. *nu.* 8.

81 Amplia quartò, vt neque Monaſte-
rium, in quod illa voluntas, & poteſtas
Monachi ingreſſi videtur translata, poſ-
ſit mutare, vel tollere teſtamentū condi-
tum ante ingreſſum in præiudicium hæ-
redis inſtituti *Theſ. fil. d. q.* 56. *nu.* 4. *lib.* 2.

Sed quæſtionis eſt, antequàm ad vlte-
riora progrediamur, vtrùm diſpoſitio
*Sacri Concilij Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de re-*
*gular.* qua cauetur, nullam renunciatio-
nem valere, aùt obligationem antea fa-
ctam, etiam cum iuramento, vel in fauo-
rem cuiuſcunque cauſæ piæ, niſi cum li-
centia Epiſcopi, ſeù eius Vicarii fiat in-
trà duos menſes proximos antè profeſ-
ſionem, ac non aliàs intelligi effectùm
ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, &
quòd aliter facta, etiam ſi cum huius fa-
uoris renunciatione expreſſa, etiam iu-
82 rata ſit irrita, & nullius effectus, vtrùm
ſcilicet habeat locum in teſtamentis, &
in aliis vltimis voluntatibus. Et quòd nō
habeat locum reſponderunt *Nauar. in*
*comment.* 2. *de regul. nu.* 30. *Gutier. d. lib.* 2.
*canon. quæſt. c.* 1. *n.* 31. *cum ſeqq. Gratian.*
*in addit. ad deciſ. Marchiæ* 37. *nu.* 3. *&* 4.
*Theſ. filius d. q.* 56. *nu.* 4. *in fine*, *Caualcan.*
*in deciſ.* 11. *nu.* 112. *in fine par.* 3. qui om-
83 nes indiſtinctè tenent, Nouitium infrà

annum probationis poſſe teſtamẽto, codicillis, ac aliis actibus vltimarum volũtatum de bonis ſuis diſponere abſque ſollẽnitate prefati *Sacri Concilij*, & ità reſponderũt Eminentiſſimi Domini Cardinales interpretes dicti *Sacri Concilij* ſub die 22. Ianuarii 1598. his verbis *Congregatio Concilij cenſuit, decretum c.16.in princ.ſeſſ.25. de regular. non uendicare ſibi locum in teſtamentis, atq; alijs ultimis uoluntatibus*.

84 Amplia hoc, vt nequè in teſtamento tali caſu ſit neceſſaria licẽtia Prælati, ſecundùm *Couar. Suarez, Archidiac.* & cæteros relatos per *Gutier. d. c.1. nu.25.*

85 Et hoc ipſum, quod ſuprà diximus de ſollemnitate introducta per *Sacrum* Cõ*cilium*, affirmandum eſt etiam in donationibus, vel renunciationibus factis antè habitus ſuſceptionem *Theſ. fil. d. q.56. num.9.* vbi ſic deciſum per Senatum Pedemontanum refert, quicquid dixerint *Nauar. in conſ. ultim. lib.3. tit. de donat.* ac *Molina de iuſt. & iur. diſputat.139. col.8. uerſ. ambiget rursùs*, contrà quos iure inuehit *Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 436. nu.4.* vbi refert, Sacram Congregationem cenſuiſse in hoc his verbis. *Cõgregatio Conc. Trid. cenſuit, decretum Conc. Trid. cap.16. ſeſſ.25. de regular. & mon. non habere locum in renunciatione facta ante habitus ſuſceptionem*, quod & autumauit etiam *Gratian. d. deciſ.37. nu.8.* & poſt eum *Coſta de re integra d. diſtinct.104. nu.1.* & fuit de mente *Gamma deciſ.375. per totam*.

86 Amplia hoc ipſum etiam in caſu, quo dictas renunciationes, & donationes animo ingrediendi Religionem fecerit *Menoch. loco cit. nu.4. Gratian. d. deciſ.37. num.3.* ac *Coſta d. diſtinct.104. num.1.* Et adeſt particularis Declaratio Sacr. Cõgregationis ſub die 18. Martij 1598. his verbis, *Congregatio Concilij cenſuit, decretum Concilij Trid. cap.16. ſeſſ.25. de regular. non vendicare ſibi locum in donationibus, vel renunciationibus antè habitus ſuſceptionem, etiam animo, & propoſito ingrediendi Religionem factis*.

Aduertas tamen ad vnum notabile in materia iſtarum renũciationum tali modo factarum, quòd ſcilicet renunciatio-

87 nes factæ hæreditatis paternæ, aùt fraternæ, aùt maternę, aùt deinceps à filiis, vel fratribus profeſſuris Religionem, vel ſororibus, aùt deinceps nullo pacto reſcindi poterunt ſub prætextu, quòd fuerint enormiſſimè lęſi, ità notabiliter *Dec. in conſ.31. nu.5. versùs finem uerſ. vltimò non obſtat*, & poſt eum *Crauett. in conſ. 60. col.1. Couar. in relect. cap. quamuis pactum de pact. in 6. in 3. par. §.2. nu.5.* vbi id multis bonis rationibus confirmat, *Vaſqu. & Molina in locis cit. per Maſtrill. in deciſ.65. nu.12. D. Rouit. in conſ. 42. nu.3. lib.1.* qui alios in id citat, quibus accedit *Coſta in d. tract. de re integra d. diſtinct.104. num.2.* qui alios ſimiliter in id adducit, præter relatos per *Maſtril.* & eorum ferè omnes teſtantur, ſic de cõſuetudine ſeruari, cenſuit *Rota Romana in vna Vliſbonenſi legitima* 27. *Nouembris* 1595. vt obſeruari poterit apud *Gratian. deciſ. Marchiæ 40. num.12. in addit.* Quod ampliant, etiam ſi renuncians eſſet minor *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.83. nu.18.* intelligendo tamen de minore vigintiquinque annorum, maiore autem ſexdecim annorũm, ſicuti cenſuerunt *Rodriquez regular. quæſt. tom.2. q.47. art.13.* ac *Petrus Sanz tract. de bon. diuiſ. lib.4. c.5. num.34.* vbi contendunt aduerſus *Menoch. loco cit.* contrarium ſentientem, & iis ſe ſubſcribit etiam *Coſta d. diſtinct.104. nu.2.*

89 Amplia, etiam ſi talis renuncians fuerit factus Epiſcopus. Et ratio eſt, quia iſtæ renunciationes tempore ingreſſus factæ dicuntur reales ex conſiderata intentione renunciantium, ex quo renunciant cauſa Mundum relinquendi, & Deo ſeruiendi, ſicuti conſiderabat in ſpecie *Dec. loco cit.* & cenſuit Sacrum Conſilium, teſte *D. de Franch. dec.375. num.2.* Vndè ſuccedit diſpoſitio *tex. in d. c. quàmuis pactum de pact. in 6.* prout in puncto hoc ipſum notau erunt *Couar. in relect. d. c. quàmuis pactum in 3. p. §.2. nu.4. verſ. nonò idem omninò*, ac *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib.2. §.18. nu.108.* aduerſus quos licet tamen inuehat *Tellus Fernandez in l.6. Tauri num.45.* attamen pro illis, *Tellum* reprobãdo ſteterũt *Didac. à Spino in ſpec. teſtam. gloſ.2. in verſ. de*

Digitized by Google

*de legato monaco relicto num.* 52. *verſ. pro qua facit, Marcus Salon de Pace in cõſ.* 5. *nu.* 4. ac nouiſſimo loco *D. Rouit. in conſ.* 44. vbi fuſiſſimè, ac doctiſſimè repellit omnia media, quibus mouetur *Tellus à num.* 13. *verſ. nàm quatenùs vſque ad n.* 25.

Et hoc ampliãdum venit, etiam quòd in dicta renunciatione non interuenerint perſonæ, de quarum hæreditate agebatur, vt colligi poterit ex relatis per *Coſt. loc. cit. d. n.* 2.

90 Non per hoc tamen prohibebitur talis renũcians capere ex teſtamẽto, prout in ſimili ſtatuunt *Doctores* de filia, aut ſorore renunciante ex cauſa dotis, ſibi ipſis datæ, aut excluſis per ſtatutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, ſicuti obſeruari poterit ex traditis p *Ioachim. Minſynger. ſingul. obſer. cent.* 2. *obſer.* 7. *nu.* 1. *in fi. cum ſeqq.* Dummodò tamen Religio, quã eſt ingreſſus ſit capax ſaltìm in communi, iuxta diſtinctionem traditam per *Doctores*, de quibus hactenùs apud *Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt.* §. *legatum q.* 7. *per tot.*

91 Nùmquid autem renunciatio iſthæc extendatur etiam ad bona fideicommiſſo ſubiecta, ita vt ab ipſis etiam videatur talis ingreſſus renuncians excluſus, adeundus eſt *Maſtrill. d. dec.* 65. *per tot.* vbi doctiſſimè loquitur.

92 In caſu verò, quo renunciatio iſthæc fuerit promiſſa per Monaſteriũ, habebitur pro facta, ac ſi effectualiter ſubſecuta fuiſſet, & ita in proprijs terminis poſt multos relatos probat *D. Rouit. in conſ.* 42. *nu.* 7. *vol.* 1. ea ratione, quia cùm dependeat ex eius voluntate, in damnum ipſius cedere debet, ſi non fuerit ſubſecuta.

93 Sed inſurgit ex ijs dubitatio, vtrùm ſcilicet teſtamentum antè Religionis ingreſſum conditum rumpatur per ſubſequentem Religionis ingreſſum, intelligẽdo tamen ingreſſionem, non per ſimplicem habitus ſuſceptionem, & ſic quando ſolùm eſt Nouitius, ſed benè poſt factam Profeſſionem, vt declarat in terminis *Clarus in* §. *teſtamẽtum q.* 28. *verſ. dixi ſecundò*, & mox infra ſubijciemus.

94 Hęc eſt quæſtio valdè diſputata inter *Doctores*, qui videntur principaliter diſtinguere, quòd aut quis ingreditur Religionem incapacem, & tunc non tantũ non rumpatur per ingreſſum, verùm ab ipſo ingreſſu vires recipiat, non ſecus ac ſi ipſe ingreſſus fuiſſet naturaliter mortuus, & ita communiter reſident *Bart. Bal. & cæteri in l.* 1. *ff. de teſtam. Soci. conſ.* 92. *nu.* 2. *lib.* 1. *Abb. in cap. in præſentia num.* 50. *de probat. vbi etiam Felin. num.* 54. & Bero. *nu.* 400. *Eman. Coſta in cap. ſi pater* 2. *p. verb. teſtatore mortuo nu.* 6. *in princ. de teſtam. in* 6. *Clar. d. q.* 28. *verſ. ſed reiecta, Molina de Hiſpan. primog. lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 43. *Gutier. canon. quæſt. lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 1. & hoc diſtinctionis caput videtur ſine aliqua difficultate procedere.

95 Aut verò ingreſſus eſt Religionem capacem, & in hoc videntur ſectæ opiniones in diuerſa. Aliqui enim dixerunt, tale teſtamẽtum antè ingreſſum factum rumpi, & hanc ſententiam poſt *gloſ. in auth. ſi qua mulier C. de ſacroſan. eccleſ.* ſubſtinuerunt *Cyn ibid. vbi etiam Alberi. poſt princip. Feder. de Senis in conſ.* 165. *Imola in d. l.* 1. *num.* 11. *ff. de teſtam. Iaſ. in rubr. ff. de liber. & poſth. nu.* 19. & *in rubr. C. de poſth. hæred. inſti. ac in d. auth. ſi qua mulier nu.* 15. & 17. vbi de communi profitetur.

Ampliant eam *Salyc. & Fulgo. in auth. ſi qua mulier num.* 15. & 17. & poſt eos *Roman. in conſ.* 237. etiam ſi legitima portio fuerit relicta Monaſterio, ea ratione, quia per Profeſſionem teſtator videtur capite minutus, audacter aſſerentes, Religionis ingreſſum eſſe capitis diminutionem.

Cõtrariæ verò ſententiæ, quòd. ſ. non rumpatur p ingreſſum extiterunt *Areti. in l.* 1. *n.* 4. *ff. de teſt. Rip. in l. ſi vnquã C. de reuoc. don. num.* 94. *q.* 35. *Dec. in conſ.* 31. *nu.* 3. *Couar. de teſtam. c.* 2. *num.* 5. vbi dicit, ſe malle *Aret.* opinionem defendere, quàm *Bar.* quod placuit etiam *Gamma in dec.* 375. *nu.* 5. *ac Ferdinando Vaſquio Illuſtr. controu. cap.* 102. *num.* 2. *in fine*, vbi adducit *Viglium Inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm. in princ.* & videtur probaſſe *Fich. in addi. ad Villalob. recep. ſent. lit. M. concl.* 114.



Digitized by Google

96 Sunt qui diſſentionem iſtam tali diſtinctione reſolui poſse tradunt, quòd aùt ſcilicet quis cogitauit de ingreſsu,& tùnc ſi cogitauerit,nihilque Monaſterio reliquerit, quod ingreſsurus erat, validum decernunt teſtamẽtum,nec à Monaſterio,quod fuit ingreſsus,rumpi poſſe. Aut verò nõ cogitauit de ingreſsu,& tunc affirmant, per ingreſsum rumpi nõ minus,quàm poſthumi agnatione, & in hac ſententia perſtiterunt *Bart. Cyn. & Fulgoſ.in d.Auth.ſi qua mulier*,*vbi etiam Bald.& Paul.de Caſtr.num.*4. *Iacob.Balduin.Odoffred. & Iacob. Butrig.* relati per *Bar.loco cit.*Et hanc dicit veriorem de iure *Imola in d.l.*1.*nu.*11.*ff.de teſtam.* ac veriorem ſimiliter, nec ab ea diſcedendum eſse in iudicando affirmat *Imola in cap.in præſentia col.fin. de probat.* & ſatis æquam dicit illam *Ant. Roſellus in repetit.Auth.ingreſſi nu:*24. *verſ. item quæro*, ſequuntur illam *Apoſtilla ad Bart. in d. Auth.ingreſſi*, quam *D. Præſes de Franch. in deciſ.*423. *num.*2. tribuit *Antonio de Alexand.& ibidem idem D.de Franch.*refert omnes opiniones in hoc articulo,& videtur reſidere cum *Bar.* licèt tamen referat,caſum non fuiſse deciſum,*Craſſ. de ſucceſſ.ab inteſt.* §. *teſtamentum q.*34. *nu.*3.*Clar.d.q.*28.*verſ.ſed retenta concluſione*,*Gailiel. Bened. in cap. Raynutius in verb. mortuo itaquè teſtatore il* 1. *num.* 297. *de teſtamen.* cæteriq; relati per *Gutier.d.lib.*2.*canon.quæſt.c.*1.*nu.*2.

Aduersùs tamen hanc *Bartoli*, cæterorumquè ſuprà nominatorum communiter probatam diſtinctionem inſurgunt aliqui,dicentes, quòd tàm ſi cogitauerit de ingreſsu,quàm ſi non cogitauerit, teſtamentum ſit validum, & horum numero ſunt *Aretin.in d.l.*1.*nu.*4. *&* 5. *ff. de teſtam. Abbas in d.c. in præſentia num.* 52.*vbi etiam Felin.nu.*54.*de probat.*videtur conſentire *Couar.loco cit.*dicens,ſe malle *Abbatis*, *& Aretini* concluſionem defendere, & cæteris prætermiſſis defendit illam *Fachinæ. controu.iur. lib* 6. c.14.*in fine*.

E' contrà verò,quòd ſiuè cogitauerit de ingreſsu,ſiuè non cogitauerit, teſtamentum fauore Religionis rumpatur, probant relati per *Martam in ſumma ſucceſſ.par.*3.*q.*13.*art:*5.*num.*3. referens ſe ad ea per ipſummet dicta in *Digeſt. Nouiſſ.tomo* 5.*tit. teſtamentum cap.ſemper illa*, vbi dicit,ſic fauore Religionis fuiſse deciſum.

97 Rursùs, *Anton. de Butr. in d. c. in præſentia extrà de probat.*videtur eſse in alia opinione, diſtinguendo inter conferentem bona ſua expreſsè tempore ingreſſus, nulla tamen facta mentione de teſtamento, & inter conferentem tacitè. Et primo caſu iterum ſubdiſtinguit,an ſcilicet iſte conferens expreſſim incontinenti poſt teſtamentum conditum tradiderit bona ſua,vel illa tradiderit ex interuallo. Et priore caſu, quando tradiderit incontinenti non videtur reuocaſſe teſtamentum, ſed dijudicandum erit, bona illa contuliſse ad tempus vitæ ſuæ, reddit rationem, quia non videtur veriſimile, quòd voluerit ità incontinenti mutare animum ſuum,adducit in argumentum *tex.in l.non ad ea ff.de condit.& demonſtr.* Secundo verò caſu, quando tradidit ex interuallo, inquit,pręſumendum eſse,voluiſse mutare.

98 Secundo autem principali caſu, quãdo tacitè contulit bona ſua tempore ingreſsus, tunc indiſtinctè non videtur reuocare. Ex quo namquè expreſsè diſpoſuit,videtur velle,quòd ſuum præcedens teſtamentum remaneat. Et ſi etenim (ſubdit *Ant. loco cit.*) Monaſterium debeat habere portionem ſuam, poterit nihilominùs aliter eam habere, quàm rumpendo teſtamentum. Et hanc diſtinctionem videtur probaſse *Abbas in d. c. in præſentia num.*51. magis quàm diſtinctionem *Bartoli*, ea ratione, quia teſtamentum regulariter non tollitur tractu temporis, ſed opus eſt noua diſpoſitione,adducit *Abbas tex. in l. ſancimus C. de teſtam.* Vndè cùm in tali caſu iſta noua diſpoſitio non interuenerit, non eſt præſumendum,opinionem primæuam fuiſſe mutatam, argum. *l. eum ff. de probat.& cap.maiores de baptiſm.* Reprobat tamen illam *Abbas* in eo ſolo caſu, dùm dicit *Ant.de Butr.*quòd Monaſterium in tali caſu debet habere portionem ſuam. Reddit inſtãtiam,quia nullo iure id probatur, quinimò in contrarium, inquit,

adeſse

Digitized by Google

adeſſe *tex. in* §. *illud in Auth. de monac.* ex quo elicitur, poſſe ingredientem diſponere de bonis ſuis, prout vult, & quòd id tantùm, de quo non diſpoſuit, ſiuè quod aliis non confert, remanet pœnès Monaſterium. Adducit inſuper *tex. in Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi innuitur, Monaſterium tunc demùm debere connumerari in numero filiorum, quando ſcilicet quis intrauit non diſponendo priùs de bonis inter filios, ſecùs tamen ſi prius antè ingreſſum diſpoſuerit.

Cæterùm, licèt hæc opinio *Ant. de Butr.* placuerit *Decio in d. c. in præſentia num.* 61. vbi quatuor fundamentis illam ſolidare videtur, ac *Felino ibidem nu.* 54. ea tamen reprobatur à *Ludouico Molina de Hiſpan. primogen. lib. 2. c. 9. nu.* 45. qui reducit illam ad duos tantùm caſus indiſtinctè, videlicet. Primo, quàndo ingrediens, & faciens profeſſionem expreſsè contulit omnia bona ſua Monaſterio. Et ſecundo, quando fecit profeſſionem ſimpliciter, in cuius conſequentiam cenſetur tacitè bona ſua Monaſterio dedicare. Vt ſcilicet primo caſu cenſeatur ex hoc teſtamentum reuocatum, ac ſi alteri bona ſua donaſſet, vel alteri alienaſſet, ſecùndo verò caſu, ex ea tacita, & præſumpta bonorum translatione in Monaſterium facta non cenſeatur reuocata prima diſpoſitio expreſſa teſtamenti.

Itaquè, vt eſt videre ex tot diuerſis, inuicemque ex diametro pugnãtibus ſententiis, & opinionibus, redditur valdè dubia, & anceps quæſtio iſthæc.

99 Omiſſa diſputatione ad partes, ac ſalua tamen ſemper correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ, cui in omnibus me ſubijcio, ſemper mihi in puncto iuris verior, ac magis ſubſtentabilis viſa eſt *Abb.* & *Aretini loc. cit.* ſententia, vt ſcilicet ſiuè cogitauerit de ingreſſu, ſiuè non cogitauerit, teſtamentum antè ingreſſum conditum non rumpatur per ſubſequentem ingreſſum.

Probat hoc diſertis verbis *tex. in* §. *illud in Auth. de monach.* ac *in nouella* 76. *tit. Hæc conſtitutio*, incip. *cauſa talis*, quibus formaliter cauetur, viros, aùt mulieres antequàm ingrediantur Monaſterium, eo quo voluerint modo poſſe diſponere de ijs, quę ſua ſunt, ſecùs tamen poſtquàm ingrediuntur, quibus conſimilis eſt etiam *tex. in Auth. nunc autem C. de Epiſc. & Cler.* quæ reperitur canonizata in *cap. ſi qua mulier* 19. *q.* 3. in quibus talia verba formalia leguntur. *Nùnc autem cùm Monacus factus eſt, hoc ipſo ſuas res omnes obtuliſſe Monaſterio videtur, ſi priùs teſtatus non ſit.*

100 Corroboratur hoc ipſum ex *Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ.* in qua probatur, Monaſterium portionem legitimã obtinere in bonis Religionem ingrediẽtis, etiam illius, qui filios habeat, quando tamen is ante ingreſſum de bonis propriis non diſpoſuerit. Cùm ergo detur licentia diſponendi quoquo modo voluerit, antequàm ingrediatur, ac in Monaſterium tranſeant omnia bona poſt ingreſſum, de quibus non diſpoſuerit ante, non videtur aliquis, nèquidem minimus ſupereſſe dubitãdi locus, quin teſtamentum antè ingreſsum cõditum iure non ſubſtineatur. Rationem reddit *Facbina. controu. iur. d. lib.* 6. *cap.* 14. vbi hanc etiam ipſe partem ſubſtinet, quia ridiculũ eſset dare Religionem ingreſſuro hanc poteſtatem teſtandi, & de bonis diſponendi, ſi eo poſtmodùm ingreſso talis infringeretur diſpoſitio.

Non defuerunt tamen qui dixerunt, *d.* §. *illud in Auth. de monach.* ac verbum illud, *vti*, in eo *contex.* poſitum, ibi, *licentiam habere ſuis bonis vti quo voluerit modo*, non eſse intelligendum de teſtamento, & huius ſententię extitit *Roman. d. conſ.* 237. & antè ipſum fuit de mente *Salyc. in d. Auth. ſi qua mulier nu.* 6. qui dixerunt, diſpoſitionem permiſsam Profeſsuro vigore *d.* §. *illud* non eſse per modum vltimæ voluntatis, ſed benè verbum illud, *vti*, de quo in eo *tex.* pertinere potiùs ad contractus, & diſpoſitionem inter viuos, quàm ad vltimam voluntatem. Cæterùm, vt rectè monet *Facbinæ. loco cit.* fallitur *Romanus* ex lapſu memoriæ. Ex quo vigore alterius cõſtitutionis deſuper cit. in *nouella* 76. *ſub titul. Hæc conſtitutio*, quæ interpretatur cõſtitutionem illam, de qua in *d.* §. *illud* magis

Digitized by Google

magis clarè colligitur, poſſe fieri diſpoſitionem in actibus, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, dùm inquit, *Noſtræ pietatis lex vult, eos, qui ſe Monaſterijs dederũt, ſeù viros, ſeù mulieres, antequàm ingrediantur Monaſterium, eo quo voluerint modo, quæ ſua ſunt diſponere*, quæ verba, *eo quo voluerint modo, quæ ſua ſunt diſponere*, indicant diſpoſitionem, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, prout clariùs de diſpoſitione in vltima volũtate exprimit ad literam *d. Auth. nunc autem*, ibi, *ſi priùs teſtatus non ſit*.

Locus modò ſupereſt ad contraria reſpondere, quibus freti contrariæ ſententiæ ſectatores dixerunt, per ingreſſum teſtamentum omninò rumpi, & infirmari. Et primò dicebant aliqui, id prouenire ex eo, quia per Monaciſmum inducitur capitis diminutio. Et in hac ſententia fuerunt *Fulgoſ. Salyc. & Roman. locis*
101 *cit.* qui adducunt ſimile de arrogatione, per quam teſtamentum rumpitur *l. conficiuntur §. poſt teſtamentum ff. de iure codicill. §. alio autem modo, & §. ſequ. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Et proindè concludebant, quòd ſicuti arrogatione, per quam inducitur capitis diminutio, teſtamentum infirmatur, ità pariter per monacationem, per quam videtur ſimiliter inducta capitis diminutio, teſtamẽtum antè ingreſſum factum infirmari, & rumpi debet. Verùm ad hoc facilè accomodant *DD.* reſponſum, negantes aſ-
102 ſumptum, & ſic quòd non ſit verum, per monacationem induci capitis diminutionem, vt ſentire videtur idem *Salyc. loco cit.* licèt tamen contrarium ipſe poſtmodùm teneat, & rectè monet *Cuiacius in expoſit. nouellæ quintæ, ſiuè Auth. de monac.* & probat poſt eum *Fachinæ. loco cit.* Patet inſtantia, quia Monacus nequè Ciuitatem, nequè libertatem, nequè familiam adimit. Vndè rectè concludunt, non ſubſiſtere ex hoc ſequelam, quis ſcilicet mutat ſtatum, ergo capite minutus dicetur. Et proindè non poterit dici capite minutus Monacus per ingreſſum, dùm poſt ingreſſum multa retinet, de quibus infrà ſubiiciemus.

Secundò mouentur ii ex alio, quia Monaſterium habetur loco filii, & proindè ſicuti agnatione poſthumi teſtamentum rumpitur, ſi fuerit ille præteritus, ità pariter rumpi debet præteritione Monaſterii.

103 Solutio huius argumenti ex eo pendet, vtrùm ſcilicet ſit verum, Monaſterium eſſe loco filii. In quo articulo quãuis nonnulli affirment, de quibus hactenùs apud *Iaſ. in d. Auth. ſi qua mulier nu. 17. verſus finem C. de ſacroſ. Eccleſ.* attamẽ pro contraria negatiua, quòd ſcilicet Monaſterium non ſit loco filii, ſtant *Salyc. in Auth. niſi rogati C. ad trebell.* vbi inquit, abſurdum eſſe dicere, quòd Monaſterium habeatur loco filii, *Felin. in d. c. in præſentia nu. 74. vbi etiam Bald. Ant. & Abb. idem* Bald. *in d. Auth. ſi qua mulier, vbi etiam Iaſon nu. 19. & 20. ac in l. filium col. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. iur.* vbi dicit, quòd eſt fatuitas dicere, quòd Monaſterium ſit loco filii, & in *conſ. 127. nu. 3. vol.* 5. dicit, Monaſterium non eſſe filium, ſed quendam patrem arrogatorem, & ſubdit, quòd nulla lex, nec canon dicit, quòd Monaſterium ſit filius, ſed benè, quòd ingreſſus Monaſterium fingatur habere filiũ, idque exemplificat hoc modo, quia ſcilicet habet ſucceſſorem habẽtem iura filiorum *Bar. in Auth. niſi rogati, & in §. ſed & hoc præſenti in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* quibus in locis animaduertit, in *d. cap. in præſentia*, vndè ſumunt argumentum cõtrariæ ſententiæ ſectatores, non dici, quòd Monaſterium habeatur loco filii, ſed benè, quòd habeatur loco hæredis, vt animaduertit etiam *Couar. variar. reſolut. lib. 1. c. 19. nu. 6. ac* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 6.* Hanc partem tutati ſunt etiam *Pariſ. in d. c. in præſentia nu. 133. & in conſ. 65. nu. 10. & 11. lib. 2. Ripa in l. ex facto §. ſi quis rogatus nu. 37. ff. ad trebell. ac in l. ſi unquàm q. 34. num. 93. ibique etiam Tiraqu. in uerbo ſuſceperit nu. 40. C. de reuoc. donat. Emanuel Coſta in c. ſi pater uerbo ſi abſque liberis nu. 70. ff. de teſtam. Affl. in deciſ. 83. nu. 14. ac in cap. 1. nu. 3. de milite uaſal. qui arma bell. depoſ.* vbi dicit, Monaſterium eſſe fictè filium, *Gutier. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 32. nu. 8. & 10. Phanuc. de lucro dotis gloſ. 5. nu. 23. D. de Franch. deciſ. 469. n. 1. & 2.*

*Cacbe-*

Digitized by Google

*Cacheran.deciſ.27.nu.12.ac in deciſ.126. nu.20.Palaeʒ de maioratu par.2.q.3.nu. 13.Ioan.Bapt.Coſta de retrotract.c.9.caſu 3.num.18. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſ.83.num.28.Cauallos in lib.commun. contra comm.q.192.*vbi dicit,ab hac opinione in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum,*Vaſqu. de ſucceſſ.creation.lib.3.§.21.nu.166.verſ.contrariam, Peregr.de fideicom.art.28.nu.58. Aurel. Corbul.in tract.de iure emphyt.tit. de cauſa priuat.per mortem ciuil.num.10.& 14. Molina de Hiſpan.primogen.lib.2.cap.9. nu.45.Valaſc.conſult.24.num.8.p.1.Rota Romana deciſ.92.nu.11.par.2.in nouiſſ. ac in vna Narnienſi fideicommiſſi coram Sacrato*, de qua apud *Gratian. diſceptat. forenſ.lib.2.c.306.nu.27.* vbi dicit, quòd opinio illa, quòd Monaſterium ſit loco filii ab infinitis reprobatur, *Ioſeph de Seſſe deciſ.Aragon.44.num.19.& deciſ.45. nu.39.& 40.Marta in ſumma ſucceſſ.p.3. q.13. art.3.* qui omnes admittunt, Monaſterium non haberi loco filii, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et contrariam ſentẽtiam, qua admittunt aliqui,Monaſterium haberi loco filii, intelligunt *Doctores* cum hiſce modificationibus, vi-
104 delicèt. Primò,vt procedat ſolùm in caſibus à iure expreſſis *Bald. in Auth.ſi qua mulier in prin.2.col.C. de ſacroſ.Eccleſ.Bart.& cæteri in l.ex ea parte §. inſulam nu.1.ff.de verb.obligat. Felin.in c. in præſentia nu.42. verſ.ſed iſtis, & ſimilibus deprobat. Iaſ.in d. Auth. ſi qua mu-*
105 *lier nu.18.in fine,& nu.20.*Secundò,vt procedat ſolùm reſpectu ſucceſſionis, non autem reſpectu contractus, & ſic vt habeatur loco hæredis,non autem loco filii,& ità aduertunt D*octores* omnes per *tex.in d.c.in præſentia,*de quibus adducit aliquos *Marta in ſumma tot. ſucceſſ. le-*
106 *gal.d.p.3.q.13.art.3.num.9.* Tertiò, vt procedat fictione quadam iuris,non autem in veritate *Bald. in l. cùm acutiſſimi col.1.verſ. quæro,quid ſi pater C.de fideicom. & in l.fideicommiſſum ff. de condit.*
107 *& demonſtrat.* Quartò,vt intelligatur loco filii ciuilis,non autem naturalis, ità vt poſſet dici filius ex corpore,& de legitimo matrimonio procreatus *Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.83. nu.28. ac in conſ.* 519.*num.12.vol.6.* Et ex his videtur, firmiſſimum reddi teſtamentum cõfectum ante ingreſſum, & non rumpi per ſubſequentem ingreſſum.

Cæterùm,qui ſequi voluerit *Bar.* diſtinctionem, tamquàm communem, vt ſuprà diximus,diſtinguentis, an cogitauerit de ingreſſu,vel non, aduertere debet ad plura, quæ deſeruient pro declaratione præfatæ eius theoricæ communiter amplexæ.

108 Et primò,vt *Bartoli* diſtinctio in caſu, quando teſtator cogitauit de ingreſſu locum habeat,etiam ſi teſtator in eo teſtamento nihil reliquerit Monaſterio: quoniam adhùc conquæri non poterit, nec ei portio aliqua competet vltrà in bonis, & patrimonio Monachi idem *Bar. in d. Auth. ſi qua mulier num.7. in verſ.ex hoc dico, Ripa in d. l. ſi vnquàm nu.94.* qui dicit, dictam opinionem *Bar.* eſſe communiter receptam,ac approbatam, & continere puram veritatem, *Couar.d.c.2. de teſtam. num.5.* eandemque magis communem fatetur *Clarus d. §. teſtamentum q.28. ac Gutiereʒ.* qui alios recenſet *d.lib.2. canon. quæſt. cap.1. numer.12.*

109 Secundò aduertendum eſt,teſtamentum factum ab eo,qui Religionis ingreſſum non cogitauit in caſu, quo rumpi contingerit, non niſi tantùm quòad legitimam portionem Monaſterio competentem rumpi poſſe, prout poſt *Ant. de* Butr.*in d.c.in præſentia* concludit *Couar. d.c.2.nu.5.*

110 Tertiò,in dubio quando non conſtat, vtrùm teſtator tempore teſtamenti cogitauerit,nec ne de Religionis ingreſſu, Iudicis arbitrio id relinquendum eſſe, qui arbitrari valebit, aùt pro validitate, aùt pro infirmatione teſtamenti, vt colligi licet ex traditis,& relatis per *Gutier. d.lib.2.canon. quæſt.c.1. nu.19.* vbi conſentientes congerit.

Ex ſuprà modò relatis, in quibus dicebamus, *Doctores* communiter cõcludere,quòd in caſibus tantùm à iure expreſſis Monaſterium habeatur loco filii, inter quos ſunt B*ald. in d. Auth. ſi qua mulier.2.col.&* Felin. *in d.c. in præſentia nu.42.deprobat.* cum modificationibus,

&

Digitized by Google

& declarationibus, de quibus ſuprà non abſre aliquos viſum fuit ſubnectere ex caſibus prædictis, in quibus admittunt aliqui, Monaſterium haberi loco filii, non vt probem ipſorum ſententiam, ſed benè vt examinemus caſus per ipſos relatos.

111 Et primò, in caſu, quo mulier decedit in Monaſterio: nàm tunc nõ dicitur deceſsiſſe ſine filiis, ad finem vt excludat maritum à lucro dotis, ſicuti placuit *Phanucio in tract. de lucro dot. in gloſ.* 5. incip. *ſine liberis*, vbi examinat quæſtionem iſtam, & diſtinguit duo tempora. Primo, quando moritur poſt profeſſionem. Secundo, quando ante. Et in primo caſu reſpondit, Monaſterium haberi lòco filii, ità vt excludat maritum. In ſecundo verò non, & cum eo concordat, remiſſiuè tamen, *Carpan. ad ſtat. Mediol. cap.* 298. *nu.* 4. *par.* 1. quod tamen licèt ſit verum in ſe, ad finem excludendi maritum, non tamen ex ea ratione prouenit, quia loco filii habeatur, vt dicemus infrà ſuper quæſtione, ſi Monaſterium habeatur loco filii ad excludendum ſubſtitutum.

112 Secundò concedunt, Monaſterium haberi loco filii ad excluſionem conſanguineorum pro vendicanda nece Monachi occiſi, in tantùm quòd ſi fuerit interfectus Monachus, qui reliquerit filium, quem ſuſceperat legitimè antè ipſius ingreſſum, ius perſequẽdi illius necem, ac faciendi pacem, ſiuè remittendi iniuriam offenſori ſpectabit ad Monaſterium, non autem ad filium *Feder. de Senis in conſ.* 34. cum quo videntur conſentire *Roman. ſingul.* 450. *& Abb. in d. c. in præſentia n.* 47. *de probat.* eiuſque ſententiam magis communem affirmãt *Alciat. in l.* 4. *§. Cato nu.* 75. *ff. de verbor. obligat. & Anton. Padilla in l. tranſigere n.* 38. *C. de tranſact.* Quod excitant in materia ſtatuti applicãtis bona alicuius, vel partem ipſorum hæredibus offenſi, & dicũt, quòd ſi Monacus occiſus habuerit filium antè ingreſſum legitimè ſuſceptũ, bona prædicta applicabuntur Monaſterio, non autem filio. Contrarium tamen admittunt idem *Feder. de Senis in conſil.* 174. incip. *Ego putarem*, quod *conſilium* eſt, de mente cuiuſdam *Ioannis Paglarenſis*, qui reſpondit literis ipſius *Federici, Felin. d. c. in præſentia nu.* 3. *verſ. & per iſtam gloſ. inferunt hic D. Ant. aliÿque frequentius dicentes, tale ius ſpectare filio, non autem Monaſterio*. Et hanc ſimiliter dicit magis communem *Boerius deciſ.* 121. *nu.* 9. & ſecuti ſunt eum *Plaza in epitom. delict. c.* 42. *nu.* 16. *& c.* 6. *nu.* 18. *lib.* 1. aliique permulti, de quibus apud *Ferdin. Rouit. in quodam ſuo conſ. relato per D. Rouitum patrem ſuper pragm.* 8. *de compoſ. nu.* 47. Pro ſolutione huius quæſtionis adeundus eſt *Clarus recept. ſent. §. fin. q.* 58. *verſ. vlteriùs quæro*, vbi licèt

113 videatur principaliter diſtinguere, an iniuria facta Monaco fuerit facta intuitu Monaſterij, & tunc facere pacem ſpectet ad Monaſterium, excluſo filio, aùt facta fuerit intuitu perſonæ ipſius Monachi, & tunc ſpectet ad filium, excluſo Monaſterio, aùt ſumus in dubio, & tunc ſpectet ad vtrumque: attamen videtur ſentire, quòd ſit neceſſaria vtriuſque, filii ſcilicet, & Monaſterii pax, & quòd ità fuerit deciſum per Senatum Burdegalenſem, teſte *Papon. lib.* 24. *areſt.* 4. *tit.* 2. Aduertendum eſt autem ad vnum in hoc, quòd ſi filii, & cõſanguinei vellent remittere, & facere pacem, Monaſteriũ autem renueret, vel è contrà Monaſterium vellet remittere, filii verò, & conſanguinei diſſentirent, in tali caſu fauore pacis præferretur ille, qui vellet remittere, non obſtante quòd alius renueret, & illius ſolius pax ſufficeret, vt poſt *Beroum in d. c. in præſentia nu.* 474. videtur ſentire *Baiard. in addit. ad Clar. d. q.* 58. *num.* 38. Et hæc attento iure communi, quid autem ſit concludendum de iure Regni vigore *Regiæ Pragmat.* 8. *de compoſit.* cui ſcilicet competat ius remittendi, & quis fiat potior in concurſu, videnda ſunt quæ diximus *ſuprà in* 1. *par. c.* 13. *nu.* 52. *cum ſeqq.*

114 Tertiò probant, Monaſterium haberi loco filii in caſu emphyteuſis conceſſæ pro ſe, & filiis, quæ non deuoluetur ad Dominum directum per ingreſſum Religionis, ſed benè Monaſterium, quod ingreditur ſuccedet in illa *Specul. tit. de locato §. ſed nunc aliqua*, ſiuè *tit. de emphyteuſ. q.* 153. *num.* 181. quomodò autem hoc

Digitized by Google

hoc intelligatur, dicemus infra ſuo loco, quando agemus de diuiſione fructuum facienda inter Emphyteutam, & Dominum finita emphyteuſi.

115 Quartò admittunt, Monaſterium haberi loco filii ad finem excludendi ſubſtitutum in caſu, quo fuerit quis grauatus, ſi ſine liberis deceſſerit, & de hoc sũt apertiſſima iura in §. *ſed & hoc præſenti in Auth. de ſanctiſ. Epiſc. in Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ. in Auth. niſi rogati C. ad Trebell. & in cap. in præſentia extra de probat.* per quæ ſic probant *Doctores* omnes, nemine ferè diſſentiente, de quibus aliqui apud *Craſſ. §. fideicommiſſum quæſt. 40. num. 1.* Circà quam quęſtionē, licèt *Alciat. in conſ. 53. n. 2. 3. cum ſeq. lib. 9.* videatur facere differētiā, an conditio appoſita dictet, ſi ſine filiis deceſſerit, an verò, ſi ſine liberis, quòd uè de prima, ſi ſine filiis loquatur *tex. in d. §. ſed & hoc præſenti*, verificeturq; ratio, & diſpoſitio illius, nō aũt de ſecũda, ſi ſine liberis: attamē, vt rectè monet *Mãtic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. n. 4.* in cōtrariũ eſt cōis *Doctorum* traditio, qui nullā videntur cōſtituere differentiā inter vnā, & alterā conditionem, rectèq; ſatisfacit oppoſitionibus, & rationibus adductis in contrariũ per *Alciatum*, hocq; conuincit clariſsimè *tex. in d. c. in præſentia*, per quē videtur confundi differentia iſthæc, dùm loquitur de conditione, ſi ſine liberis, & inquit, fideicōmiſſum extingui, ſi is, qui fuerat grauatus Monaſteriũ ingrediatur.

Circa tamen rationē huius enunciati, in qua totius difficultatis cardo vertitur, pro reſolutione quæſtionum infra ſubiiciēdarum: quarè .ſ. per ingreſſum Monaſterii fideicōmiſſum euaneſcat, diuerſi-
116 modè ſentierunt *Doctores*. Alii nàmq; dixerunt, ideò per ingreſſum extingui fideicōmiſſum, quia Monaſterium habetur loco filii. Et ſicuti per natiuitatē filii videtur purificata cōditio, ſic pariter per ingreſſum Monaſterii, quod haberi, inquiunt, loco filii, videbitur pariter conditio iſthæc purificata, vt euaneſcere faciat fideicommiſſum.

Hæc autē ratio reiicitur ex ſuprà traditis, in quibus admittebamus ex cōmuniſsima *Doctorum* traditione, non eſſe verum aſſumptum illud, quod Monaſterium habeatur loco filii. Ad quod cōuincendũ multas tradit inſtātias *Felin. in d. c. in præſentia n. 42.* & vnam inuincibilē de mente aliorum adducit *Mantica de coniect. vlt. uolunt. loco cit. nu. 6.* dicens, conditionē illam, ſi ſine liberis deceſſerit, in terminis *d. §. ſed et hoc præſenti*, quod attinet ad eum, qui Monaſterium ingreſſus eſt, inualidam eſſe, & haberi pro non ſcriptā. Igitur (ſubdit *ipſe*) datur intelligi, quod Monaſterium non habeatur loco filii, quia ſi haberetur loco filii, diceretur conditio eſſe impleta, ſaltim ex iuris interpretatione, adducit *Bart. in conſil. 1. & in l. ſi ità quis §. is, cui ff. de legat. 2.* Aliam ſimiliter adducit inſtantiam, quia ſi Monaſterium haberetur loco filii, non eſſet potens excludere ſubſtitutum, ex quo conditio intelligenda eſſet de filiis veris, nō autem fictis, ad tradita in *d. l. ſi ità quis §. is, cui ff. de legat. 2. & in l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſt.* & ità antè *Manticam* ratiocinatur etiam *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 19. nu. 6.* quicquid de mente aliorum expungat cōtrà *Gutierrez can. quæſt. lib. 1. cap. 32. nu. 7. cum ſeqq.* vbi videtur poſſe ſubſtineri, quòd Monaſterium habeatur loco filii, dicēs, quòd ex quo fictio iſthæc fuit à lege introducta ſuper actu, de quo poteſt lex ipſa diſponere, vt .ſ. fauore Religionis Monaſterium loco filii habeatur, & vnà cũ filiis ad ſucceſsionē admittatur, dicatur lex verè id facere, non autē fictè. Nã ad hęc reſpōdetur, id eſſe, quod venit in controuerſiā in *d. c. in præſentia*, vtrùm .ſ. diſpoſitio illa, vt Monaſteriũ excludat ſubſtitutũ, ex eo fōte manet, quia .ſ. Monaſterium habetur loco filii, quod negāt oēs, dicentes, verba illa in eo *cap.* poſita fuiſſe relata à Parte, nō aũt à Sũmo Pōt. decidēte *Abb.* & cæteri in *d. c. in præſentia, Ripa in l. ſi ex facto §. ſi quis rogatus n. 37. ff. ad Treb.* & ità videtur cōcludere idem *Gutier. loco cit. num. 54. 55. & 56.*

Sunt igitur qui aliā aſsignauerunt rationē, deſumētes illā ex expreſsis verbis *d. §. ſed & hoc præſenti*, quia .ſ. conditio illa inualida, & pro non ſcripta habetur. Verùm licèt hæc ratio deſumatur ex diſertis verbis *con tex.* illius, non adhùc tamen reiicit omnem difficultatem, & pro-

& proindè ex ea alia videtur inſurgere difficultas, quarè ſcilicet conditio illa habeatur pro non ſcripta,& inualida.

117 Tertiam aſſignat rationem *Riccardus Malumbre* dicens,per conditionem illã, ſi ſine liberis ideò fideicommiſsum euaneſcere, quia talis conditio aduerſatur vitæ contemplatiuæ, quæ melioris conditionis eſt,quàm actiua §. 1. *in Auth. de monac.cap.cùm infirmitas de pœnitent.& remiſſ.*adducitur ſimile de conditione,ſi non nupſerit,quæ, ex quo diſtrahit grauatum à matrimonio carnali, reiicitur *l. Titiæ ſi non nupſerit ff. de condit. & demonſt.*quantò magis in matrimonio ſpirituali? Et hãc rationem ſecuti ſunt *Bar.* & cæteri in *d. Auth. niſi rogati C. ad trebell.*idem *Bart.in d.l.ſi ità quis §.is,cui ff. de leg.2.& in conſ.1.ac DD.omnes in d.c. in præſentia*. Videtur reddi firmior hæc ratio ex dictis per *Alberic.in d. Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ.* quia ſi fauore dotis fideicõmiſsum habetur pro non ſcripto,vt in *Auth.res,quæ C.cõmun. de leg.*quantò fortiùs fauore Religionis?

118 Cæterùm,rationem iſtam impugnant *DD.*multis mediis. Primò,quia ſi grauatus per ingreſsũ renunciaturus eſt Mũdo, eiuſque pompis, uouereque habet paupertatem,& obedientiam,vt in *c. vidua 20.q.1.ac in c. monaſterium de ſtatu regular.* itemquè ſi ſpiritu Dei ducitur ad ingrediendum, & profitendum, quis ſani capitis arbitrari habebit, quòd retrahere habeat pedem propter bonorũ perditionem?cùm nemo mittẽs manum ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus ſit Regno Dei. Et ità reſpondendo ſtatuit *Ripa d. §.ſi quis rogatus num.*37. verùm ante ipſum fuit de mente *Dec. in d. c. in præſentia nu.*58. *verſ.pro reſolutione,Iaſ. in conſ.*43. *col.*5. *verſ. tertiò reſpondetur vol.*2.ſequuntur etiam eos *Cacheran.deciſ.126.nu.21.ac Couar.uar.reſol.lib.1.d. c.19.nu.*7. vbi ridiculã ex hoc rationem iſtam affirmat,nec illã viri Chriſtiani,Religionique dediti conſideratione dignã.

Secundò,quia, vt aduertit *Corne. in conſ.18.nu.23.uol.*4. cui adhæret *Peregr. de fideicom.d.art.*28.*n.*79.hæc ratio proſupponeret poteſtatis defectum in teſtatore,quod nõ eſt admittendum, tùm ex magis communi *Doctorum* ſentẽtia,tùm ex rationibus,quas *ibidem ipſi* cumulãt.

Tertiò,quia grauatus ſub tali conditione, ſi ꝓfeſſionem emittet in Religione,non ſuſceptis adhùc liberis, non teneretur reſtituere bona, donec vixerit, ſed mors naturalis ipſius expectari deberet, qua pendente bona retinebit, illiſque interim fruetur, ſi non obſtauerit incapacitas Religionis in communi,& in particulari,vt fuit de mẽte *Cornei d.conſ.* 18.*nu.*23.*cum ſeqq. uol.*4. & ità poſt eum tradunt etiam *Couar.loco cit.d.c.19.nu.*7. *verſ.*hæc ratio,ac *Mantica de coniect.ultim.uolunt.d.lib.*11.*tit.*7.*nu.*4. *uerſùs finem,& nu.*5.vbi rationem iſtam *Riccardi Malumbre* aliis etiam rationibus impugnant.

119 Quartam proindè ſtatuunt alii rationem dicentes, per conditionem illam ideò fideicommiſſum euaneſcere, illamque haberi pro non ſcriptam, quia teſtator videtur non minùs dilexiſſe Monaſteriũ, quàm ſubſtituti hæredis liberos, & proindè fauore Religionis cõditionẽ illam haberi pro non ſcriptam ex præſumpta, coniecturataque voluntate teſtatoris, quòd ſi cogitaſſet de Monaſterio,vtiquè non ſubſtituiſſet, & ità ratiocinatur *Paulus de Caſtro in d. Auth. niſi rogati nu.*3. cum quo conueniunt *Alex. in conſ.121.nu.12.uerſ.prĕtereà uol.2.& conſ.35.nu.9.uerſ.poteſt reſponderi uol.3. Dec.in conſ.419.nu.3.ac in d.c. in prĕſentia n.58.Couar.d.lib.1.uariar.reſol.c.19. nu.11.uerſ.ex quibus ea eſt uera ratio,Ripa d.l.ex facto §.ſi quis rogatus num.*39. *uerſùs finem,Mantic.de coniect.ultim.uolunt.d.lib.11.tit.7.nu.7. Menoch.* qui receptam hanc dicit de *prĕſumpt.d.lib.4. prĕſ.83.n.58.in fine,D.Prĕſes de Franch. deciſ.29.num.5. Craſſ.§.fideicommiſſum q.40.num.1.in fine.* Et hæc ratio videtur mihi de iure verior,magiſq;cõſentanea.

Aduersùs quam licèt obſtare videatur verbum illud, *inualidas*, in eo cõtex. *d. §.ſed & hoc præſenti in Auth.de ſanctiſ. Epiſc.*ibi,*iſtiuſmodi conditiones inualidæ, & pro nõ ſcriptis*,quaſi *Imperator* ſtatuẽdo in eo, conditiones illas non tantùm pro nõ ſcriptas,verũ inualidas decernat, cuius verbi propria ſignificatio videtur

innuere

innuere impotentiam diſponendi: attamen uerbum illud, *inualidas*, de quo *ibi*, idem ſignificat, quod inefficaces contrà Monaſterium, prout in terminis cõſiderabat *Ruin. in conſ. 98. n. 24. vol. 2.* quem ſecutus fuit *D. de Franch. d. deciſ. 29. nu. 6.* qui reſpondunt etiam, uerbum illud, *pro non ſcriptis*, denotare idem ꝙ pro non ſcriptis ex mẽte teſtatoris, quod & ſentire uidetur etiam *Couar. d. c. 19. nu. 11. verſ. non oberit.*

Cæterùm, licèt ratio iſthæc uideatur magis probabilis, mihiq; magis arrideat: attamen non uidetur remanere quæſtio in omnibus ex hac ratione adæquata, ſed adhùc remanet dubitãdi locus, quare .ſ. uolũtas teſtatoris ſic fauere uideatur Monaſterio, ut præſumatur non minùs illud diligere, quàm ſubſtituti hæredis liberos, in tantùm quòd pręſumatur, quòd ſi cogitaſſet de Monaſterio, nõ ſubſtituiſſet,

120 Et pro huiuſmodi reſolutione, ipſe præter cæteros puto, coniungẽdam eſſe rationem iſtam communem præſumptæ uoluntatis teſtatoris cum alia à nobis tertio præcedenti loco relata de mente *Riccardi Malumbre, Bar.* & ſequacium: ità ut una ſit enunciati iſtius ratio, alia uerò ratio rationis.

Ratio igitur, quarè Monaſterium excludat ſubſtitutum per conditionem, ſi ſine liberis, ſit de mẽte *Pauli de Caſtro*, & cæterorum deſuper relatorum, quia ſcilicet præſumitur, quòd ſi teſtator de Monaſterio cogitaſſet, vtiquè nõ ſubſtituiſſet. Ratio modò iſtius rationis ſit, id euenire fauore Religionis, & vitæ contemplatiuæ, ſicuti cõſiderabat *Malumbre*. Et hoc non tantùm, nè diſtrahatur grauatus ab ingreſſu, vt aduertebat *ipſe*, verùm vt ad illam magis impellatur ex eo, quia dùm videret grauatus, qui iam ſpiritu Dei duci videtur ad ingrediendum, quòd per ingreſſum non priuaretur commodo, & proprietate bonorum fideicommiſſariorum, eò fortiùs impelleretur ad ingrediendum, & profitendũ.

121 Quòd autem videatur hoc conforme teſtatoris fideicommittentis voluntati, patet ea præciſa, qua credendum eſt, teſtatoris ſcilicet volũtatem circà illud dirigi, vt præparare, ac optare habeat eius ſcripto hæredi quæ meliora poteſt. Et quia nihil præſtabilius, nihil conducibilius, aùt amabilius excogitari poteſt, quã impulſus ad perfectionem, & æternitatem futuri ſæculi, pro qua non poterit homo viuens dare commutationem, dicente *Saluatore noſtro IESV Chriſto*, *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur, aùt quam dabit homo commutationem pro anima ſua*, vt habetur *Matth. c. 16. Marc. c. 8. & Lucæ c. 9.* nec maior ea poteſt excogitari hæreditas, quæ poſsit ditior relinqui poſteris ſuis, ex omnibus totius Mũdi ſubſtãtiis, cùm omnia excedat vita contemplatipa, qua veluti ſcala pergimus ad ęternitatem futuri ſæculi, ità vt iure merito diſertis verbis idem *Seruator Chriſtus* de ea alloquens innuat *Lucæ cap. 10. Optimam ſibi partem elegit Maria, quæ non auferetur ab ea*: idcircò ratio illa præſumptæ voluntatis teſtatoris, quòd ſcilicet ſi cogitaſſet de Monaſterio, non ſubſtituiſſet, ex eo videtur fonte manare, quia dùm per ingreſſum, & profeſſum acquirit grauatus maiorem ſubſtãtiam, & pinguiorẽ hæreditatẽ immarciſcibilẽ, & incõtaminatã, neceſſariò, nè dicã pręſũptiuè, videtur cõcludendũ, ꝙ nõ ſubſtituiſſet, ſi de ingreſſu cogitaſſet, ad hoc nè prętextu amiſſionis bonorũ tẽporaliũ diſtraheretur ab illo, quinimò expreſsè id cauiſſet, ad hoc vt magis ad ingrediẽdũ, & profitendũ impelleretur, nè dicã inuitaretur.

Nec abſq; ratione palpabili, quia ipſe Dominus eſt hæreditas eorum *Deuteronom. c. 18.* Et hoc eſt quod voluit innuere ipſe *Chriſtus Matth. c. 19.* dùm ſciſcitãtibus ab eo Apoſtolis, dicentibuſq; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergò erit nobis?* reſpondit, *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim Iudicãtes duodecim Tribus Iſrael, & omnis, qui reliquerit domum, uel fratres, aùt ſorores, aùt patrem, aùt vxorẽ, aùt filios, aut agros propter nomen meum, cẽtuplũ accipiet, & vitã æternã poſſidebit.* Et *Eccleſ. c. 15.* de illis dixit, *Iucunditatẽ*,

*& exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditauit illum,* ſicuti è contrà pro nihilo habentur in cõparationem illarum temporales ſubſtantiæ, de quibus dicitur *Prouerb. c.* 11. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iuſtitia autem liberabit à morte.* Et vlteriùs *ibidem, Qui confidit in diuitiis corruet, iuſti autem quaſi virens filium germinabunt, & melius eſt parum cum timore, quàm theſauri magni, & inſatiabiles Prouerb. c.* 15. Hinc legitur *Eccleſ. c.* 16. quòd melius eſt mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios, meliorque eſt vnus timens Deum, quàm mille filii impii. Et confuſionem patris eſſe in filio indiſciplinato tradit *Eccleſ. c.* 22.

122 Ex quo igitur melioris eſt conditionis vita contemplatiua, quàm actiua, vt in *d. Auth. de monac.* §. 1. *& d. cap. cùm infirmitas de pœnit. & remiſſ.* longèque maioris pretii ſunt bona æternæ, quàm temporalis vitæ, iure igitur concludendum eſt, præſumptam illam teſtatoris fideicõmittentis voluntatem ſub clauſula illa, *ſine liberis,* quòd ſcilicet ſi de Monaſterio cogitaſſet, non ſubſtituiſſet, ac proindè pro nõ ſcriptam haberi conditionem illam, ea ratione fulciri, ex quo eiuſdem teſtatoris videtur tacitè adimpleri voluntas, qui dùm non niſi ad id tendere videatur, ditandi ſcilicet, & augendi ſubſtantiis, facultatibus, dignitatibus, atquè honoribus ſcriptum hæredem, quàmuis ſub ea conditione grauatum, maiores diuitias eius ſcripto hæredi videtur conferre, quantò maioris pretii ſunt bona æternæ potiùs, quàm temporalis vitæ.

123 Colligitur ex ſuprà modò relatis, Monaſterium non ſuccedere in tali caſu cõtrà voluntatem teſtatoris, ſed benè iuxtà illam, præſumptam tamen, vt ſuprà exarauimus, & verba illa, *inualidas, & pro nõ ſcriptas,* de quibus in eo *contex.* §. *ſed & hoc præſenti in Auth. de monac.* non arguere impotentiam diſponendi in teſtatore, ſed benè exponenda ea eſſe, vt ſuprà diximus, inualidas, ideſt ineſſicaces contrà Monaſterium, & pro non ſcriptas ex præſumpta mente teſtatoris. Quã-

124 do tamen conſtabit de expreſſa teſtatoris voluntate, expreſſis verbis prohibentis, quòd Eccleſia, & Monaſterium non intelligantur eſſe loco filii, tàm inuocatione, quàm in conditione, vtiquè eiuſdem expreſſa voluntas obſeruanda erit, nec poterit Monaſterium, aùt Eccleſia ſuccedere contrà expreſſam eiuſdem voluntatem. Et ita in hoc articulo (quicquid autumauerint *Doctores* relati per *Martam de iuriſdict. par.* 4. *caſu* 80. *nu.* 2.) magis communiter reſident *Bald. in conſ.* 407. *col.* 3. *verſ. tangitur etiam de illa vol.* 2. *& in d. cap. in præſentia de probat. vbi etiam Dec. n.* 58. *verſ. ſed quando, Berous etiam ibi num.* 485. *&* 487. *idem Dec. conſ.* 259. *col.* 2. *verſ. circà primum, & in conſ.* 419. *nu.* 3 *& in conſ.* 426. *num.* 2. *Paul.* de *Caſtr. & Corne. in d. Auth. niſi rogati C. ad Trebell. Alex. conſ.* 121. *n.* 12. *lib.* 2. *Ripa d. l. ex facto* §. *ſi quis rogatus nu.* 39 *ff. ad Trebell. Ruinus conſ.* 98. *n.* 20. *lib.* 2. *Crauett. conſ.* 152. *num.* 1. *verſus finem, Pariſ. conſ.* 22. *num.* 6. *&* 8. *lib.* 3. *Duran. de arte teſtandi caut.* 18. *nu* 3. *Ant. de Padilla in l. cùm acutiſſimi nu.* 44. C. *de fideicom. Craſſ. in tract. de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum q.* 40. *num.* 2. aliique plurimi relati per *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *d. præſumpt.* 83. *nu.* 3. *& per Peregr. de fideicom. art.* 28. *nu.* 70. *cum ſeqq.* quibus ipſi pariter ſe ſubſcribunt, cum quibus concordant etiam *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *d. tit.* 7. *num.* 18. *cum ſeqq.* Couar. *variar. reſol. lib.* 1. *d. cap.* 19. *nu.* 11. *verſ. quartum verum eſſe cenſeo. & Gutier. canonic. quæſt. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 26. *cum ſeqq.* Et pro hac ſentẽtia ſtant etiam plurima diuerſorum Supremorum Tribunalium Senatuſconſulta, ſic etenim cenſuit Rot. Florentina diuerſis vicibus, teſte *Marzario in Epithom. fideicomm. q.* 31. ſic cenſuit Senatus Pedemontanus, teſte *Octau. Cacheran. deciſ.* 126. *nu.* 1. 24. *& in fine,* & ſic pariter cenſuit Sacrum noſtrum Conſilium Neapolitanum, vt refert *D. de Franch. deciſ.* 29. *nu.* 7. Rationes, & argumenta huius articuli diligentèr expendit *Menoch. d. præſ.* 83. *nu.* 5. *cum ſeqq.* ad quem cupidum lectorem remittimus.

125 Et ex iis confunditur quod dicebat *Alciatus in conſ.* 53. *num.* 6. *lib.* 9. dicens, malè facere Eccleſiam, tamquàm cultricem

cem

Digitized by Google

cem iuſtitiæ in recipiendo contrà voluntatem teſtatoris, quia, vt conſtat ex ſuprà poſitis, accipit iuxtà, & ſecundùm voluntatem teſtatoris, præſumptam tamen, non verò contrà.

126 Et ex iis colligunt etiam, valere legatum patris legantis filiæ mille, ſi nupſerit, ducentum verò tantùm, ſi Monaſterium ingrediatur, & ità magis communiter concludere videntur *Iacob. de Belviſ. in d. §. ſed & hoc præſenti in Auth. de Sanctiſ. Epiſc.* Bald. *Paul. de Caſtr. Salyc. & Corn. in Auth. niſi rogati* C. *ad trebell. iidem* Bald. *& Paul. de Caſtr. in l. Deo nobis C. de Epiſc. & Cler. Ancharan. in l. nemo poteſt q. 5. de regul. iur. in 6. Dec. d. conſil.* 419. *col.* 1. *&* 2. *ſub nu.* 2. vbi dicit hanc ſententiam magis receptam à *Doctoribus*, & in *conſ.* 259. *ſub nu.* 3. *ac in d. c. in præſentia nu.* 59. *de probat. Ruin. conſ.* 98. *nu.* 20. *lib.* 2. Emanuel *Coſta in l. cùm tale* 11. *ampliat. in fine ff. de condit. & demonſtrat. & in repetit. c. ſi pater in ver. ſi abſq; liberis nu.* 68. *de teſtam. in* 6. *Couar. var. reſol. lib.* 1. *d. c.* 19. *num.* 9. *verſus finem, Decian. conſ.* 41. *n.* 30. *lib.* 1. *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. par.* 2. §. 29. *in fine, Guiliel.* Bened. *in cap. Raynutius in verb. præterea ſi filium nu.* 32. *de teſtam.* vbi dicit, eſſe communem obſeruantiam, & naturalem æquitatem, quòd plus relinquatur nubentibus in ſæculo, quàm profitentibus Religionem *Peregr. de fideicom. d. art.* 28. *nu.* 73. *Menoch. in conſ.* 169. *nu.* 18. *&* 20. vbi teſtatur de veriori opinione, & de communi obſeruantia totius Italiæ, ac *de præſumpt. lib.* 4. *d. præſumpt.* 83. *n.* 4. *Alex. Ambroſinus deciſ. Peruſ.* 30. *per totam*, vbi diſputat articulum iſtum ad partes, & refert *ſub nu.* 9. ſic iudicaſſe, *ibidemque ſub nu.* 20. coaceruat viginti ſeptem *Doctores*, qui ſteterunt pro hac parte, quibus prӕter relatos per ipſos addi poſsũt *Vrſill. ad Affl. deciſ.* 384. *nu.* 2. *Gutier. canon. quæſt. lib.* 1. *d. c.* 32. *nu.* 58. *&* 59. *Theſ. filius quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 60. vbi plenius quolibet alio arduam iſtam quæſtionem excutit, & aliquas ſubdit cautelas *ſub num.* 10. 11. *&* 12. illaſque examinat, ac *Gratian. deciſ. Marchiæ* 40. *nu.* 10. vbi dicit, Rotam Romanam in iudicando ſemper ſequi hanc opinionem, non obſtante *deciſ.* 2. *Mohed.* teſtantis de contrario, & *diſcept. forenſ. cap.* 48. vbi deducit deciſionem Rotæ Romanæ dotis ſub die 21. Iunij 1602. latæ coràm Cardinale Ludouiſio, poſtmodùm Summo Pontifice Gregorio XV. nuncupato.

127 Hoc tamen temperandum venit in caſu, quando teſtator ſic diſponeret, putà ſi Monialis, aùt Monachus, aùt Præsbyter non fiet: quoniam tùnc conditio iſthæc tamquàm turpis, & improba reiicienda foret, & legatum purè deberetur, ex diſpoſitione *tex. in l. conditiones ff. de condit. inſtitut.* & ità concludunt poſt *Archidiac. & Goffred. Abbas in d. c. in præſentia nu.* 42. *vbi etiam Dec. nu.* 57. *&* 58. *& Felin. nu.* 66. *de probat. ac Peregr. d. art.* 28. *num.* 75. qui hoc declarant in caſu,

128 quando teſtator dixiſſet, nè in aliquod certum Monaſterium ingrediatur, quo caſu, quia non videtur tunc facultas ingrediendi in aliis ſublata, quinimò expreſsè permiſſa, valeret legatum, ad inſtar legati relicti mulieri, ſub conditione certæ perſonæ, neuè in aliqua familia nuberet, ad *text. in l. hoc modo ff. de condit. & demonſtr.* vbi ſic adnotarunt *Bald. & Imola*, quem ſecuti ſunt in *d. c. in præſentia Felin. ſub nu.* 68. *& Dec. nu.* 58.

129 Numquid autem valeat legatum factum Monaco ſub conditione, quòd nihil quæratur Monaſterio, *Bar. in Auth. excipitur num.* 2. *C. de bon. quæ liber* concludit, valere. Verùm quia videtur continere repugnantiam, ex quo Monacus non poteſt habere aliquid, ſed totum, quod acquirit eſt Monaſterij, proindè ſtatuit, intelligi debere id, vt Monaſteriũ patiatur Monacum habere eo modo, quo poteſt conniuentibus oculis, & ſubdit, quòd ſi fuerit legatum, ità quòd nilum iuris quæratur Monaſterio, ea verba, *nihil iuris*, intelliguntur de iure afferente vtilitatem, & cum *Bart.* tranſeunt *Paul. de Caſtr. Fulgoſ. & Corne. in d. Auth. excipitur*, aliique relati per *D. de Franch. in deciſ.* 718. vbi *in fine* ſubdit, ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, confirmando ſententiam Magnę Curiæ Vicariæ.

Patet modò ex ſuprà poſitis, & ſignátèr ex inueſtigatione rationis enunciati

illius

Digitized by Google

illius, quarè ſcilicet Monaſterium excludat ſubſtitutum per conditionem illam, ſi ſine liberis, reſolutio ad nõnullas quęſtiones, circà quarum examinationem, mirum in modum *Doctores* torqueri videntur, quas per modum regulæ cum ſuis declarationibus, ampliationibus, & limitationibus explicabimus.

Regula igitur ſit illa, quam ſuprà probauimus, Monaſterium ſcilicet per ingreſſum grauati excludere ſubſtitutum quando fuerit grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit.

130 Declara hoc tamen, vt intelligatur ingreſſus, non per ſimplicem ingreſſum, ſed benè poſt profeſſionem emiſſam, in tantùm quòd ſi grauatus deceſſerit intrà annum probationis, Monaſterium non excludet ſubſtitutum *Bart. in Auth. ingreſſi ſub nu.4. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in conſ.197. lib.5. Ruin. in conſ.153. num.3. lib.3. Berous in d. c. in præſentia nu. 499. de probat. Natta ad Alex. in conſ.121. nu. 3. lib.2. Molina de iuſt. & iur. diſput.140. col.1. in fine verſ. contrarium, Sfortia Oddus*, qui alios adducit in *tract. de compẽdioſa parte ſexta art. vltimo in verb. an legitimi tantùm col.4. in verſ. limitatur ſecundò*, Menoch. *de præſumpt. lib.4. d. præſumpt.83. nu.73. & 74. Peregrin. de fideicom. d. art.28. num.60. Gratian. diſcept. forenſ. d. cap.481. nu.6. & 7. Mantic. de cõiect. vltim. vol. lib.11. d. cap.7. num.11.* Et quàmuis *Marta in tract. de iuriſdict. p.4. caſu 95. num.4. cum ſeqq. ac in ſumma totius legalis ſucceſſ. p.3. q.13. art.4. ſimiliter ſub nu.4. cum ſeqq.* videatur contrarium ſentire, dicens, per ſimplicem ingreſſum euaneſcere fideicommiſſum, etiam non expectata emiſſione profeſſionis in caſu *d. §. ſed & hoc præſenti*, attamen eius rationes non videntur ſubſiſtere in caſu præſentis quæſtionis, quia eſſet de directo contra *tex. d. §. ſed & hoc præſenti*, vbi videtur ad literam hoc decidere, ibi, *ſi vſquè ad ſuam vitam in his perſeuerauerit*. Profupponit igitur *Imperator ibi*, nõ ſufficere ſolum ingreſſum, ſed perſeuerantiam perpetuam vſquè ad ſuam vitam, quam ſatis dicemus ſubſiſtere per emiſſionem profeſſionis, per quam fit irreuocabilis ingreſſus.

131 Quid autem concludendum ſit, quãdo fuiſſet aliquid alicui legatum ſub cõditione, ſi Monaſterium intrauerit, vel tempore ingreſſus vtrùm ſufficiat pro adimplemento, & euentu conditionis ſolus ingreſſus, vel requiratur etiã profeſſionis emiſſio, adeundus eſt *Surdus in deciſ.303.* vbi *nu.2.* refert, Senatum Mãtuanum cenſuiſſe, durante anno probationis non cenſeri Religionem ingreſſum, aùt ingreſſam, & proindè non eueniſſe conditionem, licèt tamen *idem ibidem ſub nu.6. cum ſeqq.* videatur inclinare in contrariam ſententiam, dicens, ſufficere ſolum ingreſſum, per rationes, quas *ibi* cumulat. Et in hanc ſecundam opinionem cum eo inclinat *Gratian. deciſ. March.35.* vbi *num.3.* dicit, ſic declaraſſe in quadam cauſa coràm ipſo compromiſſa.

132 Hanc ſic modò ſuprapoſitam regulam amplia Primò, vt procedat nõ tãtùm in Monaco, verùm etiam in Clerico ſęculari, ità vt ſi grauatus fiat Clericus ſęcularis, adhùc excludet ſubſtitutum, vt habetur in *d. §. ſed & hoc præſenti*, ibi, *Monaſterium ingrediatur, aùt Clericus fiat, Imol. Anchar. & Butr. in d. cap. in præſentia de probat. ibiquè etiam Felin. nu.56. & Dec. nu.54. in fine, idem Dec. in conſ.259.* aliàs eſt 258. & ita habetur in meo Codice *nu.5. & 6. Ruin. conſ.153. col.1. lib.3. Bero. conſ.73. nu.19. lib.2. Duran. de arte teſtandi tit. de ſubſtit. caut. 18. num.5. Capra conſ.20. nu.12. Sfortia Oddus in tract. de compendioſa par.6. art. vlt. verſ. limitatur ſextò*, quicquid dixerint *Abb. in d. c. in præſentia nu.43. Bald. in Auth. niſi rogati num.11. verſ. item ſi quis, vbi etiam Salyc. col.1. verſ. quæro, quid ſi Capellam C. ad Sen. Conſ. Trebel.* ac Boer. *deciſ.354. nu.11.* nàm ad eorum argumenta, & rationes rectè reſpondet *Menoch. de præſumpt. lib.4. d. præſumpt. 83. num.67.* Priorem *Imolæ, Anchar.* & cæterorum ſententiam amplectuntur etiam Menoch. *loco cit. num.65. cum ſeqq. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.11. d. c.7. nu.22. Peregr. de fideicomm. d. art.28. nu.90. Marta de iuriſdict. p.4. caſu 95. nu. 25.* & eſt magis cõmunis opinio, de qua teſtatur *Dec. in d. c. in præſentia nu. 58.*

133 Su-

133 Subamplia hoc etiam in grauato, qui fieret Epiſcopus *Puteus in deciſ.* 55. *nu.* 2. *par.* 1.

134 Intelligas tamen hanc ampliationem duobus concurrentibus. Primò, vt Clericus ad hoc vt excludat ſubſtitutum ſit in ſacris conſtitutus, ità vt ampliùs ad ſæculum reuerti non poſſit. Secundò, ut bona ſua fideicommiſſo ſubiecta in pios uſus diſpenſet *Berous in d. c. in præſentia nu.* 498. *&* 501. *ac in d. conſ.* 73. *nu.* 10. *lib.* 2. *Capra d. conſ.* 20. *num.* 13. aliique relati per *Mantic. d. tit.* 7. *nu.* 22. *per* Menoch. *d. præſumpt.* 83. *num.* 68. *ac per Peregr. d. art.* 28. *nu.* 90. quibus ipſi pariter ſe ſubſcribunt, & iis addi poteſt etiam *Marta in ſumma ſucceſſ. legal. p.* 3. *q.* 13. *art.* 4. *n.* 32. vbi rationibus ſimiliter id comprobat, videtur etiam de mente *Gutierr. canon. quæſt. lib.* 1. *c.* 32. *nu.* 72.

135 Amplia ſecundò, vt procedat etiam ſi grauatus ante ingreſſum Monaſterii diſpenſauerit in pios vſus bona fideicommiſſo ſubiecta, quo caſu etiam ſi Monaſterium, quod grauatus ille ingreſſus eſt, non cõſequatur bona illa, adhùc tamen ſubſtitutum excludet, & hoc ex diſpoſitione *d.* §. *ſed & hoc præſenti*, per quem tribuitur facultas grauato, vt bona illa fideicommiſſo ſubiecta vel inferat Monaſterio, quod ingreditur, vel eroget ea in pios ſuos *Curt. iun. in conſ.* 187. *col. fin. Bero. in d. cap. in præſentia num.* 491. *Menoch. d. præſumpt.* 83. *lib.* 4. *nu.* 64.

136 Ampliant concluſionem iſtam *Doctores* aliis modis, videlicet Tertiò, vt procedat etiam de iure Canonico.

137 Quartò, vt procedat etiam in bigamo hærede inſtituto, qui poſtmodùm Pontificia diſpenſatione præcedente Monaſterium fuit ingreſſus, ibique profeſſus.

138 Et quintò, vt ꝑcedat etiam in eo, qui obtulit ſe Epiſcopo ſeruaturum Regulam Monacalem, ex quo non potuit ab aliquo Monaſterio recipi, ea ratione, quia oblatio illa eſt loco Monaſterij, & Epiſcopus loco Abbatis, de quibus ad ſaturitatem apud *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *d. præſ.* 83. *à nu.* 59. *vſque ad nu.* 70.

139 Limita modò concluſionem iſtam, vt non procedat Primò, quãdo fuiſſet quis grauatus de reſtituendo alicui ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, ex ſe, aùt ex ſuo proprio corpore natis, aùt ſine filiis legitimis, & naturalibus, aùt ſine filiis de legitimo matrimonio natis, aùt ſine filiis maſculis, cùm vnum, & idem importent in terminis præſentis limitationis clauſulæ, & conditiones iſtæ omnes: quoniam tùnc ſi talis grauatus de reſtituendo ſub talibus conditionibus Monaſterium ingrederetur, aperiretur vtiquè via fideicommiſſo, & Monaſterium excluderetur, ſubſtitutuſque admitteretur, ità cenſuit *Iacob. de Beluiſ. in d.* §. *ſed & hoc præſenti in Auth. de Sanctiſ. Epiſc.* vbi ad partes arguit, & poſt eum *Angel. ibidem Hostienſ. Ioan. Andr. & Cardin. in c. Raynaldus de teſtam. Bald. Riccard. Malumbr. Butrig. & Salyc. in Auth. niſi rogati C. ad trebell. idem* Bald. *in l. Deo nobis col.* 2. *ver. & ex iſtis, & in ſua margarita in ver. ſubſtitutio*, *ac in l. Lucius*, *vbi etiam Imola ff. de hæred. inſtit. idemmet Bald. in d. cap. in præſentia de probat. & in conſ.* 407. *in quæſtione num.* 13. vbi inquit, opinionem iſtam de conſuetudine fore approbatam, *Fulgoſ. in conſ.* 53. *quoniam ſuprà*, *Corn. in conſ.* 253. *nu.* 4. *lib.* 2. *& in conſ.* 18. *num.* 16. in *vtriſque* inquiens, ſententiam iſtam cõſuetudine fuiſſe receptam, *Barbat. in cõſil.* 13. *vol.* 1. *Curt. iun. in conſ.* 74. *Gratus in conſ.* 111. *num.* 50. *uol.* 2. *Calcan. in conſ.* 7. *nu.* 24. vbi teſtatur de communi, *Ripa in l. ex facto* §. *ſi quis rogatus nu.* 37. *ff. ad trebell.* *Capra in conſ.* 20. *Iaſ. in conſ.* 212. *uolum.* 2. *Dec. in conſ.* 259. *& in conſ.* 426. *Natta in conſ.* 602. *nu.* 4. *lib.* 3. *Boer. deciſ.* 354. *nu.* 6. *Duran. de arte teſtandi tit. de ſubſtitut.* vbi ſimiliter dicit, eam eſſe cõmunem, *Crot. in l. nemo poteſt ff. de leg.* 1. vbi dicit eam æquiorem, & valdè conformem menti teſtatoris, *Craſſ. in tract. de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum q.* 40. *num.* 3. *Ioſeph. Seſſe deciſ. Aragon.* 45. *nu.* 42. *Cacheran. deciſ.* 126. *per totam*, vbi refert, ſic cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, *Sfortia Oddus in tract. de compendioſa par.* 6. *art. vlt. uerſ. uigeſima ſecunda coniectura*, *Menoch.* qui alios etiam adiungit *d. præſumpt.* 83. *lib.* 4. *nu.* 27. *& num.* 45. *ac in conſ.* 722. *nu.* 32. *D. de* Franch. *deciſ.* 29. *per*

Digitized by Google

per totam, vbi ſic deciſum per Sacrum Conſilium refert, Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §.26.uu.41. Peregrinus qui eam validiſſimis rationibus defendit in tract. de fideicom. art.28. num.80. licèt tamen dubitare videatur ibidem in fine, Mantica de coniectur. ultim. uolunt. lib.11. tit.7. nu.20.

140 Mihi tamen limitatio iſthæc viſa eſt ſemper dubitabilis, ità vt cõcludendum neceſſariò putem, etiam in iſtis conditionibus militare diſpoſitionem tex. in d. §. ſed & hoc pręſenti in Auth. de Sanctiſ. Epiſc. ex communi ſuperiori loco adducta ratione, præſumptæ ſcilicet voluntatis teſtatoris, quòd ſi de Monaſterio cogitaſſet, vtiquè non ſubſtituiſſet. Quod retinendum eò fortiùs ambigimus ex alia illius rationis ratione, quam ſuprà attulimus, fauoris ſcilicet vitæ contemplatiuæ, ad quã magis impelleretur grauatus, in eaquè verificari duplicem eiuſdem teſtatoris præſumptam volũtatem. Et licèt aduersùs eam cõtrariæ ſententiæ ſectatores obiicere videantur. Primò, quòd in terminis limitationis prædictæ verificetur alia, & contraria eiuſdem teſtatoris pręſumpta voluntas, ex qua, veluti ex expreſſa videatur infirmari diſpoſitio d. §. ſed & hoc pręſenti, iuxtà ea, quæ ſuprà deduximus. Et ſecundò, quia per conditiones præfatas ſatis videtur, ſaltim in genere de Monaſterio cogitaſſe: attamen, vt rectiùs ſentiit Paulus de Caſtr. in Auth. niſi rogati C. ad trebell. præſumptio iſthæc non videtur talis, vt ex ea videantur eliſæ eę priores, quæ habent pro ſe diſpoſitionẽ legis expreſſam in d. § ſed & hoc præſenti, & in nihilum quòad hoc uidentur differre ab ea conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, de qua diſertis verbis in d. §. ſed & hoc præſenti, & in d. cap. in præſentia de probat. Et proindè iure à præfatis diſſentiunt poſt Bagarottum antiquũ Doctorem, Riccard. Malumbre, Bart. & Fulgoſ. in l. ſi ita quis §. is, cui ff. de legat. 2. idem Bar. in conſ. 1. incip. Parmenſis quidam, Rayn. Cyn. Angel. Alber. & Paul. de Caſtr. in d. Auth. niſi rogati C. ad trebell. Angel. tàm in diſput. incip. Nobilis quidam, quàm in conſ. 8. incip. Quæſtio hæc difficilis eſt, Lapus in allegat. 129. Factum, ſuper quo, Anton. de Butr. Aretin. Felin. & Dec. in d. cap. in præſentia, ibique etiam Abbas, Pariſ. Bero. & Barbat. extrà de probat. idem Barbat. in conſ. 29. col. pen. & fin. lib. 2. Alex. in conſ. 121. viſo themate lib. 1. & in conſ. 25. ſuper contentis lib. 3. & in conſ. 92. viſo themate lib. 4. vbi de communi profitetur, Imol. in l. fideicommiſſum col. 1. verſ. item facit ff. de condit. & demonſtr. Herculan. in l. ex facto §. ſi quis rogatus col. 15. verſ. ſed numquid Monaſterium ff. ad trebell. vbi etiam Ripa nu. 37. verſ. aliam rationem, idem Ripa in l. ſi vnquàm nu. 92. C. de reuoc. donat. Ruin. in conſ. 153. col. fin. vol. 3. Crauetta in conſ. 152. col. 1. vol. 1. Iaſ. in conſ. 39. num. 6. lib. 3. & in Auth. ſi qua mulier n. 18. C. de ſacroſ. Eccleſ. Curt. iun. in conſ. 193. col. 1. & 2. lib. 2. vbi teſtatur ſimiliter de communi, Soccin. iun. in conſ. 63. nu. 61. lib. 3. vbi dicit, hanc eſse magis receptam, Duran. in tract. de arte teſtandi tit. de ſubſtit. caut. 18. num. 3. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 19. num. 13. Ioann. de Monteſper. in conſ. 252. in primo dubio, Bertrand. in conſ. 261. nu. 2. aliique longa ſerie cumulati per Sfort. Oddum in tract. de compendioſa par. 6. art. 6. in 2. dubio.

Sublimita hoc tamen, quando dictis conditionibus aliquod aliud ſubderetur, ex quo videretur, poſſe ſeligi, quaſi neceſſaria, nè dicam, pręſumpta teſtatoris voluntas aduersùs Monaſterium, vt quia adiunxiſſet teſtator fauorem fami-
141 liæ, putà, vt bona conſeruentur in familia perpetuò, nàm tùnc non eſſet, de quo dubitari poſſet, quin ſubſtitutus excludere habeat Monaſterium, prout in caſu, de quo per D. de Franch. d. deciſ. 29. vt apparet ex theſi eiuſdẽ deciſ. in princ. & nu. 7. & concordant communiter Doctores, de quibus apud Gutier. can. quæſt. lib. 1. c. 32. nu. 29.

142 Limita ſecundò, quando alia cauſa pia fuiſſet ſubſtituta, quo caſu cõcludit gloſ. in d. §. ſed & hoc præſenti in fine, non intelligi defeciſſe conditionem, ea ratione, quia cùm hoc fuerit inductum fauore Religionis, & pietatis, non debet illud operari aduersùs aliam cauſam piam, & ita ſentit alia gloſ. in Auth. niſi rogati C. ad Tre-

Digitized by Google

*Trebell.* voluit *gloſ. iuris canonici in d. c. in præſentia*, vbi etiam *Felin. nu.* 54. *& Dec. nu.* 56. *de probat.* idquè pariter ſentierunt alii longa ſerie cumulati per *Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuil.* 95.

143 Limita tertiò, quando hęres grauatus condidiſſet teſtamentum antequàm ingrederetur Monaſterium, in eoq; hæredem extraneum inſtituiſſet: quoniã tunc non admitteretur Monaſterium, ſed benè ſubſtitutus *Pau. de Caſt. in d. Auth. niſi rogati num.* 5. ibiquè etiam *Bald. num.* 20. Dubitat tamen de hoc *Menoch. de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 83. *nu.* 75.

144 Limita quartò, vt nõ procedat, quãdo grauatus ingrederetur Monaſterium, ad finem vt fraudaret ſubſtitutum: nã tunc non excluderetur ſubſtitutus *Bald. in d. Auth. niſi rogati n.* 24. vbi *Salyc. n.* 5. idem *Bal. in conſ.* 24. *in fine lib.* 2. *Abb. in d. c. in præſentia n.* 46. vbi *Fel. n.* 58. *& Dec. n.* 56. qui de cõi profitetur *Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum q.* 40. *n.* 4. alios coaceruat *Menoch. d. præſ.* 83. *nu.* 76. *cum ſeqq.* qui *ibidem à n.* 83. examinat modos, quibus cognoſci poſſit, quando per fraudem dicatur grauatus ingredi Monaſterium, *ibiquè* plures coniecturas adducit.

145 Limita quintò, quando grauatus ingrederetur Religionem incapàcem, quæ nihil poſsidere poteſt, nec in particulari, nec in cõmuni, qm tùnc ſubſtitutus non excluderetur *Bart. in l. cùm pater §. hæreditatem ff. de legat.* 2. *& in l. Statius Florus §. Cornelio Fęlici ff. de iure fiſci*, *Bal. in c. in præſentia nu.* 13. *ibiq; etiam Butr. & Abb. Dec. in conſ.* 419. *n.* 2. *Crau. in cõſ.* 68. *n.* 13. *lib.* 1. *Ruin. in conſ.* 131. *n.* 18. *lib.* 1. *Boer. in dec.* 354. *nu.* 8. *Cacheran. in dec.* 126. *in fi.* conſentientes alios adiungunt *Sfortia Oddus d. tract. de compendioſa par.* 6. *art. vlt. limitat.* 7. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *d. præſ.* 83. *n.* 71. *ac Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 8. quod an iure procedat in materia fideicõmiſſi, declarauimus ſuprà, vbi quæſtionem examinauimus.

146 Limita ſextò, quando Monaſterium capax ſucceſsionis reuerà ſuccederet: nã ſi recuſaret, tùnc vtiq; ſubſtitutus nõ excluderetur *Bald. in d. c. in præſentia*, *& ibidem Felin. poſt eum nu.* 90. *verſ. ex iſtis infertur*, *ac Mantica loco cit. nu.* 10.

Alijs modis limitãt, & declarant concluſionem iſtam *Doctores*, de quibus abundè apud *Menoch. d. præſumpt.* 83. *à n.* 70. *cum ſeqq. Mantic. loco cit. à n.* 8. *cum ſeqq. ac Gutier. can. quæſt. d. c.* 32. *lib.* 1. *à nu.* 25. *cum ſeqq.* quos conſulere poterit cupidus Lector, nam de ijs hactènus.

147 Secundus caſus, in quo habetur Monacus pro mortuo eſt, vt non poſsit eſſe executor teſtamenti ex diſpoſitione *c.* 2. *de teſtam. in* 6. *ac clem.* 1. *eod. tit. de teſtam.* Hoc tamen limitant *Doctores*, quando acceſſerit cõſenſus, & venia ſui Superioris, & in hoc reſident *Doctores* citati per *Couarr. in c. tua de teſtam. num.* 1. *ac per Craſſ. de ſucceſſ. lib.* 2. *§. executores vltimarum voluntatum quæſt.* 2. *num.* 8. qui, quod plus, addunt, ex diſpoſitione *dicta clem.* 1. Monacos accipiẽtes hoc munus exequendi, poſſe conueniri coràm Iudicibus ordinarijs de fraude, & culpa, ac vt rationem reddant adminiſtrationis.

148 Sublimitant id nihilominus in Fratribus Minoribus, qui etiã de licentia non poterunt tale munus ſubire, per *tex. in clem. Exiui §. verùm de verb. ſign.* quãuis tamen poſsint deſignari in teſtamento, ad exhibendum cõſilium Executoribus dictarum vltimarum voluntatum ex diſpoſitione eiuſdem *Clem. Exiui.*

149 Limita ſecundò, vt poſsint fieri executores legati ad pias cauſas, cuius reſpectu poſſunt adminiſtrationem bonorum ſuſcipere, ex traditis per *Abbat. in c. ſi Monachi num.* 8. *verſ. ſed hoc dictum*, vbi etiam *Addentes de ſtat. Monac.* idem *Abb. in conſ.* 44. *num.* 3. *parte* 2. *poſt gloſ. & Innocent. in cap. inſinuante extra qui Cler. vel vouent.* & poſt eum nouiſsimo loco voluit *Marta in deciſ.* ſeù *voto Piſano* 111. *num.* 2. *cum ſeqq.* vbi dicit, talem *Monacum* teneri etiam reddere rationem adminiſtrationis, & poſſe pro dicta cauſa tranſigere cum Reuerenda Fabrica Sancti Petri de Vrbe.

150 Nùmquid autem Monaco ex alio Ordine, quã Ordinis Minorũ, aſſumente de facto munus executionis teſtamentariæ voluntatis, nõ obtenta licẽtia Superioris, valeãt, nec nè geſta per ipſum *Feder. de Sen. in conſ.* 293. *uerſùs fin.* tenet, ꝙ ſic, dummodò tñ non præceſſerit contradi-



Digitized by Google

ctio ſui Superioris. Et hoc idē affirmant *Roman.in conſ.*409.*col.*2. *& in ſing.*243. alijq; magis cōmuniter, de quibus apud *Couar.loco cit.nu.*2. cum quibus cōuenit etiam *Craſſ.de ſucceſſ.d.quaſt.*2.*num.*13. quàmuis tamen videatur ab iis diſſentire idem *Couarr.* dicens, iure non probari dictam communem opinionem.

151 Tertiò habetur Monacus Mundo mortuus quòad teſtimonium, ità vt non poſſit teſtificari in iudicio *Speculat. tit. de teſtam. verſ. item excipitur, quòd eſt Monacus, & in tit. de teſtib. verſ. quid in Monaco, Ang. in Auth. de Monac.* §.*cogitandū Nellus à Sancto Gemin. in tract. de teſt. nu.*22.*Campeg.in tract.de teſtib.regul.*91. Hinc dixit *Io.Faber in* §.*teſtes nu.*3. *Inſt. de teſtam.* poſſe impugnari teſtamētum, in quo Monacus eſt teſtis. Hoc autem intelligunt relati, & cæteri commemorati per *Maſcard.de probat.concluſ.*261. *num.*1. quando deficit licentia ſui Superioris: nàm ſi ea adfuerit, cōcludunt pro validitate ipſius.

152 Quartò habetur pro mortuo Monacus Mundo quòad matrimonium *gloſ. in* §.*cogitandum in verbo teſtes in Auth. de Monac.* Hinc cauit *tex. in* §.*ſi autem vxorem habens d.Auth.de Monac.* quòd ſi vxorē habens reliquerit illā, & Monaſterium ingrediatur, mulier recuperabit dotē, & lucrabitur omnia, quæ per mortē viri ex pacto lucrari deberet, ex quo per monacationem eius vir Mūdo mortuus dicetur.

153 Vtrū autē Monacus Profeſſus incurrat irregularitatē, ducendo de facto vxorem, adeundi ſunt *Sanch. de matr. lib.*7. *diſp.*85.*nu.*7.*&* 8.*ac Gutierr.* ſimiliter *de matr.c.*107.*nu.*21. qui tenent, ꝙ ſic, ēt ſi duxerit vnicā, & virginē, *inibiq;* tradunt, hāc eſſe cōmuniſſimā *Doctorū* ſententiā.

154 Reddūt rationē, quia hęc irregularitas Clerici in Sacris conſtituti, aut Profeſsi matrimoniū contrahentis non oritur ex defectu ſignificationis, ſed benè ex delicto. Hoc tamen limitant in eo, qui poſt ſimplex votū caſtitatis ad nuptias trāſierit, aut in eo, qui duxerit vxorem voto caſtitatis adſtrictam, quem, dicunt, non incurrere irregularitatem.

155 Quinto loco concludunt *Doctores*, Monacum haberi pro mortuo in cōputatione legitimæ, ita vt nō faciat partem cum aliis fratribus in cōputatione ipſius *Bal.in Auth.nouiſſima nu.*7. vbi ēt cæteri omnes *C.de inoff.teſtam.* Mouentur ij ex *tex.in l.ſi necem* §.*ſi deportatus ff.de bon. libert.* in arg. ducto, tradūnt alii relati per *Boer.in deciſ.*104.*num.*5.

156 Hoc tamen intelligendum erit de ingredietibus Religionem incapacem, qui excluduntur per ingreſſum, fiuntq; incapaces, & ità videntur ſentire præfati *Doctores*, qui loquuntur de ingredientibus Religionē Fratrum Minorum, ex diſpoſitione *Clem.Exiui de verb.ſign.* ſecùs tñ de ingredientibus Religionem capacem bonorum, qui cùm non excludantur à ſucceſsione parentum, iuxtà tradita in *l.Deo nobis, C.de Epiſc.& Cler.* faciēt vtiq; iſti tales partem cum aliis, & ſuccedent.

157 Sed dubiū inſurgit ex iis, quid de illis, qui tempore ingreſſus renunciauerunt, adhibitis ſollemnitatibus requiſitis per *Sacrū Conc.Trid.ſeſſ.*25.*c.*16. *de regular.* Et in hoc puto diſtinguendum. Nam aut tempore renunciationis iſte talis renunciās aliquid recepit, & tunc faciet partē in cōputatione cum aliis, licèt tñ ipſe nō ſuccedat cum ipſis, argumēto eorū, quæ tradit *Bart. in l.*1.§.*qui habebat filiū n.*6. *ff.de bon.poſſeſſ.contra tab.* tradit *Bald.in l.vnic.nu.*2.*C.quādo non pet.par.* & ità in propriis terminis Monialis recipiētis aliquid à patre tempore ingreſſus, quòd .ſ. videatur dotata, cenſuit *Bar.in l.Titio cētum* 70. §.*Titio genero nu.*8.*ff.de cond.& demonſt.* & eſt cōmunis opinio, vt colligi licet ex relatis ꝑ *Surd.in dec.*252.*n.*2. de quo meminit *Addit.ad Camill.de Medic. in conſ.*167.*n.*8. vbi id ampliat de mente *Pereg.in conſ.*16.*lib.*4. ēt in Monaco Profeſſo in Religione capaci, qui antè Profeſsionē renunciauit in beneficiū fratrū.

158 *M*ouentur ij ea ratione, quia eleemoſyna illa, quæ *M*onialibus ſolet aſsignari tēpore ingreſſus ſuccedit ei loco dotiū, & ideò talis habens partem, perindè habebitur, ac ſi totaliter ſuccederet, vt inquit *Bart.in d.*§.*qui habebat n.*6. arg.*l.*1. §.*ſi aduerſarius ff.ſi quid in fraud.patr.* tradit *Surd.d.deciſ.*252.*num.*2. Et ratio rationis poteſt eſſe, quia dos ſuccedit

loco

Digitized by Google

loco legitimæ *l. quoniam nouella verſ. verùm etiam in quartam partem C. de inoffic.teſtam.*

159 Aùt verò tempore renunciationis iſte talis renuncians nihil recepit, ſed renunciauit ſimpliciter, & tunc quia nihil fratribus accreſcit, perindè habebitur, ac ſi eſſet mortuus. Vndè nullam faciet partem, prout in ſimili dicimus de filia, quæ renunciauit, non contemplatione dotis ſibi datæ, ſed benè ex alia causa, quæ habebitur pro mortua in vita patris, in tantùm quòd nihil accreſcit fratribus ex connumeratione ſororis. Ea ratione, quia cùm numquàm ceſſerit dies ſuæ legitimæ, pro nulla debet haberi, & ità per *tex. in l. qui libertinus in princ.* in argum. ductum *ff. de bon. libert.* poſt *Bald. in d.l.* 1. *C. quando non pet. part.* cenſuerunt *Campegg. de dote q.*35. *ac Surd. d. deciſ.*252. *num.*2. *in princ.* fuit de mente *Boer. d. deciſ.*104. *num.*9. vbi alios

160 etiam recenſet. Quòd autem poſſit renunciare Monacus ingrediens Religionem hæreditati ſibi deferendæ, ſeruata forma *Sacri Conc. Trid.* tradunt *Gutier. in cap. quàmuis verbo nuptui tradebatur n.*1. *verſ. & tandē inquit de pact. Menoch. de arbitr. iud. caſu* 436. alijq; adducti per *Martam de iuriſdict. p.*4. *caſu* 23. *nu.*17.

Hactenùs de caſibus, in quibus admittunt *Doctores*, Monacum haberi pro mortuo, diſcutiamus nunc de alijs, in quibus concludunt, ipſum non haberi pro mortuo.

161 Et horum primus caſus eſt quòad excuſandum patrem à muneribus, ea ratione in id adducuntur, quia ſicuti filij defuncti in bello proſunt ad excuſationem à muneribus, vt diſponit *text. in l. fin. ff. de uacat. muner. & in* §. 1. *Inſtit. de excuſat. tutor.* ità pariter prodeſſe debent filij Monachi, qui dicuntur defuncti quòad Mundum, & militant ſub ſeruitio Dei, & ita in propriis terminis voluit *Aretin. in* §. 1. *in fine Inſtit. de excuſat. tut.* ex iis, quæ notantur in *l. miles ff. de re iudic.* Aliam addit rationem *Minſynger. d.* §. 1. *Inſtit. de excuſ. tut. num.*3. *uerſ. proſunt etiam*, quia ſicuti filii emancipati proſunt patri, ità etiā quaſi emancipati, vt Monachi, Epiſcopi, & Patritij, & ita in propriis terminis Monachi, vt proſit patri quòad immunitatem de iure ſtabilitam ex numero duodecim filiorum, vt ſcilicet non habeatur pro mortuo, ſed computetur in numero ipſorum, reſpōdit *Maranta in cōſ.*81. *nu.*21. Et in Moniali cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, vt proſit patri ad excuſationem à tutela, cēſuit Sacrum Conſilium apùd *D. de Franch. deciſ.*532. *per totam*.

162 Secundus caſus, in quo non habetur Monacus pro mortuo eſt, vt poſſit conſtitui Vicarius ab Epiſcopo, fierique etiam eiuſdem Epiſcopi Officialis Locumtenens *Abb. in cap. fin. num.*4. *extrà de cler. ægrot. & in c. cauſam nu.*9. *de elect. Rota Roman. in deciſ.*3. *nu.*2. *ſub tit. de offic. Vicar. in antiquis, Graff.* 2. *par. deciſ. lib.*3. *cap.*20. *nu.*14. *Sbrozzius*, qui alios in id citat *de offic. Vicar. lib.*1. *q.*38. *nu.*4.

163 qui declarat id primò ſub *num.*10. vt procedat interueniente licentia Abbatis, vel Superioris, ſecùs tamen ſine huiuſmodi licētia. Et ſecundò ſub *nu.*14. vt talis Monacus conſtitutus Vicarius Epiſcopi habeat ſecum vnū Religioſum de ſuo Cōuentu, ꝑ cotas, quas *ibi* adducit.

164 Tertiò non habetur Monacus pro mortuo quòad iura ſanguinis, quæ quis non perdit per Monaciſmum, ex quo ius

165 ſanguinis incōmutabile eſt *l. cùm ſanguinis ff. de regul. iur. l. ius agnationis ff. de pact.* eſt *tex. in cap.*1. 18. *q.*1. *& in cap. fin.* 19. *q.*3. notat *gloſ. in cap. præſens verbo in locum* 20. *q.*3. Quòd autem Monacus

166 non amittat iura ſanguinis, nec deſinat eſſe de genere, adnotauit *Ambroſin.* qui alios adducit *dec. Peruſ.*37. *n.*2. Hinc

167 retinere etiā Nobilitatem, eamq; non perdi per ingreſſum, cenſuit Rota Roma. ſicuti refert *Romanus in ſing.*37. videtur de mente *Minadoi in Conſt. Regn. In aliquibus in* 2. *notab. n.*89. qui *nu. præcedenti* 88. dicit, eos habere cognationē in Terra, & in Cœlis. Ampliare videtur hoc *Bartolus in l.*1. *ff. ad municip.* cū quo cōcordat *Guiliel. Bened. in repet. cap. Raynutius in uerb. & uxorē nomine Adelaſiam verſ. ſucceſſio ab inteſtato n.*21. *de teſtam. Iacob. à Sancto Georg. in l. hæres abſens* §. *ſi quis tutelam nu.*39. *ff. de iudic. Boer. deciſ.* 260. *nu.*30. *ac* Minado. *vbi ſuprà nu.*90.

K 2 vbi

Digitized by Google

vbi alios etiam recenſet, dicens, vt nec etiam deſinat eſſe Ciuis ſuæ Ciuitatis.

168 Hinc etiam habere Monacos ius in paſcuis Vniuerſitatis, ſicuti alii Ciues omnes, poſſequè immittere eorum animalia in dictis paſcuis, poſt *Bertrand. in conſ.92. vol.3.* ſcribunt *Surd. in conſ.65. nu.6. ac Maſtrill. deciſ.49. nu.3.*

169 Non habetur quarto loco Monacus pro mortuo quòad alimenta, & comedendum *gloſ. in Auth. excipitur verſ. idem eſt C. de bon. quæ liber. Alex. in conſ.39. nu.5. vol.2.*

170 Quinto loco concedunt *Doctores*, nō haberi pro mortuo Monacū circà hoc, videlicet, vt non valeat admitti ad ius retractus competens conſanguineis ex diſpoſitione ſtatuti, pro retrahenda re ab altero ex conſanguineis alienata *Tiraqu. de retract. lignag. §.1. gloſ.8. num. 19. Carpan. ad ſtat. Mediol. par.1. c.417. nu.171.*

171 Limita hoc primò in caſu, quādo Monachi poſſunt ſuccedere, prout de iure illis impartitum eſt ex diſpoſitione iuris in *l. Deo nobis* cum concordantibus *C. de Epiſc. & Cleric.* quoniam ſi ex diſpoſitione ſtatuti arcerentur à ſucceſſione, vtiquè ad ius iſtud retractus non admitterentur *Guiliel. Bened. in repetit. d. cap. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelaſiam nu.220. de teſtam. Caſſane. in Conſuetud. Burgund. rubr.10. §.1. in verbo le plus procham num.17. Tiraqu. & Carpan. in locis ſupra relatis.*

172 Limita ſecundò in Regno, in quo ex diſpoſitione *Conſtit. Sancimus de iure prothom.* repellitur Eccleſia ab iſto iure retractus, nàm cùm iſtud videretur trāſlatum in Monaſterium, & ſic competeret illud, non ipſi Monacho, ſed benè Monaſterio ex perſona Monachi, qui tranſtulit in illud omnia bona, & iura ſibi competentia, proindè quia Monaſterium peteret, non ex ſe, ſed benè ratione iuris in ipſum per Monacum translati, vtiquè repelleretur.

173 Sexto loco non habetur Monacus pro mortuo in materia ſtatuti excludentis fœminas à ſucceſſione propter agnatos, vel propter maſculos: nàm frater Monacus vti poterit beneficio talis ſtatuti ad excluſionem ſororis, & conſequenter illius perſona videtur in dicta ſtatutaria diſpoſitione cōprehenſa *Theſ. filius* poſt multos, quos adducit *quæſt. forenſ. lib.2. q.1. nu.3.*

174 Septimo loco non habetur pro mortuo Monacus quòad ſucceſſionē, ad quā eſt habilitatus ex diſpoſitione iuris in *l. Deo nobis §. hoc etiam cognitum C. de Epiſc. & Cler.* quoniam licèt controuer-

175 ſa ſit quæſtio apùd *Doctores*, vtrū Monaciſmo perdatur patria poteſtas: attamen conſentiunt communiter omnes, per illud non perdi ſuitatem, quam retinet Monacus, eiuſdemque ſuitatis effectus *Bald. in l. Deo nobis, & in l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit. Paul. de Caſtro in l. ſub conditione*, vbi ſimiliter *DD.* omnes *ff. de teſtam. Bart. in Auth. ſi qua mulier nu.5. verſ. an autem minuatur C. de ſacroſ. Eccleſ. Crau. in conſ.152. nu.2. Iaſ. in l. patre furioſo col. pen. ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. iur. Aret. in l. Gallus §. ſi eius col. 2. in fine ff. de liber. & poſth. ibiquè Iaſ. nu.11. idem Iaſ. in l. qui ſe patris n.17. C. vndè lib. Socin. in l. filius, qui patri ff. de vulg. & pupill. Corne. in l.3. num.14. C. de iure deliber. Aret. in c. in præſentia nu.92. verſ. primo caſu de prob. Tiraq. in tract. Le mort ſaiſit le vuiff par.2. declarat.14. in fine; Couar. in cap. quia nos num.5. de teſtam. Fabius Accorambon. in d. l. qui ſe patris nu.30. C. vndè liberi, Minado. in repetit. Conſtit. In aliquibus in 2. notab. nu. 73. Ambroſin. in deciſ. Peruſ.37. num.2. Gayll. pract. obſeru. lib.2. obſeru.131. nu.7. Gomeſ. tomo 1. cap.9. nu.10. Craſſ. de ſucceſſ. §. ſuitas q.4. nu.8. Viu. commun. opin. lib.1. verb. filium, in patria, Villalobos cōmun. opin. litera M. num.113.* Et ratione iſtius ſuitatis, quam retinet, admittitur

176 ad ſucceſſionem parentum, illiſque ſuccedit, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato *d. l. Deo nobis §. hoc etiam cognitum, ac c.1. 18. q.1.* Succedit autem patri vnà cum fratribus, iuxtà diſpoſitionem *Auth. defuncto C. ad tertull. ac §. inteſtatorum Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & §. ſui Inſtit. de hæred. qual. & differ.* ſicuti notatur in *d. l. Deo nobis §. hoc etiam cognitum in fine, Guiliel. Bened. in repetit. cap. Raynutius par.1. verſ. & vxorem nomine*

Digitized by Google

mine Adelaſiam nu.209. Macerat. variar. reſol.lib.1.reſol.83.nu.11.

177 Succeſſio tamen iſthæc licèt Monaco deferatur, acqritur tamen Monaſterio, intelligendo tamen de capacibus, de quibus loquitur text. in l.1.C. de ſacroſ. Eccleſ.& in d.l.Deo nobis, non autem de incapacibus Guiliel.Bened.loco cit. d. nu. 209.Idquè prouenit ex eo, quia Monaſteriũ habetur loco filij quoàd hoc gloſ. fin.in l.ſi ità quis §.ea lege ff.de verb.obligat. notant Canon. in d. cap. in præſentia de probat.voluerunt Alex.in l.vtrum ff. de verb. obligat. Bald. in Auth. niſi rogati C. de ſacroſ.Eccleſ. Affl. in deciſ.320.nu.9. Caccheran.deciſ.126.nu.4. Couar. var. reſol.lib.1.c.9.num.6.alios congerit Mace-
178 rat.d.reſolut.83.lib.1.nu.12. Ratio autem eſt, quia quicquid acquirit Monacus, Monaſterio acquirit c. ad Monaſterium de ſtatu regular. c. cùm olim il 2. de priuileg.Socin.in conſ.245.vol.2.Doctores in d.cap.in præſentia de probat.Minad. in d.Conſtit.In aliquibus in 3.notab.nu.70. Curt.iun.in conſ.48.col.fin.Magon. deciſ. Florent.10.num.2. Valaſc. in conſult.24. nu.2. Et hoc procedit etiam in Monaco fugitiuo, qui ſimiliter Monaſterio acquirit cap.quanto de offic.ordin.c.Abbates 18.q.2. gloſ. in c.1. de infant. & languid. expoſit.Innoc.in d.cap.cùm olim il 2.de regular. Abb.in cap.fin. eod. tit. de regular. Caſſane.in Conſuetud.Burgund.rubr.9.§. 2.ver.quelque part num.7. Quinimò hoc etiam in Monaco vagabundo, per tex. in d.cap. Abbates 18.q.2. Anchar.in c.fin.de regular.Capra in conſ.96. Vaſqu. de ſuc-
179 ceſſ.reſol. §.17.nu.19. Et hoc adeò verum, adeòq; eſt potens acquiſitio iſthęc, vt recta via quæſita per Monacum tranſeant in Monaſterium per viam ſcintillæ, & in ictu oculi Bald.in conſ.494.in fine lib.5.Barbat.in conſ.19.col.pen. verſ. ſed ipſe vol.3.D.de Franch.deciſ.40.nu.2. Ambroſin.deciſ.Peruſ.37.num.1.

180 Amplia primò, vt tranſmittat ad Monaſterium ius iſtud ſuccedendi, etiam in legitima, quàmuis Monaſterium ius illud ignorauerit Paul.de Caſtr.in conſ.34. ad finem num.4.lib.1. Boer. in deciſ.250. nu.4.Gratian.diſcept.forenſ. lib.2.c.271. nu.15.

181 Amplia ſecundò, vt transferat etiam poſſeſſionem bonorum ſuorum in Monaſterium, ſine aliqua apprehenſione Cyn. & Bald. in Auth.ſi qua mulier C. de ſacroſ.Eccleſ. Bart. in Auth. ingreſſi col.2. vbi etiam Bald.& Salyc.C. eod. illo tit. & in Auth.niſi rogati C. ad Trebell. DD. in c.in præſentia de probat. Tiraqu. in tract. le mort ſaiſit le vuiff in 6.declarat. præfationis nu.9. Affl.in deciſ.299.nu.16.Gayll. pract.obſeru.lib.2. obſeru.152. nu.7. licèt aliàs in translatione, & acquiſitione poſſeſſionis requiratur actus corporis poſſeſſionis apprehenſiuus, etiam in hęrede l.cohęredes ff.de acquir.poſſeſſ.

182 Amplia tertiò, vt tranſmittat ad Monaſterium hæreditatem ſuorum aſcendentium, etiam non aditam, ex beneficio l. vnic. C. de his, qui antè apert. tabul. Gayll.pract.obſer.d.lib.2.obſer.131. n.11. vbi cotas adducit.

183 Amplia quartò, vt transferat etiam emphyteuſim in Monaſterium Iaſ. in l. in emphyteuticarijs nu.200.C. de iure emphyt. Clar. in §. emphyteuſis q.33. vbi de communi profitetur.

184 Amplia quintò, vt transferatur etiam in Monaſterium inofficioſi quærela cõpetens fratri aduersùs fratris teſtamentum, in quo inſtituit turpem perſonam Bald.in l.ſi quis filium num.6.C.de inoff. teſtam.Ruin.in conſ.5. lib.3. Dec. in conſ. 530.& 561. Theſaur. in deciſ.129. nu.1. Nùmquid autem poſſit poſtmodùm ius iſtud cedere eidem Monaco, & ſi ſufficiat tacita licentia, vel requiratur expreſſa, adeundus eſt idem Theſ. d. deciſ. 129.per totam.

185 Amplia ſextò, etiam in ſucceſſione feudali, quæ ſimiliter transfertur in Monaſterium per ingreſſum Feudatarii Salyc.in Auth.ingreſſi C.de ſacroſ.Eccleſ. Canon.in d.c.in præſentia, alijque permulti cumulati per Iacobin. à Sancto Georg.de feud.in verſ. & quibuſcunque hæredibus. Probant hoc multa media, de quibus diffusè per Caſſan.in Conſuetu.Burgund. rubr.3.§.5.verſ.excepte les religieun nu.7. & 8.Contrariam ſententiam admittunt alij dicentes, nec Monacum, nec Clericum habilitari ad feudorum ſucceſſionem, & conſequenter à maioritate rationis

tionis

Digitized by Google

tionis multò minùs Monaſteriũ ex perſona eiuſdem Monachi, per *tex.in c.1. de benefic.fœminæ, in c.ſi clericus ſi de feud. fuer.controu.inter dom.& agn.vaſ. in c.1. de uaſall.mil. qui arma bell. depoſ. in c.1. ad fin. de feud. item in cap.1. ſimiliter ad finem tit.an mutus, vel ſurd.in uſib.feud.* Et in hanc ſententiam magis communiter inclinant *Felin.in d.c. in præſentia nu. 44.Ruin.in conſ.47.nu.9.lib.1.& in conſ. 88.nu.6.Barbat. de præſtant. Cardin. fol. 15.Iacob. de Beluiſ.in c.ſi quis deceſſerit ſi de feud.fuer.controu.& in l.quiſquis C. de Epiſc.& cler. Andr.de Iſern.in c.1. de cler. qui inueſt.fecit, & in c.1. de benef. fœminæ, in d.c.ſi clericus ſi de feud.fuer.controu. ac in d.c.1.de mil.uaſall.* cæterique relati per *Caſſan.in d. rub.3. §.5. num.4. ac per Cacheran.deciſ.17.nu.4.*

Sed quia materia iſtius ampliationis eſt multùm intricata, vndè dixerũt *Laurent. Syluan. in conſ.3. num.52. lib.1. ac Minſynger.ſingul. obſeru. centur.5. obſer. 48.nu.1.* quòd tot ſunt ferè in ea ſententiæ, quot ſunt capita, puto proindè breuitati conſulendo, pro reſolutione ipſius procedendum eſſe cum diſtinctione.

Aùt enim in loco eſt conſuetudo ſuccedendi in feudis, & eo caſu attenta tali conſuetudine ſuccedunt in illis Clerici: tùm Seculares, cùm Regulares, & ſic Monachi *Andr.de Iſern.in c.1. in fine de Cler.qui inueſt.fec. Caſſan.in Cõſuetud. Burgund.rubr.3.§.6.gl.ult.num.18. Petr. Duenn.in regul.103.limit.9. Curt.iun. in tract.de feud. in 3.par.princip. membr.2. nu.6.*

186 Mouentur ea ratione *Doctores*, quia in tali caſu permiſſum videtur Feudatario ſeruire per ſubſtitutum, ad not. per *Innoc.in c.in præſentia nu.5.de proba.* vbi etiam poſt eum *Butr.nu.22. Ioan. Andr. nu.16.Hoſtienſ.nu.9.Felin.nu.46.& Decius num.290.* conſentiuntque *Bart.in Auth.ingreſſi num.44.C.de ſacroſ.Eccleſ. Salyc.Alex.Pariſ.Clar.Cephal.Piſtor.* & alii relati per *Menoch.de arbitr.Iud.lib.2. centur.6.caſu 320.num.49.* qui ampliare hoc videtur etiam in feudo recto, vero, & proprio, concluduntque, hanc conſuetudinem extare præſertim in Italia, & Germania, quibus in locis paſſim videmus, Abbates, Epiſcopos, & alias perſonas Eccleſiaſticas poſſidere feuda annexa Eccleſiaſticæ dignitati, & dicunt, talem conſuetudinem fulciri ex diſpoſitione *cap.1. §. ult. de capitul. Corrad. & c.1.§.firmiter de probib.feud.alien.per Feder.* adnotauit *Fachina. controuerſ. iur. lib.7.c.35.in fine.*

Aùt verò loquimur ſimpliciter circũſcripta conſuetudine, & tunc ſubdiſtinguendi ſunt aliqui caſus.

187 Primus caſus eſt, quando agitur de feudo perſonali, ſiuè de feudo recto, vero, & proprio. Et in hoc concludunt magis communiter *Doctores*, Clericum ſuccedere non poſſe, & eò fortiùs nequè Monacum, & horum numero ſunt *Cyn.in l.quiſquis C.de Epiſc.& Cler.& in l.1.C. qui admitti, Hoſtienſ. in ſumma de feud.tit.quib.mod.feud. amitt. verſ.propter religionem, Andr.de Iſern. in cap.1. de mil.vaſ. qui arma bell. depoſ.& in c.1. de cler.qui inueſt.fec.Bar.in l.ſi finita §.ſi de uectigalibus nu.3.ff. de damn. infect. Iacob.de Beluiſ.in c.1.§.ſi quis deceſſerit ſi de feud.ſit contentio inter Dom. & agn. uaſ. & in cap.1. in fine tit.an mutus, ſurd. uel aliàs imperf.in uſ.feud. Affl.deciſ.320. nu. 10.& in c.1.§.ex hoc illud num.28. tit. de feud.fœmin.& in d.c.1.nu.32.tit. an mutus, uel ſurd. uel aliàs imperfect.Cachera. deciſ.27.nu.4.Capyc.deciſ.10.num.4.Minad.in Conſtit. Regn.In aliquibus uer.filiorum nu.5.Minſynger. d.ſingul. obſeru. 48.num.8.centur.5.* aliique vſque ad numerum quinquaginta trium relati per *Menoch.de arbitr.Iud.d. caſu 320. nu.1.*

Mouentur præfati pluribus rationibus, quas obſeruare licebit apud *Menoch. loco cit. nu.2.* vbi in vnum eas congerit, & harum potiſſimæ ſunt.

188 Prima, quia cùm feudum prædictum requirat perſonale ſeruitium, impoſſibile erit, illud præſtari poſſe à Clericis, vel Monachis, qui duobus Dominis ſeruire non poterunt.

189 Secunda, quia iuramentum fidelitatis præſtandum à Feudatario, ad quod ipſe præcisè obligatur, non poterit obſeruari à Clericis, & multò minùs à Monachis. Et hoc ampliandum erit etiam in caſu, quando feudum fuiſſet conceſſum,

ſum, nulla facta ſeruitij mentione, ſed ſimpliciter secũdùm naturam propriam feudi, & iuramẽtum deſuper fuiſſet præſtitum, de ſeruandis his, quæ continentur in veteri, & noua forma iuramenti fidelitatis, ſicuti in caſu relato per *Nattam d. conſ. 600. lib. 3.* vbi ità reſpondit in *verſ. ſextus caſus*, & ſequitur illum *Menoch. de arbitrar. iudic. d. caſu 320. nu. 46.*

190 Limita tamen iſtud, quando ſeruitium perſonale, ad quod tenetur feudatarius poſſet commodè præſtari æquè ab ipſis Clericis, tàm ſæcularibus, quàm regularibus, ſicuti à laicis *Cyn. in d. Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. Natta d. conſ. 600. num. 4. verſ. ſecundus caſus lib. 3.* Et tales ſunt, vt vaſallus eat omnibus diebus feſtis cum vxore ipſius Domini ad Eccleſiam, item quando concederetur alicui Caſtrum, vel Oppidũ, aut Domus, vt in eis inhabitet, & ſimilia.

191 Limita ſecundò, quando ſeruitium, ad quod tenetur vaſallus, ſeù feudatarius ratione feudi poſſet præſtari per ſubſtitutum, quoniam tùnc tàm Sæcularis Clericus, quàm Regularis, ſiuè Monacus admitterentur ad feuda prędicta *Felin. d. c. in præſentia num. 74. verſ. fallit de probat. Alex. in conſ. 100. nu. 6. lib. 5. Affl. d. deciſ. 320. nu. 2. & 3. Capyc. d. deciſ. 10. num. 16. Clarus in §. feudum q. 78. circa princ. verſ. ſed ad hoc magis, Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 76. Natta d. conſ. 600. nu. 32. D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. num. 4. ac Menoch.* qui conſentientes cumulat *d. caſu 320. nu. 39.* vbi vſquè ad *nu. 44.* coaceruat caſus, in quibus vaſallus in tali feudo recto, vero, & proprio poterit ſeruire per ſubſtitutum.

192 Secundus caſus eſt, quando agitur de feudo libero, & franco, pro quo nullum præſtatur ſeruitium, & tùnc admittuntur in eo Clericus ſæcularis, & Monacus, ac quilibet alius bonorum capax *Bald. in l. ſi plures C. de condit. inſert. & in c. inter dilectos de fide inſtrum. Felin. in d. c. in præſentia nu. 4. de probat. & ibi etiã Dec. nu. 76. Curt. iun. in tract. de feud. 3. par. princip. in 2. regul. q. 10. nu. 27. Affl. d. deciſ. 320. num. 4. Molin. de Hiſpan primogen. d. lib. 1. cap. 13. num. 76. Piſtor.* qui alios recenſet *lib. 3. quæſt. iur. q. 33. D. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. 7. §. 7. nu. 3. Natta d. conſ. 600. lib. 3. nu. 7.* vbi loquitur in ſpecie de Monacho, *ac Menoch. d. caſu 320. nu. 45.*

193 Tertius caſus eſt, quando agitur de feudo reali, ſiuè improprio, pro quo præſtatur ſeruitium reale, putà annuus cenſus. Et in hoc concludunt communiter *Doctores* omnes, admitti Clericũ, Sæcularem ſcilicet, & Monacum, vt poſt *Cyn.* & alios per eũ relatos probat *Alex. in conſ. 10. nu. 3. & 7. lib. 5.* probant etiam *Ruin. in conſ. 49. num. 9. lib. 1. Piſtor. d. q. 35. nu. 23. Affl. d. deciſ. 320. nu. 2. & 3.* vbi loquitur in ſpecie de Monaco, *ibiquè* alios adducit, & poſt plurimos per ipſum relatos ſequitur *Menoch. d. caſu 320. num. 35.* & poſt eos *D. de Ponte loco cit. nu. 3. ac Fachina. controu. iur. lib. 7. d. cap. 35. verſ. ſexta ſententia verſùs finem*, vbi dicit, ceſſare in hoc rationem prohibitionis, de qua in *cap. 1. de vaſall. mil. qui arma bell. depoſ.*

Temperandum eſt tamen id totum, quod diximus de Monaco circà admiſſionem ad feudum in caſibus ſuprà relatis, in quibus concludebamus, Monacum admitti, vt ſcilicet tranſeat illud in Monaſterium ex perſona Monachi, ve-
194 rùm non perpetuò, & irreuocabiliter, ſed benè ad tempus, durante tantùm vita ipſius Monachi, ex cuius perſona in Monaſterium illud transfertur, ad vtendum ſcilicet, & fruendum fructibus feudi, donec in humanis extiterit Monacus ipſe, non autem eo mortuo, & ità concludunt omnes, vt obſeruare licebit per *Capyc. d. deciſ. 10. nu. 10. per D. de Ponte d. tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. nu. 4. per Clarum in §. feudum q. 78. verſ. quæ tamen opinio, ac per Menoch. de arbitr. iud. d. caſu 320. nu. 38.*

195 Amplia ſeptimò, vt transferat etiam in Monaſterium vitam, & militiam debitam fratri ſecundogenito per primogenitum ſuper bonis feudalibus, quę ſimiliter Monaco debetur, non obſtante quòd renunciaſſet ſucceſſioni feudi per aſſumptionem habitus, ſicuti colligitur ex traditis per *D. de Franch. in deciſ. 201 per totam*, vbi loquitur in fortiori caſu

primo-

Digitized by Google

primogeniti, qui ſe ipſum excluſit à ſucceſſione feudi per Clericatum, & adeptionem Cardinalitiæ dignitatis. Et licèt *D. de Franch. loco cit.* referat id deciſum in caſu vitæ, & militiæ debitæ fratri Clerico ſæculari: attamen quòd debeatur etiam Monaco ingreſſo Religionem capacem, poſt *Intrigliol. in tract. de feud. c. 57. nu. 22. & 23.* cenſuit in propriis terminis *Marta de iuriſdict. par. 4. centur. 1. caſu 23. nu. 12.*

196 Amplia octauò, vt transferat etiam in Monaſterium hereditatem Monaco delatam, adhùc ab ipſo Monaco non aditam, &ità tenent communiter *Canoniſtæ*. Sed quia *Legiſtæ* ſentiunt contrarium, ideò mihi videtur ſolutio huius quæſtionis dependere ex reſolutione alterius quæſtionis. Vtrùm ſcilicet hæreditas delata Monaco acquiratur Monaſterio immediatè, an verò mediatè. Quia ſi Monaſterio defertur mediatè, videbitur neceſſaria Monachi aditio, in tantùm quòd non transferatur ad ipſum Monaſterium, adhùc non adita priùs ab ipſo Monaco. Si verò immediatè, transferretur vtiquè abſque facto aliquo ipſius Monachi.

Et in hoc articulo videntur pariter diſſentire ad inuicem *Canoniſtæ, & Legiſtæ*. Nàm *Canoniſtæ* tenent, quòd deferatur immediatè. *Legiſtæ* verò, quòd mediatè.

Pro *Canoniſtis*, videlicèt. quòd ipſo iure immediatè, & abſque facto ipſius Monachi trãsferatur hæreditas ad Monaſterium ipſum, ſteterunt communiter omnes in *c. in præſentia de probat.* ità vt *Corneus in conſ. 272. lib. 3.* dicat, quòd hæc opinio debeat præualere in foro canonico, & hanc opinionem communem dicũt *Socin. in conſ. 183. circà princ. lib. 2. & in conſ. 245. nu. 3. eod. vol. 2. Curt. iun. in conſ. 48. nu. 8. Ripa in l. 1. nu. 150. ff. de vulg. & pupill. Pariſ. in d. c. in præſentia nu. 203.*

Contrarium verò, quòd hæreditas deferatur priùs Monaco, & deindè ex perſona ipſius Monachi acquiratur Monaſterio, probant communiter *Legiſtæ*, eamque communem dicit *Socin. d. conſ. 183. circà princ. & d. conſ. 52. nu. 19. lib. 2. Guiliel. Bened. in cap. Raynutius 2. parte in verbo. ſi abſque liberis moreretur il 2. nu. 81. Purpurat. in l. fin. nu. 191. C. de pact.*

Sunt qui diſtinguunt pro concordia, dicentes, in foro Canonico ſequendam eſſe opinionem *Canoniſtarum*, in foro verò Cæſaris amplectendam eſſe opinionem *Legiſtarum*, & huius ſententiæ extitit *Clarus in §. teſtamentum q. 30. in fine*.

198 Ego in hoc articulo, omiſſa diſputatione, puto reſolutiuè amplectendam opinionem *Canoniſtarum*, quòd ſcilicet immediatè acquiratur Monaſterio hæreditas Monaco delata, in tantùm quòd nulla ſit neceſſaria ipſius Monachi aditio, quam nedùm probant communiter *Canoniſtæ in d. c. in præſentia*, eaque eſt magis communis, tutioremque dicunt *Guiliel. Bened. loco cit. & Couar. in c. 1. nu. 2. de teſtam.* verùm probant etiam illam multi *Legiſtæ*, de quibus apùd *Cauallos in tract. commun. contrà commun. q. 341. nu. 1. ac apud Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. c. 363. nu. 17.* vbi *nu. 20.* de mente *Ruin. in conſ. 204. nu. 12. & in conſ. 206. nu. 16. lib. 1.* dicit, non eſſe diſcedendum ab ea, tamquàm communi, & fauorabili Religioni, & refert, ſic cenſuiſſe *Rotam in vna Bononienſi coram Mazanedo ſub die 4. Martij 1611.* Eſt tamen benè verum, quòd perſona ipſius Monachi debet eſſe in conſideratione circà delationem prædictæ hæreditatis, ex quo ſucceſſio videtur radicata in perſona ipſius Monachi, qua ſublata, ea etiam ſucceſſio ſubmouebitur ab ipſo Monaſterio, & ità ſubtiliter, ac notabiliter aduertit *D. Rouitus in conſ. 44. nu. 21.* qui *ibidem ſub num. 22.* ſubdit etiam, quòd quotieſcumque Monacus, ſiue Religioſus non extaret, vel propter renunciationem ſe excluſiſſet, videtur etiam ipſum Monaſterium excluſum, quemadmodùm ipſe Monacus excluſus eſt.

199 His ſic modò poſitis, patet reſolutio ad principale dubium, transferri ſcilicèt in Monaſteriũ hereditatẽ Monaco delatam, adhùc ab ipſo Monaco non aditam, & ità aduersùs *Legiſtas* magis communiter præualuit opinio *Canoniſtarum in d. c. in præſentia*, teſtibus de hoc *Socin. d. conſ.*

Digitized by Google

*d. conſ. 183. col. 1. lib. 2. Corneo in conſ. 88. col. 2. vol. 2. Alex. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. nu. 26.* vbi veriorem eam dicit, & *ibi* etiam *Ripa ſub nu. 150. Couar. d. c. 1. de teſtam. nu. 21.*

200 Subamplia hoc primò, vt poſſit Monaſterium illam adire etiam ignorante, aùt inuito, ſiue contradicente ipſo Monaco *Bar. in d. l. 1. nu. 21. ff. de vulg. & pupill.* quem ſequuntur communiter omnes aduersùs *Angel.* Fulgoſ. *Aretin.* & alios, vt obſeruari poterit apud relatos per *Caualcan. deciſ. Fiuizan. 1. nu. 50. vol. 3.* quibus adſtipulantur *D. Regens Tapia, ac Leſſius* relati per *D.* Rouit. *d. conſ. 44. nu. 20.* vbi hanc ſententiam ipſe quoque probat, ijs addi poterunt *Gãma dec. 307. nu. 1. ac* Farbinæ. *cõtrouerſ. iur. lib. 6. c. 17.*

201 Subamplia ſecundò, vt tranſmittat ad Monaſteriũ hæreditatem non aditã, vtſuprà, tàm ſi fuerit hęreditas ipſa ab aſcẽdentibus Monaco delata, quàm ſi ab extraneo, *Guil. Bened.* qui alios refert, eoſque ſequitur in *d. c. Raynutius p. 2. verſ. ſi abſquè liberis moreretur il 2. n. 91. in fine.*

202 Subamplia tertiò, vt nequè poſſit Monacus in alium Monaſterium tranſire in præiudicium primi Monaſterij, cui hæreditas pędicta fuerat delata *Couar.* notabiliter *in d. c. 1. de teſtam. nu. 21.*

203 Limita modò primò, vt non habeat locum in delatis Monaſterio poſt mortem Monachi, quia tùnc nihil acquireretur Monaſterio. Et ità poſt alios per ipſum relatos pleniſſimè probat *Hondedæus in conſ. 94. uol. 1. per totum,* pręſertim ſub *num. 9. 10. & 12.* ſequitur illum *Ioan. Bapt. Coſta in tract. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 49. num. 5.*

204 Limita ſecundò, quãdo eſſemus intrà annum probationis, quoniam eo caſu requirerentur ſollemnia præſcripta pro forma in *Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regul.* ità *Gratian. diſcept. forenſ. d. c. 363. nu. 18.*

205 Quis autem ſuccedat Monaco nouitio morienti infrà annum probationis, ſi Monaſterium, vel venientes ab inteſtato, diſtinguit *Abb. in d. c. in præſentia num. 78. de probat.* an ſcilicet intrando Nouitius expreſsè bona ſua contulerit Monaſterio, an ſi expreſsè non contulerit.

Et primo caſu, quia id videtur feciſſe ratione tranſitus, & eſt clarum, quòd data perſeuerantia, volebat, bona illa eſſe Monaſterii, nec ampliùs reuocauit trãſlationem factam in vltima volũtate, tùnc applicabuntur Monaſterio. Secundo verò caſu, non data expreſſa translatione, quia ſimpliciter intrauit cauſa probationis, dicit, applicanda venientibus ab inteſtato, & ità poſt *Abb.* concludunt *Imol. in c. 2. de teſtam.* vbi etiam *Andr. Siculus, Capra in conſ. 147. punctus, quidam iuuenis circà medium, Pariſ. in d. c. in præſentia nu. 188. uerſ. alius eſt caſus,* vbi de cõmuni profitetur, *Berous,* qui eam etiam dicit magis communiter approbatam, & proindè non eſſe ab ea diſcedendum in iudicando, & conſulendo in *conſ. 28. nu. 12. verſ. ſecundum non obſtat lib. 1. Honded. in conſ. 94. num. 7. Additio ad Dec. in Auth. ingreſſi ſub nu. 4. litera* B. C. *de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicit, ſic obſeruari quotidiè, *Calder. in conſ. 9. tit. de regul. Tiraqu. de retract. lignagier* §. 1. *gloſ. 8. nu. 36. Menoch.* qui alios etiam refert in *conſ. 396. nu. 3. lib. 4. ac de prȩſumpt. lib. 6. præſumpt. 84. nu. 8. & 13.* vbi per totam procedit diſtinguendo multos caſus, *Gutier. canon. quæſt. lib. 2. c. 1. nu. 161.* vbi ipſe etiã alios adiungit, Rodriquez *regul. quæſt. tom. 2. q. 47. art. 12. & q. 77. art. 8. Ioan. Bapt. Coſta in tract. de rè integra diſtinct. 104. nu. 12.*

206 Sed ſubſequitur alia dubitatio circa prædicta, cuius ſcilicet contemplatione cenſeatur relictum Monaco, vtrùm ſcilicet contemplatione Monaſterii, vel intuitu ipſius, *Guiliel. Bened. in d. cap. Raynutius 2. parte verb. ſi abſque liberis moreretur il 2. nu. 81.* videtur ſentire, cenſeri in dubio relictum cõtemplatione Monaſterii, non autem ipſius Monachi. Mihi placet in hoc diſtinctio, quã facit *Additio ad Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſub nu. 21.* de mente *Bald. in conſ. 282. lib. 4.* dicentis, quòd aùt fuit relictum Religioſo, qui habere poteſt proprium, & tùnc videtur potiùs relictum ratione ſanguinis, & ſic contemplatione ipſius Monachi, quàm contemplatione Monaſterij; Aùt verò non poteſt habere propriũ, & tunc concludit, cenſeri relictũ potius intuitu

L tuitu

ſuitu Monaſterii, quàm ipſius Monachi.

207 Alia inſurgit etiam dubitatio circa prædicta quoad bona Monachi exeuntis de Religione, vel tranſeuntis de vna Religione ad aliam, cui ſcilicet acquirantur bona illius, ſi primo Monaſterio, in quo fuerat profeſſus, vel transferantur ea in aliud, quod ipſe ingreditur, in qua *Doctores* videntur inuicem contrariari.

208 Ego omiſſa diſputatione ſtatuo, procedendum cum diſtinctione. Nàm aùt exit de Religione antè factam Profeſſionem, aùt verò poſtquàm fuit profeſſus. Primò caſu concludunt *Doctores* communiter, poſſe exire liberè cum bonis ſuis, expendit *Syluest. in ſumma in verbo religio 4. nu.* 10. in id *tex. in c. Statuimus de regular.* qui *tex.* nō loquitur expreſsè de bonis, ſed benè de perſona Nouitij, quòd ſcilicet liberè poſſit exire à Religione infrà annum probationis.

Quicquid tamen ſit de diſpoſitione *d. c. Statuimus*, ſic in ſpecie cenſuerunt *Zabarell. in cap. quod à te col. 3. verſ. ſecundo caſu de cler. coniug. Dec. in Auth. ingreſſi nu.* 4. *C. de ſacroſ. Eccleſ. Anchar. in conſ.* 69. *nu.* 8. *Calder. in conſ.* 27. *tit. de regular. Menoch de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 5. caſu* 436. *num.* 16. qui adducit in hoc diſpoſitionē *Sacri Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 16. *de regul.* ibi *Monaſterio aliquid ex bonis Nouitij tribuatur, nè hac occaſione diſcedere nequeat, &c.* & ità poſt eos tenuit *Gutier. canon. queſt. lib. 2. c. 1. nu.* 107. *in fine*, vbi citat ſimiliter *tex. Sacri Concil. Trid. ac Honded. in conſ.* 98. *num.* 8. Et hoc quòad bona, quæ ſimpliciter trāſtulit; quoniam quòad bona, quæ donauit, aùt legauit antè ingreſſum diſtinguit *Abb. in d. c. Statuimus n.* 4. poſt *Hoſtienſ. ibidem* dicens, quòd aùt fecit proteſtationē, quòd volebat probare regulā, & ſic permanere in Monaſterio cauſa probationis, & tali caſu concludit, recuperare bona illa donata, aùt legata, ea ratione, quia videtur donaſſe cauſa mortis, vndè cauſa non ſecuta recuperabit, & adducit in argum. *tex. in l. non omnis ff. ſi cert. pet.*

Aùt verò donauit non facta aliqua proteſtatione, & tunc quia præſumitur quòd voluerit abſolutè vitā mutare, ex quo priùs diſpoſuit de bonis, exeundo poſtmodùm bona illa non recuperabit. Quò verò ad bona, quæ tempore Nouitiatus reliquerit Monaſterio, quo caſu certum eſt, poſſe teſtari ſine licētia Epiſcopi, vt dicebamus ſuprà ex doctrina multorum, quos *ibi* adducebamus, quibus addi poteſt *Molina in tract. de iuſt. & iure diſput.* 139. *col.* 8. *uerſ. ambiget fortaſsè*, non acquiretur aliquid ex ijs ipſi Monaſterio, niſi ſecuta morte Nouitij *Menoch. loco cit. n.* 19. Secūdo verò caſu, quādo Monacus diſcedit de Religione, iam facta profeſſione, & tùnc pro reſolutione ſunt aliqui ſubdiſtinguēdi caſus.

209 Primus caſus eſt, quando Monacus licitè diſcedit de Monaſterio per adeptionē alicuius dignitatis, putà quia propter ſua bona merita fuerit factus Epiſcopus à Summo Pōtifice. Et in tali caſu indubitata eſt concluſio, ea bona, quæ antè tranſitum acquiſiuit, Monaſterio acquiſiuiſſe, ea verò, quæ poſtmodùm acquiſierit ex induſtria perſonæ, Epiſcopali Eccleſiæ acquirere *c. Statutum* 18. *q.* 1. *Ioan. Andr. Abb.* & cæteri communiter *in c.* 1. *de teſtam.* & *ibi* etiam *Couar. nu.* 19. *Menoch. d. caſu* 436. *nu.* 32. *Coſta de re integra diſt.* 13. *nu.* 4. vbi id notabiliter declarat, quem conſulere poterit Lector cupidus, ſi libuerit, quoniā multa *ibidem* ſubdit ad propoſitum.

210 Secundus caſus eſt, quando tranſit de vno Monaſterio ad aliud ſine iuſta cauſa, & ſine licētia Superioris, & tunc omnia bona ſua remanent priori Monaſterio, nec quicquam trāsferet ad ſecundū, nec quòad proprietatem, nec quòad vſumfructum, illi namquè ſecundo imputari debet, quòd ipſum receperit: quinimò poterit illum Abbas vendicare cū omnibus bonis ſuis acquiſitis, quòcumque acceſſerit *Ioan. And. Hoſt. & Franc. in c. quod à te de cler. coniug. Butr. in conſ.* 75. *Syluest. in ſumma verb. religio 4. nu.* 10. *Molina d. tract. de iuſt. & iur. diſput.* 140. *col.* 13. *verſ. quandò religioſus poſt omiſſam, Menoch.* qui alios recenſet *de arbitr. Iud. d. caſu* 436. *nu.* 22. vbi *ſub nu.* 24. id ampliat, etiam quando exeundo de Religione iam profeſſus rediret ad ſæculum, fieretq; apoſtata, ex traditis per

*Abb.*

Digitized by Google

*Abb. in d. c. quod à te nu. 7. de cler. coniug.* & *Nauar. in c. non dicatis nu. 65. 12. q. 1.* ac ex *Syluestr. & Molin. loco ſupra cit.* quibus adde *Ioan. Bapt. Coſtam in tract. de re integra diſtinct. 13. nu. 3.* qui adducit in id *Bullam*, ſiuè *Conſt. Pauli Quarti Summi Pontificis*.

211 Tertius caſus eſt, quãdo diſcedit cum licentia Superioris, & tunc vſusfructus bonorum alii Monaſterio, à quo diſcedit quæſitum ſpectat ad ſecundum Monaſterium, in quod ſe contulit, proprietas verò ad primum Monaſterium, & ità communiter ſentiunt *Socin. in conſ. 52. nu. 15. lib. 4. Cald. in conſ. 23. Hoſtienſis, Imola, Speculator*, & cæteri adducti per *Couar. d. cap. 1. de teſtam. nu. 21. verſ. hactenùs verò*; quamuis tamen videatur ab illis diſſentire *Menoch. d. caſu 436. nu. 26. cum ſeqq.*

212 Quartus caſus eſt, quando diſcedit inuitus, & tranſit ad aliud Monaſterium cauſa pœnitentiæ, & tunc ad ſecundum non transfertur, niſi vſusfructus bonorum, proprietate exiſtẽte apud primum Monaſterium. Et ita poſt *Imol. in d. cap. quod à te de cler. coniug.* & poſt *Hoſtienſ. in ſumma de cler. coniug. §. fin.* probant DD. relati per *Couar. d. c. 1. de teſtam. nu. 20. in princ. ac Menoch. d. caſu 436. n. 30.*

213 Quintus caſus eſt, quando diſcedit, & tranſit in aliud Monaſterium diuerſæ Religionis in caſu de iure permiſſo, aùt à Summo Pontifice approbato, & in tali caſu idem reſpondendum erit, quod in tertio diffiniebamus, in ſecundum ſcilicet Monaſterium non transferre proprietatem bonorum acquiſitam primo Monaſterio, ſed tantummodò vſumfructum, quatenus ſcilicet ad ipſius Monachi alimenta ſunt neceſſaria, ſicuti probant præcitati *DD.* relati per *Couar. d. c. 1. de teſtam. nu. 21. verſ. hactenùs verò*.

214 Sextus caſus eſt, atque poſtremus, quando fuerit expulſus à Religione ſine cauſa, & tunc ſunt ei danda omnia eius bona, quæ transferet poſtmodùm quòad proprietatem, & quòad vſumfructum in ſecundum Monaſterium *Bal. in l. ſancimus nu. 1. C. de latin. libert. toll.* adducit *tex. in §. ſimoniacus in Auth. de ſanctiſ. Epiſc.* voluit poſt *Bald. Gratian. diſcept. forenſ. c. 455. nu. 6.*

In materia modò acquiſitionis Monacorum infer ad aliqua notabilia. Et primò, quòd licet quicquid acquirit monacus, Monaſterio ſuo acquirat, vt ſuprà dicebamus, eſt tamen aduertendũ, quòd

215 Monacus mutuans pecuniam, vel deponens apud aliquem, acquirit actionẽ ſibi, & Monaſterio. Vndè retrocapiendo poſtmodùm pecuniam illã, aùt mutuatã, aùt depoſitam, liberat mutuatarium, aut depoſitarium, & cõſequenter actionem Monaſterio acquiſitam remittit, fuit originale dictum *Bar. in l. filius C. de pact.* quem ſecuti ſunt *Affl. in deciſ. 147. nu. 2. ibique* etiam *Vrſill. in addit. nu. 3.* qui dicit, in dicta liberatione nõ eſſe neceſſarium conſenſum Abbatis, cenſuit etiam *Rota Rom. in deciſ. 235. nu. 5. lib. 2. par. 3. in nouiſſ. ac in deciſ. 284. nu. 7. lib. 3. eiuſdem partis 3. in nouiſſ.*

216 Limita tamen iſtud ſecundùm *Coſtam in tract. de fact. ſcient. & ignor. diſt. 49. ſub nu. 3.* in duobus caſibus. Primò, quãdo in mutuatione interueniſſet factum Abbatis ex *Bart. in l. & qui ita §. qui ſibi n. 2. ff. de verb. oblig.* Et ſecundò, quando Monaſterium acquiſitam ſibi actionem deduxiſſet in iudicium, & reum cõdemnari feciſſet, adducit *Bar. in l. ſi vnus ff. de pact. Bald. & Salyc. in l. filius paciſcendo C. de pact. ac Fabium de Anna in conſ. 49. nu. 24. 25. & 26.*

217 In caſu autem, quando Monacus mutuo accipit pecuniã ad vſus neceſſarios, dùm eſt extrà Monaſterium de licentia ſui Superioris, obligat Monaſterium ad ſoluendum, ſi ibidem eſt expenſis Monaſterij, vſquè ad eam quantitatem ſibi aſſignatam ſingulis annis, & non plus *Iacob. de Graff. in deciſ. caſ. conſcient. p. 2.*

218 *lib. 3. cap. 19. num. 41.* Quinimò tertius, qui aluit Monacum, & ſubminiſtrauit illi expenſas neceſſarias, ex quo dicitur geſſiſſe negotiũ vtile Monaſterio, poterit illas repetere, ſi tamen nõ apparebit, id feciſſe animo donandi *Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 19. in fine, Gratian. diſcept. forenſ. c. 436. nu. 14.* vbi alios refert.

219 Oriuntur modò ex hoc plura. Et primò, quòd ſi Monaſterium conſenſerit alienationi factæ per Monacum, non

L 2 poterit

Digitized by Google

poterit poſtmodùm dicere contractum nullum *Ancharan.in conſ.*49. *Manentus in deciſ.Mantuæ* 64.*nu*.9.

220 Secundò, quòd Monacus, ex cuius perſona agit Monaſterium tenetur deponere, & iurare vti principalis *D. Rouit.in pragm*.8.*nu*.36.*ſub tit. de ord. iud. ac in pragm*.1.*num*.74.*de ſuſpitio.official.* authoritate *gloſ.in Auth. cauſa, quæ in verbo debeat* C. *de Epiſc. & cler. ac in Auth.apud quos oport.cauſ.dicere in verbo interpellat verſ.ſed nùmquid iurabit.*

221 Poterit tamen Monaſterium allegare ſuſpectum Iudicem ex perſona Monachi,ex cuius perſona agit,aùt excipit. Et ità deciſum per Sacrum Conſilium iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum refert idem *D.Rouit. d.pragm*.1. *de ſuſpit.offic.nu*.73.

222 Infer ſecundò,quòd Monaſterium,in quod transfert Monacus bona ſua, tenetur ad debita cõtracta per ipſum Monacum, vt patet ex traditis per *Abbatem in conſ*.102.*nu*.2. *verſus finem par*.2. vbi

223 procedit cum diſtinctione aliquorum caſuum. Intelligas tamen prædicta, vt teneatur vſquè ad quantitatem bonorum translatorum, & non vltrà, vt dicit idem *Abb. loco cit.* & poſt eum *Camill. de Medices in conſ*.130.*nu*.9. *ac Gratian. diſcept.forenſ. c*.263.*p*.3. *nu*.15. vbi alios allegat. Intelligas ſecundò, vt teneatur ex debito vero, non autem ex confeſſato. Vndè dicebat *Bald. in c. in præſentia de probat.* quòd ſi quis fuerit confeſſus debitum ſpe futuræ numerationis, & poſtmodùm transiret in Religionem, non teneretur Monaſterium ex illa confeſſione, ſed poſſet Monaſterium etiam poſt biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & ità ſentit etiam *Marta de iuriſdict.p*.4.*caſu* 161. *nu*.3.

224 Infer tertio loco,hæredem inſtitutum ab ingrediente Monaſterium habere hæreditatem antè mortem naturalem Monachi teſtantis, & ſic ſtatim facta profeſſione *Dec.in d.cap. in præſentia nu*. 61.*verſ.ſed tamen pro opinione de probat. Couar.d.c*.2.*de teſtam.nu*.5.*verſ.qua ratione*, *Ripa in l.ſi vnquàm C. de reuoc.donat.nu*.94.*Gratian.deciſ.Marchiæ* 41.*in addit.nu*.1.vbi ad contraria reſpondet, alioſque adducit, & extendit id tàm ſi fuerit ingreſſus Monaſterium incapax, quàm ſi capax, ac tàm in voluntate Monachi expreſſa,quàm in tacita.

225 Infer quartò,donationem,ceſſionem, aùt renunciationem factam ab ingrediēte Monaſterium ad fauorem alterius eſſe validas,adeò vt non poſſit ampliùs per renunciantem, donantem, aùt cedentem reuocari,ſecundùm *Dec.in conſ.* 31.*nu*.3.*ac Couar.*qui de magis communi teſtatur *in c.quàmuis pactum par*.3. *§*. 2.*nu*.3.*verſ.contrariam ſententiā de pact. in* 6.& fuit deciſum in *Rota Rom. in vna Viterbienſi bonorum*,de qua per *Gratian. diſcept.for.c*.692.*nu*.53.

226 Vtrùm autem ſtatutum excludens dotatā,& maritatam propter maſculos,ſicuti eſt in Regno ex *Conſtit.*ipſius incip. *In aliquibus*, excludat etiam Moniales, ità vt ingreſſa mulier Monaſterium, ſiuè Religionē, cenſeatur etiam ipſa excluſa per tale ſtatutum, adeundus eſt *Theſ.filius quæſt.forenſ.lib*.2.*q*.3.*per totam*, vbi concludit, quòd ſic, ac deciſionem Senatus Pedemontani *ibidem* adducit, ac in *q*.92.*eod. lib*.2.*ſimiliter per totam*, vbi cumulando *DD*. omnes, qui pro vtraque parte ſteterunt diſputat articulum, & deciſionem ſimiliter affert, concluſionemque iſtam exornat aliquibus modificationibus, declarationibus, & ampliationibus.

Redeundo modò ad materiā, de qua principaliter agitur in præſenti capite inueſtigandum duxi, an per prædeceſ-

227 ſum ſubſtituti fiat finaliter, ac in vniuerſum caducum,& inutile legatum,aùt fideicõmiſſum. Materia præſentis quæſtionis examinari contingit in occurrenti caſu conſultationis à me expetitæ Allegationes deſuper formatas ſubdam, quæ ſunt huiuſmodi.

Per prædeceſſum D.Corneliæ Coſſo ſubſtitutę Ill.D.D.Onuphrio Coſſo Duci Sanctæ Agathę Gothorū, tametſi fiat caducū,vel quaſi,nō fieri tamen fruſtratorium legatum,ſiuè fideicommiſſariam diſpoſitionem ad fauorem, & beneficium Ill. Ioannis Iacobi Coſſi ducatorum quinquaginta mille, conuincit *tex.*

in

*in l. ſi alienus 64. & in l. cũ pater 79. §. cùm pater, ac in l. 1. §. pro ſecundo, & §. ſin autẽ ſub conditione C. de caduc. toll.* ex quibus excipiunt *Doctores* axioma in dubium,
228 Onus. ſ. hæreditatis tranſmitti ad hæredes cum onere ſuo, etiã in cauſa caduci, vel quaſi, ac fideicommiſſa iniuncta hæredi, vel alteri honorato per plures ſubſtitutionũ gradus ſubordinata, vt in caſu noſtro, eas vires aſſumere, vt ſi in vno gradu caduca fiant, vel quaſi, ſequentes admittãtur, ac illum, apud quem res eſt, teneri dare gradui ſequenti quod tenebatur dare gradui caducato, & ſic per iura præfata, iuncta etiam *l. cohæredi 41. in princ.* ibi, *nec intererit prior ſubſtitutus poſt inſtitutum, an antè decedat ff. de vulgar. & pupill.* profitetur *Bart. in l. quandiù la 3. num. 10. ff. de acquir. hæred.* quem ſequuntur communiter *Paul. de Caſtro conſ. 422. vol. 2. Aretin. conſ. 156. col. 5. Corne. conſ. 298. vol. 3.* cum quo in eadem facti ſpecie conſuluerunt *Socin. in conſ. 52. col. fin. vol. 1. ac Caccialup.* ab eodem *Corn.* relatus, rurſùs *Decius conſ. 238. 318. & 427. Socin. iun. Pariſ. Crau. Decian.* & alij relati per *Pereg. de fideicom. art. 15. nu. 22.* vbi improbat opinionem *Ruin.* contrarium ſentientis in *conſ. 135. in primo dub. vol. 3.*

Comprobat hoc ipſum *Bart. loco cit.* facti ſpecie ab ipſo poſita de teſtatore inſtituẽte filium ſuum, eidemque pupillariter ſubſtituente Titium, cui in caſu, quo quandocũque ipſe Titius ſine liberis decederet ſubſtituit Sempronium: nàm cũ præmortuus eſſet dictus Titius ſubſtitutus antè pupillum hæredem inſtitutum, mortuo tandem pupillo cõcludit, ſuccedere ipſum Semproniũ, tametſi ſubſtitutum Titio, qui Titius prædeceſſit ante pupillum, idque vltrà rationes alias, quas *ibi* cumulat, vigore etiam compen-
229 dioſæ, quæ continet ſub ſe vulgarem, cuius vulgaris in compendioſa, ac fideicõmiſſo comprehenſæ virtute, eſt in cauſa, vt ſuccedat in locũ Titij prædefuncti: cũ vulgaris ſubſtitutio eò tendat, vt concedatur in caſu, aùt nolentiæ, aùt impõtentiæ, vel. ſ. quia nolit hæres inſtitutus hæreditatem adire, vel quia non poſſit, forſitàn morte præuentus, idque quia in tali caſu cõditio adijcitur perſonæ primi, ad conditionandum, & qualificandũ relictum primo inſtituto, quo caſu conditionis defectus, qui operatur excluſionẽ primi, aperit locum ſubſtituto, vt poſt alios, quos recenſet, declarat *Gratianus diſcept. forenſ. cap. 747. nu. 23.* latiùs apud *Surd. deciſ. 37. nu. 8.* Et hoc ſiuè conditio illa adiecta primo ſit caſualis, ſiuè poteſtatiua, ſiuè mixta, quinimò tàm ſi ageretur de iure vniuerſali, putà hæreditatis, quã ſi de iure particulari, putà de legatis, & fideicõmiſſis, vt habetur in *l. ſub cõditione, & in l. ſi ita quis hæres inſtituatur ff. de hæredib. inſtit. in d. l. cohæredi in princ. in l. quæ cõditio ff. de cond. & demõſt. ac in d. l. 1. §. ſin autem C. de caduc. tollen.* ad differentiã conditionis, quæ adijcitur diſpoſitioni, ad faciẽdum ſubſtitutionem ipſam conditionalem, vt in caſu ſubſtitutionis, ſi ante aditam hæreditatem, vel ſi ſine filijs decederet, quibus in caſibus adita iàm hæreditate decedẽs inſtitutus, vel ſuſceptis filijs, nõ ſolùm primus ſubſtitutus, verùm etiam ſequentes omnes ſubſtituti excluduntur, vt patet in caſu, & exemplo excepto in *l. Lucius ff. de hæred. inſtit.* Ea ratione, quia ſi primus prædilectus alijs excluditur propter conditionis defectum, eò fortiùs excluduntur ſequentes minùs dilecti, ad *tex. in l. Publius §. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* *Bartolum* ſequuntur *ibidem Angelus* dicens, ſe ità conſuluiſſe Florentiæ, *Paulus de Caſtro* aſſerens, ſe taliter conſuluiſſe Vincentiæ, & Aretii, idẽ *Paul. de Caſt. conſ. 152. col. 2. vol. 1. Alex. conſ. 1. vol. 1. in pluribus locis illius conſ. Iaſ. in l. 1. n. 28 et 29. ff. de vulg. & pupill. ac in conſ. 148. in 1. dub. vol. 2. Rimin. ſen. conſ. 106. toto, Socin. ſen. cõſ. 52. nu. 14. vol. 1. in 1. dub. Socin. iun. cõnſ. 94. vol. 1. in 3. dub. Gabriel. conſil. 115. col. 2. Menoch. conſ. 106. num. 374. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. in princ.* Quicquid in contrarium autumauerint *Oldrad. conſ. 177.* aliiq; perpauci, de quibus apud *Peregr. de fideicomm. d. art. 15. nu. 15.* Cùm contrà ipſos ſtet communis opinio ex *Bart. vbi ſuprà.* Et ad motiua *Oldradi* reſpondet *Aret. in d. l. quandiù.* pro qua etiam aduerſus *Oldrad.* ſteterũt alii quamplurimi, de quibus apud eundẽ

*Pe-*

Digitized by Google

*Peregr.ibidem ſub num.*16. ac iudicatum extitit in Parlamento Delphinali,teſte *Rebuſſo in conſ.*182.*nu.*41. item in Parlamẽto Grationopolitano,teſte *Guid.Pap. deciſ.*550. & in Senatù Mantuano apud *Surd.d.decij.*37.*nu.*7. *ac per Rotam Rom. dec.*374.*n.*1.*par.*1. *in nouiſs.* cenſuit etiã Senatus Pedemontanus,vt per *Theſaur. deciſ.*76.*nu.*1. Rationis ratio eſſe poteſt, quia in tali caſu ſubſtitutus, ſubſtituto eo non capiente, dicitur ſubſtitutus inſtituto *Menoch.conſ.*106.*nu.*367.*&* 391.

Et hæc de plano procedũt, atq; abſq; difficultate aliqua in caſu ſubſtitutionis vniuerſalis caducatæ per prædeceſſum ſubſtituti vniuerſalis.

Difficultas modò oriri videtur ex vno, quod, fateor, valdè cõtorxiſſe ingenium meum: nàm in præſenti caſu non agitur de admiſsione ſecundi ſubſtituti poſt prædeceſſum primi inſtituti, ſed benè de admiſſione ad legatum,ſeù fideicommiſſum relictum ab eo,in cuius perſona fuit facta caduca ſubſtitutio, quod videtur quid diuerſum, & eſt proprium reſpiciẽs factũ noſtrum, ac ſuper quo,fateor,poſt reuolutionem multorũ librorum, neminem in ſpecie, ac ex profeſso, prout par eſt,mouiſse lapidem, nec excitaſſe quæſtionem,tùm ex Antiquis, cùm ex Neotericis, quos hactenùs obſeruare mihi contigerit, in quo caſu concludo,idem eſſe affirmandũ, quod ſupra concluſum eſt, in caſu prædeceſsus primi ſubſtituti pro ſecùndo ſubſtituto.

Ad quod conuincendum præmitto priùs vnum,quòd cùm in compendioſa, de qua in diſpoſitione iſta, contineatur etiam fideicommiſsaria expreſsa,diſertis verbis indicata, & explicata per plures ſubſtitutionum gradus, ſuccedit, quòd quemadmodùm in hæreditatibus poteſt vulgariter ſubſtitui, ac per fideicommiſſum per plures gradus ſubſtitutionum,
230 ità pariter in legatis, & fideicommiſsis poſſunt eædem ſubſtitutiones fieri *l.vt hæredibus ff.de leg.*2.*l.ſi legata C.de legat. d.l.*1.*§.pro ſecundo,& §.ſin autem ſub conditione verſ. ſic in medio C.de caduc.toll.* per quæ ſic voluerunt *Iaſ. in Rubr.ff.de vulg.et pup. Zanch.in l.hæredes mei §.cùm ita num.*24.*ff.ad Trebell. Paul.de Caſtro conſ.*152.*col.*2.*vol.*1. *Socin.iun.conſ.*185. *num.*6.*vol.*2. *Crauet.conſ.*130.*circa fin. Menoch.conſ.*85.*n.*29.*& conſ.*106.*n.*393.

Hoc poſito,patet modò,quòd ſi iniungatur onus honorato, prout in caſu iſto in perſonam D.Corneliæ titulo ſubſtitutionis honoratæ,oneratæ verò grauamine legati poſt mortem per plures ſubſtitutionum gradus, de quibus in legato, reſultãt natura, & effectus fideicommiſſariæ, qui tales ſunt, vt.ſ. ſi in vno gradu efficiantur caduca, aùt quaſi, ſequentes gradus admittantur, nec remaneant excluſi, & qui tenebatur dare gradui caducato,tenetur præſtare ſequenti, ea ratione, quia onus ſequitur perſonam illius, cui quæritur lucrum per deficientiam illius gradus, vt in *d.§.pro ſecundo §.cùm pater,& in l. ſi alienus* cum concord. ſuprà citatis,adnotauit *Bart.in ead.l.quandiù* cum aliis cumulatis ſupra.

Vndè nihil intereſt,ſi gradus deficiẽs, qualis erat D. Cornelia, teneretur præſtare gradui ſequẽnti, putà fideicommiſſariis illud totum, quod recipiebat à grauato, quàm ſi minus, hoc eſt, ſi partem, vt in caſu noſtro; cùm totius, & partis eadem ſit ratio,& iuris diſpoſitio, ad *tex. in l.qua de tota ff.de rei vendic. & in l.an pars ff.pro derelicto.*

231 Accedat inſuper,hìc agi de legato per fideicõmiſſum relicto, ac per plures ſubſtitutionum gradus, quo caſu quemadmodùm legata, & fideicommiſſa relicta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto *l.licet Imperator* vbi *Bart.* & cæteri *ff.de leg.*1. ità pariter legata,& fideicommiſſa relicta à ſubſtituto cenſentur repetita ab vlterioribus ſubſtitutis, aùt hæredibus,cùm ſubſtitutio nihil aliud ſit, quã ſecunda inſtitutio.

Cæterùm,nè etiàm in hoc,in quo totus difficultatis cardo vertitur, authoritate deſtituti loqui videamur,patet id ipſum propriùs in *l.ſi ab eo ff.de vſufr.leg.* in qua tàm legatum caducum,quã quaſi caducum remanet apud hæredem cum onere ſuo. *Si ab eo, cui legatus eſſet vſuſfructus* (inquit *ibi Vlpianus*) *fuerit relictum,licèt vſusfructus ad legatarium non peruenerit,hæres tamen, penès quem vſuſfructus remanet, fideicommiſſum præſtat,* qui

Digitized by Google

qui *tex.* decidit ad literam caſum noſtrū, ità vt nihil ſuprà nec excogitari, nec deſiderari poſſit. Sumus, ſiquidem, in terminis, ac ſpecie vſusfructus relicti, qui conſideratur vti vniuerſalitas ad fauorem legatarij, vti verò particularitas reſpectu fideicommiſſarii certæ rei, & ſic partis ipſius, vt declarat *gloſ. ibidem in verbo fideicommiſſi*, exponens, *putà decem, & ſic partis ipſius, ſiuè rei particularis adeſt ibidem caducitas, & quaſi*, ſic exponit eadem *gloſ. ibidem* in verbo *remanet*, ſubdens, *caducus, vel in cauſam caduci factus*, ac tamen in vtroque caſu, tàm ſcilicet caducitatis, quàm vel quaſi diffinit *Vlpianus*, trāſferri vſumfructum illum, tamquàm vniuerſale conſideratum cum onere ſuo, ſoluendi ſcilicet, & præſtandi particulare illud relictum ab ipſo honorato, qui prædeceſſit.

Nec obſtat aduersùs *tex.* iſtum quod dixerat *Scæuola in l. Titia 19. ff. de ann. leg.* ex qua excipitur, quòd legato incę-
232 pto, & per mortem legatarij finito, onus ſibi iniunctum extinguitur quòad omnes, quoniam, vt rectè aduertit, ac monet *Bar. in vtraque l.* declaratur idipſum, vt ſcilicet *d. l. Titia* procedat, quando legatum iam cęperat in perſona legatarij: nàm eo caſu finitur ſecundùm naturam legati, & voluntatem defuncti; at in *d. l. ſi ab eo* legatum nunquàm verè incępit, & ſic in terminis illius *legis* finitus eſt vſusfructus contrà cogitationem, & voluntatem defuncti, vt in caſu noſtro, in quo legatum non dicitur incępiſſe, cùm ipſius incipere nō poſſet verificari, niſi poſt mortem ipſius D. Corneliæ ſubſtitutæ abſque maſculis. Vndè regulabitur illud à caſu, & conditione, quæ non poterat verificari, niſi poſt mortem vtriuſque, alterius quippè ſcilicet D. Onuphrii abſque filiis, & D. Corneliæ abſque maſculis, & propterea nihilum in id caſus prædeceſſus.

233 Secundo loco eſt ad idem à fortiori caſus in *l. Celſus 29. ff. de leg. 2.* in quo talis facti ſpecies habetur, Octacilium ſcilicet Catullum inſtituiſſe filiam ſuam in aſſe, eamque grauaſſe onere particulari, vt ſcilicet daret ducēta liberto, & libertus poſtmodùm daret ducenta illa concubinæ ipſius. Euenit, quòd deceſſit libertus viuo teſtatore, deindè mortuus eſt teſtator, fuit hæſitatum, vtrùm illa cētum onere fideicommiſſo grauata, vt ſcilicet reſtituerentur concubinæ, deberentur, nec nè concubinæ. Et decernit, quòd remanent illa centum cum onere reddendi concubinæ. Eccè itaquè erat iam caducata diſpoſitio per prædeceſſum legatarij onerati, & concluditur, deberi fideicommiſſum, ergò nō ſecùs hìc in caſu noſtro.

Firmiora modò præfata reddentur, ſi oſtenderim, non obſtare etiam aliqua, quæ in contrarium excitari poſſent.

Et primò, quatenùs ex aduerſo obijceretur ex traditis per *Ruin. in conſ. 99. nu. 16. & conſ. 67. nu. 6. vol. 2.* admittentem ex communi, de qua teſtantur *Menoch.* qui alios refert *de præſumpt. lib. 6. præſ. 108. nu. 14. ac Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. nu. 15.* non cen-
234 ſeri ſcilicet repetitum legatum à ſubſtituto, ſi nominatim relictum fuerit ab inſtituto, cum quibus concordat pariter *D. Conſiliarius Theodorus alleg. 14. nu. 3.* amplians *nu. 4.* etiam in caſu, quo poſt nomen proprium fuiſſet additū nomen quoquè appellatiuum: Nàm prætermiſſo, quòd aduersùs communem illam, & ſic quòd non obſtante, quòd nominatim fuerit relictum legatum, cenſeatur adhuc illud repetitum à ſubſtituto, contendant *Cumanus, & Caſtrenſ. in d. l. licèt Imperator ff. de leg. 1. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 35.* ac nouiſſimo loco *Facbinæus controuerſ. iur. lib. 5. c. 39. per totum*, dico ego, non obſtare obiectum, quoniam in hoc caſu non fuit nominatim relictum à ſubſtituto, ſed benè poſt mortem, ac in caſu, quo ſine maſculis deceſſerit. Vndè videtur legatum iniunctum, non perſonę ſubſtitutæ, ità vt poſſent militare contraria, ſed benè hæreditati, & propterea cùm ſit onus hæreditarium, tranſit hæreditas ad hæredes cum onere præſtandi illud, ad not. ſuprà ex *d. §. pro ſecundo* cum concordantibus.

Non obſtat, ſi obiiceretur ſecundo loco, quòd ſuccedentes ipſi D. Onu-
235 phrio non veniant ex teſtamento, ſed benè ab inteſtato, à quibus non cenſetur

tur relictum illud, quod relictum eſt ab inſtituto, & ſic ab hærede ſcripto *l. eam,* 236 *quam* 14. *& l. ſi veritas* C. *de fideicom.* ea ratione, quia venientes ab inteſtato ſuccedunt præter ſpem, & voluntatem teſtantis *l. cùm pater* §. *cùm exiſtimaret ff. de legat.* 2. *vbi Bart.* facit *tex. in l. ſi ſic*, aliàs incipit, *ſed & ſi ſic* 6. *ff. de legat.* 1. tradunt *Iacob. de Arena, ac Iaſ. in d. l. eam, quam, ac Camill. de Medic. conſ.* 65. *à nu.* 18. *vſque ad nu.* 24. Patet nàmque ad id reſponſio, ex quo venientes ab inteſtato ſunt qui ſunt grauati, vt ſuprà traditũ eſt, nec nominatim, aùt proprio, aùt appellatiuo nomine relictum extitit legatum, ſed benè impersonaliter, & poſt mortem ipſius D. Corneliæ, ac in caſu, quo decederet abſque maſculis. Vndè, vt inculcatum eſt, cenſetur iniunctum omnibus gradibus, & propterea ligat illud expreſsè venientes ab inteſtato, ſtante quòd ex teſtamento non extitit aliquis alius ſubſtitutus ipſi D. Corneliæ ſubſtitutæ, quapropter ipſamet hæreditas videtur grauata, & ità poſt *Bald. in conſ.* 179. *in fine vol.* 1. *ac Gabriell. conſil.* 117. *nu.* 34. concludit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *nu.* 2. tantò fortiùs cùm in teſtamento adſit clauſula 237 codicillaris, & omni meliori modo, per quas, præſertim per ſecundam, relictum in defectum inſtitutorum intelligitur relictum à veniẽtibus ab inteſtato, ad *tex. in l. codicillis* §. *vlt. ff. de legat.* 2. cenſuit idem *Mantica loco cit. ſub nu.* 9. *verſ. verùm planè relictum*.

Non obſtat aliud, & tertium forſitan obijciendum, videlicet, quòd admiſſo, adhùc dari repetitionem à venientibus ab inteſtato, id intelligitur fauore deſcẽdentium, non verò tranſuerſalium, vt voluit *Cephal. conſ.* 132. *num.* 6. *lib.* 1. quia cõtrarium, accedentibus maximè cõiecturis, quæ non deſunt in caſu noſtro, concludit *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.* 102. *nu.* 8. *&* 9. illis enim accedentibus, fidei-238 commiſſum, quod aliàs tranſmitti non poſſet, efficitur tranſmiſſibile, ſi fuerit relictum fauore agnationis, & familiæ idẽ *Cephal. conſ.* 114. *nu.* 15. *ac Franciſc. Piſcina de ſtat. excluſ. fœmin. num.* 58. quos recenſet, & ſequitur *Molina de Hiſpan. Primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 46.

Quæ omnia ex abundanti ſint inculcata ad tollendas oppoſitiones forſitàn faciendas, non quòd re vera in aliquo vrgeant, cùm in caſu iſto non agatur de repetitione aliqua, ſed benè de admiſſione, ſecundùm meram, expreſſamque voluntatem teſtatoris cauentis, præſtanda fore dicta quinquaginta mille in caſu, quo D. Cornelia ſubſtituta decederet ſine maſculis.

Reſtat modò pro complemento ad vnum aliud reſpõdere, quod poſſet forſitàn ſimiliter contrà obijci, & illud eſt: Nàm fideicommiſſum, ſiuè legatum relictum à D. Cornelia ſubſtituta cauetur præſtãdum Ill. D. Ioanni Iacobò, & eius filiis: quare cùm ipſe D. Ioannes Iacobus habeat filiam fœminam, quippè D. Ioannam ſuſceptam ex eadem D. Cornelia ſubſtituta, videtur quòd ipſi D. Ioannæ debetur, ſaltim pro virili. Quod tamen remouetur ex eo, quia per illa verba, *E ſuoi figli*, non intelligitur de maſculis, & fœminis, ſed benè de ma-239 ſculis tantùm, ea ratione, quia qualitas maſculinitatis, quæ fuit appoſita in primo caſu ſubſtitutionis, & fideicommiſſi, ibi, *Et in caſo, che detta D. Cornelia moriſſe ſenza figli maſcoli*, cenſetur etiam repetita in ſecundo, & vlteriori caſu, dùm nominat filios ſimpliciter, vt ſcilicet non mixtim, & promiſcuè, ſed tantùm maſculi intelligantur. Et ità poſt *Dec. in conſ.* 370. *nu.* 4. *Socin. iun. conſ.* 90. *num.* 17. *vol.* 1. *Abb. conſ.* 19. *num.* 11. *Zuccard. in l. fin. num.* 69. *C. de edict. Diui Hadr. toll. ac Syluan. conſ.* 64. *num.* 18. concludit *Rota Romana d. deciſ.* 374. *nu.* 4. *p.* 1. *in nouiſſ.* cò fortiùs accedentibus coniecturis, de quibus in caſu noſtro, præſertim illis reſpicientibus plures ſubſtitutionum gradus, ac fauore familiæ, vt in eo, propter quod vocantur ſucceſſiuè coniuncti, & vltimo loco proximiores de familia, quemadmodùm in indiuiduo profitentur *Gabriel. commun. concluſ. tit. de teſtam. concluſ.* 10. *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *per totum*, *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 84. *ſimiliter per totam*, *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *c.* 5. *concluſ.* 11. *num.* 56. *cum ſeqq.*

Digitized by Google

*ſeqq. ac Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 28. cum ſeqq.* Deciſio adhùc pendet in Sacro Conſilio, in quo agitatur lis.

Pro coronide in hoc capite, ac complemento ipſius, aliam quæſtionem ſubnectam, quam in contingentia facti examinare fas fuit, eaque eſt: Nàm multis in locis vigent particularia ſtatuta, & conſuetudines, quòd non poſſit quis de bonis antiquis diſponere, niſi de certa parte, putà de medietate, vt in *Conſuetud. Neapolitana* incip. *Si aliquis, & in Conſuetud. Ciuitatis Surrenti*, de qua teſtatur *D. Præſes de Franch. deciſ. 295. in princ.* Alibi verò extant alia ſtatuta, vel conſuetudines, vt ſcilicet morienti ab inteſtato ſine liberis proximiores ex parte patris ſuccedãt in bonis paternis, proximiores verò ex parte matris ſuccedant in bonis maternis, & talis extat conſuetudo Neapolitanta in *Cõſuetud. Si quis, vel ſi qua*, & extat etiam conſimilis in Ciuitate Meſſanenſi, vt in *Statuto eiuſdem Ciuitatis* 10. de qua teſtatur *Marius Giurba deciſ Sicil. 11. in princ.*

240 Fuit quandòque propterea dubitatum, ſi pater fecerit teſtamẽtum, in quo inſtituerit filios pupillos impuberes hæredes vniuerſales, illiſque ſubſtituerit alium pupillariter, vtrùm dictis pupillis morientibus in pupillari ætate, quo caſu locus fieret ſubſtitutioni, debeat ſubſtitutus ſuccedere tantummodò in bonis paternis propriis ipſius patris, ſiuè in medietate bonorum paternorum, aùt maternorum, & in aliis bonis, ſiuè medietate conſanguinei ex parte patris in bonis paternis, & conſanguinei ex parte matris in bonis maternis, an verò debeant bona illa omnia peruenire in ſubſtitutum, tàm ſcilicet bona teſtatoris, quàm etiam bona illa, de quibus nõ poterat diſponere.

Queſtionem iſtã ex Noſtratibus priori loco diffiniuit *Neapod. in Cõſuetud. Si aliquis moriens in verbo medietate verſ. quæro ego nùmquid, & in Conſuet. Filiusfamilias in gloſ. in verbo poſſunt, & in Conſuetud. Si qua moriens in verbo tantùm*, vbi dixit, pupillariter ſubſtitutum non excludere venientes ab inteſtato, ſiuè proximiores venientes ex forma ſtatuti, aùt conſuetudinis, vt in caſu iſto.

Reſolutio tamen iſthęc *Neapodani* viſa fuit quandòque dubitabilis apud *Anton. de Alex.* rationibus, de quibus per *Affl. deciſ. 310. nu. 2.* qui proptereà propoſuit dubium iſtud Dominis de Sacro Conſilio, nõ in terminis cauſæ forenſis, ſed benè per modum quæſiti pro diffiniendo illud in genere, & refert *Affl. ibidem*, fuiſſe reſponſum per Dominos de Conſilio, & etiam per alios *Doctores*, quòd erat veriſſima opinio *Neapodan.* quòd ſcilicet ſubſtitutus non excluderet conſanguineos, ratione, de qua *ibidem nu. 3.* ſecundùm quam opinionem cenſuit etiam *D. de Franch.* in quadam cauſa, in qua de conſenſu Partium ſolus iudicauit, vt refert *ipſemet d. deciſ. 295. nu. 1.* & dicit, eiuſdem ſententiæ extitiſſe pariter *Capycium* tàm in *addit. ad Neapod. in d. Conſuetud.* quàm etiam in *deciſ. 210.*

Contrarium tamen, quòd ſcilicet ſubſtitutus pupillo excludat conſanguineũ, ſiuè proximiorem voluit *Bart. in conſ. 8. nu. 1. vol. 1.* de quo nullus ex relatis mẽtionem fecit, voluit etiam *Alphonſus Caribdi Paraphraſtes ad ſtat. Meſſan. ſuper d. ſtat. 10. q. 7. ac ſuper ſtat. 5. par. 1. q. 2.* fuitque de mente *Polydori Ripæ ſingul. obſeru. 51.* Et proindè cùm quæſtio iſthæc fuiſſet excitata in Sacro Regio Conſiſtorio Regni Siciliæ in quadam cauſa, præbuit ea magnam anſam dubitandi Dominis de illo Sacro Conſiſtorio, qui proindè ex profeſſo eam diſputauerunt, vt obſeruari poterit apud *Giurbam d. deciſ. 11. per totam*, vbi tandem *in fine* ſubdit, fuiſſe per Sacrum illud Cõſiſtorium iudicatum contra ſubſtitutum fauore cõſanguineorum, iuxtà theoricam *Neapod. Affl. D. de Franch.* & cæterorum. Et quia *Giurba loco cit. per totam deciſ.* diſputat ad partes articulum iſtum, afferendo iura, & rationes pro vtraque parte, & ad contraria reſpondendo, ſuperuacaneum idcircò mihi viſum fuit illius fundamẽta pro vtraque parte ſigillatim referre, cùm ea cupidus Lector ab ipſo abundè excipere poſſit, ſed illud tantùm dicam, quod ſentio in hac diſſentione.

M Sta-

Digitized by Google

Statuo igitur, *Doctores* nimiùm cespitaſſe in hoc, circà terminos differentium quæſtionum, quæ poſſent in hoc articulo proponi, quæ ſicuti poſſunt retinere diuerſa capita, ſic pariter diuerſas poſ-
241 ſunt parturire deciſiones. Et proindè arbitror, nodum iſtum extricari poſſe tali adhibita diſtinctione. Quòd aùt ſtatutum reſpicit res, & ſic defectum ex parte rei, aùt verò ex parte perſonæ.

Priori caſu ſi ſtatutum reſpicit defectum ex parte rei: putà quia inhiberet, nè quis poſſet diſponere de certis bonis, vel de aliqua portione bonorum, prout in caſu *Conſuetudinis Neapolitanæ* incip. *Si aliquis*, & in caſu *Conſuetudinis Ciuitatis Surrenti*, quæ volunt, quòd non poſſit quis diſponere de bonis antiquis, niſi de medietate, & tùnc quia prohibitio reſpicit bona, quæ vigore ſtatuti ſunt affecta tali onere, & ſubiecta prohibitionis diſpoſitioni: ità vt non poſſint in alium transferri, niſi in perſonam in ſtatuto expreſſam, vtiquè in tali caſu ſubſtitutus, licèt pupillariter, excludetur à proximioribus, qui aliàs ſuccedere deberent, ſi non reperiretur facta ſubſtitutio illa.

Probat hoc in terminis *Hermogenianus in l. ſi is, qui ex bonis* 6. in ordine *ff. de vulg. & pupill.* vbi cauit, quòd licèt is, qui
242 ſolidum capere non poterat ex bonis teſtatoris, ſolidum tamen capiet, ſi ab eo ſubſtitutus fuerit impuberi filio eius, ea ratione, quia ſolidum illud non à teſtatore, ſed benè ex ea cauſa capiet, quaſi à pupillo capiat: attamen de mente *Iuliani Hermogenianusmet*, declarandum id putat, vt de bonis, quæ teſtatoris fuerunt, non plùs capere poſſit, quàm per legem ei liceat, & ità interpretatur etiã *legem* illam *gloſ. ibi in verbo amplius*, cæterique poſt *eam*. Vndè cùm ſubſtitutus pupillo non poſſit capere de bonis teſtatoris, niſi quãtum ei per legem liceat, dùm lege, ſiuè ſtatuto prohibetur, poſſe teſtatorem diſponere de aliqua parte, vel genere bonorum, vtiquè non poterit ſubſtitutus ille de illis prohibitis capere, aliàs ſi capere poſſet vltrà id, quod per legem ei liceret, caperet contrà legis diſpoſitionem, & repugnaret diſpoſitio *text. d. l. ſi is, qui ex bonis*.

Fauet alius *tex. in cap.* 1. *de ſucceſſione feudi*, ibi, *nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel ualente*, per quem *tex. Alex. conſ.* 55. *vol.* 1. quem ſecutus eſt *Cacheran. deciſ.* 20. *nu.* 6. *in fine*, & *nu.* 7.
243 dicit, quòd ſi ſtatutum dictauerit, vt mulier decedens ſine liberis, & aſcendentibus teneatur relinquere partem dotis fratri, non poterit alienare dotem in præiudicium dicti fratris. Et clariùs in *conſ.* 150. *nu.* 1. dicit, pro indubitabili id eſſe, non poſſe ſcilicet dictam mulierem, ſtante ſtatuto prædicto deferente tertiã partem dotis proximioribus, in ipſorum proximiorum præiudicium inter viuos, vel in vltima voluntate dictam tertiam partem alienare: cùm eam habeat beneficio legis, vel ſtatuti, quo caſu non valet diſpoſitio, argum. *d. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. in vſib. feud.* cui côuenire etiam videtur *tex. in l. ei, qui ff. de interd. & releg.* in quo probatur, quòd ea, quæ alicui debentur à Ciuitate, à genere, vel à natura, debet ei incolumia, & ſalua remanere, quod fuit etiam de mente *Theſ. dec.* 34. *num.* 1. & 2. vbi ſic deciſum refert, & concordantes adducit, & hoc nullam videtur poſſe admitterè difficultatem, aùt repugnantiam.

244 Non me latet tamen, aduersùs iſthęc opponere *Bartolum*, & alios poſt eum, quòd & ſi pater non poſſit per fideicommiſſum grauare filium in legitima *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtam.* nec facere aliquam ſubſtitutionem, quæ ſit onus, ea ratione, quia in hoc reputatur vti æs alienum, tamen pupillariter ſub-
245 ſtituendo rectè poterit illum in legitima, & aliis bonis propriis grauare *l. ſi Titio* §. *fin. vbi Bart. Caſtrenſ. Iaſ. & cæteri ff. de leg.* 1. *l. ſi fundum* §. *ſicuti, vbi DD. ff. eod. tit. de legat.* 1. *gloſ. & Bart. in l. ex tribus C. de inoff. teſtam.* intelligendo tamen ſi filius impubes decedat: nàm ſi
246 fieret pubes, iniunctum onus euaneſcit, & conſequenter expirat pupillaris *l. in pupillari ff. de vulg. & pupill.* §. *qua ratione Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Et proindè cùm ſubſtitutio pupillaris in vniuerſum deferat hæreditatem, ſubſtitutus ſuccedet in omnibus bonis pupilli, ſiuè à teſtatore

Digitized by Google

ſtatore habitis, ſiuè ab alijs vndècumque quæſitis.

Addit inſtantiam *Bar. d. conſ.* 8. *nu.* 1. & poſt *eum*, tacito tamen *Bartoli* nomine *Affl. d. deciſ.* 310. quia clarum eſt, cō-
247 petere matri legitimam in bonis filij, vt probat *Auth. presbyteros C. de Epiſc. & cler. & in corpore unde ſumitur*, & ta-
248 men per ſubſtitutionem pupillarem factam filio excluditur mater à legitima. Vndè ſicuti pupillaris ſubſtitutio, ſiuè expreſſa, ſiuè contenta ſub compendioſa excludit matrem à legitima etiam in bonis propriis ipſius pupilli, ità pariter debet excludere proximiores à bonis illis, de quibus cauetur, non poſſe diſponere.

Occurrit *Affl.* ad oppoſitionem iſtam, conſtituendo differentiam inter legitimam, ſiuè portionem illam debitam proximioribus, & legitimam debitam matri in bonis filii, & dicit, alio iure deberi vnam, alio verò iure aliam, & quòd portio illa debetur proximioribus per ſucceſſionem vigore ſtatuti, ſiuè conſuetudinis, quę magis eſt debita eis, quàm legitima matri in bonis filii, qua poteſt priuari per pupillarem ſubſtitutionem.

Verùm hæc *Afflicti* replicatio non tollit obiectum: Nàm quòd debeantur diuerſo iure portio agnatis, ſiuè proximioribus, ac legitima matri, rectè quidē, quia legitima debetur matri de iure naturæ ex diſpoſitione iuris communis, portio autem illa debetur proximioribus vigore ſtatuti, ſeù conſuetudinis. Quòd autem modò, quia diuerſo iure debetur, diuerſam proindè pariat quæque diſpoſitionem, non eſt bona ſequela, nec tollitur propterea obiectum, ſicuti non tollitur pariter ex aliis reſponſionibus, quę ad id accomodātur per *Giurbam loco cit. num.* 23. 24. & 25. Sed ratio diuerſitatis ex alio deſumitur, nempè ex expreſſa iuris diſpoſitione, quia ſcilicet in vno lex aſſiſtit, in alio verò reſiſtit. Reſiſtit enim lex, vt ſuprà diximus, quòd ſubſtitutus pupillariter poſſit capere bona vigore ſubſtitutionis, plùſquàm per legem ei liceat, vt in relatis *l. ſi is, qui ex bonis c.* 1. *de ſucceſſ. feud. & l. ei, qui ff. de interd. & releg.* & proindè cùm vigore prohibitionis per ſtatutum dicātur portio illa, & bona affecta, ita vt non valeat de illis teſtator diſponere, non poterit ſubſtitutus capere ea bona, quæ ſibi interdicuntur ex ſtatuti diſpoſitione. Aſſiſtit autem, quòd per pupillarem ſubſtitutionem, ſiuè expreſſam, ſiuè contentam in compendioſa tempore pupillaris ætatis excludatur mater à legitima per *tex. in l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoff. teſtam. in l. precibus C. de impuber. & al. ſubſtit. & in c. ſi pater extrà de teſtam.* per quos ſic concludunt *Doctores* omnes in *l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. & in d. l. precibus*, vt obſeruari præcęteris poterit apud *Craſſum de ſucceſſ. ab inteſt. §. ſubſtitutio q.* 30. *nu.* 2. Quia igitur in vno reſiſtit lex, in alio verò aſſiſtit, non eſt de quo controuerſiam inſtituere pro ratione diuerſitatis, ſed ſufficiet, ſic lege caueri in vtroque caſu.

Secundo verò caſu, quando ſtatutum reſpiceret perſonas: putà quia dictaret, quòd morienti ab inteſtato proximiores ſuccedant, vt in *Conſuetud. Neapolitana* incip. *Si quis, vel Si qua* dictante, quòd morienti ab inteſtato ſine liberis legitimis, & naturalibus proximiores ex parte patris ſuccedāt in bonis paternis, & proximiores ex parte matris ſuccedant in bonis maternis, ac in terminis Statuti Tudertini, de quo teſtatur *Bartolus d. conſ.* 8. *num.* 1. per quod cauetur, quòd filio decedente ab inteſtato debeat mater habere octauam partem bonorum, & tunc quia diſpoſitio reſpicit actum teſtandi, & ſic reſpicit actum perſonæ decedentis, ſi ſcilicet teſtata, vel inteſtata deceſſerit, in tali caſu iure reſpondendum erit cum *Bart. d. conſil.* 8. *num.* 1. ſubſtitutum, ſcilicet, excludere proximiores, & vigebunt in hoc iura, & rationes adducta per *Doctores*, præſertim per *Giurbam d. deciſ.* 11. *à num.* 1. *vſque ad num.* 10. quia, vt inquit *Bart.*
249 *loco cit.* dùm pater ſubſtituit filio pupillariter, filius ille decedendo non di-
250 citur decedere inteſtatus, ſed benè teſtatus, ex eo, quia puillaris ſubſtitutio eſt teſtamentum filii *l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de*

*inoff.teſtam.* & proindè cùm ſit teſtamẽtum filii, dicitur infans per talem ſubſtitutionem decedere teſtatus §. *ſi igitur Inſtit. de pupill. ſubſtit. & d. §. ſed neque impuberis*, quàmuis tamen reſpectu ordinis teſtamentum illud ſit patris *l. patris, & filii, l. ſed & ſi plures §. ad ſubſtitutum ff. de vulg. & pupill.* Cùm ergo ſtatutum vocans ad bona illa conſanguineos loquatur ab inteſtato, non debet extendi ad cauſam teſtati, ſecundùm *Bald. in l. quicumquè C. de ſeru. fugit. & in l. pater filium ff. de inoffic. teſtam.* cum reliquis congeſtis per *Giurbam loco cit. nu.* 5. Ra-
251 tio eſt, quia quando locus eſt teſtamẽto, ceſſat cauſa inteſtati *l. quamdiù* cum concordantibus *ff. de acquir. hæred.* Hinc *Decianus conſ. 6. vol. 6. nu. 1. conſ. 49. nu. 8. vol. 4. & conſ. 2. n. 128. vol. 5.* dixit, quòd teſtati, & inteſtati materia non modò dicitur diuerſa, ſed contraria. Et hoc nõ tantùm ſi ſtatutum loquatur per aduerbium *ab inteſtato*, quàm ſi vtatur participio, *inteſtatus*, cùm diſtinctionem illam verbalem tantùm, non autem differentialem arbitrati ſint *Natta in addit. ad conſ. Alex. 115. vol. 2. Gabriel. tit. de ſtat. concluſ. 1. nu. 1. ac Polydor Ripa d. obſeru. 51. nu. 1.*

Et licèt aduersùs prædicta inuehat *Giurba loco cit. nu. 18. & 19.* dicens, pupillarem ſubſtitutionem eſſe teſtamentum pupilli, & per eam pupillum dici teſtatum, hoc eſſe impropriè, & fictè, non autem verè, & ponderat ad id *tex. in §. qua ratione in verbo tamquàm Inſtit. de pupill. ſubſtit.* quæ dictio, *tamquàm*, eſt nota improprietatis, in tãtùm quòd ſubſtitutio illa pupillaris dicetur teſtamentum pupilli, inſpecta tantùm iuris diſpoſitione, non autem quòd naturaliter ità ſit, & proindè cùm ſtatuti verba verè, & propriè ſint accipienda, ac in ſenſu naturali, non autem in impropria ſignificatione, non valet argumentatio de vno
252 caſu ad alium. Nàm allucinatur *Giurba* (pace eius dictum velim) cùm teſtamentum illud, quod fit impuberibus à patre per ſubſtitutionem pupillarem, dicatur verè teſtamentum filij, licèt non tamen conditum per filium, vt patet in allegata *l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill.* ibi, *moribus introductum eſt, vt quis liberis impuberibus teſtamentum facere poſſit, &c. & in d. l. Papinianus §. ſed nec impuberis*, filij teſtamentum appellat *Iureconſultus*, ergò verè teſtamentum, non autem impropriè.

Et quàmuis in *d. §. qua ratione verſ. igitur Inſtit. de vulg. & pupill.* ſuper quo
253 vim conſtituit *Giurba loco cit.* legatur, *tamquàm ſi ipſe filius, &c.* aduertendum tamen eſt, dictionem illam, *tamquàm*, in eo *tex.* non eſſe notam improprietatis, vt cenſebat *Giurba*, ſed benè veritatis expreſſiuam, vt in ſimili in *l. 1.* ibi, *tamquàm adulationem C. de hæred. inſtit. in l. ſæpè ff. de verb. ſignif. in l. item Mela §. ſi plures ff. ad leg. Aquil. & in l. ſi familiæ ff. de iuriſdict. omn. iud.* & tantùm ſonat dictio illa, *tamquàm*, quantùm ſi diceret, *ac ſi*; vt patet ad ſenſum, cuius quidẽ dictionis,
254 *ac ſi*, natura eſt facere relatum cum omnibus qualitatibus, & cõditionibus, vt patet in *l. ſi finita §. ſi quis metu ff. de damn. inf.* Itèm nos non quærimus, ſi teſtamentum illud ſit conditum à patre, vel à filio: nàm nulli dubium, quòd à patre conditum ſit, ſed benè illud in controuerſiam ducimus, ſi teſtamentum illud, licèt non conditum à filio, ſit verè teſtamentum filij, & hoc explicant iuris loca ſupracitata, dici teſtamentum filij, ac ſi ipſe filius illud condidiſſet.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fructuum diuiſio qualiter fiat inter maritum, & vxorem, aùt eorum hæredes ſoluto matrimonio, aùt morte, aùt diuortio.*

2 *Dos datur pro oneribus matrimonij.*

3 *Fructus veniunt in diuiſione in fundo dotali, quando inæſtimatus fuerit datus fundus, ſecùs verò ſi æſtimatus.*

*Venient etiam quando adhùc ſi æſtimatus datus fuerit, fuerit tamen dictum, vt reſtituatur fundus ipſe æſtimatus, nu. 4.*

*Quid in caſu, quando fuiſſet datus æſtimatus fundus, verùm fuiſſet data electio, an vellet reſtituere illum, vel pretium, vtrùm ſcilicet veniant fructus in diuiſione ſoluto matrimonio, nu. 5.*

6 *Fructus omnes pertinent ad maritum, vel hære-*

Digitized by Google

*hæredes eius, ſi fuerit matrimonium ſolutum tempore recollectionis fructuum.*

*Intelligas tamen, quando per integrum annum conſliterit matrimonium, nàm aliàs pro rata temporis erunt diuidendi, quo maritus in matrimonio fuit, nu.7.*

8 *Fructuum diuiſio qualiter facienda, quãdo pluribus annis ſtetiſſet matrimoniũ, verùm vltimo anno nondùm finito fuiſſet illud diremptum.*

9 *Anni computatio qualiter fiat in materia diuiſionis fructuum inter coniuges.*

*Quid quando non conſtat de initio anni propter diuturnitatem temporis, à quo ſcilicèt die ſit illud ſumendum, num.10.*

11 *Fructuum in diuiſione inter coniuges nedùm habenda eſt ratio de tempore matrimonij, ac ſubſtentationis onerũ, verùm eſt attendendus etiam dies, in quo fuerit traditus fundus in dotem: nàm à die traditionis incipit fundus eſſe dotalis, non verò à die matrimonij contracti.*

12 *Fructus ad hoc vt lucretur maritus, ac in diuiſionem veniant plura requiruntur copulatiuè.*

13 *Fructuum in computatione ſunt in primis impenſæ deducendæ.*

*Et nedùm impenſæ veniunt deducendæ, verùm etiam onera, nu.14.*

*Quæ autem expenſæ, & an omnes ſint deducendæ, nu.15.*

16 *Fructus lucrabitur maritus, ac uenient in diuiſione etiam rei alienæ, quam ſciens dedit mulier in dotem, maritoque tradiderit.*

17 L. diuortio ff. ſol. matrim. *facti ſpecies proponitur.*

18 *Fructus dotis vt maritus lucretur, qui onera ſuffert matrimonij, æquum eſt, æquitaſque maxima ſuggerit.*

19 L. diuortio ff. ſol. matr. *calculus per* gloſ. *poſitus recenſetur.*

*Ille tamen quamuis communiter ab Antiquis approbatus, de iniquitate nihilominùs notatur à Modernis, & reijcitur, nu.20.*

21 L. diuortio ff. ſol. matrim. *calculum diuerſimodè quàmplures* DD. *effinxerunt.*

22 L. diuortio ff. ſol. matrim. *intellectus ſecundùm* Authorem *vſquè ad num.30.*

23 L. diuortio ff. ſol. matrim. *verba an ſint* Papiniani, *an verò* Vlpiani *in dubium refricari poteſt.*

*Eiuſdem* L. *verbum*, confundi, *qualiter exponatur ſecundùm* Authorem, *nu.24.*

25 *Erubeſcimus cùm ſine lege loquimur.*

26 L. diuortio ff. ſol. matrim. *verum intellectum ſolus* Duarenus *aſſecutus eſt, qui Geometrica proportione illius calculum fore faciendum ſtatuit.*

27 *Geometrica proportio quid ſignificet, & ad quod dirigatur, ac ad quod Arithmetica.*

28 *Geometricæ proportionis in iure quoquè probatæ, & in eodem illius exempla.*

29 Turamini *Authoris præceptoris laudes circà ſupputationem* l. diuortio ff. ſol. matrim. *Geometrica proportione, non verò Arithmetica faciendam.*

30 Iacobi de Arena, *& aliorum lapſus dictium, quòd ſi mulier nupſerit Kalendis Octobris, & deindè in fine Septembris ſequentis anni coactis vindemijs diuerterit, lucretur maritus vtramquè vindemiam, nihilo vxori dimiſſo.*

31 *Anni naturalis, an verò accidentalis curſus ſit ſeruandus in fructuum perceptione circà illorum diuiſionem.*

32 *Maritus an lucretur pro rata vindemiã, in qua tardiùs vuæ fiunt, ſi diuerterit mulier illis non collectis, an verò integræ illæ ad vxorem ſpectent, quæ diuortio facto collegit.*

*Et quid in caſu, quo præcepta penſione anticipatim fundum locaſſet, poſtmodùmquè nupſiſſet, an maritus poſſit ad ratam temporis accipere de penſione ſequentis anni, nu.33.*

*Rursùs, quid ſi fundus locatus non fuiſſet, poſtmodùm verò non locato fundo fuerit matrimonium diſſolutum, vtrùm retinebit ratam ex vindemijs per ipſum perceptis, nu.34.*

35 *Fructuum in diuiſione ſemper attendendum eſt tempus, in quo fructus naturales ferri ſolent.*

*Qualiter computetur annus circà fructus, qui aùt bis in anno, aùt ſingulis duobus, uel tribùs, vel quinque annis producuntur, ibidem.*

36 *Fructus rerum mobilium in dotem datorum an maritus faciat ſuos infrà annum*

Digitized by Google

*annum ſibi indultum ad reſtituendas res mobiles in dotem datas.*

37 *Maritus, aùt hæredes eius tenentur ad uſuras rei mobilis in dotem datæ infrà annum indultum ad illam reſtituendam ſoluto matrimonio.*

38 *Mulier recipiens alimenta infrà annum datum marito, aùt hæredibus ad reſtituendas res mobiles dotales non poteſt petere uſuras dictorum bonorum mobilium, ſi alimenta non excedant illarum uſuras.*

39 *Dotalia bona immobilia ſtatim ſunt reſtituenda uxori, uel hæredibus ipsius ſoluto matrimonio.*

*Mobilia uerò infrà annum à die ſoluti matrimonii, nu. 40.*

41 *Dotalium bonorum reſtitutio morari non poteſt ſoluto matrimonio, prætextu quòd maritus, aùt hæredes eius habeant ratam fructuum in illis.*

42 *Cautio præſtari debet per uxorem, aùt hæredes eius marito, uel eius hæredibus pro fructuum rata sibi contingente in bonis dotalibus.*

*Cautio iſthæc quid continere debeat, nu. 43.*

*An sit præſtanda cum fideiuſſoribus, uel ſufficiat cautio iuratoria ipsius mulieris ſolius, nu. 44.*

45 *Mulier poteſt habere bona triplicis generis, & ſic dotalia, extradotalia, & paraphrenalia.*

46 *Fructus bonorum paraphrenalium ad quẽ ſpectent, & qualiter veniant in diuiſione inter coniuges, aùt hæredes ipſorum.*

47 *Fructus bonorum extràdotalium an pertineant ad maritum, an verò ad vxorem, & in quibus caſibus.*

48 *Dotalium bonorum maritus non tantùm fructus conſequitur, verùm etiam fit illorum adminiſtrator, & Dominus.*

*Adeò vt pro illis agere poſſit, & comparere in iudicio abſque mandato vxoris, nu. 49.*

*Poteſt inſuper in illis facere omnia, quæ mandatum ſpeciale requirunt, tametſi illud non habeat, nu. 50.*

51 *Dotalium bonorum commodum omne, atque incommodum, ſiuè periculum, aùt deterioratio, vel peremptio ad maritum pertinet, quando æſtimata fuerint data.*

52 *Dotalia bona æſtimata marito data non dicuntur ampliùs dotalia, ſed dicitur dos conſtituta in pretio ipſorum.*

53 *Dotalium bonorum dominium tranſit in virum cum omnibus ſuis oneribus, & obligationibus.*

54 *Dotalium bonorum dominium non fit abſolutum viri, ſed ciuile propter rei fructûs.*

55 *Dotalium bonorum dominium, æſtimatorum marito datorum vendicare poterit mulier in ſubſidium.*

*Et hoc etiam conſtante matrimonio in caſibus de iure permiſſis, nu. 56.*

57 *Dotalia bona æſtimata data poteſt maritus alteri vendere.*

58 *Dotalia bona inæſtimata marito tradita non poterit maritus alienare abſque decreto.*

59 *Dotales res conſtante matrimonio non poteſt mulier aùt alienare, aùt alteri donare in præiudicium mariti.*

*Quinimò nec vendicare ab ipſo marito, nu. 60.*

61 *Dotalia bona non poſſunt exequi pro debito vxoris conſtante matrimonio, neque pro expenſis litis, ad quas ipſa mulier fuit condemnata, num. 62.*

*Intelligas tamen, quando fuit condemnata in actione perſonali, nàm ſecùs ſi in hypothecaria, nu. 63.*

*Intelligas rursùs quòad debita contracta poſt matrimonium, ſecùs uerò pro debito contracto antequàm mulier nuberet, nu. 64.*

*Succurritur tamen creditori per cautionem præſtandam ab ipſa vxore de ſoluendo ſoluto matrimonio, nu. 65.*

66 *Dotales res poterunt publicari conſtante matrimonio propter delictum uxoris in illis quinque caſibus, de quibus in* l. quinque legibus ff. de bonis damnat.

67 *Dotales res non poſſunt exequi ad inſtantiam creditorum mariti, quando maritus fuerit condemnatus in actione perſonali.*

*Intelligas tamen quòad bona inæſtimatè data, ſecùs quòad æſtimata, quæ tranſeunt in dominium mariti, & dos dicitur conſtituta in pretio, nu. 68.*

69 *Fructus rei dotalis exequi poſſunt ad in-*

*ſtantiam*

Digitized by Google

ſtantiam creditorum mariti, conſtante adhùc matrimonio.

70 Vxor non poteſt ſe obligare inſimul cum marito, nec ſi ſe obligabit tenebit ſua obligatio.

Nàm ſe obligando remanet ipſo iure illæſa, & obligatio remanet nulla, nu. 71.

Fallit in caſu, quando ipſa vxor ſe obligaret principaliter, maritus verò fideiuberet, nu. 72.

73 Vxor vendens rem obligatam pro dote inſimul cum marito, & confitens ſe recepiſſe pretium, non nocebit talis confeſſio ipſi vxori in repetitione dotis ſoluto matrimonio morte viri, niſi doceatur, fuiſſe pretium illud verſum in utilitatem vxoris.

Vel niſi confeſſio illa manaret coràm Iudice in forma iudicij, nu. 74.

75 Dotem ſolus maritus exigere poteſt, tametſi ipſi, & vxori inſimul promiſſa fuerit.

76 Debitor dotalis poteſt ſoluere marito, etiã quòd ipſe maritus non ſit ſoluendo; & ſoluendo liberatur.

77 Vxor an ſoluto matrimonio poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem bonorum immobilium in dotem datorum.

78 Fructus Caſtri in dotem dati conſtante matrimonio, ſpectant ad maritum, non autem ad vxorem.

79 Dos, & donatio propter nuptias conſtante matrimonio poteſt de nouo augeri, & conſtitui, ac de nouo etiam ſuper illis pacta apponi, & prorogari.

Quinimò etiam minui, dummodò diminutio non fieret in fraudem filiorum primi matrimonij, nu. 80.

81 Dotis in augmentum an intelligantur data etiam bona, quorum adminiſtratio permiſſa eſt marito ab vxore, quando fuit conſtituta certa dos.

82 Maritus an poſſit ſolus facere retrouenditionem cenſus dotalis, ſibi in dotem dati in beneficium debitoris reementis, examinatur articulus.

83 Authoris opinio circà diffinitionem articuli, an maritus poſſit ſolus facere retrouenditionem cenſus in dotem ſibi dati, & ſi liberet debitorem reementem.

84 Reditus annuus an cõputetur inter res mobiles, an verò immobiles, vel conſtituat tertium genus ipſarum.

85 Vxoris fauore cautela ad hoc nè maritus retrouendat cenſus dotales datos in dotem, & ipſa reddatur immunis pro retrouenditione fortè facienda.

86 Dotis in præiudicium mulier paciſci non poteſt.

87 Dotalium bonorum tunc maritus efficitur Dominus, & adminiſtrator, quando ea expreſſim fuerint data in dotem, ſecùs verò ſi fuerit cõtractum matrimonium abſque dote, & ſic nulla dote conſtituta, quoniam tunc erit matrimonium ſine dote.

88 In dotẽ nõ cẽſetur dediſſe in dubio bona ſua mulier habens amplum patrimonium.

Vndè poterit de illis ad ſui libitum mulier diſponere, ità ut maritus nèquidem faciat illorum fructus ſuos, nu. 89.

Item de illis, nèquidem ad ratam dotis congruæ promiſſa bona videntur, nu. 90.

91 Dotem non cenſetur conſtituiſſe ſponſa ex eo, quòd promiſerit contrahere matrimonium cum ſponſo.

92 Dotem non præſumitur vxor conſtituiſſe, nec eius nomine dediſſe bona, quæ permiſerit à marito adminiſtrari, qui effectualiter per multos annos adminiſtraſſet.

Eò fortiùs, quando certam ſummam in dotem marito dediſſet, non obſtante quòd deſuper fuiſſet initum inſtrumentum, in quo mulier dixerit, reſiduum bonorum dediſſe pro ſupplenda dote ad habendum, tenendum, &c. nu. 93.

Etiam in caſu coniecturarum, de quibus apùd Corn. conſ. 287. n. 6. lib. 1. n. 94.

95 Dotem eandem ſecundo marito vxor dediſſe præſumitur, quam primo tradidit, ſi nulla fuerit expreſſa dos ſecundò nubendo.

Et proindè lucrabitur ex ea partem ſibi debitam vigore ſtatuti, aut conſuetudinis, nu. 96.

Etiam in caſu, quo extiterint filij ex primo matrimonio, quibus non obſtantibus cenſebitur conſtituta dos illa, quæ in primo matrimonio conſtituta fuerat, nu. 97.

Benè verum non lucrabitur ex illa maritus magis, quàm vnus liberorum primi matrimonij, nu. 98.

Niſi

Digitized by Google

Niſi mulier habuerit plures viros, quibus diuerſas dotes dediſſet, quo caſu attenditur dos data vltimo præmortuo marito, num. 99.

Procedit adeò principalis diſpoſitio, vt neq; cenſeatur dediſſe bona illa, quæ ſibi obuenerunt inter primum, & ſecundum matrimonium, num. 100.

101 Mulier præſumitur dediſſe in dotem omnia ſua bona marito, quando adeſſet ſtatutum, aùt ſanctio particularis in loco, vt tradidiſſe cenſeatur.

Ac etiam quando adeſſet conſuetudo de hoc in loco, quòd ſ. cenſeatur dediſſe in dotem omnia bona ſua, num. 102.

103 Vxor cenſetur in dubio dediſſe bona ſua in dotem, quando bona illa fuerint ſibi relicta ex cauſa dotis in teſtamento, vel alia diſpoſitione.

Item quando ipſa vxor eſſet longè inferioris conditionis à viro, num. 104.

Rursùs quando formi patientia ipſa vxor permiſiſſet marito poſſidere bona, vti in dotem tradita. Et in quo conſiſtat iſta formis patientia, num. 105.

Niſi tamen in caſu, quo mulier non poteſt ſe obligare abſq; præſentia proximiorũ, num. 106. vel niſi mulier eſſet minor, num. 107.

108 Vxor cenſetur in dotem dediſſe bona ſua, quando inſimùl cum marito illa adminiſtraſſet, permiſiſſetque, vt ea deducerentur ab ipſa in Cataſtro, & apponerentur in eo nomine mariti?

Item quando mulier pluries affirmaſſet extrà iudicium, ſe dediſſe in dotem bona ſua marito, num. 109.

Ac etiam in caſu, quo ex parte mulieris vera traditio interceſſiſſet, num. 110.

Rursùsq; accedentibus coniecturis reſultãtibus ex verbis ipſius mulieris, num. 111.

112 Maritus non fit Dominus rerum ſibi traditarum ab vxore in ſubſtẽtationẽ filiæ, eò quòd non cenſentur in tali caſu conceſſa in dotem.

113 Mulier minor non poteſt conſtituere dotem marito ſine Iudicis decreto.

Dato adhùc quòd efficeretur maior, ac pateretur, maritũ bona ſua adminiſtrare, num. 114.

Niſi tamen ſi effecta maior non contradixerit infra quinquennium, num. 115.

Et circà res mobiles, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ ſicuti alienari poterũt à minore ſine decreto, ità pariter in dotem dari, num. 116.

117 Mulier in dubio non cenſetur dediſſe in augmentum dotis marito bona, quæ ipſum adminiſtrare permiſit, dùm dotem certam conſtituit.

118 Maritus non fit Dominus dotis in caſu nullitatis matrimonij, ſed tenetur bona illa reſtituere vnà cum fructibus.

119 Dos licèt conſtitui poſſit ex ſola promiſſione, prædium tamen non dicetur dotale ex dicta ſola promiſſione, niſi tradatur marito.

120 Fructus rei dotalis non lucratur maritus antè traditionem rei in dotem datæ, cùm non ſufficiat ad id ſola promiſſio, ac conſtitutio dotis.

121 Dotis lucra an maritus lucretur ex ſola conſtitutione dotis, nõ adhùc ſequuta traditione.

Quid in caſu, quo ſtatutum mentionem faceret de dote data, vt ſ. lucretur dotem datam, num. 122.

123 Dos promiſſa an importet idem, quod dos data ſecundùm communem vſum, ac modum loquendi.

124 Antephatum non debetur pro dote non ſoluta.

Niſi in caſu, quo per maritũ ſtetiſſet, quòminùs exigiſſet dotem, num. 125.

Vel ſi non ſolutio proceſſiſſet ex dilatione data per ipſum maritum, & pendente ſolutione matrimonium fuerit diſſolutum, nàm eius culpa non debet nocere vxori, num. 126.

Dummodò non potuiſſet marito imputari mora ſoluendi, ex quo promiſſores verè fuiſſent in mora, num. 127.

128 Antephatum debetur pro dote non ſoluta in caſu, quo maritus fuerit confeſſus dotem recepiſſe, & conſtituiſſet antephatum, & poſtmodùm feciſſet inſtrumentum mutui de illa.

129 Dotis lucrum, ac donationem propter nuptias debita marito ex pacto, aùt ſtatuto, aùt conſuetudine lucratur ipſe maritus, nõ obſtante quòd non fuerint ſolutæ dotes.

130 Antephati vſuræ, ſiuè intereſſe debentur,

Digitized by Google

*tur, ſi mora interceſſerit in ſoluendo.*
131 *Antephati intereſſe in caſu permiſſo liquidatur ad rationem quinq; pro centenario.*
132 *Antephati medietas debetur à ſponſo ſponſæ ratione ſolius oſculi traditi, tametſi cognitio non interceſſerit.*
133 *Antephatum, ac omne aliud quodcũq; lucrum nuptiale lucratur mulier quòad vſumfructum tantùm extantibus filijs, ipſis verò non extantibus, quòad vſumfructum, & proprietatem.*
134 *Antephati ſucceſſio competit filijs vti filijs, non verò requiritur etiam qualitas hæreditaria, & ſic vt ſint filij, & hæredes.*
*Vtrùm procedat id, non tãtùm de iure communi, verùm etiam de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, num.* 135.
*Et quid ſi fuerit cõtractum matrimonium more Magnatum, ac Procerum eiuſdẽ Ciuitatis, & Regni, num.* 136.
Authoris *diſtinctio circà reſolutionẽ præſentis quæſtionis, num.* 137.
138 *Donatio non valet inter maritum, & vxorem.*
*Etiam ſi vxor donaſſet filijs, vel filiabus mariti ex alia vxore, num.* 139.
*Rursùs etiam quòad augmentum dotis factum à marito conſtante matrimonio ſponſæ deſponſata de præſenti, num.* 140.
141 *Dotis confeſſio facta per virum de dote recepta, quam re vera non recepit, an teneat, & ſic an cadat ſub prohibitione, ſicuti de donatione inter virũ, & vxorem.*
142 *Donatio facta ſponſo à ſponſa deſponſata de præſenti prohibetur.*
*Et nedùm quòad ſponſam de præſenti, verùm etiam in ſponſa de futuro, ſi donatio differatur in tempus contracti matrimonij, num.* 143.
144 *Donatio intelligitur inter coniuges etiã ſi alter ex ipſis confiteretur in alio contractu, & conſequenter etiam prohibita.*
*Etiam ſi talis donatio fieret per interpoſitã perſonam, num.* 145.
*Comprehendit talis prohibitio etiam retrò donationem factã ab vxore in beneficium filiorum, & in eorum defectum in beneficium viri de bonis eidem vxori donatis ab ipſo viro in augmentum dotis, num.* 146.
*Etiam ſi coniuges diù ſeparatim inter ſe habitauerint, num.* 147.
*An procedat iſtud etiam in alijs contractibus, quippè venditione, permutatione, & ſimilibus, num.* 148. *& num.* 174. *&* 175.
149 *Donatio inter virum, & vxorem valet quando eſt reciproca donatio.*
*Item quando intercedit in ea iuramentum, num.* 150.
*Dummodò non fuerit obtenta abſolutio, ſiuè habilitatio à iuramento, num.* 151.
*Quæ abſolutio procedit quòad finem agendi, & excipiendi tantùm, non autem vt reddat totaliter nullam donationem, num.* 152.
*Ac niſi ad importunitatem, & continuam petitionem fuerit facta, num.* 153.
*Ac niſi etiam iuramentum fuerit interpoſitum in contractu ſimulato, ac donatione ſimulata, num.* 154.
*Ac tandem niſi præmoriatur donatarius, num.* 155.
156 *Donatio inter maritum, & vxorem licèt à principio non valeat, confirmatur tamen morte donantis.*
*Vndè non dicetur penitùs nulla, & inualida, ſed benè talis, vt poſſit ad libitum reuocari, num.* 157.
*Et reuocatio fieri poterit, nedùm expreſsè, verùm etiam tacitè, num.* 158.
159 *Donatio inter virum, & vxorem confirmatur morte, dummodò traditio interceſſerit.*
*Confirmatur etiam per mortem ciuilem ipſius donantis, num.* 160.
*Retrotrahitur ad tempus conſcripta donationis per mortem, quàmuis eo interim fuiſſet in ſuſpenſo, num.* 161.
162 *Donatio inter virum, & vxorem affectu maritali facta an dicatur confirmata ſequuta morte, & publicatione bonorum, & an Fiſcus teneatur illam ſeruare.*
163 *Donatio inter coniuges valet quando eſt remuneratoria.*
*Itèm quando facta eſt cauſa mortis, n.* 164.
*Rursùs, quãdo fieret in recompenſationem, num.* 165.



Digitized by Google

Item quando fieret à marito ſene, vel ignobili vxori iuueni, & nobili, num. 166.

Adeò vt non amittatur per tranſitum vxoris donatariæ ad ſecunda vota, num. 167.

Valet etiam, quando vxor donaret marito, cauſa honoris, vel dignitatis adipiſcendæ, num. 168. & eorum exempla, ibidem.

Itèm valet, quando vxor donaret, non vt perpetuò apud maritum permaneat, ſed benè vt alteri donet, num. 169.

170 Donatio inter coniuges, ex qua donans non efficitur pauperior, tametſi donatarius efficiatur ditior, an valeat. Eorumq; exempla, ibidem.

171 Donatio annuæ quantitatis pro alimẽtis valet inter coniuges, dummodò non excedat fructus dotis.

Nec reuocatur pro eo, quod ſupereſt ad alimenta, dummodò ſuperfluum illud non ſit immodicum, & exceſſiuum, attentis fructibus dotis, num. 172.

Ac dummodò illud fuerit traditum marito, nàm ſi tantùm promiſſum, non valebit ſtatim, ſed morte confirmabitur, num. 173.

176 Legata valent, & ſubſtinentur inter coniuges, nec cadunt ſub prohibitione donationis inter illos, licèt legatum ſit donatio.

177 Donatio facta ab vxore eius viro de ſuo antephato ab eodem viro conſtituto poſt eius mortem valet.

178 Donatio inter virum, & vxorem valet, quando confertur donatio in tempus ſoluti matrimonij.

Itèm in caſu, quo maritus remittat vxori totam dotem promiſſam, vel partem ipſius, num. 179.

Itemq; etiam in remiſſione vſurarum dotium non ſolutarum, num. 180.

181 Mulier in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri ad euitandam ſuſpitionem turpis quæſtus.

Procedit etiam in vidua intrà annum luctus, quæ præſumitur quæſiuiſſe de bonis prædefuncti mariti, num. 182.

Rursùs etiam ſi conſtante matrimonio mulier commiſiſſet adulterium, num. 183.

Dato adhùc quòd denegaret mulier quæſiuiſſe ex bonis viri, ſed habuiſſe pecuniam antè contractum matrimonium, num. 184.

Et præſumptio iſthæc ſuffragatur nèdum marito, verùm etiam hæredibus ipſius poſt mortem mariti, num. 185.

Suffragatur etiam hæc præſumptio ſingulari ſucceſſori mariti, aut donatario eiuſdem, num. 186.

Item allegare eam poterunt etiam creditores mariti, num. 187.

188 Mulier diues accipiens virum pauperem, facit ceſſare præſumptionem, quòd quæſierit in dubio de bonis ipſius viri.

Idem quando eſſet mulier induſtria, & negotiatrix, ità vt veriſimiliter acquiſiuiſſe potuiſſet ex ſuis negotiationibus, num. 189.

Vndè in iudicio poſſeſſorio mulier obtinebit in dubio, num. 190.

Non procedit principalis concluſio, quando mulier probaſſet habuiſſe ab Amaſio, aùt ex turpi lucro, num. 191.

Item quando appareret, mulierem habuiſſe pecuniam à conſanguineo, num. 192.

Item quando ipſemet maritus fateretur, pecuniam fuiſſe propriam vxoris, num. 193. Declaratur hoc tamen, vt ibidem.

194 Dos confeſſata per maritum an habeat priuilegium prælationis doti tributum.

195 Filius in dubio præſumitur acquiſijſſe de bonis patris.

Intelligas tamen, quando filius habitaret inſimùl cum patre, atq; eius bona adminiſtraret, num. 196.

Secùs tamen quando habitaret ſeorsùm à patre, num. 198.

Secùs etiam quando ex vrgentibus coniecturis appareret, filium aliundè quæſiuiſſe, num. 197.

199 Prælatus, & Clericus an cenſeantur in dubio quæſiuiſſe ex bonis Eccleſiæ, an verò ex bonis eorum proprijs.

200 Officialis an cenſeatur in dubio quæſiuiſſe potiùs ex bonis proprijs, an verò ex bonis Principis, vel Reipublicæ, & intuitu officij.

201 Officialis quid probare habeat ad finem tollendi præſumptionem, quòd quæſierit ex bonis Principis, vel Reipublicæ.

202 Officialis an poſſit mercari.

CAP.

Digitized by Google

## CAP. III.

TErtia iam explicāda emergit in præſenti *cap.* fructuum diuiſio inter diuerſos, eaq; fiet inter maritum, & vxorem, aut eorum hæredes reſpectiuè, ſoluto matrimonio per alterius ipſorum aut mortem, aut diuortium, quo caſu
1 cū pro oneribus matrimonii detur dos *l. pro oneribus C. de iure dot. l. ſi is, qui Sti-*
2 *chum in verſ. ibi dos ff. eod. tit. de iure dot.* conſequens fiet, vt dotalis rei fructus, habita dictorum onerum ratione, maritus lucretur pro ea ſola temporis rata, quo onera ſubſtinuit, & in matrimonio fuit.

Fiet clarior res exemplo. Proponamus, maritum per quatuor menſes, & ſic per tertiam anni partem onera ſentiſſe, & reditus, ſiuè dotis fructus annuos eſſe duodecim, vtiquè in tali caſu tertiam portionem, & ſic quatuor tantummodò lucrabitur maritus, non amplius, eò quia per quatuor ſolos menſes, & ſic per tertiam anni partem onera ſubſtinuit, relictis duabus alijs portionibus, & ſic reſiduis octo vxori, vel hæredibus ipſius. Sic probat *tex. in l. fructus 7. in l. diuortio in princ. ac in l. ſi alienam ff. ſolut. matrim. in l. cùm in fundo 81. §. diuortio ff. de iure dot. in l. vnic. §. cùmq; ex ſtipulatu C. de rei vxor. act.* notant in *d. l. diuortio Bart. num. 2. Odofred. in prin. Alberic. num. 2. Alex. num. 1. Socin. num. 2. Goffred. num. 1. Iaſ. num. 4. & 5. Barboſa in princ. paulò antè num. 1.* adde *Molinam de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 11. num. 6. Campeg. de dote parte 2. quæſt. 19. & 20. Gutier. canon. quæſt. cap. 33. num. 14. Surd. deciſ. 211. num. 20. D. Tap. deciſ. 45. num. 1.* cœteroſque frequentiùs.

3 Intelligas hoc, quando inæſtimatus fuerit datus fundus marito, ſecùs verò ſi æſtimatus, quoniam cùm in ſecundo caſu habeatur vir quaſi emptor, commodum proindè ipſe ſentiet, periculum expectabit, ac diſpēdia ſubibit, vtrumq; probatur in *l. quoties C. de iure dot.* ac in *d. §. cùmq; ex ſtipulatu*, ibi, *ſed & nouiſſimi anni, quo matrimonium ſoluitur fructus pro rata temporis portione, vtrique parti debere aſſignari, commune vtriuſq; actionis eſt in rebus ſ. non æſtimatis. Aeſtimatarum enim rerum maritus, quaſi emptor, & commodum ſentiat, & diſpendium ſubeat, & periculum expectet*, & ità per hæc iura adnotarunt *Angel. Imol. Socin.* & cęteri in *d. l. diuortio.*

4 Fallit, quando actum fuerit, vt res ipſa dotalis æſtimata redderetur, iuxta *tex. in l. plerùmque in fine ff. de iure dot.* quoniàm tùnc æſtimatio illa non erit ad inſtar venditionis, ſed benè cautum per ipſam fiet mulieri, nè ſcilicet reddatur res deterior, & proindè erit idem ſeruandum circà fructus, quod in caſu, quo res illa æſtimata non fuiſſet.

5 Sed quid in caſu, quo fuiſſet datus æſtimatus fundus marito, verùm data ei eſſet poſtmodùm electio, an ſoluto matrimonio fundum reſtituere vellet, an verò æſtimationem, elegeritq; reſtituere magis fundum æſtimatim datum, quàm pretium, an fructus cedant beneficio ipſius mariti eligentis reddere fundum, an verò ſit facienda pro rata temporis diuiſio, ſeruata forma *d. l. diuortio* cum concordantibus ſuprà cumulatis. Diſſentiunt in hoc *Angel. & Imol. in d. l. diuortio.* Nàm *Angelus* concludit, quòd cùm in hoc caſu reſtitutio ſit ſpecies retrouenditionis, naturam venditionis neceſſariò ſequi videtur, propter quod diſtinguendum putat inter fructus perceptos, & non perceptos, & quòd percepti omnes ſpectent ad maritum, non percepti verò ad vxorem, *Angelum* ſequitur *Romanus ibidem. Imola* verò, cui adhæret *Alex. in eadem l. diuortio ſub num. 36.* è contrà aſſerit, reſtitutionem fundi dotalis æſtimatim, tametſi electiuè dati marito, fore interpretandam ſecundùm ſubiectam materiam, ad *tex. in l. ſi vno ff. locat. & l. ſi ſtipulatus in princ.* cum concord. *ff. de vſur.* & quòd propterea differat caſus iſte à venditione, eò quòd in venditione loco penſionis, & rei habet venditor pretium ab emptore, maritus verò nihil percipit à muliere. Nihil igitur mirum, ſi fructus ſibi cedere nōn videntur. Addit *Alex.* in tali caſu reſtitutionem ex neceſſitate debere fieri mulieri, vel fundi, vel pretij.



Digitized by Google

Et quia contingere poteſt, quòd pretium maritus non habeat, aùt ſi habet, cum incommodo dabit, propterea reſtituit fundum. At venditor nullo modo arctatur ad vendendum, & proindè ſua inopia ſibi nocere non debet. Et hæc *Imolæ* opinio ſatis mihi arridet, quæ aliis etiam Modernis in *d.l. diuortio* placuit.

6 Exoritur modò ex præfatis, quòd ſi matrimonium fuerit ſolutum tempore recollectionis fructuum, fructus omnes in tali caſu ad maritũ, vel hæredes eius pertinebunt, ad notata in *d.l.diuortio* §. *interdùm, vbi Bart.* & cęteri *ff.ſolut.matrimon.* docuit *Paulus de Caſtro in conſ.* 131. *videtur dicendum vol.* 1. ſequitur *Viuius deciſ.*8.*num.*2. vbi alios etiam recenſet.

7 Intelligas verò, quando, vt ſupra dictum eſt, per integrum annũ matrimonium ſtetiſſet, quia ſi pro minore parte anni conſtitiſſet, non niſi ad ratam temporis, quo in matrimonio fuerit, ac onera ſubſtinuerit, lucrabitur maritus fructus. *Nequè enim* (inquit *Papinianus in d.l.diuortio in principio*) *ſi vindemiæ tempore fundus in dotem datus ſit, eumquè vir ex Kalendis Nouembribus primis fruendum locauerit, menſis Ianuarij ſuprema die facto diuortio, retinere virum, & vindemiæ fructus, & eius anni, quo diuortium factum eſt, quartam partem mercedis æquum eſt. Alioquin ſi collectis vindemijs, altera die diuortium intercedat, fructus integros retinebit, quod nec æquum eſt,* quaſi dicat, nec admittendum foret, cùm fructus diuidendi veniant, habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit, vt habetur in *d.l. fructus* 7. *ac in* §. *non ſolùm d.l. diuortio,* vbi notat *gloſ. in verbo retinebit.*

8 Hoc ipſum ampliandum veniet in caſu, quo pluribus annis ſtetiſſet matrimonium, verùm nouiſſimo anno nondùm finito, illud aùt morte, aùt diuortio diremptum extitiſſet, quo caſu non totaliter beneficio mariti, aùt eius hæredum fructus cedere deberent, ſed diuidendi forent pro rata, vt ſuprà traditum eſt, & *Doctores* omnes admittunt in *d.l. diuortio,* & patet diſertis verbis ex *d.l. fructus* 7. *ff.eod.tit.ſolut.matrim.* ibi, *cùm pluribus annis in matrimonio fuerit, neceſſe eſt primi anni tempori computari, quod fuit antè datum prædium.*

9 Computatio anni, cùm agitur de fructibus diuidendis, non fit de Ianuario ad Ianuarium, aùt de Septembre ad Septembrem, aùt de Martio ad Martium, aùt de aliquo feſto ad aliud ſimile, ſed benè à tempore contracti matrimonij, ad tradita per *DD. in d.l.diuortio in prin.* ibi, *non ex die locationis, ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit.*

10 Quando tamen non conſtaret de die contracti matrimonij, & ſic neſciretur, quo verè die incipiet annus in materia diuiſionis fructuum inter virum, & vxorem, aùt ipſorum hæredes, quod euenire poterit aùt propter diuturnitatem temporis, aùt propter aliam rationem, quid agendum ſit, diſſentiunt *Doctores.*

Nàm *Angelus in d.l. diuortio* §. *quod in anno* dicit, attendendum fore annum naturalem ſecundùm varias conſuetudines, ſequuntur illum *Roman. & Ioan. de Imola in d.l.diuortio.*

*Alex.* autem *num.*6. & *Aretinus in ead. l. diuortio* dixerunt, attendendum eſſe, quis poſſideat, & tunc qui aduerſus poſſidentem agit, ac ſe fundat in tempore, probare debeat, argum. *l. matrem C. de probat.* cum concordantibus, ſequũtur illum *Cumanus in eadem l.* §. *ſi vir,* cum iis concordat pariter *Campeg. de dote parte* 2. *quæſt.*26. qui tamen ſubdit, quòd ſi mulier non poſſit probare, ſit recurrendum ad theoricam *Angel.* de qua ſuprà.

*Socinus* verò in *ead. l. num.* 6. facit in hoc plures conſiderationes. Prima eſt, quòd ſi ſit conſuetudo in loco, vt certo tempore cōtrahi debeant matrimonia, ab eo tempore ſecundùm communiter accidentia ſit initiandus annus, ad *tex. in l. nequè natales C. de probat. & in c.* 1. *extra de Cler. non reſid.*

Secunda conſideratio eſt, quia cùm cauſa dotis, & vxoris ſit priuilegiata, erit in dubio pro ea iudicandum.

Tertia conſideratio eſt, quia cùm vt plu-

Digitized by Google

plurimùm fructus anni diuidantur inter virum, & vxorem, in præſenti caſu quoquè propter incertitudinem fiat pariter diuiſio per medium, argum. *l. ſed & ſi leges §. adeò ff. de petit. hæred. & c. afferte de præſumpt.*

Ego in tali caſu concluderem, vt ſit facienda computatio, aùt à die locationis, aùt à die immediatè ſequenti poſt recollectionem fructuum factam, quoniam cùm eo caſu maritus, nèdum onera ſubſtineat, verũ impẽſas pariter eroget pro cultura, & cura bonorum dotalium, tametſi eæ deducantur in computatione fructuum, meritò ab eo potiùs tempore fieri debet computatio, quæ redderetur facilior, & minoris præiudicii, & in hac ſententia reſidet etiam *D. Turaminus ad d. l. diuortio c. 4. num.* 10. vbi à *nu.* 5. recenſet, ac refellit ſententias ſupradictas omnes.

11 Aduertendum eſt autem, in diuiſione fructuum prædicta, nedùm fore habendam rationem de tempore matrimonii, ac ſubſtentatione onerũ, verùm attendendum fore quoquè diem, in quo fuit traditus fundus in dotem, quoniam dato adhùc, quòd per vndecim menſes maritus onera ſubſtinuerit, fundus verò dotalis non niſi per ſolum menſem ante fructuum collectionem fuerit in dotem aſſignatus, non lucrabitur fructus maritus, habita ratione ad tempus onerum, ſed benè ad tempus traditionis *l. de diuiſione*, vbi *DD.* notant *ff. ſol. matrim.* Vndè reſiduum fructuum, deductis ſolis ad ratam menſis à die traditionis, augebunt dotem, ad *tex. in l. dotale ff. de fund. dotal.*

12 Et ob id regula conſtituatur, vt ſcilicet ad hoc vt ſit locus diuiſioni fructuũ inter virum, & vxorem, eorumquè hęredes reſpectiuè requiri copulatiuè. Primò, matrimonium eſſe contractum. Secundò, maritum onera ſubiiſſe. Et tertiò, rem traditam eſſe, ità *gloſ.* poſt *Azonem in d. l. de diuiſione ff. ſolut. matrim.* ſequũtur illos *Coſta de ratione ratæ q.* 155. *ſub nu.* 15. *& Surd. deciſ.* 211. *nu.* 27. vbi alios quoquè recenſet.

13 Aduertas inſuper, in computatione præfata fructuum inter virum, & vxorem ſemper habendam eſſe rationem impenſarum erogatarum, tàm per vxorem, quàm per virum, vt inquit *Vlpianus in l. fructus 7. in princ. ff. ſol. matrim.* ea ratione, quia ſemper, & vbiquè fructus diiudicabuntur, qui deductis impenſis ſuperſunt, vt in *l. fructus 7. ff. ſol. matrim.*

14 vbi *gloſ. in verbo impenſa* conſentientes cumulat. Et hoc nedùm quòad expenſas, verùm etiam quòad onera, vt ſcilicet fructus deductis expenſis, & oneribus dijudicentur, ad *tex. in l. mulier bona ff. de iure dot. in l. 2. §. illud ff. de collat. bon. in l. non poſſunt ff. de iure Fiſci* cum concordantibus cumulatis per *Maſtrill. deciſ.* 112. *nu.* 25. *cum ſeqq.*

15 Quòad impenſam autem eſt aduertendum, non omnem impenſam fore deducendam, ſed eam tantùm, quæ fructuum percipiendorum cauſa fit, vt ſcilicet quod in arando, ſerendoque agro impenſum eſt, quodque in tutelam ædificiorum, agrumue, ſeruumque curandum, ſi ſcilicet ex ædificio, vel ſeruo fructus aliqui percipiebantur *l. fructus §. impendi, & l. ſi fundus ff. ſolut. matrim.*

16 Amplia præfata, etiam ſi mulier ſciens dediſſet in dotem rem alienam *l. ſi alienam ff. eod. tit. ſol. matrim.* notant *DD.* relati per *Coſtam de ratione ratæ quæſt.* 51. *nu.* 1. Et hęc de plano procedunt abſque vlla, aùt ſaltim parua difficultate.

Difficultas modò ſe ſe offert circà intellectum *Papiniani* reſponſi, de quo in *d. l. diuortio ff. ſol. matrim.* quod ſecundùm ipſius literam videtur nimiùm pręfatis aduerſari, ſi communem Antiquorum explanationẽ in ea ſequi velimus, vt infrà patebit.

17 Supponit *Papinianus ibi*, vxorem Kalendis Octobris nupſiſſe, tradidiſſeque marito vineam vindemialibus fructibus plenam, moxque perceptis vindemiæ fructibus omnibus, Kalendis Nouembris vineam illam alteri fruendam locaſſe per annum, ſubſecutum extitit diuortium Ianuarij menſis immediatè ſequẽtis die nouiſſimo. Fuit quæſitum apùd *Papinianum*, qualiter forent fructus vineæ præfatæ diuidendi inter virum, & vxorem.

In cuius quęſiti reſolutione *Papinianus*

*nus* videtur priùs referre opinionem aliquorum dicentium, fructus locationis fore diuidendos pro rata inter côiuges, fructus autem, qui pendebant vindemiæ tempore, quo contractum fuerat matrimonium, non fore inter ipſos diuidendos, ſed integros debere cedere lucro mariti, qui eos perceperit: Aduerſùs quos nihilominùs concludit *Papinianus*, tàm ſcilicet fructus vindemiæ, quàm locationis venire debere in diuiſione, & ſic ipſius vindemiæ fructus, & quartam portionem mercedis locationis inſtantis anni confundi debere, ità vt ex ea pecunia tertia portio marito relinquatur.

18 Moueri ea ratione videtur *Papinianus*, quia ſicuti æquum eſt, æquitaſque id ſuggerit maxima, vt maritus fructus dotis lucretur, qui onera matrimonii ſuffert, ad *tex. in l. dotis fructus* 8. *in princ. ff. de iure dot.* ſic è contrà ſumma apparebit iniquitas, ſi faciet fructus ſuos pro eo tempore, quo onera non ſubijt. Vnde cùm reſpectu vindemiæ non ſubſtinuerit integrè per annum onera, ſed per ſolum menſem, ità nec pariter lucrari debet illam, niſi ad ratam onerum à die contracti matrimonii, & fundi traditi. Iure igitur aduersùs illos reſpondit *Papinianus* ſubdens, nàm aliàs ſequeretur inconueniens, quia ſi maritus vindemiæ tempore fundum in dotem datum receperit, & poſtmodùm altera die diuortiū intercesserit, fructus integros retineret, quod non eſt admittendum.

Audiamus *Papinianum* ipſum in hac hypotheſi taliter reſpondentem in *d. l. diuortio, Papinianus lib.* 11. *quaſtionum Diuortio facto, fructus diuidi ait, non ex die locationis, ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit. Neque enim ſi vindemiæ tempore fundus in dotem datus ſit, eumque vir ex Kalendis Nouembribus primis fruendum locauerit, menſis Ianuarij ſuprema die facto diuortio retinere virum, & vindemiæ fructus, & eius anni, quo diuortium factum eſt, quartam partē mercedis æquum eſt. Alioquin ſi collectis vindemiis altera die diuortium intercedat, fructus integros retinebit. Itaque ſi in fine menſis Ianuarii diuortium fiat, & quatuor menſibus matrimonium ſteterit, vindemiæ fructus, & quarta portio mercedis inſtantis anni confundi debebunt, vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur.*

Hactenùs *Papinianus*, circà cuius tertiam portionem viro dimittendam *Doctores* omnes ſatis admodùm laborarunt, pro inquirendo, qualis verè fuerit *Papiniani* ſenſus in dimiſſione illa, adhoc nè iniqua reddatur computatio, atque diuiſio facienda inter coniuges, ſed vndique æqua appareat, iuxtà temporis ratam, quo onera vir ſubſtinuerit.

19 Et *gloſ. in ea in verſ. è contrario* talem calculum effingit. Ponit ſiquidē duodecim aureos ex vindemiæ fructibus, nàm tanti illos ęſtimat, tanti itidem æſtimat locationē, deindè ex locationis mercede tres aureos deducit conſtituentes illius quartā: nā ſic deducit *Papinian. ibi, quarta portio mercedis inſtantis anni*. confundit illos tres cum duodecim, in quibus conſiſtunt vindemiæ fructus, ſic enim monet *Papinianus ibi, vindemiæ fructus, & quarta portio mercedis inſtantis anni*. confundit, ſiuè miſcet vtroſque ad præſcriptum eiuſdem *Papiniani*, ibi, *cōfundi debebunt*, deindè ex illis quindecim cōfuſis, quinque viro, veluti totius maſſæ confuſę tertiam partem dimittit, nàm ſic *Papinianus ibi, vt ex ea pecunia tertia portio viro*, & ſic quinque relinquantur, reliquos verò decem vxori reſtituendos cauet.

*Gloſ.* computationem præfatam nèdùm ſequuntur *ibidem Bart. Angel. Alex. Iaſ.* & cæteri magis frequenter, ita vt affirmet *Alciatus lib.* 3. *paradox. c.* 1. eſſe ipſius ſententiam communiter frequentiori calculo receptam, verùm ex Neotericis amplectuntur illam *Iacobus Cuiacius in notis ad Vlpianum in Inſtitutionibus c.* 22. *& lib.* 4. *feudorum tit.* 30. *col. fin. Loriotus ad l. fructus ff. de regul. iur. Carondas lib.* 1. *verisimil. cap.* 10. *Valaſcus in praxi partit. c.* 29. *num.* 16. *Barboſa in d. l. diuortio in princ. nu.* 10. vbi alios quoquè coaceruat.

Aduersùs tamen *gloſ.* inuehit primus idem *Alciat. d. lib.* 3. *paradox. c.* 1. aliique
20 poſt eum Moderni ferè omnes, arbitrā-

tes,

Digitized by Google

tes, ſupputationem iſtam iniquam, & abſurdam conijci, eò quòd cùm fundi dotalis reditus, non niſi in duodecim vnoquoquo anno conſiſtat, dùm matrimonium per quatuor mēſes ſtetit, vtiq; nō ampliùs, quàm quatuor marito ſunt tribuendi: nàm aliàs ſi magis, id cum iniuria vxoris fieret, quod non eſt credēdum, de mente *Papiniani* proceſſiſſe, vt .ſ. plus ei adijudicet, & ſic quinque, dùm quatuor tantùm, habita ratione temporis onerum debentur.

Et tametſi ad excuſationem *gloſ.* & cœterorum nonnullas coloratas rationes, aliqui illam ſectantes adducāt, idq; præcipuè euenire tribuant ratione diligentiæ, qua vſus eſt maritus in locando fundum dotalem poſt coactam vindemiam, propter quod æquum fuerit magis conſequi, quàm iure debeatur. Hæc tamen ratio confutatur ab *Alciato*, & leuis, ac abſurda viſa eſt adeò *Coraſio miſcellane. iur. lib. 5. cap. 7. num. 3.* vt arbitretur, non tantùm non proſpici diligentiam in hoc caſu, verùm minùs diligentem apparere maritum, dùm non ſuis ſtudio, & opera colere uoluerit, ſed alteri fruendum fundum locauerit, cùm prudētis patrisfamiliàs conſuetudo ſit, ſua manu colere, ad hoc ut fertiliora reddantur prædia, ad notata per *Varronem, Catonem, & Columellam* per *ipſum* relatos.

Addit *Duarenus diſputat. anniuerſ. lib. 1. cap. 60.* leues adeò apparere rationes pro tutamine *gloſ.* allatas, vt ſi quis propriùs eas inſpexerit, quaſi pictas in parietibus nebulas dijudicet. Iure igitur refelluntur ab *Alciato d. lib. 3. paradox. cap. 1.* qui primus, vt diximus a *gloſ.* receſſit in computatione prædicta, & poſt ipſum Moderni ferè omnes arbitrātes, nullo pacto iuſtam illam reddi poſſe, qui proindè conati ſunt diuerſas effingere, ac referre ſupputationes.

21 Nàm aliter ſupputauit *Alciatus* ipſe *vbi ſuprà*. Aliter *Robertus Aurelianenſis lib. 2. animaduerſ. cap. 8.* quem tacito ipſius nomine ſequitur *Martuccius variar. explanat. iur. lib. 2. cap. vlt. num. 17.* Aliter *Coraſius d. lib. 5. miſcellan. iur. cap. 7. num. 1.* Aliter *Eguinarius Baro lib. 3. ad Hortenſ. de beneſic. c. fin. verſus finem.* Aliter *Anton. Faber lib. 1. coniecturar. iur. cap. 13.* Aliter *Duarenus d. lib. 1. anniuerſar. diſputat. cap. 60.* Aliter *Franciſcus Connanus lib. 8. commentar. iur. cap. 10. num. 8.* quorum computationes omnes refert, ac refellit *Iulius Pacius*, qui & ipſe aliam præfatis diuerſam adiungit, quæ refellitur ab *Alex. Turamino ad d. l. diuortio cap. 2. num. 19.* quo pariter loci præfatas ſupputationes omnes, *Duareni* illa excepta, cumulat, ac reijcit.

22 Ego, omiſſa diſputatione, ac examine præfatarum computationum, cùm eæ omnes & proponantur, ac excutiantur, & refellantur per *Pacium, & Turamin. in locis citatis* ad verum intellectum *Papiniani* reſponſi, quod aliàs cunctorum iudicio inexplicabile apparet, cùm attenta ipſius literali expoſitione, non poſſit illud aliquo pacto cōſiſtere, abſq; maxima iniquitate, quæ comperiretur ſēper in dimiſſione tertiæ portionis marito, ſi cōfunderetur quarta portio mercedis locationis cum fructibus vindemiæ integris, ad hoc vt ex illis confuſis tertia poſtmodùm portio marito dimitteretur, iuxtà *gloſ.* & communiter poſt ipſam amplexam ſupputationem, vt de ſe patet.

Præmitto priùs, tàm verbū illud, *confundi*, de quo in *d. l. diuortio*, ibi, *confun-*
23 *di debebunt*, in quo tota verè difficultas conſiſtit, quàm alia omnia in ea *l.* in dubium refricari poſſe, an ſint *Papiniani*, an verò *Vlpiani* referētis *Papiniani* reſponſum illud, eò quòd tametſi ſecundùm vulgatam literam *l.* illa *diuortio* peculiaris capitis, ſiuè legis ſit initium, quæ ſic incipiat, *Diuortio facto, &c.* attamen ſecundùm *Pandectas Florentinas* non initium legis eſt, ſed benè §. ſiuè *contex.* ad *l.* præcedentem 7. in ordine ſub *eodem tit. ff. ſolut. matrim.* incip. *fructus*, cuius Author eſt *Vlpianus*, ut initio ipſius, ibi, *Vlpianus lib. 15. ad Sabinum*, quod & Modernis pluribus placuit; refertq; in ea *Vlpianus* caſum de muliere dante in dotem uineam fructibus uindemialibus plenam, ex qua ſequenti die maritus uindemiam perceperit, ſtatimq; poſtmodùm diuerterit, &

con-

concludit, vndecimã partem vindemiæ marito dimittendam, facta deductione priùs expenſarum, tàm per maritum, quàm per vxorem erogatarum. Comprobat deindè id *Vlpianus* conſimili *Papiniani* reſponſo, ac ſententia *inibi* per ipſum relatis in conſimili caſu mulieris ſimiliter vineam fructibus vindemialibus plenam in dotem dantis, quos maritus ſtatim pariter coegit. Et quàmuis ſubdatur etiam in eo, quòd ſublatis vindemiæ fructibus maritus alteri illã fruẽdam locauerit, deindè ad alios tres menſes diuerterit, vt in ea, id tamen affertur, quia talis fuit contingentia facti apùd *Papinianum*, quem quòad id tantùm *Vlpianus* inducit, vt ſcilicet conuincat, pro rata temporis onerum diuidendos fore vindemiæ fructus inter coniuges, non verò vt totaliter beneficio, & lucro mariti cederent, quemadmodùm æxiſtimabant alij, ea ratione, quæ de mente *Papiniani* affertur *inibi* in verſ. *alioquin, &c.* in quo reiicit præfatorum opinionem aliter diiudicantium, vt ſcilicet non pro rata diuidendi veniant, ſed benè marito percipienti in ſolidum adiiudicentur. Quò fit, vt non ſit aliquo pacto exiſtimandum, nec *Papinianum*, nec *Vlpianum* contrarium poſtmodùm decernere voluiſſent in caſu mariti fundum fruẽdum poſt coactam vindemiam locantis, diuertentiſque poſt tres menſes à die locationis, vt ſcilicet quarta portio mercedis locationis inſtantis anni confundenda veniret cum fructibus vindemiæ, & ex illis poſtmodùm confuſis marito tertiam portionem fore dimittendam, dùm dimiſſio ex ea maſſa taliter confuſa facta, ſummam iniquitatem præſeferret, eò quòd magis relinqueretur marito, quàm temporis onerum ratio expoſceret. Hoc cùm euidens ſit, & de ſe ſatis patens, non alia indiget demonſtratione, ad illud aùt cõuincendum, aùt comprobandum.

Hoc vice præludii poſito concludo, verum *Papiniani* ſenſum quòad dimiſſionem faciendam tertiæ portionis marito, in caſu, quo vltrà perceptionem fructuum vindemię, etiam quartam portionem mercedis locationis adiungeret, vt in contingentia facti apùd *Papinianum d. lib. 11. quæſtionum*, de quo in *d. l. diuortio*, ex eo detegi, ſi concluſerimus, ſicuti verè concludendum mihi videtur,
24 verbum illud, *confundi*, ibi, *confundi debebunt*, in quo iàm totius difficultatis cardo vertitur, non pro, *miſceri*, exponendum ſit, vt autumabat ibi *gloſ.* & malè, cæterique communiter poſt eam, ſed benè altero de tribus modis. Primò ſcilicet pro diuidere. Secundò pro computare. Tertiò pro in contributionem venire: ità vt ſit ſenſus, vindemię fructus, & quarta portio mercedis inſtantis anni nõ miſceri, ſed benè diuidi, aùt computari, aùt in contributionem venire debebunt, ità vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur.

25 Nè autem authoritate deſtituti loqui videamur, propter quod erubeſcere ſit neceſſe, iuxtà *Venulæi* reſponſum in *l. continuus ff. de verb. obligat.* ac *Imperatoris* placitum in §. *conſideremus in Auth. de trient. & ſemiſſ.* comprobatur prima expoſitio authoritate *Diuinæ Scripturæ Geneſ. c. 11.* in quo poſtquàm filii Adam cœpiſſent ædificare Ciuitatem, & Turrim, cuius culmen intendenbant, vt dirigeretur vſque ad Cœlum, adhoc vt celebraretur nomen eorum, fertur, Deũ dixiſſe *Deſcendamus, & confundamus ibi linguas eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui*. Confundamus, hoc, eſt, diuidamus linguam eorum exponendum eſt, & patet ex eodem *Geneſeos capite in princ.* vbi *Chroniſta Moyſes* dixit, *quòd erat terra labii vnius, & ſermonum eorundem*. Et vlteriùs idem *Deus ibidem, ecce vnus eſt Populus, & vnum eſt labium omnibus*. Erat labii vnius populus, & inquit *Deus, confundamus*, ſi fuiſſet Populus plurium labiorum, ac ſermonum, & dixiſſet *Deus, confundamus linguas eorum*, vtiquè tùnc pro, miſceri exponendum eſſet, ſed dùm vnius tantùm labii, & ſermonum eorundem erat Populus, & inquit *Deus confundamus*, confundamus, hoc eſt, diuidamus. Apparet expoſitio ab effectu, quia poſt cõfuſionem, ſiuè diuiſionem linguarum, vnuſquiſque, vt teſtis eſt idem *Moyſes ibidem* non intelligebat vocem proximi

ſui.

Digitized by Google

ſui. Non ſecùs in *d. l. diuortio* verbum illud, *confundi*, pro diuidi exponendum erit, ad hoc vt rectè cõueniat cum mente ipſiuſmet *Papiniani ibi*; in qua de diuiſione fructuum agit.

Comprobantur ſecunda, & tertia expoſitio ex eodem, aùt *Vlpiano*, aùt *Papiniano*, quiſquis ille ſit Author præfatæ *l. diuortio in §. è contrario eiuſdem l.* Nàm quòad ſecundam in *verſ. item ſi meſſis* de conſimili facti ſpecie agitur, quippè de diuiſione fructuum uindemiarum, & mercedis locationis, & quod anteriùs dictum extiterat in *d. l. diuortio* per uerbum, *confundi*, explicatur in eo per uerbum, *computari*, ibi, *nihilominus pecunia meſſium in computationem cum ſpe futuræ vindemiæ veniet*.

Quòad tertiam in eodem *§. è contrario in verſ. apparet igitur*, eandem facti ſpeciem proſequens, ac cõcludens *I. C.* ſubdit, *Apparet igitur ex his, illos fructus, quos mulier percepit antequàm nuberet, non debere in contributionem venire*, in cõtributionem, non autem in confuſionẽ venire iubet. Cõuincitur ergò ex his non coniecturata tantùm, ſed manifeſtiſſima *Papiniani* mens, fructus ſcilicet vindemiarum cum portione mercedis non venire in confuſionem, ità vt ex illis confuſis, ſiuè mixtis tertia portio marito relinquatur, ſed benè in diuiſionem, ac computationem, & contributionem, ità vt tertia ſola portio marito dimittatur.

Sed quia hæſitationi adhùc locus remanet, quomodò ſcilicet ad effugiendam, euitandamque confuſionem id fieri poſſit, vt in computationem veniat quarta portio mercedis locationis cum vindemiæ fructibus, ad finem dimittendi tertiam portionem marito, dico, intelligendum hoc eſſe, vt ſcilicet in computationem, ac diuiſionem veniat Geometrica, non verò Arithmetica propor-

26 tione, vt Author eſt *Duarenus anniuerſ. diſput. d. c. 60.* qui ſolus ex omnibus aſſecutus eſt germanum *Papiniani* intellectum in *d. l. diuortio*, quem ſequuntur *Antonius Guibertus Coſtanus Tholoſates in tract. de dotibus c. 6. nu. 20. & D. Turamin. ad d. l. diuortio cap. 3 per totum*.

27 Eſt autem Geometrica proportio (vt hoc non omittatur) qua quantitas metitur, ac ad quantitatem refertur, ad differentiam Arithmeticæ, quæ numerum diuidit, ac ad numerum reſpicit.

28 Exemplum proportionis Geometricæ patet in *l. ex morte 9. C. de pact. conuent.* in qua conſtitutionem illam, vt ſcilicet lucra dotis, & donationis propter nuptias ſint æqualia, æqualitate proportionis intelligit ibi *Imperator*, nõ æqualitate numeri, & ſic quotitatiuè, non verò quantitatiuè exponunt *Doctores ibi*, inter quos *Baldus*, *& Salyc.* Nàm aliàs ſequeretur (vt exemplo ab eodem *Imperatore ibi* propoſito vtar) quòd ſi mulier dediſſet in dotem mille, è contrà vir donaſſet quingenta ex cauſa donationis propter nuptias, pactumque eſſet, vt ſuperſtes lucretur dimidiam, ſi æqualitate Arithmetica lucrum donationis propter nuptias eſſe deberet ęquale quòad ſummam dotis, lucraretur vtiquè maritus dimidiam dotem, mulier verò totam donationem, quod eſt abſurdum, & reduceretur res ad ſummam iniquitatem. At ſeruandam præcipit *Imperator* Geometricam proportionẽ, vt ſcilicet ex quingentis donatis lucretur mulier ducentum, & quinquaginta, & ex mille in dotem datis lucretur maritus quingenta: nàm ſicuti proportione Geometrica ſe habent quingenta ad mille, ità pariter ducentum, & quinquaginta ad quingenta, cùm in utroque caſu lucrum ſit dimidia totius. Quod & obſeruatur etiam in facti ſpecie propoſita in *l. ſi ita ff. de liber. & poſthum.* quæ iura in id notabiliter inducit *D. Turam. d. cap. 2. ad l. diuortio num. 5.* Sic pariter in terminis *d. l. diuortio*: nàm dùm cauit *Papinianus*, aùt confundendam, ut communis Schola admittit, aùt diuidendam, ſiuè in computationem, & contributionem ponendam, ut nos præter cæteros declarauimus, & profitemur, quartam portionem mercedis locationis cum integris fructibus uindemiæ ad finem tertiæ portionis marito dimittendæ, intelligitur id, non æqualitate numeri ex illis confuſis, ſed proportione Geometrica, habito reſpectu ad tempus, quo



Digitized by Google

in matrimonio fuit, & onera ſenſit, videlicet, vt quemadmodùm habito reſpectu ad fructus vindemię pro vno tantùm menſe onera ſubſtinuit, ſic duodecimam tantùm ferat, non vltrà. Et ſicuti reſpectu locationis per tres mẽſes onera portauit, ſic etiam per tres menſes portionem mercedis locationis conſequatur, & ſic quartam portionem ipſius, non verò vt ex illis confuſis tertiam ſubducat cum iniuria alterius, ſi aùt huberior, aùt ſterilior fieret vindemiæ fructus, vel locationis merces. Vndè ſiuè pluris, ſiuè minoris ſit ęſtimatio fructuũ, quàm annua locationis merces, ità cum fructibus merces confundenda ſit, vt quartam partem mercedis, & duodecimam fructuum recipiat.

89 Et tametſi ſubtiliter, ac magiſtraliter hanc ſupputationem Geometrica proportione attenta explicet, ac tuetur *D. Turaminus ad d. l. diuortio cap. 3. per totum*, ac verè in terminis *d. l. diuortio* fore Geometricam proportionem ſeruandam doceant Moderni omnes, vt obſeruari licet apud *Ioannem Buteon. in lib. de Geometria ad d. l. diuortio*, alios congerit *Theſaur. deciſ. 56. num. 5.* adde *Coſtam de ratione rata quaſt. 155. nu. 1.* illam tamen obſeruatam in propriis terminis *d. l. diuortio* ab eodem *Papiniano*, non verò Arithmeticam proportionem, deduco ego præter alios ex dictione illa, *vt*, ibi, *vt tertia portio viro relinquatur*, quæ attento recto modo dicendi in iſta oratione talis eſt, ut ſcilicet ſupponat aliam dictionem antè ipſam, & ſic, uel dictionem, *ita, & taliter*, uel dictionem, *adeò*, aùt ſimilem. Vndè ſit ſenſus, uindemiæ fructus, & quarta portio mercedis inſtantis anni confundi, & ſic in diuiſionem, uel contributionem uenire debeat, adeò, uel ità, & taliter, ut tertia portio marito relinquatur, non uerò, ut præcisè de confuſione, ſeu mixtione intelligatur, quia ſi de mixtione locutus fuiſſet *Papinianus*, non dictionem, *vt*, appoſuiſſet, ſed benè dictionem, *et*, hoc eſt *confundi debent, & tertia portio, &c.* nàm aliàs non congrueret recto modo loquendi, ſed dùm loquitur per dictionem, *vt*, quæ coniuncta cum antecedenti neceſſario, ſupplendo ſcilicet ità, & taliter vt, vel, adeò vt denotat *Papinianus*, vt confuſio illa, ſecundùm alios, ſiuè diuiſio, vel computatio, vt mea fert opinio, in dimittenda tertia portione marito, ad æquum, iuſtum, rectumque deducatur, quod quidem tale eſt, ſi Geometrica proportione metiatur, nec plus viro tribuatur, quàm ei ad ratam temporis, & onerum debeatur.

Nec eſt facienda uis in verbis illis, *quartam portionem mercedis*, quaſi quòd neceſſariò ſit affirmandum, venire illam in confuſionem, non verò totam mercedem, ſicuti & de fructibus vindemiæ dictum eſt: Nàm remouetur hæc dubitatio. Primò, quia vt patet ex verbis ipſiuſmet *Papiniani* de ſola quarta portione mercedis anteà ſuprà locutus fuerat, ibi, *eius anni, quo diuortium factum eſt quartam partem mercedis æquum eſt, &c.* quapropter in calculo deindè de ea ſola quarta portione loqui neceſſe erat.

Secundò, quia loquitur *Papinianus* per verbum *relinquatur*, ibi, *tertia portio viro relinquatur*, quod verbum indicat, pœnès maritum adfuiſſe nedùm fructus vindemiæ, quos coegerat, verùm etiam & quartam portionem mercedis locationis, nàm aliàs non, *relinquatur*, dixiſſet, ſed *detur, conſignetur, tribuatur, & ſimilia, relinquatur*, ergo erat in poſſe mariti vtrumque, & fructus ſcilicet vindemiæ, & quarta portio mercedis locationis. Et hoc euenire poterat, vel quia conuentum extiterat, vt anticipatè fuiſſet facta ſolutio, aùt menſatim, ex eo quia locationis merces fructus ciuilis eſt, qui quotidiè oriri, & percipi dicitur; tametſi *DD.* hoc concedant quòad mercedem locationis prędii vrbani tantùm, non verò ruſtici. Vndè non poteſt propterea abſurdum diiudicari, quòd maritus perceperit mercedem illam, ſaltim per illos menſes, in quibus matrimonium conſtitit à die locationis.

Et quod dicitur *ibi, tertia portio marito relinquatur*, non videtur reſpexiſſe *Papinianus* per verba illa, ad tertiã portionẽ quantitatis marito debitæ Arithmeticè,

metice, ità ut ſeruata proportione numerali relinquatur, ſed benè Geometricè, habito reſpectu ad tempus, quo in matrimonio fuit; iuxtà quod ſibi portio debetur, quaſi dicat, tertia portio, hoc eſt portio pro tertia anni parte, iuxtà quam in matrimonio fuit, marito relinquatur. Et hæc de iure mihi uiſa ſunt ad elucidationem memorabilis, ac celebris hypotheſis de mente Papiniani per *Vlpianum* relatæ in *d. §. diuortio*, aliàs §. *Papinianus l. fructus 7. ff. ſol. matrim.* in qua & ſudaui, & alſi.

30 Hac expoſitione poſita, intellectúque firmato, minùs recta comperitur propoſitio *Iacobi de Arena*, *Alberic.* Pauli *de Caſtr.* & *Iaſ.* fauore mariti reſpondentium in caſu, quo mulier nupſerit Kalendis Octobris, & deindè in fine Septembris ſequentis anni coactis vuis, vt quia vindemiæ præmaturæ fuerint diuerterit, vt ſcilicet vir vtramque vindemiam integram retineat, nec aliquid vxor dimittat: Quoniam dùm vno tantùm anno onera ſubſtinuit, conſequeretur fructus duorum annorum, quapropter iure recedunt ab ipſis *Alciatus d. lib. 3. paradox. c. 1. in fine*, ac *Moderni Peruſini*, de quibus apud *Socin. in d. l. diuortio nu.* 3. cum quibus ipſe pariter cõſentit, ea ratione, quia ea ſuppoſita, nedùm iniquitas patens apparet, verùm contra *Papiniani* verba, & mentem loquuntur, qui ad ratã temporis onerũ fructus adiudicat. Vndè talis computatio eſt ineunda, vt de prima vindemia duodecimam aſſumat maritus, de ſecunda verò vndecim partes, duodecima vxori relicta.

31 Mouentur *Peruſini* præfati, quia in diuiſione fructuum ſeruandus erit curſus naturalis annorum, non verò accidentalis, argum. *tex. in l. qui habet ff. de tutel. in l. ſi quis poſthumos ff. de liber. & poſthum. in l. fiſtulas §. frumenta*, iuncta *gloſ. in verbo ſi immoderatè ff. de contrah. empt.* & cum iis conſentiendum cenſeo, cùm ſemper naturalis curſus annorum ſit attendendus magis, quàm accidentalis: nàm aliàs ferret maritus fructus duodecim menſium maturos in vndecim, & contingeret dari menſem ſine reditu.

32 Ex quibus illud idem erit reſpondendum in caſu, quo diuerterit mulier Kalendis Nouembris, non dùm coacta vindemia, eò quòd eo anno tardiùs vuę fierent: nàm attenta æquitate, de qua ſuprà, de priori vindemia maritus duodecimam feret, quod & perpetuò, ac ſemper obſeruandum eſt, poſteriorem verò poſtmodùm integram percipiet; habita ratione naturalis anni curſus, non verò accidẽtalis, propter quod cùm per treſdecim menſes matrimonium conſtitiſſet, oneraq; ſubſtinuiſſet, per treſdecim pariter menſes fructus capiet, & ſic pro primo menſe duodecimam prioris vindemiæ, pro duodecim verò aliis ſequentibus menſibus integros vindemiæ fructus, dicto naturali anni curſu attento, non verò accidentali, eò quòd ad ratam temporis, iuxtà *Papiniani*, ac *Vlpiani* mentem facienda eſt fructuum diſtributio, quicquid contrà ſentierint *Iacob de Aren.* & *Alberic. vbi ſupra*, nàm contra ipſos pro præfata computatione ſtant *Paul. de Caſtr.* & *Alex.* expendentes in id *gloſ. in §. item ſi meſſes in verb. ſequitur ead. l. diuortio*.

33 Obſeruandum hoc pariter veniet in caſu, quo mulier præcepta penſione, hoc eſt, anticipatim ea habita locaſſet fundum, & poſtmodùm nupſiſſet, ſi finiatur anno matrimonium, nec habeat vir quid exigat à conductore, eò quòd mulieri antè contractas nuptias anticipatè mercedem ſoluiſſet, nè gratis eo anno videatur maritus matrimonii onera ſentiſſe accipere debet de mercede ſequentis anni quod ſibi pro primo debetur, ità *Hugolinus, Azo, gloſ.* Bar. *Paul. de Caſtr. Aret. Alex* Socin. & *Iaſ. in d. l. diuortio §. item ſi meſſes* communiter conſentiunt. Qui hoc tamen limitant in caſu, quo mulier tempore nuptiarum nuntiaſſet marito locationem, ac perceptionem penſionis, nec maritus certior factus de illa aliquã ſuper hoc cautionem interpoſuiſſet, congruit *tex. in l. penult. ff. de pact. dotal.* in qua validum approbatur pactum, vt fructus vltimi anni, in quo matrimonium dirimitur, in ſolidùm ad vxorem pertineant, non ſecùs, vt paciſci idem liceat de primo ma-



Digitized by Google

trimonij anno. Et hanc ſententiam ſeruari in practica dicit *Campeg. de dote p.2. q.21. in fine*, tametſi ipſe videatur à *Bartolo* recedere, & cum *Baldo* per ipſum relato ſentire.

34 Hoc ipſum reſpondendum etiam erit in caſu, quo collectis vindemiis fundus locatus non fuiſſet, nàm ſi in fine Ianuarii diuortium factum eſſet, eadem computatio eſſet ineunda, vt ſcilicet de præterita vindemia duodecimam, de ſequenti uerò quartam portionem ferat maritus, quicquid dixerit *Bart. in d.l. diuortio num.* 8. aſſeuerans, de fructibus ſequentis anni nihil uirum habiturum, ſed tertiam illam ex præterita tantummodò uindemia percepturum.

35 Circà diuiſionem igitur fructuum notes perpetuò, attendendum ſcilicet fore ſemper tempus, in quo fructus naturaliter ferri ſolent. Vndè ſi fundus ferat fructus bis in anno, quemadmodùm accidit in agris irriguis, qui ſingulis ſemeſtribus illos producunt, in tali caſu quodlibet ſemeſtre habetur pro anno. Si ſunt poma, quæ ſingulo anno ſolent fructus ferre, erit annus duodecim menſium, ſi oliuæ, quæ ſingulo biennio fructus producunt, biennium illud computabitur pro uno anno. Si terra mageſatica, quæ fructum producat ſpatio unius anni cum dimidio, tunc illi decem, & octo menſes pro uno anno computabuntur. Si de ſyluæ cædua agitur, quæ quolibet triennio, vel quinquennio fert maturos fructus, triennium illud, aùt quinquennium computabitur pro vno anno, & ſic de ſingulis. Vndè diuidendus erit annus habita ratione initii ipſius, & temporis, quo vir in matrimonio fuerit. Hanc computandi formam comperies apùd *Caualcan. de vſufr. mulier. relict. num.* 245. quem ſequuntur communiter omnes, comprobant illam *Theſaur. filius in addit. ad deciſ. 56. ſui genitoris litera B. & Capiblancus in pract. quæſt. ad pragm. 4. de Baronib. cap. 22. à num. 1. vſque ad num. 7.* quo loci format etiam quæſtio-

36 nem de fructibus rerum mobilium in dotem datorum, vtrùm ſcilicet maritus integros faciat ſuos, eo quo ex diſpoſitione iuris in *l. vnica §. exactio C. de rei vxor. act.* bona prædicta mobilia reſtituere non tenetur, niſi poſt annum. In qua quæſtione duas affert diuerſas *Doctorum* opiniones, quas ipſe diſtinguendo conciliare videtur de mente *Barboſæ, & Garſiæ* in locis per ipſum relatis. Quòd aùt ſcilicet agitur de fructibus mobilium perceptis conſtante matrimonio infrà annum, & in tali caſu ſit facienda diuiſio pro rata. Aùt verò agitur de fructibus percipiendis durante dilatione, & eo caſu maritus faciat ſuos integros. Rationem autem diuerſitatis in vtroque caſu, cur ſcilicet potiùs in ſecundo faciat integros ſuos, quàm in primo, cùm prima facie contrarium potiùs videretur ſtatuendum, non ponit *Capiblancus loco cit.* eam verò obſeruat *Barboſa in l. diuortio §. non ſolùm nu. 13. ff. ſol. matrimon.* quia quàmuis con-

37 ceſſus ſit annus marito ad reſtituendas res mobiles, attamen eo tranſacto tenetur maritus præſtare vſuras æſtimationis rerum mobilium, & proindè quia tenetur ad uſuras, durante dicta dilatione legali, ad nihilum teneri debet.

38 Infer ex hoc ad *deciſ. Surdi* 211. quo loci excutit ad partes articulum, an ſcilicet mulier, quæ poſt ſolutum matrimonium receperit alimenta ab hæredibus mariti, poſſit petere fructus rei dotalis pro eo tempore, quo onera ſuſceperit, & videtur concludere, quòd ſint compenſandi fructus cum alimentis perceptis, verùm ſi fructus excedant alimentorum impenſa, reſiduum petere poſſit.

Notes etiam, quòd tametſi iure antiquo non cogeretur vir, aùt hæres eius reſtituere ſtatim res dotales ſoluto matrimonio, ſed benè annua, bima, trima die, & ſic infra ſpatium trium annorum, vt in *l. vnic. §. cùm autē C. de rei vxor. act.* quapropter non poterat vxor, aùt hæredes eius capere propria authoritate bonorū dotalium poſſeſſionem, ſed oportebat, vt acciperent de manu viri, aut hæredum ipſius, qui poterant retinere rem illam, donec ſoluerentur impenſæ, argum. *l. in rebus* 18. *§. poſſunt ff. cōmodati.*

Atta-

39 Attamen iure *Digeſtorum* quòad immobilia bona pertinet, in dotem data, ſtatim ſunt illa reſtituenda vxori, vt in *l. cùm in fundo* 81. §. *ſi fundus ff. de iure dot.* eſt communis *DD.* traditio, de qua teſtantur *Alex. in l. diuortio* §. *fin. num.* 5. *ff. ſolut. matrim. & Ripa in l. 2. in princ. num. 6. ff. eod. tit.* Et quòad bona mobilia infrà annum à die ſoluti matrimonij, vt in *d. l. vnic.* §. *exactio C. de rei vxor. act.*

40 Et proindè non poteſt morari eorum reſtitutio eo prętextu, quòd habeat maritus, aùt hæredes eius ratam fructuum

41 in illis: Nàm cautum ipſis erit mediante cautione per vxorem, aùt hæredes ipſius præſtanda quòad fructus, vt in *d. l.*

42 *diuortio* §. *interdùm ff. ſolut. matrim.* Et cautio erit de fructibus reſtituendis, & non mouendis, vel baractandis, vt poſt *Baldùm* per *ipſum* relatum tradit *Cam-*

43 *peg. de dote parte 2. quæſt.* 40. An autem cautio iſthæc ſit præſtanda cum fideiuſſoribus, vel ſufficiat ſola iuratoria cautio ipſius vxoris, adeundus eſt idem *Cāpeg. d. p. 2. de dote quæſt. 37. per totam.*

44 Fallit, quando iàm maturi eſſent fructus, & de proximo recolligendi, quoniàm tùnc cùm iuris diſpoſitione habeantur pro collectis, argum. *l. ſi is, à quo ff. vt in poſſeſſ. eat.* poterit iure merito maritus retinere, donec pars fructuū ſibi debita ſoluatur, & ità ad regulam *l. vnic. C. etiam ob chirogrophar. pecuniam* tradunt *Romanus in d. l. diuortio* §. *interdùm num. 10. vbi etiam Aretin. col. 4. ante medium, Campeg. de dote parte 2. quæſt. 39. Tiraqu. in l. 6. connub. gloſ. 2. num. 11. àc de retract. conuent.* §. 5. *gloſ. 5. in fine*, alijque, quos recenſet *Barboſa in d.* §. *interdùm l. diuortio num.* 5. quicquid contrà moliatur ipſe idem *Barboſa ibidem.* Nàm pro *Romano*, & cęteris facit quod in ſimili à maioritate rationis tradit *Theſaur. deciſ.* 55. *num.* 6. circà perceptionem fructuum maturorum fauore venditoris priuati in venditione voluntaria, de quo aliàs diximus *infra hac ead. 2. parte cap. 4. num. 22. & cap. 5. num. 11.*

Et hæc quòad diuiſionem fructuum faciendam inter virum, & vxorem, aùt hęredes eorum reſpectiuè ſoluto matrimonio. Sed quia non ex omnibus vxoris bonis competit fructuum perceptio marito, eſt proindè aduertendum, mulierem poſſe habere bona triplicis ge-

45 neris. Nàm quædam dicũtur paraphrenalia; quædam extradotalia, quædam verò dotalia. Bona paraphrenalia dicũtur ea, quæ inferuntur iuxtà dotem ab vxore marito, eorumque adminiſtratio ipſi marito conceditur, non verò dominium. vndè potiùs depoſiti, aùt mandati, aùt reiuendicatione conueniri poterit maritus ad illorum reſtitutionem, quàm conditione certi, vt tradit *Campeg. de dote parte 1. quæſt.* 7. Extradotalia ſunt, quæ iure aduentitio mulieri obueniunt, quorum nulla tradita eſt marito adminiſtratio. Dotalia uerò, quorum adminiſtratio, & dominium traditur ab uxore marito, ut infrà patebit. Hanc diſtinctionem docent, ac probant *Baldus in conſ. ſuo* incipiente *ſciẽdum, quòd mulier*, & pòſt antiquiores *Iaſ. in l. maritus C. de procurat. ac in conſ. 197. lib. 2. Dec. in conſ. 521. Caſſaneg. in Conſuetud. Burgund. rub. 4.* §. *24. num. 1. cum ſeqq. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 44. num. 3. poſt Afflict. ibi Pract. Papienſ. in forma libell. quo agit vxor ad dotem verbo tanquàm num. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 211. num. 2. Guid. Pap. deciſ. 468. num. 4. Hieron. à Laurent. deciſ. Auenion. 18. in princ. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 8. num.* 1. aliiq; cumulati per eundem *Menoch. in conſ. 56. num. 2. lib. 1. ac per Ioan. Bapt. Coſtam de iuris, & facti ſcient. & ignor. diſtinct. 47. num. 3. centur. 1.* adde *Gayl pract. obſeru. 84. num. 5. lib. 1. ac Alex. Raudenſ. de analogis cap. 30. num. 296.*

Eſt uerum, quòd *Theſaurus dec. 187. num. 2.* differentiam illam inter bona paraphrenalia, & extradotalia non probat, dicens, unum, & idem eſſe bona paraphrenalia, quod extradotalia, cùm tametſi differant quòad ſolum nomen, in ſubſtantia idem ſignificant, ut. ſ. ſint bona extrà dotem, ac propterea bona paraphrenalia, & extradotalia dici omnia illa, quæ mulieri extrinſecùs obueniunt e iure aduentitio conſtante matrimonio, quæ expreſſa lege dotis nomine non traduntur marito.

Cæterùm, retenta communi diſtinctio-

ctione ex *Afflict.deciſ.*44.*in primo dubio* poſt alios, quos recenſet, quòd .ſ. differant inter ſe bona paraphrenalia,& extradotalia quòad lucrationem fructuum fauore mariti in illis,ac ſi aut ipſe,aut eius hæredes ad illorum reſtitutionem teneantur.

46 Quòad bona paraphrenalia diſtinguit idem *Afflict ibi num.*5.de mente *Bart.in l.penult.ff.ad leg.falcid.* quòd aùt loquimur de fructibus extantibus,aùt de perceptis. Primo caſu ſiuè ſint ii naturales,ſiuè induſtriales,ueniũt in reſtitutione. Secundo uerò caſu, quando ſunt percepti,uerùm non extant,& ſic ſunt conſumpti, tùnc ſubdiſtinguit induſtriales à naturalibus, & quòad induſtriales concludit,non teneri ad reſtitutionem, eò quòd per conſumptionem ipſos maritus lucrifecit,ad *tex.in l.de his C.de donat.inter vir.& vxor.* ſi uerò ſũt naturales pretioſi,tenebitur reſtituere, quatenùs factus eſt locupletior,quando verò ſunt parui momenti, non tenebitur. Aduerſus quam diſtinctionem tametſi inſurgant aliqui,de quibus apud eundem *Afflict.loco cit.ſub num.*6.*verſ. ſed contrarium*, attamen idem *Afflict.* concludit *ibi ſub num.*7.quòd dicta diſtinctio *Bart.* eſt communiter approbata,quod & fateri etiam videtur *Theſau. d.deciſ.*187.ſubdens ſub *num.*3.*in fine*, ità cenſuiſſe Senatum Pedemontanum.

47 Quò verò ad bona extradotalia idẽ *Afflict.ibidem ſub num.*7.*verſ.ſed quando* pònit ex eodem *Bart.* aliam diſtinctionem,quòd aùt.ſ.accepit fructus maritus de voluntate vxòris, aùt contrà volũtatem ipſius.Primo caſu ſit facienda diſtinctio,de qua ſuprà in bonis paraphrenalibus dictum eſt.Secundo verò caſu,ſiuè fructus extent,ſiuè non, itèm ſiuè ſint ij naturales,ſiuè induſtriales,veniant in reſtitutione.Quando autem ſumus in dubio, an accedat conſenſus mulieris,nec nè in perceptione ipſorum,tradit,fore in dubio præſumẽdam ipſius voluntatem,ac quòd ità cẽſuerit Sacrum Conſilium,& ita cenſuit etiam Senatus Pedemontanus apud *Theſaur.d.deciſ.*187.*ſub num.*4. qui tamen ſubdit,in reuiſione poſtmodùm aliter cenſuiſſe,reparata prima ſententia. ipſum adito pro veritate huius quæſtionis, quid .ſ. in dubio nullis coniecturis intercedentibus ſtatuendum ſit,aliqua alia excipi poterunt ex *Vrſill.ad Afflict. d.deciſ.*44.*num.*3.*cum ſeqq.*

48 Bonorum modò,quæ dotalia dicuntur, appellando bona dotalia illa, quæ nomine, & cauſa dotis fuerint marito tradita,nõ tantùm fructus marito competunt,qui eos facit ſuos præcipuos,vt ſuprà traditum eſt,verùm etiam ſit illorum adminiſtrator,& dominus *l.doce ancillam C.de rei vendicat.l.in rebus C. de iure dot. Bart.in l.vnic.C.de vſucap. pro dote*,alios cumulat *Viuius deciſ.*518. *num.*15.

Quia tamen iſta cõcluſio aliquas paſſa eſt difficultates,erit proindè ipſa declaranda, medijs aliquibus ampliationibus,& limitationibus.

Et primò amplia,adeò verum, maritum fieri dominum rei dotalis,ac admi-

49 niſtratorem,vt valeat, & poſſit abſque mandato vxoris agere,& comparere in iudicio pro dote ipſa *Abb.in c.ex parte extrà de confeſſ. gloſ. Bart. Salyc. Alex. Iaſ.* cęteriq; omnes in *l.maritus C.de Procurator.Ioan.de Amic.conſ.*131.*Viuius deciſ.*518.*num.*16.vbi ex mente

50 *Iaſ.& Rolan.* per ipſum relatorum ſubamplias,vt poſſit etiam,& valeat ea omnia facere, quæ mandatum ſpeciale requirunt,quàmuis tamen nullum mandatum habeat.

51 Amplia ſecundò, vt omne commodum,& incommodum, ſiuè periculum omne,aùt deteriorationis, aùt peremptionis dotis ad maritũ pertineat,quando.ſ.fuerit dos data æſtimata *Menoch. de præſumpt. lib.*3.*præſumpt.*74. *num.*1. *Morot.conſ.*44.*num.*13.*D.de Ponte conſ.* 72.*Didacus de Mari in addit.ad Gizzarell. deciſ.*1.*num.*17. iis adde etiam *Viuium,ac Semproniũ Aſciam* relatos per *D.de Thoro in compend. deciſ. parte* 1. *verbo dos data æſtimata.*

52 Ratio fiet, quia tùnc bona illa æſtimatè tradita viro non dicitur ampliùs dotalia,ſed dos dicitur conſtituta in pretiò,ex eo,quia cenſetur res illa dotalis vendita per vxorem,vel alium eius no-

nomine dotantem,operaturq; fictio,vt fingatur ſtatim fuiſſe numeratum pretiũ marito in dotem,vt tradunt *gloſ. & DD.* relati per *Surdum in deciſ.99.num.9.*

53 Ex quo fit,vt rei illius dominiũ tranſeat etiam in virum cum omnibus ſuis oneribus,& obligationibus *Bald.in l.ex conuentione num.3.C.de pact.*ad differẽtiam rerum,quæ inæſtimatæ marito traduntur, quæ & ſi in dominio mariti ſint, vt in *l.dotale* §.*dotale ff.de fundo dotal.*

54 illud tamen dominium non fit abſolutum ipſius viri,ſed benè ciuiliter,& ſic propter rei fructus,vt poſt *Viuium deciſ.* 518.*Queſad.& Menoch.*deducit idem *de Mari loco cit.*

55 Super quo notes,quòd quãuis æſtimatio faciat venditionem, vt ſuprà, & datum marito æſtimatum fiat illius proprium quòad dominium, & proprietatem,poterit tamen vxor illud vendicare in ſubſidium,ac ſi non fuiſſet illud datum æſtimatũ *Coſta de remed.ſubſidiar. remed.63.num.1. Anton.Faber in eius Codice tit.de iure dot.definit.*43.diſcuſſis tamen priùs bonis mariti,vt cõcludunt *Morot.d.conſ.44.num.*14. *Polydor.Ripa*

56 *obſeru.46.& Faber d.definit.*43.Et hoc non tantùm in ſubſidium aliorum bonorum deficientium,ſuper quibus non præferũtur creditores anteriores,vt ſuprà,verùm etiam antè tempus reſtitutionis,vtputà quando vergeret maritus ad inopiam,ſecũdùm *Fabrum,Coſtam,* & alios relatos per ipſum *de Mari loco cit.num.*21.

57 Amplia tertiò,vt poſſit maritus rem dotalem æſtimatam etiam vendere, eò quia,vt diximus ſuprà,cenſetur eo caſu inducta in dubio emptio,propter quam poteſt maritus retinere,& remanere debitor pretij *l.quoties vbi Bart.* C.*de iure dot.l.1.vbi etiam gloſ.& Doctores* omnes C.*eod.tit.Alex.Dec.Roland.Cremenſ.Bald.nouell.Socin.*& alij relati per *Viuium deciſ.*261.*num.*1.vbi ſic etiam per Regiam Audientiam Barenſem iudicatum refert,ac deinceps concluſionem iſtam per ampliationes,& limitationes declarat.

58 In caſu tamen quando fuerit dos data inæſtimata, nõ poterit ea alienari per virum ſine decreto,quando immobilis eſt,ſecùs verò quando mobilis, *Bart.in l.1.num.17.& 18.ff ſolut.matrim.*Quod nihilominùs intelligas ſecundùm diſtinctionem ab eodem *Bart.*inibi propoſitam,& ſic paſſim obſeruatur,præſertim in Regno noſtro Neapolitano,vbi decreta quando interponuntur ſuper venditione rerum dotalium fiunt cum magna circumſpectione,& in aliquibus tantùm caſibus, non autem indefinitè ſuper alienatione totius dotis,ſed ſuper parte illius tantummodò,& cum clauſula,*dummodò non remaneat indotata.*

59 Amplia quartò,vt nec valeat mulier dotem conſtante matrimonio aùt alienare,aùt alteri donare in præiudicium ipſius mariti *l.conſtante matrimonio* 21. C.*de donat.*

60 Amplia quintò, vt conſtante matrimonio neq; competat vxori rei vendicatio pro re dotali,vt in *d.l.doce ancillam* 9.C.*de reiuendicat.ac in l.1.& fin.*C.*de ſeru.pignor. dato.*

61 Amplia ſextò,vt conſtante matrimonio neq; poſſit ſuper re dotali fieri exequutio pro debitis ipſiuſmet vxoris *gloſ. in l. quinque legibus in gloſ. magna ff. de bonis damnat.Guid.Papa deciſ.*447.*in princ.Capyc.deciſ.*128.*num.*1.*&* 5.*Anton.Faber in eius Codice d.tit.de iure dot. definit.*6.

62 Subamplia,vt neq; pro expenſis litis, in quibus fuit condemnata mulier, & hoc etiam quando litigauerit cum conſenſu mariti,& ità poſt *Papon.lib.*18.*tit.* 5.*areſto* 44. docuit *Tepat. var. concluſ. iur.tit.*456.*cap.*10.contrarium verò innuit *Anton.Faber in eius Codice loco cit. in allegat.num.*2.vbi cotas adducit.

63 Intelligas tamen hoc primò,quando fuerit mulier condemnata in actione perſonali, quo caſu nõ poterit fieri exequutio ſuper re dotali, & ità videntur ſentire omnes ſuprà citati *DD.* ſecùs verò ſi in actione reali ad inſtãtiam creditoris hypothecarii,qui fiet potior iure,ſicuti eſt potior tempore,ad *l.primã, & l.prior* C.*qui pot.in pign.habe.*

64 Intelligas ſecundò,vt procedat quòad debitum poſt matrimonium, quia tùnc cogerentur creditores expectare ma-

matrimonii diſſolutionem,vt pluriès iudicatum per Senatum Sabaudum refert idem *Faber loco cit.in allegat.num.*2.ſecùs tamen quando fuerit debitum per mulierem contractum antequàm nuberet,& ſic antè dotis conſtitutionem, vt refert *Faber ibidem in corpore definitionis*,& antè ipſum voluit *Guid.Pap d. deciſ.*447.*num.*2.vbi dicit,quòd quando mulier contrahit debitum,& poſteà nubendo conſtituit omnia bona ſua in dotem, poterit tùnc exequutio fieri in dote illa,eò quia bona dicuntur deducto ære alieno *l.ſubſignatum* §.*bona ff.de verb.ſignif. l mulier bona ff.de iure dot.* ſubditque etiam *ibi* idem *Guid.Pap.*ſic
65 fuiſſe iudicatum in ea Curia.Remediũ verò, quo ſuccurritur creditori, erit, vt teneatur vxor cauere de ſoluendo ſoluto matrimonio,per *tex.in l.fin.*§.*ſi à ſocero verſ.aut certè ff.de his,quæ in fraud. credit.* ſubdens *ibidem* idem *Guid.Pap.* quòd in caſu,quo ipſa cauere non poſſit,ſufficiet iuratoria cautio,iuxtà diſpoſitionem *auth.generaliter C.de Epiſc.& Cler.*& ità deciſum etiam per Sacrum Conſilium refert *Capyc.d.deciſ.*128.*nu.*4. verùm in eadem *deciſ.in fine* ſubdit per idem Sacrum Conſilium deciſum, quòd ſuper dicta exequutione facienda in bonis dotalibus citetur maritus poſſeſſor bonorum dotalium prædictorum, ſuper quibus petita extitit exequutio facienda.

66 Intelligas ſecundò,non procedere in illis quinq; caſibus,de quibus in *l.quinque legibus ff.de bonis damnat.*Qua cauetur in caſibus læſæ Maieſtatis,Iuliæ vis publicæ,Parricidii, Veneficii,& Sicarijs ſi fuerit mulier damnata,foret dotem publicandam,vt tradũt etiam *DD.* relati per *Campan.ſuper cap.Regni* incip,*Item ſtatuimus,quòd ſi fortè contin-*
67 *git* 133.in ordine *num.*6.ſic è contrà pariter ſi fuerit maritus condemnatus in actione perſonali, nam non poterit fieri exequutio in rebus dotalibus,cùm debeant eę deſeruire pro oneribus matrimonii *l.vbi adhuc C.de iure dot.*tradunt communiter *DD.*vt refert *Alex.in l.à Diuo Pio* §.*in venditione num.*27.*ff. de re iudic.*

68 Quod tamẽ ſubintelligas quòad bona dotalia inæſtimata,quia ſi fuerint data æſtimata,ex quo tunc illa tranſirent in contractum emptionis, & venditionis,vt ſuprà diximus,ſecùs videretur dicendum.

69 Subintelligas ſecundò quòad corpus dotale, ſecùs verò quòad fructus bonorum dotalium,& ità præuia diſtinctione,an ſint fructus pendentes,vel à ſolo ſeparati,diffinit *Anton.Faber in d. tit.C.de iure dot.definit.*38.*ac definit.*39. Et hoc regulare eſt, vt vxor non obligetur pro marito,& è contra maritus pro vxore, ex diſpoſitione totius *tit. C. ne vxor pro marito*,niſi tamèn in quinq; illis caſibus,de quibus apud *Gayl pract. obſeru.lib.*2.*obſer.*90.

70 Sed quid quando ſe obligauerint inſimul vxor,& maritus,vtrùm valeat talis obligatio quòad vxorem,& eius res,negatiuè reſpondit *tex.in auth.ſiuè*,ibi,*vos tamen C.ad Senat.Conſult.Velleian.ac in auth.ſi qua mulier vbi Bald.num.*1.*& 6. C.eod.tit.*per quæ iura ſic deciſum in Camera Imperiali refert *Gayl pract.obſeru.lib.*2.*obſeru.*89.*num.*1.& ſic etiam concludit *Mastrill.deciſ.*140.per multas authoritates, & iura, quæ cumulat
71 ſub *num.*1.*& ſeqq.*vbi dicit,quòd eo ipſo,quòd mulier ſe obligauerit cum viro, vel eius obligationi conſentiendo ſe,& bona ſua obligauerit, conſeruatur ipſo iure illæſa,& obligatio ſua redditur nulla,ponit pro ratione,quia dicitur fideiuſtrix,non autem principalis,non obſtante quòd in contractu ſe obligauerit inſolidum cum marito.Et *ibidem ſub num.* 13.dicit tandem ſic fuiſſe iudicatum per Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ.

72 Limita hoc in caſu,quando mulier ſe obligaret pro ſe principaliter,& maritus fideiuberet,nàm tùnc obligatio ſubſiſteret, eò quia non eſt interdictum marito intercedere pro vxore,& ſic cõcludit *Gayl d. lib.* 2.*obſeru.*90.*num.* 8. Hoc tamẽ ego crederem,non ſufficere ad finem validãdi dictam obligationem mulieris,quando ,ſ,mulier principaliter ſe obligauerit,& maritus fideiuberet,niſi cum effectu debitum,pro quo mulier ſe obligaret appareat fuiſſe verſum in vti-

vtilitatem ipſius mulieris ad finem euitandi fraudes, & colluſiones, ad quas videntur reddi faciles negotiatores noſtri temporis, cùm non ſit tàm difficile, quòd ſe obliget mulier principaliter, nã metus viri, ſaltùm reuerentialis ad peiora inducit. Si tamen probatum fuerit, partem vxoris fuiſſe verſam in eius vtilitatem, valebit vtriq; obligatio pro parte ipſius. Nec ſufficiet in hoc ſola confeſsio eiuſdem vxoris facta in inſtrumento, aût numeratio, ſed oportet ſpecificè fieri probatio per teſtes, quòd .ſ. fuerit verſa in eius vtilitatem.

Et ex his inferri poteſt ad notabilem *deciſion. Afflict. 209. per totam*, vbi vo-
73 luit, quòd quando maritus, & vxor venderent rem obligatam pro dote, & confiterentur pretium recepiſſe, talis confeſsio non nocebit vxori in repetitione dotis ſoluto matrimonio morte viri, niſi cum effectu doceatur per extrinſecas probationes, dimidiam pretii partem fuiſſe verſam in vtilita-
74 tem mulieris. Quam diſpoſitionem limitauit *Gayl dict. obſeruation. 89. numer.* 5. quando confeſsio mulieris in hoc, fuiſſe ſcilicet pecuniam verſam in eius vtilitatem, manaret coràm Iudice, & in figura iudicii, quia tunc non requirerentur aliæ probationes, ſed ſufficeret talis confeſsio.

75 Amplia ſeptimò, vt non poſsit maritus ſolus exigere dotem illam, quæ ſibi, & vxori ſimul promiſſa fuiſſet, quinimò nec etiam illam, quæ ſoli mulieri fuiſſet promiſſa *Anton. Faber in eius Codice tit. de iure dot. definit.* 31. vbi in *calce* dicit, probabile fieri, ambobus dotem promitti, vxori ſcilicet, & viro, eò quia vtriuſq; intereſt, cùm dos, quàmuis in bonis mariti ſit, ea tamen eſt mulieris.

76 Amplia octauò, vt debitor dotalis poſsit ſoluere marito, etiam quòd ipſe maritus non ſit ſoluendo *Anton. Faber in eius Codice tit. de iure dot. definit.* 4. vbi diſcutit etiam de remedio, quo poterit vxori ſuccurri pro ſua indemnitate.

77 Amplia nonò, vt neque poſt mortem viri poſsit vxor propria authoritate capere poſſeſsionem bonorum dotalium, nec illa occupare ſine hæredis licentia *l. dotis actione 9. C. ſolut. matrim.* intelligendo tamen, vt ſuprà etiàm tetigimus.

78 Amplia decimò, etiam in fructibus Caſtri dati marito, quia ſi mulier daret in dotem marito Caſtrum cum iuriſdictione durante matrimonio, confiſcationes omnes, condemnationes, & mulctæ, ac alij quicumq; fructus iuriſdictionis erunt proprii viri, ità vt non teneatur maritus illos reſtituere ſoluto matrimonio *Bart. Bald. Alex.* & cęteri in *l. fin. ff. ſolut. matrim. Boer. deciſ.* 180. *num.* 4. *Capycius deciſ.* 185. *num.* 3. *Papon. in loco relato per Ariſmin. Tepat. var. ſentent. iur. tit.* 456. *cap.* 29.

79 Amplia decimoprimò, vt poſsit etiam conſtante matrimonio dos, & donatio propter nuptias de nouo augeri, ac de nouo etiam conſtitui, itemquè pacta de nouo apponi, aût vetera
80 prorogari *l. ſi conſtante* 19. C. *de donat. antè nupt.* Subamplia, vt poſsint etiam è contrà vtraque minui, niſi tamen diminutio iſthæc fieret in fraudem filiorum primi matrimonii, vt in eadem *lege*. In caſu verò, quòd vellet mulier facere augmentum dotis, & maritus eſſet oneratus ære alieno, ad hoc vt excludat anteriores creditores mariti, tutius erit remedium, vt conſtituatur tale augmentum ſuper re immobili, vt in *auth. ſed iàm neceſſe eſt* C. *eod. tit. de donat. antè nupt.* In caſu tamen, quo
81 mulier dederit marito certam dotem, quàmuis patiatur alios adminiſtrare, non videtur illas dediſſe in augmentum dotis *Bartol. in ſuis quæſtionibus quæſt.* 7. *Tepat. variar. ſent. iur. tit.* 457. *cap.* 4.

82 Amplia decimoſecundò, vt poſsit etiam maritus ipſe ſolus abſquè aliquo vxoris conſenſu facere retrouenditionẽ cenſus dotalis ſibi in dotem dati in beneficium debitoris reementis *Gaſpar Rodericus in tract. de annuis redit. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 88. ſequutus *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *parte* 2. *cap. vlt.* §. 17. *num.* 4. vbi *Parladorus* dicit, quòd marito etiam dotale debitum rectè ſoluitur,

adducit *tex. in l. doce ancillam C. de rei vendicat.* Rationem aſsignat *Rodericus,* quia rerum dotalium dominus conſtāte matrimonio eſt maritus *l. ſi prædium C. de iure dot. d. l. doce ancillam.* Addit ſecundo loco, quia alienatio, quæ contingit in redemptione reditus eſt neceſſaria ex antecedenti cauſa, & ex lege contractus, & proindè ea non prohibetur marito *l. 2. vbi gloſ. & DD. C. de fundo dotal. l. 1.* ibi, *quia hæc alienatio non eſt voluntaria ff. eod. tit.* Vndè *idem* ſubdit, redemptionem, ſiuè retrouenditionem reditus poſſe fieri etiam à poſſeſſore Maioratus, à Prælato, ab hærede, quàmuis fideicommiſſo grauato, itèm ab vſufructuario, tàm omnium bonorū, quàm particulari, ac ab aliis, de quibus apud *ipſum ibidem à num. 79. cum ſeqq.* facit in ſimili quod de Oeconomo liberante tradit *Marta deciſion. Piſana 51. per totam,* ac de tutore retrouendente ſinè Iudicis decreto ſcribit *D. de Franchis deciſion. 206. numer. 24.* cum quo concordant etiam *Cartar. deciſion. Genua 89. numer. 23.* & antè ipſum *Caballin. de vſur. quaſtion. 40. Boccac. de cenſibus parte 2. numer. 104. Manent. de contract. liuellar. pacto 8. numer. 2.* aliique relati per *Giurbam deciſ. 79. ſub num. 27.* prout de retrouenditione facta per fideicommiſſariū, articulo hinc indè diſcuſſo, docuit idem *Giurba d. deciſ. 79. per totam,* in qua *num. 18.* ſic iudicatum refert.

Contrariam ſententiam tutati ſunt *Solis in tractat. de cenſibus lib. 2. capit. 16. numer. 6.* cui adſtipulantur etiam *Dominus de Thoro in compend. deciſion. parte 2. in verbo maritus ſolus,* vbi inſertis allegationibus *Ioannis Antonij Pariſij* Iuriſconſulti, & Aduocati Neapolitani, ſic tandem concludit fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, ac *Gratian. diſceptation. forenſ. lib. 5. capit. 985. ſub numer. 4. cum ſequentibus,* dicentes, quòd debitor annui cenſus in dotem conſtituti non liberabitur ſoluta principali ſorte marito, eò quia non licet ei rem immobilem in dotem datam vendere, ſeù alienare, ſubdentes, quòd quàmuis minùs ſit in alienatione neceſſaria, non tamen id facit, vt poſsit maritus ſolus cenſum redimere abſque conſenſu vxoris, qui ſimiliter requirendus erit, eò quòd dubitant multi, an prohibitus alienare, poſsit cenſum retrouendere, ac in tali caſu poſsit fieri ſolutio, quàmuis eſſet illa neceſſaria. Et eò fortiùs ad tollendas difficultates, quæ ponuntur per *Doctores* in ea quæſtione, an ſcilicèt maritus ſit dominus verus, & abſolutus bonorum dotalium, de qua apud omnes in *l. in rebus C. de iure dot.* eòque magis, quia licèt dos ſit in bonis mariti, eſt tamen ea etiam mulieris, eò quòd certum eſt, vxorem eo animo dediſſe marito rem dotalem, vt fructus ad eum pertineant, non autem quòd dominium illius rei ad illum ſpectet *l. quàmuis ff. de iure dot. l. ſi fundus in princip. ff. ſolut. matrimon. Igneus in l. 1. §. ſi vir, aut vxor ff. ad Syllan.* per quæ ſic concludit *Gratian. loco citato.* Addit *Dominus de Thoro,* ſiuè *Ioannes Antonius Pariſius,* quiſquis ille ſit *loco* deſuper *relato,* quòd quàmuis retrouenditio non dicatur verè venditio, & reuendere non ſit propriè vendere, in tantùm quòd qui promittit reuendere non teneatur vendere, inficiari tamen nequit, quin retrouenditio, ſeù reuenditio non ſit ſecunda venditio. Vndè retrouenditio, & vēditio pari paſſu ambulant, & proindè retrouenditio iſthæc eſſet alienatio annui cenſus.

Addunt inſuper, quia quemadmodùm maritus dicetur bona ſimul cum vxore poſsidere, ſequitur conſequenter, non poſſe maritum alienare bona abſque conſenſu vxoris, ex quo maritus habet cauſam ab vxore, & mulier concurrit in dominio rerum dotalium, licèt maritus dicatur habere illarum dominium, ac tandem quòd maritus dicatur impropriè dominus, vxor verò propriè domina. Hæc *Dominus de Thoro loco citato,* vbi in vnaquaque præfatarum concluſionum authoritatem, & rationem adiungit.

83 Quicquid tamen *ipſi* contendant, verior

Digitized by Google

rior de iure redditur opinio *Roderici*, & ſequacium, poſſe .ſ. maritum dictam retrouenditionem abſq; aliquo vxoris cõſenſu facere. Adducor in id, quia quando aſsignatur annuus reditus pro dote redimibilis (remidibilem dico in caſu, quo fuerit conſtitutus cum pacto de redimendo pro certo capitali pretio, ſicuti quotidiè celebrantur iſti annui reditus, non autem quando perpetuus, ex quo ſaperet in eo caſu naturam contractus emphyteutici, aùt liuellarij, aùt ſimilium) non habetur reſpectus, nec ratio de eo, prout de re immobili inæſtimata, ſed benè aùt proùt de pecunia, aùt ſaltim proùt de re æſtimata, vt indies cernimus, nàm aſsignantur iſti annui cenſus, non habito reſpectu ad annuos reditus, ſed benè habito reſpectu ad capitale pretium, pro quo debetur dictus annuus reditus, & ſic eſt idẽ ius de eo, quod de quantitate aſsignata, aùt quod de re æſtimata.

84 Addas ſecundò, in hoc caſu non cadere reſolutionem illius quæſtionis, vtrùm annuus reditus computetur inter res mobiles, an verò inter res immobiles, itemq; vtrùm conſtituant tertium genus rerum, de qua apud *DD. in l. iubemus C. de ſacroſ. Eccleſ.* cùm clarum ſit, in hoc caſu cadere ſub ſpecie, & genere rerum mobilium, dùm aſsignatur pro ſpecie numerali quãtitatiua, & proindè dùm habetur de annuo reditu dotali ratio prout de re æſtimata, eſt idem ius de eo ſtatuendum, quod de re dotali æſtimata, tametſi immobili, de qua dicebamus ſupra in *ampliat.* 3. poſſe .ſ. maritum ad ſui libitum diſponere, cùm cẽſeatur in tali caſu inducta emptio, & vẽditio, propter quod remanet maritus tantummodò debitor pretii, retenta penès ſe re illa, per cotas, quas ſuprà adduximus.

Patet modò ex his reſponſio ad contraria adducta per contrariæ ſententiæ ſectatores, quia tametſi verum ſit, non poſſe maritum rem immobilem alienare, fallit tamen quando res illa licèt immobilis ſortiretur naturam rei mobilis, vt in hoc caſu, aùt quando res immobilis data eſſet æſtimata, cùm differat latis aſſumptum illud per illos probatum, ſuper quo videntur conſtituere eorum vim omnem, dicentes, dotalem fũdùm eo animo dari viro ab vxore, vt fructus tantùm ad ipſum pertineant, nõ autem quòd dominium fundi illius ad ipſum maritum ſpectet, ex quo ea ſibi locum vendicant quòad rem immobilem ſimpliciter in dotem datam, non autem quando æſtimatè, quemadmodùm ipſimet fateri videntur, dùm aſſerunt, tutiùs eſſe in hoc caſu fore adhibendum conſenſum vxoris, vt præ cęteris obſeruari poterit apùd *Gratian. diſcept. forenſ. d.*

85 *cap.* 985. *num.* 9. Quod & ipſe quoque ad exuberantiam probatem, addendo magis tutum fieri vxori, vt à principio in capitulis matrimonialibus, aùt inſtrumento dotali in aſsignatione dicti annui cenſus pro dote, præfigatur pactum expreſſum, vt in caſu reemptionis cenſus teneatur maritus conuertere capitale pretiũ in emptionem alterius corporis pro indemnitate, & ſecuritate mulieris, vt quandoque, & vt plurimùm obſeruatum vidi penès plura inſtrumẽta dotalia, & obſeruauit etiam in ſimili *Ioſeph. de Seſe deciſ. Aragon.* 30. *num.* 1. vbi pactum iſtud onus eſmerzandi ipſe appellat, formatq; *ibi* etiam quæſtionẽ, an pactum iſtud poſsit ex poſt facto apponi, & concludit, quòd non.

Non obſtat etiam aliud ipſorum aſſumptum, dùm ſentiebant, maritum fieri impropriè dominum, vxorem verò propriè rei dotalis, eademmet ratione, quia in hoc caſu tranſit propriè, & abſolutè dominium apùd maritum, ſicuti & de re æſtimata. Per quæ patet etiam quàm lõgè aberraſſe Conſulentes in caſu propoſito per *D. de Thoro d. parte* 2. *compẽd. deciſ. verbo maritus ſolus*, dùm in idem expendunt deciſiones Rotæ Romanæ, de quibus apud *Gratian.* relato *cap.* 985. *num.* 9. alteram .ſ. die 11. Decembris 1617. alteram verò die 6. Iunii 1618. eò quòd deciſiones illę, vt clariùs obſerua ri poterit apùd eundem *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 636. *num.* 16. *cum ſeqq.* non fuerunt latę ſuper articulo iſto retrouẽditionis faciẽdæ per maritum, ſed benè ſuper differenti articulo, quippè de vſu-



Digitized by Google

fructuario extinguente cenſum, in quo iure concludit, ſeruare Rotam, vt non poſſit ſolus, nec ſolutionem ipſi factam liberare debitorem cenſus, afferendo *inibi* deciſiones deſuper relatas, qui quidem caſus eſt ſatis diuerſus, cùm realiter, & cum effectu vſufructuarius nullum poſſit prætendere dominium rei vſufructuariæ, nè dicam habeat illud, ſecùs tamen in marito, qui ſit dominus rei dotalis *l.doce ancillam C.de rei vendicat.* cum concordantibus, eiuſque præcipuè, quæ fuit ſibi æſtimata tradita, vt ſuprà diximus, & proindè nō eſt de vno ad alterum caſum inferendum.

86 Amplia decimotertiò, vt neque poſſit mulier paciſci in præiudicium dotis *l.dedit cum l.ſeq. ff.de pact.dotal. D.de Franch.deciſ.381.num.3.*

Limita modò primò concluſionem illam, qua dicebamus, maritū fieri Do-87 minum rei dotalis, vt procedat quòad ea bona, quæ fuerint expreſſim data in dotem, ſecùs tamen quando fuerit contractum matrimonium, nulla facta mentione de dote, quoniam tùnc non videbitur aliquid in dotem datum, eritque eo caſu matrimonium ſine dote, *Petrus de Rauen.ſingul.295.* ſequitur illum *Ariſminus Tepat.var.ſent. iur. tit. 456.cap.12.*

Iuxtà quæ propoſuit aliàs *Bartolus* quæſtionem, quam etiam reſoluit in *quæſt.ſua* incip. *mulier habens magnum patrimonium*, de muliere habente amplum patrimonium, & nubente nul-88 la expreſsim conſtituta dote, vtrùm ſcilicèt cenſeantur bona illa ſua omnia, ſiuè patrimonium totum in dotem viro dediſſe, & concludit, non præſumi in tali caſu dicta bona ſua omnia in dotem marito dediſſe, & ità concludit *Bart.in d.quæſt.in ſolut.col.1.verſ. ſecundo caſu*, quæ opinio videtur eſſe etiam de mente *gloſ.in l.mulier bona ff.de iure dot.* ibi, *ſed lex non dicit*, quàmuis tamen pro contraria adnotent illam quamplurimi, eſtquè tandèm ſententia communiter recepta, quam poſt ipſos ſequuti ſunt *Bald.in d.l.mulier bona, & in cap.1 in fine an maritus ſuccedens vxori in benefic. in vſib.feud.* itemquè *in conſ.100.lib.4.& in conſ.185. lib.5. Angel. in conſ.335. Roman. in conſ.14. num.3. & conſ.314. col.1. Imola in l.ſi conſtante ff.ſolut. matrim.vbi etiam Iaſ.num.219. Alex.in conſ.144.lib.3.& in conſ.122.num.7.& in conſ.142.num.2.lib.7.Calcan.in conſ. 11. Socin.ſen.in conſ.81.col.vlt.lib. 3.& in conſ.80.lib.4. Bald.nouell.in tract.de dote parte 6.priuil.14. Campeg.in conſimili tract.de dote parte 5.quæſt.99.Boer. deciſ.137. Couar.in Epithom. de ſponſal. parte 1.cap.5.num.5.Roland.à Valle in tract.de lucro dot.quæſt.71.num.2. Phanuc.ſimiliter de lucro dotis gloſ.10. num. 36. Corne. Ruin. Dec. Pariſ. Marſil. Curt.iun.* Franc. *Pepus, Ioan.Iacob. de Leonard. Guilielmus Maynard. Stephanus* Forcatulus, *ac Monterentius in locis relatis per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.6.num.54.* quibus *ipſe* quoq; diſputando articulum, & reſpondendo argumentis contrariæ opinionis ſe ſubſcribit, ijs adde *Rotam Romanam*, quæ ſic decidit *in deciſ.588.num.1.parte 1. in nouiſſ. Gayl pract.obſeruat. lib.2. obſeru. 82.num.2. Barboſ.in l.1.parte 3.ſub num. 69.& 70. ff.ſolut.matrimon. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.99.num.8. & per totam.*

89 Amplia hoc primò, vt poſſit mulier de bonis iſtis inuito marito diſponere intantùm quòd non lucretur maritus, nec faciat fructus ſuos bonorum prædictorum inuita vxore *Gayll.d.obſeru.82.* cum aliis adductis per *Ariſmin.Tepat.variar. ſent.iur.tit.456.c.9.*

90 Amplia ſecundò, vt nec etiam præſumatur in tali caſu promiſſa marito dos congrua *Bald. Nouell. de dote p.6. priuileg.14.col.fin. verſ. tertius caſus, Roland. de lucro dot.q.74. num.9. Phanuc. in eod. tract.gloſ.10.nu.17.* qui ambo alios etiā conſentientes cumulant, & *inibi* contrariam *Curtii iunioris in Auth.præterea nu.13.C.vnde vir,& vxor* reiiciunt.

91 Amplia tertiò eò fortius in ſponſa, quæ ſimiliter non præſumitur conſtituere dotem, ex eo quòd promiſerit contrahere matrimonium cum ſponſo *Couar. dicto Epitho. de ſponſal.p.1.c.5.nu.5.* quicquid in contrarium autumauerint *Calcan.in conſ.11.col.2.& Corne.in conſ.*

282.

Digitized by Google

*282. nu. 36. lib. 1. ex l. quod autem, & ex l. tali ff. de iure dot.*

92 Amplia quartò etiam in caſu, quo permiſerit uxor, maritum bona ſua adminiſtrare, & in effectu per multos annos adminiſtraſſet, nàm permiſſio iſthæc non inducet probationem, quòd fuerint bona ipſa data in dotem *Alex. Raudenſ. in tract. de analogis lib. 1. cap. 30. ſub nu. 295. verſ. trigeſima quarta illatio*, tradiderunt alii quamplurimi relati per *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. n. 73.* quod tamen declara, ut dicam infra in limitationibus.

93 Amplia quintò id eò magis procedere, quando mulier iam certam ſummam dediſſet uiro nomine dotis, quoniam eo caſu non dicetur, eademmet de cauſa reſiduum bonorum marito conceſſiſſe, quàmuis etiam deſuper fuiſſet inſtrumentum confectum, in quo diceretur, mulierem iſtam reſiduum hoc bonorum ipſi marito dediſſe pro ſupplenda dote, ac ad habendum, tenẽdum, & quicquid ei placuerit faciendum, conſtituendo eum procuratorem perpetuò, &c. ut in caſu relato per *Decium in conſ. 521. nu. 9. verſic. his tamen non obſtantibus*, poſt quem ſic etiam tenuerunt *Phanucb. de lucro dot. d. gloſ. 10. nu. 47. & Menoch. d. præſumpt. 6. lib. 3. nu. 72.*

94 Amplia ſextò etiam in caſu coniecturarum conſideratarum per *Corneum in conſ. 282. nu. 6. verſ. & maximè attentis lib. 1*, vbi tres præcipuas coniecturas cumulat, quibus non præſumitur mulier bona ſua in dotem marito dediſſe, quarum Prima eſt, quando vir eſſet diues, & ſenex, mulier verò è contrà iuuenis, formoſa, & pauper. Secũda coniectura eſt, quando adeſſet fama in loco, quòd vir ille duxiſſet mulierem in vxorem ſine dote. Et Tertia, quando nõ fuiſſet ſoluta gabella, quæ pro dotis quantitate data ſolui deberet, & ità poſt *Corneum* deducit etiam *Menoch. d. præſumpt. 6. num. 67. cum ſeqq.*

95 Limita modò primò in muliere conuolante ad ſecundas nuptias, quoniam ſi primo marito certam dotem dederit, ſecundò poſtmodùm nubendo, cenſetur etiam eandem dotem in dubio dare ſecundo marito, ſi nullam ei expreſſam dotem conſtituerit, ad *tex. in l. dotem la 1. ff. de iure dot. & in l. diuus ff. eod. tit.* facit *tex. in l. ſi mulier, & in l. penult. §. vxor ff. ſol. matrim. gloſ. in Auth. ſed quamuis C. de rei vxor. act. Riminald. conſ. 105. num. 2. & 11. lib. 1. & conſ. 63. nu. 4. Alex. conſ. 144. nu. 3. vol. 5. Bald. in l. nulla C. de iure dot. Roland. à Valle de lucro dot. q. 75. Iaſ. in §. fuerat num. 127. Inſtit. de action. Gayll. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 82. nu. 7. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 99. nu. 15. Cacheran. deciſ. 21. num. 1. Anton. Faber in eius Cod. tit. de iure dot. definit. 37.*

96 Amplia primò, vt vir iſte ſecundus, nõ facta conſtitutione aliqua dotis lucretur etiam partem ſibi debitam vigore ſtatuti, ſiuè conſuetudinis *Socin. iun. in conſ. 8. nu. 18. lib. 2. & conſ. 29. in fine lib. 1. Roland. à Valle de lucro dot. d. q. 75. Ioſeph Ludou. d. deciſ. 99. nu. 16.*

97 Amplia ſecundò etiam in caſu, quo extiterint filii ex primo matrimonio, quoniam non obſtantibus dictis liberis primi matrimonii, cenſetur adhùc conſtituta ſecundo viro eadem dos, quæ fuit tradita primo viro *gloſ. in l. hac edictali §. ſin verò plus in verbo diuidi C. de ſecund. nupt. Dec. in conſ. 246. nu. 2. Alex. d. conſ. 144. Boer. deciſ. 137. per totam, Gayll. d. obſeru. 82. nu. 7.* cum declaratio-
98 ne tamen, vt intelligatur dos data primo marito repetita ſecundo cum hoc moderamine, vt ſcilicet non lucretur plùs ſecundus maritus, quàm vnus liberorum primi matrimonij, cui fuerit minus ex bonis maternis relictum, vt in *d. l. hac edictali, & in §. de augmentis in Auth. de nupt.* eſt *tex. in l. ſi conſtante C. de donat. antè nupt.* tradunt *Doctores in d. l. nulla C. de iure dot. ac Alex. d. conſ. 144. nu. 3.*

99 Declares tamen limitationem iſtam primò, vt non procedat, quando vxor habuiſſet plures viros, quibus diuerſas dotes dediſſet, quoniam tunc attenditur vltimo viro dos conſtituta, ut benè declarat *Ludouic. d. deciſ. 99. num. 17.* poſt *Ruin. & Pariſ.* quos allegat.

100 Declares ſecundò, ut non procedat in bonis, quæ obuenerunt mulieri inter primum, & ſecundum matrimonium,

quæ

Digitized by Google

quæ non cenſebuntur conſtituta in ſecundam dotem, tametſi in priore matrimonio bona omnia mulieris fuerint in dotem data, niſi tamen fuerint etiam expreſſim data bona futura, vt deciſum per Senatum Sabaudum tradit *Anton. Faber in eius Cod. tit. de iure dot. deſi nit.*48.

101 Limita ſecundò in illis locis, in quibus uigore aùt ſanctionis particularis, aùt ſtatuti cautum eſt, vt bona mulieris cenſeantur data in dotem, ſicuti *Bononiæ Statuto* caueri *in lib.*4.*rubr. de dotibus reſtituẽdis* §.*prætereà omnia* teſtatur *Monterent. ibi in gloſ. mulieris*, quàmuis tamẽ ipſe ſcribat, eſſe illam fictionem legis fundatam in præſumpta uoluntate mulieris, ob ſignificationem verbi, *intelligatur*, quod fictionem denotat, adnotauit *Menoch. d. præſumpt.*6.*lib.*3.*nu.*77.

102 Limita tertiò, quando eſſet conſuetudo in loco, quòd cenſeatur mulier bona ſua in dotem dediſſe: nàm eo caſu nubens mulier, nulla facta aùt expreſſione, aùt mentione dotis, cenſebitur, vt voluntas ſua ſit conformis conſuetudini, & conſequenter bona ſua marito dotis nomine dare *Bald. in Auth. res, quæ num.*12.*verſ. ſed nùmquid C. commun. de legat. Alex. in conſ.*134.*num.*2.*lib.*5. *in conſ.*122.*nu.*9.*& in conſ.*142.*nu.*2. *lib* 7. *Corne. in conſ.*127.*nu.*5.*lib.*3.*Curt. iun. in Auth. prætereà nu.*13. *verſ. limita tertiò C. vnde vir, & vxor, Roland. à Valle in tract. de lucro dot. q.*71 *in fine*, quàmuis tamen diſſentiat *Phanucc. de lucro dotis tit.*10.*nu.*38. *verſ. ſed caue*, ſubiungens, poſſe hanc eſſe leuem coniecturam, & dubitet *Menoch. dicta præſumpt.*6. *lib.*3. *num.*80. propter difficultatem multam, quæ verſatur circà probationem huius conſuetudinis multa requirentis. Sed pro *Alex. Curtio iun.* & cæteris ſtat etiã *Ludou. d. deciſ.*99.*nu.*23.

103 Limita quartò, quando mulieri relicta eſſent à patre, auo, aut ab alio quoquo bona certa ex cauſa dotis in teſtamento, aùt diſpoſitione alia, etiam imperfecta, quoniam tunc mulier nubendo, adhùc ſimpliciter videtur conſtituere marito dotem illam ſibi relictã *Ruinus in rubr. ff. ſol. matrim. nu.*8. aliàs eſt ſub *nu.*288. *in lectura noua*, *ac in conſ.*224.*n.*5.*lib.*1. *Socin. iun. conſ.*8.*nu.*14.15.*& ſequ. lib.*2. *Phanucc. de lucro dotis d. gloſ.*10.*nu.*45. *verſ. alio etiam caſu*, *Ludou. d. deciſ. Peruſ.* 99.*nu.*14. *Menoch. d. præſumpt.*6. *nu.*89. Declarando tamen ſecundùm *Monterent. ad Statut. Bonon. lib.*4. *d. rubr. de dotib. reſtit.* §. *prætereà in gloſ. omnia bona*, vt ſcilicet intelligantur præcitati *Doctores* quòad bona illa legata tantùm, non autẽ vltrà de bonis proprijs ipſius mulieris. Sed quia à præfatis diſceſſit *Berous in conſ.*40.*nu.*52.*lib.*1. vbi conſuluit ſuper eadẽ facti ſpecie in materia Statuti Mantuæ, ſuper qua reſpondit *Socin. iun. d. conſ.*8. pro veritate adiri poterit *Menoch. d. præſumpt.*6.*lib.*3. vbi à *nu.*90. *vſque ad finem* aliquos conſtituit caſus de mente *Beroi loco cit.* illoſque reſoluit.

104 Limita quintò, quando vxor eſſet longè inferioris conditionis à viro, propter quam valdè veriſimile redderetur, quòd non duxiſſet illam, niſi bona ſua omnia dotis nomine dediſſet *Bald. l. nulla nu.*2. *verſ. ſi autem C. de iure dot. Alex. in conſ.* 122.*nu.*7.*lib.*7. *Calcan. in conſ.*11.*col.*3. *verſ. prima præſumptio eſt*, *Socin. ſen. in conſ.*81.*nu.*6.*lib.*3.*Dec. in conſ.*521.*nu.*8. *Curt. iun. in conſ.*168.*num.*7. Et quàmuis leuem cõiecturam arbitretur iſtam *Phanuc. de lucro dotis d. gloſ.*10.*nu.*39. probabilem tamen ſatis, & vrgentem dijudicat illam *Menoch. d. præſumpt.*6.*num.*81. Eòque fortiùs illam procedere, quando bona mulieris eſſent litigioſa, & maritus eſſet homo diligens, & valdè verſatus in foro, poſt *Calcan. d. conſ.*11.*verſ. vltimò credo, & uerſ. prima præſumptio col.*3. cum quo concordat etiam *Ludouic. d. deciſ.* 99.*nu.*25. vbi vltrà *Calcan.* adducit etiam *Riminald. in conſ.*105.*num.*1.*lib.*1.

105 Limita ſextò in caſu, quo maritus publicè, & palàm, formiq; patientia ipſius vxoris poſsideret bona ſua, & patientia formis quòad hoc eſſet, vt aduertit *Menoch. d. præſumpt.*6.*num.*79. *poſt Bart. in d. quæſt. mulier habens amplum in ſolutione col.*2.*verſic. ſed ſi tu poneres iudicaretur*, quando maritus ita poſsidens, audiente, & intelligente ipſa muliere bona illa, quæ poſsidebat, & adminiſtrabat,

Digitized by Google

bat, dixiſſet eſſe bona data ſibi in dotē, quoniam in tali caſu ex patientia iſta ſine contradictione arguitur mulieris cōſenſus, & videtur conſtituta dos, ad differentiam ſimplicis permiſsionis cum adminiſtratione, de qua dicebamus ſuprà in ampliatione quarta, ac ità poſt *Bart. loco cit. Bald. in conſ. 100. mulierem maritus lib. 4. Angel. in conſ. 335. ſtatuto communis Bononiæ, Calcan. d. conſ. 11. verſic. adeſt & alia præſumptio, Bertrād. conſ. 160. in fine, Bald. nouell. de dote parte 6. priuil. 14. in fine* concludunt *Rolandus à Valle de lucro dotis quæſt. 74. in fine*, quo loci dicit, limitationem iſtam eſſe valdè menti aſſeruandam, cùm per illam detur cautela marito capienti vxorem ſine dote, vt per *eum, Phanuc. de lucro dotis d. gloſ. 10. num. 4. Menoch. loco cit. d. nu. 79. Ludouic. d. deciſ. Peruſ. 99. num. 20.* Cacheran. *deciſ. 21. num.* 8. Quò verò ad tempus, qualis ſcilicet illius curſus requiratur, tametſi dubitent *Doctores*, dicētes, requiri curſum decem annorum; attamen ſufficere cum patientia iſta formi modicum tempus reſident *Phanuc. & Menoch. loc. cit.*

106 Intelligas tamen limitationem iſtam, vt procedat in caſu, quando mulier poteſt ſe obligare abſque præſentia proximiorum: quoniam ſi ſtatuto requireretur in contractu mulieris præſentia proximiorum, non haberet locum limitatio iſthæc propter timorem fraudum. Et ità poſt *Bart. in l. tranſactionem C. de tranſact. Socin. in l. 1. num. 6. ff. de reb. dub.* ac *Cephal. conſ. 109. nu. 12. lib. 1.* reſidet *Ludou. d. deciſ. 99. nu. 21.* ea ratione, quia ſi non poſſet mulier abſque dicta præſentia facere hoc expreſsè, multò minus poterit tacitè.

107 Intelligas ſecundò, non procedere in muliere minore, vt infrà etiam dicemus, quia præſumitur ſimplex, & ignara, & apta magis, vt decipiatur, quàm vt decipiat, ad *tex. in l. 1. ff. de minor.* & ità notabiliter declarat *Ludouic. loco cit. num.* 22. poſt *Dec. Ruin. & Cephal.* quos *ibidem* recenſet.

108 Limita ſeptimò, quādo vna ſimul maritus, & mulier adminiſtraſſent, curaſſentque bona ipſius mulieris, & bona poſita in cataſtro, ſeu æſtimo nomine mulieris, ponerētur poſtmodùm de mulieris conſenſu, & deſcriberentur in æſtimo, ſeù cataſtro ipſius mariti, nomine eiuſdem mariti *Calcan. d. conſ. 11. num. 7. verſ. item non reperitur, Corne. d. conſ. 282. col. 3. verſ. corroboratur hoc lib. 1. Phanuc. loco cit. d. gloſ. 10. num. 45. Menoch. d. præſumpt. 6. lib. 3. nu. 82.* intelligendo tamen, vt in præced. limitatione, dummodò mulier non ſit ætate minor, eademmet ratione, quia ſi non potuiſſet expreſsè cōſtituere dotē, ità nec tacitè, vt per *Corne. loco cit.*

109 Limita octauò, quando pluries affirmaſſet mulier extrà iudicium ſe dediſſe marito in dotem bona ſua: quoniam extraiudicialis hæc confeſſio induceret præſumptionē ad fauorē mariti, quàmuis tamen non faceret illam plenam fidem abſente marito *Bal. d. conſ. 100. mulierem maritus lib. 4. Socin. iun. conſ. 8. nu. 19. lib. 2. Roland. de lucro dotis q. 74. num. 12. & 13. Menoch. loco cit. num. 83. Ludouic. d. deciſ. Peruſ. 99. num. 19.* vbi adducit etiam *Socin. ſen. conſ. 60. col. 2. lib. 1.*

110 Limita nonò in caſu, quo expertę mulieris vera traditio interceſſerit, ità definit *Faber in eius Cod. tit. de iure dot. definit.* 18. Hoc autem ſublimites in nominibus debitorum, quæ quia non traduntur, ſed ceduntur, non præſumuntur data *Guid. Pap. deciſ. 499. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 732. par. 2.*

111 Limita decimò in caſu cōiecturarum reſultantium ex verbis ipſius mulieris, quarum quatuor congerit *Menoch. d. præſumpt. 6. lib. 3. nu. 84. vſquè ad nu. 89.* Prima eſt, quando mulier dixerit viro, *do tibi me, & bona mea*, alio non expreſſo: Secunda, ſi dixerit, *aſſigno tibi bona mea*, ex quo verbum illud, *aſſigno*, importat dominij translationem. Tertia eſt, cùm dixerit, *trado me, & bona mea*. Et quarta, cùm dixerit mulier, quòd non intendebat bona ſua eſſe data in dotem, niſi conficeretur publicum inſtrumentum, quoniàm ſi fuerit poſtmodùm confectum inſtrumentum, cenſebuntur bona ſua in dotem data, prout in vnaquaque ex iſtis coniecturis adducit *Menoch. Doctorum* authoritatem, quos cupidus

Le-

Digitized by Google

Lector de perſe videre poterit.

112 Limita modò ſecundò principaliter regulam illam, qua dicebamus, maritum fieri dominum rei dotalis, vt non procedat in rebus traditis ad ſubſtentationem filiæ, quæ non præſumuntur eſſe dotales, ſed extrà dotem, & proindè non poterunt ex capi pro debito mariti *l.3. C.nè vxor pro marito, Ariſmin. Tepat. var.ſent.iur.tit.*457.*c.*2.

113 Limita tertiò in muliere minore, quæ cùm non poſſit conſtituere dotem marito ſine Iudicis decreto, vti traditur in *l. lex, quæ tutores vbi Bar.* & cæteri *C. de administra. tutor.* conſequenter vtiquè non fiet maritus illius dominus, vt colligitur ex *Doctoribus* relatis per *Menoch. d.tract.de præſumpt.lib.*3.*præſ.*6.*nu.*1.

114 Amplia hoc etiam in caſu, quo vxor iſthæc minor efficeretur maior, & pateretur, maritum bona poſſidere, & adminiſtrare, quo etiam caſu non præſumetur dediſſe in dotem, nec fiet maritus illius dominus *Romanus in conſ.*314.*nu.*2.*Gozadin.in conſ.*33.*col.penult.num.*21. *Crau. de antiqu. temp. in* 4. *partic.*4.*par. princ.nu.*109.

115 Sublimita tamen primò in caſu, quo mulier effecta maior non contradixerit poſt quinquennium, quinimò acquieuerit viro poſſidenti bona, tamquàm dotalia *Calcan.in conſ.*11.*nu.*10. *in fine*, *Phanucc.de lucro dot.gloſ.*10.*nu.*45. *verſ. circa quod*.

116 Sublimita ſecundò quoàd bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ quia poſſunt alienari ſine decreto à minore, ac ſine aliis ſollemnitatibus, iuxtà *gloſ.& DD.in l.*1.*§.fuit quæſitum ff. ad trebell.* valet vtiquè conſtitutio dotis, ſecundùm *Neguſant.Curt.iun.Roland. à Valle, &* *Phanuc.* relatos per *Menoch. d. præſumpt.*6.*nu.*5.& conſequenter fiet illarum dominus maritus, quemadmodùm & cæterorum bonorum dotalium.

117 Limita quartò in marito recipiente certam dotem ab vxore, quoniàm tametſi poſtmodùm patiatur mulier, alias res ſuas adminiſtrare, vtiquè non cenſebitur dediſſe illa in augmentum dotis, vt ſuprà diximus, & ſic non fiet maritus illorum dominus *Bart.d.q.*7.incip.*Mulier habens amplum patrimonium, & Ariſmin.Tepat.variar.ſent.iur.tit.*457.*cap.*4.

118 Limita quintò in caſu nullitatis matrimonii, quo caſu nedùm non fiet maritus dominus dotis, verùm nequidèm fructus lucrabitur, nàm tenetur illos reſtituere, niſi tamen conſumpti ij fuerint in oneribus ipſius mulieris *l. in inſulam §.fructus ff.ſol. matrim.* adde, quòd nec pro illis habet locum vſucapio pro dote, vt in *l.*1.*§. vlt.ff.pro dote*, quinimò nec competit dilatio aliàs de iure data ad reſtituendam dotem, ſecundùm *gloſ.in l. vnica §.exactio verſ.reſtituendis C.de rei vxor.act.* tradit *Fachinæ. controuerſ. iur. lib.*10. *c.*30. *verſ.etenim vbi matrimonium*.

119 Limita ſextò in dote tãtùm promiſſa, ſiuè conſtituta, non tamen adhùc tradita, quoniàm tametſi conſtituatur dos ex ſola promiſſione, nihilominùs prædium non dicetur dotale, nec res pro dote aſſignata dicetur dotalis, niſi ſecuta traditione, cùm dominium rei dotalis ex ſolo contractu dotis non transferatur in maritum abſquè traditione *l. de diuiſione vbi Bald.Imol.*& cæteri, & *Iaſ.* in ſpecie *ibidem num.*6. dicit, ſic omnes tenere, quàmuis ab alijs ipſe recedat *ff.ſol. matrim.l.dotale §.*1.*ff.de fundo dotali.gloſ.in l.*1.*in l.vniuerſæ ff pro dote*.

120 Effectus iſtius limitationis erit maximus, quia maritus, qui debet lucrari fructus dotis ex re dotali, iuxtà *tex. in l. dotis fructus ff.de iure dot.in l. plerumquè §.ſi ſerui in fine, & in l. pro oneribus C. de iure dot.* non lucrabitur illos ex dotis tantùm conſtitutione, cùm ex ſola promiſſione dotis non dicatur res dotalis, ſed requiritur dominii translatio *d. l. de diuiſione, & in l. traditionibus C. de pact.* tradit *Gayll.pract.obſeru.lib.*2. *obſeru.*79. *nu.*8.& 9.

Declares tamen hoc quoàd fructus rei dotalis, quos non lucratur maritus pro dote tantùm conſtituta, ſed non tradita.

121 Sed quid quoàd lucrum dotis, vel donationis propter nuptias, ad quod admittitur alter ex coniugibus, vigore pacti, ſtipulationis, aùt ſtatuti, vtrùm ſcilicet

cet lucretur illud pro dote, uel donatione promiſſa, ſed nondùm ſoluta? *Andreas Gayll. loco cit. nu. 1.* dicit, communem, & ueram concluſionem eſſe, quòd pactum, & ſtipulatio, vel ſtatutum de lucrãda dote, vel donatione propter nuptias vendicet ſibi locum etiam in dote, vel donatione promiſſa, ac nondùm ſoluta, in tantùm quòd ſi alter ex coniugibus, nondùm facta numeratione, vel ſolutione deceſſerit, qui ſuperſtes remanſerit conſequetur lucrum dotis, vel donationem debitam ex pacto, vel ſtatuto, ea ratione, quia parem vim habet dos promiſſa, vel conſtituta: cùm ex ſola promiſſione dos conſtituatur *l. cùm poſt §. ſed is, de quo ff. de admin. & peric. tut. vbi gloſ. in verbo habet dotem*, cum aliis concordantibus per eundem *Gayll. loco cit. ſub num. 2. item per Afflict. in deciſ. 61. num. 2. per Roland. à Valle de lucro dotis q. 5. per totam, ac per Guid. Pap. deciſ. 565. nu. 3.*

122 Intelligit tamen hoc idem *Gayll.* quãdo ſtatutum loqueretur ſimpliciter de dote lucranda, ſecùs verò ſi ſtatutũ ageret, mentionemque faceret de dote data, vt ſcilicet lucretur ſuperſtes dotẽ datam, & inquit, eſſe in hoc magis communem opinionem *Doctorum*, propter expreſſa verba ſtatuti poſt *Bart. Roland. à Valle, & Boer.* quos allegat *ſub nu. 4.* Niſi

123 tamen ex communi vſu loquendi dos promiſſa pro data acciperetur, ex quo in ſtatutis, & alia ſtricta materia potiùs cõmunis loquendi vſus attenditur, quàm verborum proprietas *c. quàmuis* ibi, *uſus tamen obtinuit de verb. ſignif.* cum concordantibus per ipſum *Gayll.* cumulatis.

Sed quia materia iſthæc donationis propter nuptias, ſiuè antephati eſt valdè frequens in Regno, digrediendo propterea aliquantulùm, libebit aliqua pauca, vſu tamen magis frequentia, ac in foris diffinita libare, ad finem dignoſcẽdi, vtrùm debeatur, nec nè donatio propter nuptias, ſiuè antephatum pro dote non ſoluta.

124 Super quo eſt notandum, regulariter antephatum non deberi pro dote non ſoluta, & ità deciſum per Sacrum Conſilium refert *Affl. deciſ. 262. per totam*, vbi deciſum tradit, antephatum deberi pro rata tantùm, & partis dotis ſolutæ, in tantùm quòd ſi nihil fuerit ſolutum de dote, nihilum debetur de antephato, ſiuè quarta, & cum eo concordat *Guid. Pap. deciſ. 274. in princ.*

125 Limita tamen hoc primò, niſi per maritum ſtetiſſet, quominùs exegiſſet dotem, quoniam tunc illud in totum debebitur, etiam non ſoluta dote promiſſa: cũ negligentia mariti nõ debeat nocere vxori, & ità poſt *Affl. in c. 1. ſub n. 31. de natur. ſucceſ. feud.* voluerunt *Pellic. Gamma, Cannet. Maſtrill. Intrigl. Molfeſ.* & alii relati per *D. de Thoro in compend. deciſ. par. 1. verbo antephatum, ſiuè donatio propter nuptias.*

126 Limita ſecundò, quando cõſtituta eſſet dos, verùm non eſſet ſoluta, eò quia pendẽte tempore ſoluendi fuerit matrimonium diſſolutum, nõ enim debet imputari mulieri, cùm dotem non ſoluerit antè diem, ex quo fuit cõtentus maritus dare dilationem ad ſoluendum, & ità deciſum refert idem *Affl. deciſ. 333. in fine*, faciunt quæ tradit *Guid. Pap. dec. 420. in princ.* Niſi tamen promiſſores fuiſſent in

127 mora ſoluendi, nec potuiſſet marito aliquid imputari, cur nõ exegerit *Bal. in Auth. dos data col. 2. C. de don. propt. nupti. Vrſill. ad Affl. dec. 333. num. 2.* cum quo cõueniunt etiam alii relati per eundem *D. de Thoro d. compend. deciſ. par. 1. verbo antephatum debetur mulieri.*

128 Limita tertiò in caſu, de quo per *Ioan. Angel. Piſanell. in addit. ad Affl. d. deciſ. 242. ac deciſ. 323.* vbi dicit, deberi antephatum pro dote etiã nõ ſoluta in caſu, quo fuerit vir confeſſus dotem recepiſſe, & conſtituiſſet antephatum, verùm feciſſet poſtmodùm pater, aùt alius dotans inſtrumentum mutui de dicta dote, ſequuntur illum *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. parte 7. quaſt. 6. num. 13. ac D. Thoro in compend. d. prima parte verbo antephatum an debeatur, ſi pater promiſerit dotem.*

Hæc omnia tamen intelligas quòad lucrum dotis, donationemque propter nuptias, ſiue antephatum lucranda per vxorem ſiuè conſtitutione, ſiuè pacto, ſiuè ſtatuto, quæ non debentur, nec lu-



Digitized by Google

crantur per vxorem, niſi pro rata ſolutæ dotis, ſecùs verò erit dicendum quòad lucrum dotis, aùt donationem propter
129 nuptias debita marito ex pacto, aùt ſtatuto, aùt conſuetudine, quia ea lucrabitur vir, non obſtante quòd non fuerint dotes ſolutæ, cùm militet diuerſa ratio in hoc caſu reſpectu mariti, quàm in alio reſpectu vxoris, ex quo debentur hæc omnia marito titulo oneroſo magis, quã lucratiuo, tametſi ſpontaneam à principio cauſam agnoſcant, ac lucratiuam, cùm ei debeantur ratione onerum, argumento eorum, quæ notantur in *l. pro oneribus C. de iure dot.* cum concordantibus, & propterea ratione dictorum onerum, quæ ſubſtinuit, debentur illi, quæ vxori denegantur in materia lucri dotium, & reſpectu mariti dicetur dos, non tantùm ea, quæ tradita eſt, verùm etiam illa, quæ non tradita, ſed tantùm promiſſa fuit: cùm ex ſola promiſſione conſtituatur, ad *tex. in l. cùm poſt* §. *ſed is, de quo ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* cum aliis congeſtis per *Gayll. d. obſeruat.* 79. *lib.* 2. *num.* 2. quàmuis tamen contrarium diffinierimus ſuprà quòad fructus rei dotalis, quos non lucrabitur vir, vt dicebamus, re dotali non tradita, quoniàm licèt non lucretur fructus illos ob non ſecutam traditionem, attamen negari non poterit, quin ratione onerum debeatur illi intereſſe propter rem non traditam, & hoc eſt notandum, quia aliàs fui interrogatus de hoc in facto, & reſpondi, deberi quartam dotis marito, etiam quòd dos non fuerit ſoluta, ſed tantùm promiſſa, ſuppoſito, quòd de conſuetudine lucretur vir quartam partem dotis per prædeceſſum vxoris.

130 Notes etiam, velim, in materia Primò, quòd ſi mora hæredis non fuerit ſolutum mulieri ſuperſtiti poſt mortem viri antephatum, debentur vxori vſuræ, ſiuè intereſſe, ſicuti deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *Grammat. deciſ.* 103. *num.* 96. quicquid aliàs deciſum referat *Afflict. deciſ.* 291. *num.* 4. poſt quem ſic etiam videtur ſentire *Capyc. deciſ.* 65. *num.* 7. *cum ſeqq.* & pro *Grammat.* ſtat nedùm communis obſeruantia, verùm etiam *Theſaur. deciſ.* 45. vbi *ſub num.* 3. dicit, ſic quoquè cenſuiſſe Senatum Pedemontanum, & in-
131 tereſſe, ſiuè vſuræ iſtæ liquidantur ad rationem quinque pro quolibet centenario, vt tradunt *Grammat. d. deciſ.* 103. *nu.* 98. *ac D. de Franch. deciſ.* 217. *num.* 2. vbi dicit, in dies ſic ſeruari in Sacro Cõſilio.

132 Notes ſecundò in caſu, quo ſponſa nõ fuerit cognita à ſponſo, ſed tantùm deoſculata, deberi ſponſę ratione ſolius oſculi medietatem antephati conſtituti, & ita deciſum refert *D. de Franch. deciſ.* 503. *nu.* 23.

133 Notes tertiò, mulierem lucrari antephatum, ſiuè donationem propter nuptias, ac omne aliud quicquid, quod ex facultatibus mariti ſponſalium iure, aùt nuptiarum ſollemnitate perceperit, non extantibus filiis poſt mortem mariti: extantibus verò filiis lucrabitur ea quòad vſumfructum, reſeruata proprietate filiis ex dicto matrimonio procreatis, probatur vtrumque in *l. fęminæ C. de ſecund. nupt. vbi DD.* Benè verùm ſi præmoriantur filii, conſolidatur vſusfructus cum proprietate, & fiet illius quòad vtrumque domina, tàm ſcilicet quòad vſumfructum, quàm quòad proprietatem, vt in eadem *l. fæminæ.*

134 In caſu autem exiſtentiæ filiorum ſuccedunt ipſi filii in antephato vti filii, non autem vti hæredes, in tantùm quòd ſi filii repudiauerint hæreditatem paternam, adhùc ſuccedent in dicto antephato, ſiuè donatione propter nuptias, ac lucris nuptialibus, ſibi ipſis debitis ex perſona matris, non obſtante quòd non ſint hæredes patris, ut diſertis uerbis deciditur in *Auth. ha res C. eod. tit. de ſecund. nupt.*

135 Ampliat hoc *Affl. in deciſ.* 37. *& in deciſ.* 314. procedere non tantùm de iure communi, uerùm etiam de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, non obſtante *gloſ. Neapod. in Conſuetud.* incip. *Quartam ſub rubr. de iure quartæ in verbo fructus*, dicentis, antephatum poſt mortem patris ſpectare ad liberos hæredes, ſubditquè *d. deciſ.* 314. *ſub num.* 3. fuiſſe

fuiſſe per omnes Dominos Conſiliarios votatum, quòd filii poſt mortem matris ſuccedunt in iſto antephato, non obſtante, quòd non ſint hæredes patris: quoniàm tametſi *Neapod.* dicat *loco cit.* ſpectare dictum antephatum ad liberos hæredes, non tamen aperit, nec concludit, quid ſi eſſent liberi, & non hæredes. Vndè ſubdit *ipſe*, non eſſe ſumendum argumentum à contrario ſenſu, vbi reſultaret correctio legis, ad notata per *gloſ. in cap. vnico de ætate, & qualit. in 6. ac in clem. 1. in verbo obſeruare de ſent. excommun.* quod eſſet, ſi intelligeretur *Neapodanus* per argumentum à contrario ſenſu, quòd ſcilicet deberent filii in ſucceſſione antephati eſſe hæredes patris, ex quo eſſet illud contrà apertam diſpoſitionem *d. Auth. hæ res C. de ſecund. nupt.* & ſic ſuper *ead. deciſ.* firmiter quoquè inhæret *Vrſill. in addit. ſuis*. Eſt benè verum, quòd *Vrſillus loco cit. ſub num.* 5. refert, contrà *Afflict.* fuiſſe iudicatum in pluribus cauſis, de quibus apud *eum*, quod pariter poſtmodùm contrà eundem *Affl.* per idem Sacrum Conſilium in aliis quoquè cauſis iudicatum iunctis Regiis Conſiliariis duarum Aularum refert *D. de Franch. deciſ.* 106. *ſub num.* 6. ſubdens in *fine*, quòd poſtquàm ſic ſępiùs fuit iudicatum, non debet illud ampliùs in dubium refricari.

136 Limitare hoc videtur *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 9. de ſucceſſ. mulier.* in Regno in caſu matrimonii contracti more Magnatum, eò quia conſuetudo moris Magnatum eſt conformis iuri communi, & differt à conſuetudine Neapolitana in ſcriptis redacta. Et quãuis contrà eius ſcripta fuerit iudicatum in Sacro Conſilio pro Comite Montis Calui contrà Comitem Montellę, cuius partes *ipſe* tuebatur, refert tamen, id contingiſſe propter fata cauſarum, ra-
137 tione, de qua apud *ipſum*. Placebit tamen in hoc pro concordia procedere cum diſtinctione aliquorum caſuum.

Primus caſus eſt de iure communi, quo attento eſt id abſolutum ex diſpoſitione *d. Auth. hæ res C. de ſecund. nupt.* in ſucceſſione ſcilicet antephati, ac cuiuſlibet lucri nuptialis venire filios vti filios, non autem vti hæredes, vt ſuprà inculcatum eſt.

Secundus caſus eſt iuris conſuetudinarii Ciuitatis Neapolis in ſcriptis redacti, de quo in *d. Conſuetud.* incip. *Quartam*, qua cauetur, quòd in quarta, ſeù antephato mulier conſtante matrimonio ſi filios non habeat, fiet domina dictæ quartæ, tàm in proprietate, quàm in vſufructu. Si verò liberos habuerit, poterit fructus quartæ apprehendere, remanente proprietate quòad liberos, ea verò mortua vſusfructus prædictus conſolidabitur proprietati, & proueniet illud ad omnes liberos mariti ex quacumque vxore ſuſceptos. Patet itaquè ex dicta *Conſuetud.* habilitari ad ſucceſſionem antephati, nedùm filios mariti ex ipſa vxore ſuſceptos, verùm etiam liberos alios quoſcumque etiam ex alia vxore, quàm ex ipſa, cuius contemplatione fuit conſtituta quarta ſuſceptos. Hoc poſito, nulli dubium, quòd liberi omnes collectiuè, ac vno, eodemque tempore vocantur ad ſucceſſionem quartæ, ſeu antephati, tàm ſcilicet liberi illius mulieris, cui fuit dicta quarta conſtituta, quàm etiam omnes alii ex quacumque vxore ſuſcepti, non autem vni poſt alios, & ſic in defectum antephatũ iſtud, ſiue quarta conſeruatur in bonis patris, reuocabiliter tamen ad fauorem vxoris, in caſu, quo ſine liberis ipſe decederet. Et proindè dùm conſeruatur in bonis patris, quàmuis tamen reuocabiliter, vt ſuprà, idem erit de eo iudicium, quod de aliis bonis, quibus non ſuccedunt ipſi filii vti filii, ſed benè vti hæredes patris, quod tamen non eſſet in caſu, quo non collectiuè, ac vno, eodemque tempore vocarentur omnes, ſed benè diſiunctiuè in defectum aliorum liberorum ex ea vxore ſuſceptorum, cuius fauore fuit facta quartæ, ſiuè antephati conſtitutio, quia tùnc iſti liberi ex alia uxore ſuſcepti ſuccederent vti proximiores prædefunctorum fratrum, non autem vti hæredes patris, ac in tali caſu indubitanter crederem, non habere locum opinionem *Neapodan.* ac aliorum



Digitized by Google

contrà *Aſſl.* cùm ea illo tantùm caſu ve-
rificetur, quo collectiuè omnes ſeruata
forma dictæ *Conſuetudinis* ſuccederent,
non autem quando in defectum. Acce-
dat pro confirmatione, quia idem *Nea-
pod. in d. Conſuetud. Quartam in verbo li-
beris* dicit, quòd ſi prædecederet vnus
ex filiis ſine liberis, tùnc ſuccederet fra-
ter, & non accreſceret matri portio illa,
cùm etiam vno filio ſuperſtite mater
vſumfructum tantùm habeat.

Tertius caſus eſt in caſu cõtracti ma-
trimonii more Magnatum, & tùnc quia
conſuetudo illa Magnatum eſt confor-
mis iuri communi, eaquè differt admo-
dùm à conſuetudine Neapolitana in
ſcriptis redacta, vt in ſpecie, ac in indiui-
duo profitetur præcæteris *Dec. in conſ.
402. in primo dubio*, & tunc vera ſit opi-
nio *D. de Ponte d. tract. de poteſt. Proreg.
tit. 9. nu. 25.* videlicèt ſuccedere filios vti
filios, non autem vti hæredes patris in
caſu prædicto antephati, ac quartæ, ſiuè
aliorum quorumcumque lucrorũ nup-
tialium, vt in *d. Auth. hæ res*.

Præfatorum occaſione, in quibus di-
cebamus, maritum fieri dominum rei
dotalis, reuocabiliter tamen, ità vt in ca-
ſu aùt diſſoluti matrimonij, aùt alterius
legitimæ reſtitutionis faciendæ in caſi-
bus de iure permiſſis, in ſpecie ea red-
denda ſit, quando inæſtimata fuerit tra-
dita, pretium verò illius, quando æſtima-
ta, vnà cum lucris, & acceſſionibus ipſi
mulieri, aùt eiuſdem hæredibus, exami-
nandum duxi, an ad finem irreuocabile
faciendi dominium illud mariti, interce-
138 dere inter coniuges donatio valeat,
quæ illud tale conſtituat. In cuius reſo-
lutione, latere neminem puto *Vlpiani*
reſponſum *lib. 32. ad Sabinum*, de quo *in
l. 1. ff. de donat. inter vir, & uxor.* ſic cen-
ſuit. *Moribus receptum eſt, nè inter vi-
rum, & vxorem donatio valeret, hoc au-
tem receptum eſt, nè mutuo amore ſe inui-
cem ſpoliarent donationibus, non temperã-
tes, ſed profuſè erga ſe facilitate vtentes.*
Rursùſque idem *Vlpianus in eod. loco*, re-
latus tamen in *l. 3. ff. eod. tit. de don. int.
vir. & vx.* ſic ait, *Hæc ratio, & oratione
Imperatoris noſtri Antonini Auguſti
electa eſt, nàm ità ait, Maiores noſtri inter
virum, & vxorem donationes prohibue-
runt, amorem honeſtum ſolis animis exi-
ſtimantes, famæ etiam coniunctos conſu-
lentes, nè concordia pretio conciliari vide-
retur, neuè melior in paupertatem decide-
ret, deterior ditior fieret.*

139 Amplia hoc primò, vt nec poſſit vxor
donare filiis, vel filiabus mariti ex alia
vxore *Papon. lib. 11. tit. 1. areſt. 3.* Exten-
do, vt procedat etiam in caſu, quo alter
ex coniugibus donaret alicui, qui con-
tingit aliquo modo coniungi per patriã
poteſtatem. Exemplificat hoc etiam
*Sanchez de matrim. lib. 6. diſput. 1. nu. 10.*
in caſu, quãdo ſocer donaret nurui poſt
*Ioan. Lup. in loco ibi* per *ipſum* relato.

140 Amplia ſecundò, vt procedat etiam
in augmento dotis facto à marito con-
ſtante matrimonio ſponſæ deſponſatæ
de præſenti: quoniam cùm ſit illud uera
donatio, vtiquè prohibitio donationis
inter virum, & vxorem comprehendet
etiam illùd, ex diſpoſitione *tex. in l. Seia
Sempronio*, quæ eſt *penult.* in ordine *ff.
eod. tit. de donat. inter vir. & vxor.* ibiquè
etiam *gloſ.* & poſt eam *Cyn. Bald. Sacin.
ſen. Roman.* & alii adducti per *Gomez in
l. 50. Tauri num. 66. octauo caſu verſ.
ſed ſalua eorum pace*, & poſt illos *Mar-
ta deciſ. Piſana 122. per totam*: cùm
non attendatur deductio ſponſæ ad do-
mum, ſed tantùm deſponſatio, per
quam ſponſa fit vna perſona, & vna ca-
ro cum marito, vt uidetur ſentire *tex.
ibi*.

141 Quid aũt concludendum ſit in con-
feſſione viri facta de dote recepta, quã
re vera conſtat, non recepiſſe, aùt quòd
fuerit facta confeſſio de maiori ſumma
illius, quàm receperit, utrùm ſcilicet
cenſeatur facta donatio illius dotis, aùt
augmenti confeſſatorum, ſitquè ualida
talis donatio, adeundi ſunt *Aluar. Va-
laſc. conſult. ac rer. iudicat. lib. 1. conſult. 5.
per totam*, ac *Sanchez de matrimon.
lib. 6. diſputat. 9. ſimiliter per totam*, ubi
referendo, & diſtinguendo aliquos ca-
ſus procedunt in reſolutione huius quæ-
ſtionis.

142 Amplia tertiò eadem ratione à ma-
ioritate ipſius in caſu, quando ſponſa
deſponſata per verba de præſenti do-
na-

Digitized by Google

naret ſponſo, etiam quòd adhùc non eſſet introducta in domum ſponſi.

143 Amplia quartò etiam in donatione facta ſponſæ de futuro, ac antè contractum matrimonium, quando tamen effectus donationis differretur in tempus contracti matrimonij, ſic expreſsè decidente *text. in l. quod ſponſa 4. C. de donat. inter vir. & vxo.* ibi, *Quod Sponſa ea lege donatur, vt tunc dominium eius adipiſcatur, cùm nuptiæ fuerint ſecutæ, ſine effectu eſt*, per quem *text.* ſic communiter doceri ab omnibus fatetur *Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 1. nu. 6.*

144 Amplia quintò, vt nec poſſit alter ex coniugibus confiteri in alio contractu, ſecundùm *Creſcentium in deciſ. 2. de confeſſ.* de quo meminit *D. Ric. in collect.* 799.

145 Amplia ſextò, in donatione facta inter coniuges per interpoſitas perſonas, vt putè quia vir daret alteri, vt poſtmodùm ille donet coniugi, *l. ſi ſponſus ſtatim in princ. & verſ. generaliter tenendum eſt*, ac in *l. 3. §. videamus in fi. ff. de donat. inter vir. & vxo.* cùm parificentur facere aliquid per ſe, vel per alterum, *ad l. 1. in princ. ff. de eo, per quem factum eſt.*

146 Ex quibus inferri poteſt ad caſum relatum per *D. Thoro in compend. deciſ. par. 2. verb. donatio facta à viro vxori in augmentum dotis*, vbi dicit, per Sacrum Cõſilium fuiſſe deciſum, nullius valoris extitiſſe retrodonationem factã ab vxore in beneficium filiorum, & in eorum defectum in beneficium viri, de bonis donatis eidem vxori ab ipſomet viro in augmentum dotis.

147 Amplia ſeptimò etiam ſi coniuges diù ſeparatim inter ſe habitauerint, quo caſu nequidèm propter dictam habitatiõné ſeorſim validabitur donatio, cùm re vera per habitationem præfatã ſeparatam non tollatur, quin ſint verè vir, & vxor, & ità docent *Ioannes Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 34. in princ. ac Duennas regula* 221 *ampl.* 5.

148 Amplia octauò, vt non tantùm donatio nõ valeat inter coniuges, ſed nequidèm alius contractus, vt potè venditio, permutatio, aliiq; id genus *l. ſi ſponſus verſ. circà venditionem ff. de donatio. inter virum, & vxorem*, quod tamen quomodò intelligatur, adeundus eſt *Sanchez de matrimon. lib. 6. diſp. 1. num.* 11. & nos tangemus infrà limit. 11.

149 Limita modò primò concluſionem iſtam in caſu, quo coniuges facerent ſibi ad inuicem reciprocã donationem: quoniàm licèt pactum de futura ſucceſſione ſit irritum, & inualidũ, ac improbetur de iure *l. hæreditas C. de pact. conu. & l. 1. ff. de petit. hæred.* adeò vt nequè firmetur iuramento, ſtatuto, aut conſuetudine, ſecundùm *Doctores in cap. quàmuis de pact. in 6. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. obliga. & in l. fin. C. de pact.* tradunt *Doctores* in ſpecie relati per *Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſerua. 125. num. 2. cum ſeqq.* attamen donationes, & pacta reciproca de ſuccedendo, & in ſpecie inter coniuges etiã adhùc conſtante matrimonio facta, vt ſcilicet alterutro ex cõiugibus mortuo ſuperſtes, liberis non extãtibus ſuccedat defuncto coniugi, vtiquè valent, & iure ſubſtinentur, *Bald. in l. ſi pater puellæ num. 2. vbi etiam Salycet. num. 1. Iaſ. num. 2. & alij C. de inoffic. teſtament. Hyppol. de Marſil. in ſingul. 33. num. 2. ac ſingul. 50. Boer. deciſ.* 355. aliiq; relati per *Gayl. practic. obſeruat. d. lib. 2. obſerua. 33. num. 6.* vbi dicit, ſic Germaniæ conſuetudine receptum extitiſſe, ac ſic deciſũ etiam per Cameram Imperialem, conſentientes alios *Doctores*, diſtinguendo tamen Claſſicos, Practicos, Decidẽtes, & in Tractatibus recenſet *Io. Dominic. Taſſonus ſuper Pragm. de antefato verſ. 4. obſeru. 4. num. 79.* quàmuis tamen contrariũ per Sacrum Conſilium deciſum in cauſa per *ipſum* relata teſtetur.

150 Limita ſecundò, quãdo in donationibus prædictis inter virum, & vxorem intercedit iuramentum, tunc enim ex vi iuramenti validabuntur: quoniã tametſi aliàs controuerſum extiterit inter *Doctores*, an iuramentum conualidet donationes iſtas inter virum, & vxorem conſtante matrimonio factas; attamen præualuit opinio affirmantium, quæ nedùm communiter eſt à *Doctoribus* recepta, verùm forẽſi etiam vſu approbata,

Digitized by Google

ta, cùm ſecundùm illam cenſuerit Senatus Pedemontanus, teſte *Theſ. deciſ.* 32. *num.* 9. *in fine*, item ſecundùm illam fuit iudicatum tàm in Magna Curia, quàm in Sacro Conſilio, teſtibus in prima D. *de Thoro in compend. deciſ. par.* 2. *verb. donatio facta per virum*, & quòad ſecundam *Staiban. iun. in annotat. ad conſ.* 70. *Staiban. ſenioris ſub num.* 6. de quo apud eundem D. *de Thoro loco cit.* cenſuit etiã *Capella Tholoſ. dec.* 261. & hanc ſententiam eſſe communi *Doctorum* calculo receptam, obſeruari poteſt ex traditis, & relatis per *Clarum in* §. *donatio quaſt.* 9. *verſ. ſed quid ſi in ipſa*, *Couarru. in rubr. de teſtamen. in* 2. *parte nu.* 10. *Gayl practicar. obſeruat. par.* 2. *obſeru.* 40. *num.* 2. *Theſ. loco citato*, & quolibet alio pleniùs *Seraphin. de priuileg. iurum. priuileg.* 71. *num.* 3. & poſt eos *Sanchez de matrimon. lib.* 6. *diſp.* 11. *num.* 2. eamq; etiam communem profitetur *Gizzarell. deciſ.* 4. *nu.* 46.

151 Intelligas tamen eam primò, dummodò non fuerit obtenta abſolutio, & habilitatio à iuramento, quia per abſolutionem prædictam redditur infirma donatio, non obſtante iuramento *Guid.*
152 *Pap. deciſ.* 224. *ſub num.* 2. quod tamen intelligas verum ad finem agendi, & excipiendi, non autem vt habilitatio prædicta reddat totaliter nullam donationem ipſam, ac prorſus inanem, & inualidam.

153 Intelligas ſecundò, quando ad importunitatem, & cõtinuam petitionem, ſiuè inſtãtiam fuerit facta donatio, quoniàm tunc non obſtante iuramento, nequidèm valebit *Ioan. Lupus in rubr. de donat. inter virum, & vxorem* §. 81. *in princ. Aymon Publicius*, & *Purpuratus* relati per *Theſ. deciſ.* 32. *num.* 11. vbi id ampliat etiam, quando minis fuerit mulier inducta ad donandum, & quòd in tali caſu ſit optima cautela, quòd proteſtetur mulier antequàm donet.

154 Intelligas tertiò, vt non procedat, quando eſſet appoſitum iuramentum in cõtractu ſimulato, & ſic in donatione ſimulata, ex doctrina plurimorum relatorum per *Gabriel. commun. concluſ. tit. de donation. concl.* 3. prout in donatione ſimulata ad finem euitandi ius congrui fuit deciſum per Sacrum Conſilium, teſte D. *de Thoro in compend. deciſ. verb. donatio facta à viro vxori p.* 1.

155 Intelligas quartò, vt procedat, & habeat locum etiam præmoriente donatario, attenta opinione *Crauettæ in conſ.* 102. *per tot.* contrà *Dec. in conſ.* 240. ſecundùm quam *Crauettæ* ſententiam pro indubitato habitũ fuit, ac Senatuſconſulto confirmatum in Sacro Conſilio, teſte *D. de Franch. dec.* 59. *num.* 3. vbi plures deciſiones ad id in diuerſis caſibus refert, ac in Senatu Pedemontano apud *Theſaur. deciſ.* 32. *num.* 13. itemquè in Regia Audientia Barenſi apud *Viui. deciſ.* 421.

Eſt benè verum, quòd *Theſaur. filius in addit. ad dictam deciſ.* 32. *ſui Genitoris* videtur ſentire, id reddi verum in donatione inter patrem, & filium, ſecundùm quos terminos loquuntur *D. de Franchis*, *Viuius*, & alij per *eum* relati, ſecùs verò in donatione inter virum, & vxorem iuramento confirmata, quam ipſo iure reuocari ſtatuit præmoriente donatore, quando ea facta fuerit cauſa nuptiarum, cùm habeat in tali caſu rationem ſpecialitatis ex conſuetudine, qua ad maritum reuerti ſolent bona donata, non obſtante quacumquè ampla donatione, & refert ſe ad ea, quæ dixerat *lib.* 1. *quaſt. forenſ. q.* 10. *nu.* 4.

Hoc tamen eius dictum vendicat tãtummodò ſibi locum in donatione propter nuptias facta, non autem in alia quacumquè donatione per coniugem facta extrà cauſam nuptiarum, ac extrà cauſam dotis, & ità *ipſemet ibidem* ſentire videtur, dicens, taliter fore limitandam dictam *deciſ.* 32. *ſui Genitoris nu.* 13. adducit in idem *Anton. Solam, Iaſ. Becc.* & *Surdum in locis per ipſum citatis*, quia cùm in alijs extrà cauſam nuptiarum ceſſet conſuetudo, ſuper qua ipſe innititur, remanent illæ ſub iuris diſpoſitione, vt ſcilicet validẽtur iuramento, non obſtãte quòd præmoriatur donatarius, & eo caſu transferri ad hæredes ipſius donatarii, non autem reuertatur ad donantem; quemadmodùm in indiuiduo in donatione inter virum, & vxorem iura-

Digitized by Google

iuramento confirmata loquuntur *Seraphin. de priuileg. iuramen. d. priuileg. 71. nu. 47. ac Sanchez de matrim. d. lib. 6. diſp. 11. num. 3.* vbi alios etiam adducit.

Alias intelligentias, ac ſublimitationes ad hanc principalem limitationem facillimè quiſpiam excipiet *à Seraphi. d. priuileg. 71. à num. 46. vſquè ad finem, ac à Sanchez dicta diſp. 11. lib. 6. per tot.*

Limita tertiò principalem diſpoſitionem, vt quàmuis à principio talis dona-
156 tio inter coniuges ſit nulla, confirmatur tamen morte donantis, ſi non fuerit ea expreſsè reuocata; cũ in tali caſu vim relicti obtineat, ſiuè legati, ad *text. in l. cùm hic ſtatus ff. de donatio. inter virum, & vxorem,* & ità profitentur *Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 91. num. 1. Mynſinge. ſingular. obſeruation. 33. num. 1. centur. 2. Franciſc. Marcus dec. 30. p. 1. Clarus in §. donatio q. 9. verſic. ſcias autem,* & ſic in-
157 telligas, vt donatio prędicta inter cõiuges non dicatur penitùs nulla, & inualida, ſed benè talis, quòd poſſit ad libitum reuocari *Sanchez de matrim. d. lib. 6. diſp. 1. nu. 3. & Clarus loco citato,* qui eam ſic intelligunt.

158 Intelliges ſecundò, vt non tantùm poſſit ea expreſsè reuocari, verùm etiam tacitè, ſecundùm *Gayl. d. obſer. 91. num. 1. lib. 2.*

159 Intelligas tertiò, quando traditio interuenerit, quoniàm ſi non interceſſerit traditio, adhùc dicetur inualida, *Afflict. deciſ. 359. num. 7.* quàmuis tamen aliter obſeruet *Coraſ. miſcellan. iur. lib. 5. cap. 1.*

160 Intelligas quartò, confirmari illam etiam per mortem ciuilem, iuxtà tamen diſtinctionem poſitam per *Sanch. de matrimon. d. lib. 6. diſput. 17. per totam.*

161 Intelligas quintò, vt nedùm morte donatoris talis donatio confirmetur, verùm retrotrahatur pariter ad tẽpus conſcriptæ donationis, quàmuis tamen fuiſſet eo interim donatio in ſuſpenſo ex facultate indulta ipſam quandocũq; reuocandi. Eſt tamen verum, quòd ea retrotrahatur tãtummodò reſpectu fructuum perceptorum, nõ autem reſpectu dominii ex defectu extremi habilis, ad quod, ex quo referretur ad tempus conſtantis matrimonii, quo non poteſt vxor habere dominium rerum mariti ex donatione, ex diſpoſitione *tex. in l. ſed interim ff. de donat. inter uirum, & uxorem,* & ità concludunt communiter *glo. in l. talis ſcriptura in glo. final. ff. de legat. 1.* vbi etiam *Alexand. num.* 8. & de communi profitentur *Paulus de Caſt. ibidem nu. 4. ac Crot. in l. ſi is, qui pro emptore num. 15. ff. de uſucap.* ſequuntur illos *Couarru. de teſtament. in rubr. 3. parte num. 5. Clarus in d. §. donatio quaſt. 9. uerſic. ſed quæro, Decian. in conſil. 60. num. 13. uolum. 4. Gomeſ. uariar. reſolution. tomo 2. titul. de donation ſub nu. 24. uerſic. item infertur,* aliiq; relati per *Sanchez de matrimon. d. lib. 6. diſput. 16. ſub num. 1.* quibus ipſe pariter ſe ſubſcribit, ac nouiſſimo loco *Io. Baptiſta Coſta in tract. de retrotract. caſu 25. in c. 8. n. 1. cum ſeqq.*

Ab hac tamen ſententia recedunt alij relati per *Fachin. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 73.* cum quibus ipſe pariter conſentit diſputando ad partes iuxtà morem articulum, quibus eſt etiam addendus *Ioann. Coraſ. in ſuo ſubtiliſſimo tract. de iure in artem redigend. par. 3. cap. 4. fol.* mihi 164. quos Peritus quilibet poterit pro veritate conſulere. Qui tamen ſequi voluerit primam, vti communem, ac neceſſariò omninò amplectendam, poterit illam declarare aliquibus extenſionibus, & modificationibus, de quibus apud *Coſtam loc. cit. à num. 7. ad fin.*

162 Quid autem concludendũ ſit, quando donationes iſtæ maritali affectu factæ inter virum, & vxorem, ſi ſecuta morte, & publicatione bonorum, dicantur nec nè illæ cõfirmatæ, ac vtrùm teneatur Fiſcus illas ſeruare, in quo propter controuerſiam *tex. in l. res uxoris ff. de donation. inter uirum, & uxorem* diſponentis, validas fore has donationes, & morte confirmari, cum alio *text. in l. cùm hic ſtatus §. ſi maritus uxori ff. eod. tit.* in quo contrarium his verbis ſtatuitur, *Si maritus uxori donauerit, & mortem ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciuerit, uel etiam poſt mortem memoria eius damnata ſit, reuocabitur donatio, quàmuis ea, quæ aliàs donauerit ualeant, ſi non mortis cauſa donauerit,* diuerſimodè *Doctores* ſentierunt, diuer-

Digitized by Google

diuerſas etiam concordias,& intelligẽtias afferentes ad *tex.* præfatos,adeundus eſt *D. Regens Conſtantius in l.1. C. pœn.fiſcal.creditor.præferri lib.10.num. 41. cum ſeqq.*

163 Limita quartò in donatione remuneratoria *Abb.in c.fin.num.7.de donat.inter vir.& vxor.vbi Alex.de Neuo num. 7.& Præpoſ.num.3. Ioan.Lup. in rubr. eod.tit.de donat.inter vir.& vxor.§.32. num.8.Bart.& Iaſ.in l.diuortio ff.ſolut. matrim.Tiraqu.in l.ſi vnquàm in verbo donatione largitus num.21. C. de reuoc. donat.ac de legib.connubialib.lege 6.num. 18.itemq; in tract.de nobilit.cap.18. nu. 19. Menoch.de arbitrar. iud.caſu 132. num.4.* Roſella, *Angel.Tabiena, Armilla,Roland.Gomez, Garſia,& Molina* relati per *Sanchez de matrim.lib.6.diſput. 6.num.11.* & alij, quos longa ſerie recenſet Tiraq. *d.tract.de nobilit. cap.18. num.19.*

164 Limita quintò in donatione cauſa mortis,quæ inter coniuges redditur valida *l.ſi eum §.fin.* iuncta *l.ſequ. ff.de donat.inter vir.& vxor.Minſynger.ſingul. obſeru.33. centur.2.num.2.*

165 Limita ſextò, quando fieret donatio in recompenſationem,quæ licita eſt inter coniuges, tametſi prohibeatur donatio *Papon.lib.11.tit.1. areſt.14.*

166 Limita ſeptimò in donatione,quæ fit à marito ſene,vel ignobile vxori iuueni, vel nobili, quæ etiam ſine iuramento ſubſtinetur,ea ratione,quia videtur habere ſpeciem reciprocæ,& mutuæ donationis , ex quo maritus ſenex , vel ignobilis dat pecuniam,vel aliud quid ſimile,vxor verò dat è contrà iuuentutem,& nobilitatem,quæ dicitur altera dos,ſecundùm *gloſ.* quæ reputatur in hoc vnica,& ſingularis in *l.ſi voluntate in verbo petendis C.de dotis promiſſ.vbi Bart.num.2.* ſequuti ſunt Tiraq.*d.tract. de nobilit.cap.18.num.19.Clarus in §.donatio quæſt.9.Socin.ſen.in conſ.67.num. 11.vol.1. Gayl pract.obſeru. lib.2.obſeru. 40.num.9.& Afflict.deciſ.61. num.3.*

167 Amplia iſtam,& præcedentem limitationem,vt adeò valeat donatio iſthæc in remunerationem , vel recompenſationem conditionis, nobilitatis, pulchritudinis,& iuuentutis,vt non amittatur per tranſitum mulieris ad ſecunda vota; nec militabit in ea diſpoſitio *l.fœmina C.de ſecund. nupt.* & ità deciſum per Sacrum Conſilium, confirmata ſententia Regiæ Curiæ Aquilanæ refert *Viuius in Sylua commun.opin.opin.535.poſt nu. 16.* de quo meminit etiam *D.de Thora in compend. deciſ.parte 1.verbo donatio facta à viro vxori in remunerationem.*

168 Limita octauò in ſimili,quando vxor donaſſet marito honoris,vel dignitatis adipiſcendæ gratia,itèmque ſi honoris, vel dignitatis cauſa fiet,vt putà quando donaret ei gratia ludorum,publica authoritate præparandorum *l.quod adipiſcendæ 41.cum duabus ll.ſeq. ff.de donat. inter vir.& uxor.* fuit de mente *Lupi d. rubr.de donat.inter uirum,& uxor.§.54. num.1.* quo loci alterum ſubdit etiam exemplum,& eſt,quando donaret cauſa ſtudiorum,aùt licentiæ, vel Doctoratus obtinendorum,vel quando donatio fieret pro militia,aùt nobilitate obtinenda.

169 Limita nonò in caſu,quando coniux donaret alteri coniugi,non ad finem vt apùd ipſum perpetuò permaneat res donata, ſed benè vt alteri illam donet, ea ratione,quia recipiens non efficitur in tali caſu locupletior, per *tex.in l.profectitia §. antepenult.ff. de iure dot.* ceſſatq; in eo prohibitionis ratio, de qua in *l.3.in fine ff.de donat.int.uir.& uxor.* ibi, *deterior ditior fieret*: cùm non permaneat res donata penès donatarium, & ob id non fieret ipſe ditior;quàmuis tamen fiat donãs deterior,& ità voluerunt *Bart.in l.cùm filius ff.de donat.Tiraqu.d.l.ſi vnquàm verbo ſuſceperit liberos num.172.C.de reuoc.donat.Lupus in d.rubr.de donat.inter vir.& vxor. §.48. num.1.in fine,ac §.49.num.1.Crotus in l. frater à fratre num.75.ff.de condit.indeb. Baeza de non meliorandis filiabus cap.19. num.6.*

Ex ijs infertur ad reſolutionem quæſtionis,aliàs ſatis agitatæ,& controuerſæ, vtrùm .ſ. valeat donatio inter coniuges,ex qua donans non efficitur pauperior,licèt tamen donatarius efficiatur ditior,vt præ cæteris patet exemplum in ceſ-

Digitized by Google

170 ceſsione iurium, renũciationis hæreditatis, & ſimilibus, de quibus apud *Sãchez de matrim. lib. 6. diſputat. 4. per totã*, vbi nedùm multa tradit exempla, verùm plurimas etiam excitat quæſtiones, illaſq; poſtmodùm iure reſoluit.

171 Limita decimò in donatione annuæ quantitatis pro alimentis, dummodò tamen donatio non excedat fructus dotis, proùt ſic cauetur in *l. ex annuo ff. de donation. inter vir. & vxor.* fuitque de mente *Franciſc. Marci deciſion.* 335. *Syluestr. in ſumma verbo donatio* 2. *quæſtion.* 3. *Armilla in ſumma eodem verbo donatio* 3 *quæſt.* 2. *numer.* 3. *Ludouic. Molina de contract. lib.* 2. *capit.* 47. *numer.* 8. alios recenſet *Barboſa*, cum quibus ipſe pariter conſentire videtur *in l. quæ dotis numer.* 66. & 67. *ff. ſolut. matrim.* Addit idem *Bar-*
172 *boſa d. nu.* 66. non reuocari quod ſupereſt ad alimenta, dummodò non ſit illud immodicum, & exceſſiuum, attentis fructibus dotis.

173 Intelligit ſecundo idem *Barboſa ibidem*, dummodò illud annuum fuerit traditum, quoniam ſi fuerit illud tantùm promiſſum, non ſtatim vtiq; valebit, ſed benè confirmatur morte viri ad inſtar aliarum donationum, eritque illud ſpeciale in hoc: cùm aliàs, vt dicebamus *ſuprà limitat.* 3. donationes aliæ non confirmantur morte, quando promiſſæ tantùm fuerint, nec fuerit aliter ſequuta traditio. Et ſpeciale exoritur in hoc, quia alimentorum loco ſuccedit, & proindè non eſt illa mera donatio, vt tradit etiam *Sanchez de matrim. d. lib. 6. diſput.* 3. *num.* 12.

174 Limita vndecimò in alijs contractibus, putà venditionis, permutationis, & ſimilibus, qui iniri non prohibentur inter coniuges, vt eſt caſus in *l. ſi ſponſus* 5. *verſic. circà venditionem ff. de donat. inter vir. & vxor.* intelligendo tamen id primò, dummodò pretium æquiualeat rei venditæ: quoniàm ſi pretium fuerit minus iuſto, reddetur donatio inualida, vt in ea *lege*.

175 Intelligas ſecundò, quando animo vendendi fuerit facta venditio, ſecùs verò ſi fuerit facta remiſſio pretii: quoniàm tùnc cùm animo donãdi fiat principaliter donatio, vtiq; ea non valebit, & ità cauetur in *eadem l. verſic. circà venditionem*.

176 Limita duodecimò in legatis, quæ valent, & ſubſtinentur inter coniuges, ad *tex. in c. ſi pater de teſtam. in* 6. per quem ſic *ibi* notant *Ancharan. num.* 3. *Franch. notab.* 6. & *Acoſta* 1. *parte ſuper uerbo legauit num.* 1. cęteriq; omnes, ex eo, quia licèt legatum ſit donatio quædam, iuxtà diffinitionem traditam in *l. legatum la ſeconda ff. de legat.* 2. confertur tamen illud in tempus ſoluti matrimonii, ad quod tempus collata donatio inter coniuges valida eſt, vt ſuprà diximus, prout in donatione facta à marito in teſtamento, quòd valeat refert deciſum per Sacrum Conſilium *D. de Thoro in compend. deciſ. parte* 2. *uerbo donatio facta à marito uxori.*

177 Limita decimotertiò in caſu relato per eundem *D. de Thoro in d. parte* 2. *compend. deciſ. in uerbo donatio facta per uxorem eius uiro*, vbi refert deciſum per Sacrum Conſilium, valuiſſe donationem factam per vxorem eius viro de ſuo antephato ſuperlucrando per mortem ipſius, ad hoc vt ſuis creditoribus vrgentibus ſatisfacere potuiſſet, accedente etiam Regio aſſenſu, per multas rationes, & iura, quæ *ibi* per *ipſum* ingenioſè cumulantur.

178 Limita decimoquartò, quando donatio confertur in tempus ſoluti matrimonii, vt quia. ſ. fuerit res donata coniugi donatario, quando alteruter coniux obierit *l. ſed interim §. ſed quod dicit ff. de donat. inter uir. & uxor.* eſtq; axioma ab omnibus comprobatum, vt obſeruare licet apud *Tiraquell. poſt leges connubiales gloſ.* 8. *uerb. de ſon maryn. numer.* 291.

179 Limita decimoquintò in caſu, quo maritus conſtante matrimonio remittat vxori vel totam dotem promiſſam, vel partem ipſius, ad tradita in *l. ſi conſtante* 19. *uerſic. firma C. de donat. antè nupt. ibiq; Cyn. Bald. & Ludou. Roman.* aliique relati per *Sanchez de matrim. d. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 10. vbi declarat etiam limitationem iſtam.



Digitized by Google

180 Limita decimoſextò de mente eiuſdem *Sanchez loco cit.num.*11.*poſt Duenam in regul.*221.*limit.*7. in remiſſione vſurarum facta per virum dotis non ſolutæ, quo caſu valebit remiſſio illa, & donatio, per *tex.* ab *ipſo* adductum in *l.ſi vir vſuras* 55.*ff. de donat.inter vir.& vxor.*

Aliæ poſſent excitari limitationes, & quæſtiones ad materiam donationis inter virum, & vxorem, ſed quia de illis ſigillatim agunt *Doctores* varijs in locis, & pleniùs *Ioan.Lupus* tàm in *rubr.* quàm in *repetit.cap.per veſtras eod.tit.de donat. inter vir.& vxor.ac Sanchez de matrim. d. lib.* 6. *ferè per totum*, ideò ad eos recurri poterit in materia, cùm ſatis luculenter de iis agant, nàm hæc ſatis quoàd hoc.

Circùmſcriptis modò dotibus, cuius intuitu mulier quæſierit, ac quo iure ad ipſas perueniſſe præſumendum ſit, bona, quæ poſsidet, ſi .ſ. aduentitio iure, aùt ſua induſtria, aùt aliundè, an verò ex mariti opibus in dubio, famigeratum eſt *Pomponij* reſponſum de mēte *Quinti*

181 *Curtij* taliter dicentis in *l.quintus ff.de donat.inter vir.& vxor.* quòd cùm in controuerſiam ventum fuerit, vndè ad mulierem aliquid peruenerit, veriùs, & honeſtiùs ſit, ſi non demonſtrabitur vndè habuerit exiſtimari à viro, aùt ab eo, qui in poteſtate eius eſſet ad eam perueniſſe, ea ratione, quam ſubdit *Pomponius ibidem* ex mente eiuſdem *Quinti Curtij*, vt .ſ. euitetur turpis quæſtus gratia inter vxorem.

Hoc ipſum confirmatum extitit *Imperatoris Alexandri Seueri* decreto in *l.etiam C. eodem titul. de donation. inter vir. & vxor.* cauentis, non eſſe ignotum, quòd cùm probari non poterit, vndè honeſtè quæſiuerit mulier tempore matrimonij, meritò iuris veteris Authores credidiſſe, de bonis mariti eam habuiſſe, & ità per iura prædicta deſumunt regulam *Doctores*, acquiſita ab vxore præſumi in dubio quæſita ex bonis viri, quam probant Bartol. & cœteri in *dict. l. quintus*, & *in dict. l. etiam*, *ac in l.cùm oportet C. de bon. quæ liber.gloſ. in cap.* 2. *eodem titul.de donation.inter vir.& vxor.Ioan. Andr.Bald.Angel.Alber.Fulgoſ.Pariſ.Socin.ſen.* Cremenſ. *Alciat. Boer.& Crauett. in locis recenſitis per Maſcard.de probat. concluſ.* 214. *num.* 1. *ac per Menoch.de præſumpt. lib.*3.*præſumpt.*51.*nu.* 1.& 2.

182 Ampliant concluſionem iſtam *Doctores*. Primò etiam in vidua intrà annum luctus, quæ acquiſiuiſſe similiter præſumitur ex bonis prædefuncti mariti, eadem ratione, & ità in hac ſententia reſident *Alber.de Roſate in d.l.etiam C. de donat.inter vir.& vxor.Bald.in conſ.* 139. *proponitur, quòd quidam Ioannes lib.*4.*Alex.in conſ.*82.*num.*14.*lib.*2.*Cremenſ.in ſingul.*6.*Alciat.de præſumpt.regula* 3.*præſumpt.*26.*num.*4.*Ioan.Lupus in rubr.extrà de donat.int.vir.& vxor.* §.60.*num.* 15. *Neuizan. in Sylua nupt. lib.*4.*num.*21. *Anton.Gabriel. comm.concluſ. lib.* 1. *tit. de præſumpt. concluſ.* 15. *num.*4. *Maſcard.de probat. concluſ.*212. Surd.*conſ.* 196. *num.* 61.*lib.* 2. *Coraſ. miſcellan.iur.lib.*3.*cap.*5.*num.*4. *Ripa in repetit. l.fœmina quæſt.*20.*C.de ſecund. nupt.* Decius *in conſ.*137.*num.*9. *Ruin. conſ.*40.*num.*4.*lib.*5. Boer.*deciſ.*81. *num.* 7. alios conſentientes refert, & ſequitur Menoch.*d.præſump.*51.*num.*14.*lib.*3.

183 Amplia ſecundò, vt procedat etiam ſi mulier conſtāte matrimonio commiſiſſet adulterium, quoniàm eo etiam caſu acquiſita ab vxore præſumerentur quæſita ex bonis viri *Ioan. Lup. d. rubr. de donat.int.vir.& uxor.d.*§.60.*num.*11. *Ant. Gabriel. d. concluſ.* 15. *num.*9. *poſt* Baldum *in l.cùm oportet n.*12. C. *de bon. quæ lib.ac* Barbatia *in c.*1.*de pecul.Cler.*

184 Amplia tertiò, etiam ſi mulier negaſſet, fuiſſe bona illa quæſita de bonis viri, diceretq; ſe habuiſſe pecuniam illam antè contractum matrimonium, quia adhùc vigebit præſumptio contra vxorem, & ei incumberet onus probandi, aſſerenti, rem eſſe ſuam *Alber.poſt Vbertum de Bobio in d.l.etiam C.de don.int. vir.& vxor. Aretin.in conſ.*31.*num.*5. *Lupus d.rubr.de don.int.vir.& vxor.d.*§. 60.*num.*16.*verſ.ſed quàmuis, Couar.in cap.*1.*num.*16.*de teſtam.Neuizan.in Sylua nupt.d.lib.*4.*num.*21.*verb.tertiò amplia*,

Digitized by Google

plia, *Menoch. vbi ſuprà num.* 21. vbi notabiliter etiam declarat ampliationem iſtam.

185 Amplia quartò, vt ſuffragetur præſumptio iſthæc etiam hæredibus mariti poſt mortem ipſius *Pariſ. in conſil.* 62. *colum.* 2. *lib.* 2. *Menoch. loco cit. num.* 29.

186 Amplia quintò, vt poſſit etiam præſumptionem iſtam allegare ſingularis ſucceſſor mariti, aùt donatarius eiuſdē *Dec. conſ.* 237. *in caſu propoſito, Neuizan. d. lib.* 4. *num.* 21. *verſ. quartò amplia, Bellon. in conſ.* 17. *in fine, Anton. Gabriel. d. concluſ.* 15. *num.* 11. *Alciat. de præſumpt. d. regul.* 3. *præſump.* 26. *num.* 1. *verſ. quartò declara, Menoch. vbi ſuprà num.* 19. *Anton. Faber in eius Codice tit. de probat. definit.* 41.

187 Amplia ſextò, vt procedat etiam fauore creditorum ipſius mariti *Antonius Faber dict. tit. de probat. definit.* 36.

188 Limitant modò concluſionem præfatam *Doctores* Primò, vt non procedat in muliere diuite, quæ accepiſſet virum pauperem, quo caſu præſumeretur acquiſiuiſſe de bonis ipſius propriis, nō autem de bonis mariti *Barbatia d. c.* 1. *num.* 1. *de pecul. Cleric. Ioan. Lup. d. rubr. de donat. int. vir. & vxor. ampliat.* 2. *Neuizan. d. Sylua nupt. lib.* 4. *num.* 22. *Butr. Ancharan. Socin. ſen. Alciat. Coraſ. & Anton. Gabriel.* relati per *Menoch. d. præſumpt.* 51. *lib.* 3. *num.* 8. & ſic deciſum per Senatum Sabaudum refert *Anton. Faber in eius Codice tit. de probat. definit.* 41.

189 Limita ſecundò, quando eſſet mulier induſtria, & negotiatrix, ità vt veriſimiliter acquirere potuiſſet ex ſuis negotiationibus. Ponunt exemplū *DD.* quando mulier eſſet Chyrurga, Obſtetrix, aùt exerceret Lanificium, vel aliam artem, vel mercaturam, quoniam ceſſaret tunc in dictis caſibus ſuſpitio turpis quæſtus, de quo in *d. l. quintus, Bald. d. l. cùm oportet num.* 2. *C. de bon. quæ liber. ac conſ.* 299. *in fine lib.* 1. *Alex. conſ.* 4. *lib.* 3. *ac conſ.* 133. *lib.* 4. *Capra conſ.* 13. *num.* 10. *Roman. conſ.* 159. *Gerard. de Petra ſancta in ſingul.* 99. incip. *Inter virum verſ. & ſic, Lupus d. rubr. de donat. int. vir. & vxor.* §. 60. *num.* 19. *verſ. hinc eſt etiam, Alciat. d. præſump.* 26. *regula* 3. *declarat.* 6. *Ferrat. cautela* 41. *num* 4. *Bellon. Coraſ. & alij*, de quibus apud *Menoch. d. præſumpt.* 51. *lib.* 3. *num.* 32.

190 Limita tertiò, vt non procedat quòad iudicium poſſeſſorium, in quo obtinebit mulier, ſicuti poſt *Bald. Alex. Lup. & Neuizan.* concludit *Rota Romana deciſ.* 229. *num.* 7. *parte* 2. *in nouiſſ.* ſequitur illos *Anton. Gabriel. d. concluſ.* 15. *num.* 19. *tit. de præſumpt. lib.* 1. *ac Menoch. d. præſumpt.* 51. *num.* 44. vbi alios etiam recenſet, & de mente *Alciati* declarat limitationem iſtam, quando vxor poſsideret, ſecùs verò ſi poſsideret ipſa vxor vnà cum marito, quia in tali caſu cenſeretur ipſa poſsidere iure familiaritatis, maritus verò iure proprio.

191 Limita quartò, quando mulier probaſſet, habuiſſe ab Amaſio, aùt ex turpi lucro, quibus in caſibus cùm ſimus in claris ceſſat præſumptio, quæ vertitur ſuper re dubia *Pract. Papienſ. in forma libell. quo ag. ad dot. in verbo tanquàm num.* 4.

192 Limita quintò, quādo appareret, mulierem habuiſſe pecuniam à conſanguineo *Bald. d. l. cùm oportet num.* 14. *C. de bon. quæ liber.* alios recenſet *Menoch. vbi ſuprà num.* 36.

193 Limita ſextò, quando marituſmet fateretur, pecuniam fuiſſe propriam vxoris *Signorolus de Homod. conſ.* 122. *Alber. d. l. etiam C. de donat. int. vir. & vxor. Alex. conſ.* 22. *num.* 7. *lib.* 4. *Socin. ſen. conſ.* 65. *num.* 20. *lib.* 1. *Ioan. Lupus d.* §. 60. *rubr. de donat. int. vir. & vxor. Bocr. d. deciſ.* 81. *num.* 5. *in fine*, vbi id ampliat etiam ſi præſente, & tacēte marito fuiſſet nomine vxoris numerata pecunia, aſſeruiſſetq; ipſa vxor, illam eſſe ſuam, ſicuti cenſuit etiam *Rota Romana d. deciſ.* 219. *in fine parte* 2. *in nouiſſ.* alij quoquè voluere, de quibus apud *Menoch. d. præſumpt.* 51. *lib.* 3. *num.* 28. vbi notabiliter id declarat *vſq; ad num.* 32. per poſitionem, ac reſolutionem aliquorū caſuum.



Digitized by Google

Quò tamen ad confeſſionem iſtam mariti dicentis, emiſſe rem de pecunia vxoris, eam ſuſpectam eſſe voluit *Dec. in conſ. 96. ac Crau. de antiqu. temp. parte 1. ſect. propoſitum noſtrum num. 73. fol.* mihi 28. niſi tamen ſit ea veriſimilis, vt putà quia mulier haberet aliundè pecuniam, vt poſt *eos* probat *Hieron. de Martin. in addit. ad Afflict. deciſ.* 402. & proindè nō ſic indiſtinctè illa admitteretur, præcipuè in præiudicium tertij, & ſic creditorum viri, qui crediderunt antè emptionem prædictam, vt benè declarat *Menoch. d. præſumpt.* 51. *num.* 31. *verſ. tertius eſt caſus*, diſtinguens perſonam mariti à creditoribus, ac concludentis, quòd confeſſio illa marito afferat præiudicium, non autem creditoribus, vt per *eum*.

Huiuſmodi reſolutio firmior redditur ex reſolutione alterius conſimilis, ac ſa-
194 tis controuerſæ quæſtionis inter *DD.* vtrùm ſ. dos confeſſata per maritum habeat priuilegium prelationis doti tributum, ex diſpoſitione *l. aſſiduis C. qui pot. in pign. habe.* In cuius quidèm reſolutione, quia fuſiſſimè ea diſcutitur, & examinatur præuiis multis diſtinctionibus, ſubdiſtinctionibus, ac caſuum poſitione, & reſolutione per *Socin. ſen. in l. 1. à num. 70. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 12. & 13. *per totas*, aguntq; de ea latiſſimè *Sãchez de matrim. lib. 6. diſput. 9. per totam, Barboſa in d. l. 1. ff. ſolut. matrim. parte 6. à num. 25. cum multis alijs ſeq. Fachin. controu. iur. lib. 8. per multa capita, quippè cap. 37. vſq; ad cap. 87. incluſiuè, Aluar. Valaſc. conſult. 5. & 6. per totas, Ioſeph. Ludouicus deciſ. Peruſ. 66. parte 2. ſimiliter per totam, Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 7. à num. 4. vſq; ad finem*, aliique paſſim, quos conſultò prætermitto, ideò non inſiſtam circà eorum dicta, nè ea, eorumq; ordinem tranſcribere (contrà morem) videar, cùm ab iis excipere cupidus Lector poſsit. Declarant nàmq; ii penè omnes, quid concludendum ſit, quando confeſsio dotis fuerit facta antè matrimonium, quidué quando poſt matrimonium, itèm vtrùm præſumatur ea facta animo donandi, vel ſub ſpe futuræ numerationis, inſuper quãdo poſſit aduersùs illam opponi exceptio nō numeratæ dotis. Vlteriùs vtrùm confeſſio illa præiudicet ipſi marito, & in quibus caſibus, ac vtrùm non tantùm ipſi marito præiudicium inferat, verùm etiā ipſius hæredibus, vtrùmq; etiam tertio, & ſic creditoribus contrahentibus cum ipſo, tàm antè, quàm poſt cōfeſsionem præfatam, itèmq; vtrùm ſi poſt lapſum temporis de iure præfixi ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis admittantur creditores ad illam opponendam, non obſtante dicto temporis lapſu, inſuper vtrùm confirmetur ea iuramento, & vtrùm iuramento aſſertorio, vel etiam promiſſorio, aut confirmatorio, aliaſque his ſimiles, & ex iis emergentes queſtiones, de quibus abūdè apùd præfatos, ero proindè contentus ipſe hoc loco tantùm præfata tetigiſſe.

Alias tùm ampliationes, cùm limitationes ad *d. l. quintus* excipiet cupidus Lector apud *Gabriel. de præſump. d. concl.* 15 *per totam, ac per Menoch. d. præſumpt.* 51. *lib.* 3. *ſimiliter per totam*, ſufficiunt nàmq; præfatæ tamquàm vſu frequentiores.

Hoc autem, quod dictum eſt de vxore ex diſpoſitione *d. l. quintus*, iuncta *d. l. etiam* extendunt etiam *DD.* ad filium,
195 cuius bona preſumuntur in dubio acquiſita ex bonis patris. Et ità colligitur ex traditis per *DD. in l. cùm oportet C. de bon. quæ liber.* adde *Neuizan.* qui aliquos refert in *Sylua nupt. lib. 4. num.* 20.

196 Reſtringunt hoc *DD.* ac intelligunt, quando filius habitat inſimul cum patre, ac eiuſdem patris bona adminiſtrat, quo caſu dicūt vigere præſumptionem, quòd ſint bona profectitia, & ſic quæſita ex bonis patris, & ità cōcludit *Bald. d. l. cùm oportet num.* 12. & poſt eum *Calcan. conſ. 19. num. 4. Roland. conſ. 90. num. 8. lib.* 2. alios recenſet *Maſcard. de probat. concluſ.* 220. cum quibus ipſe pariter concordat, ac *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 50. *num.* 1. vbi id maximè procedere cōcludit, quando conſtabit, patrem aliquam pecuniarum quantitatem ipſi filio dediſſe, vt negotiaretur,

poſt

Digitized by Google

poſt *Calcan.* quem allegat *d. conſ.* 19. *num.* 5.

197 Limita tamen concluſionem iſtam primò, quando vrgentibus coniecturis appareret, filium aliundè quæſiuiſſe. Exemplum tradi poteſt, quando filius habuiſſet pecuniam ab extraneo, & ipſe pauper adeò eſſet, vt non poſſit ſumi coniectura, ex bonis ipſius patris fuiſſe quæſita, itemq; quando filius eſſet artifex, & induſtrioſus, & ità concludunt *Bald. d. l. cùm oportet num.* 12. *Calcan. d. conſ.* 19. *num.* 6. *Luc. de Penn. in l. facultas in fine C. de iure Fiſci lib.* 10. *Socin. ſen. conſ.* 249. *in fine lib.* 2. *Aſcan. Clement. de patr. poteſt. effectu* 2. *num.* 26. *Menoch. d. præſumpt.* 50. *num.* 2. *lib.* 3. *Paſcalis de virib. patr. poteſt. cap.* 3. *num.* 4. vbi remiſſiuè etiam tãgit, cui incumbat onus probandi.

198 Limita ſecundò, quando filius habitaret ſeorsùm à patre *Bart. in tract. de duob. fratrib. nu.* 5. *Bald. in d. l. cùm oportet num.* 12. *ac Menoch. vbi ſupra num.* 3. In dubio autem præſumendum eſſe pro poſſeſſore tradunt *Alex. conſ.* 140. *num.* 3. *lib.* 5. & cum ipſo communiter *DD.* vt recenſet *Maſcard. de probat. concluſ.* 1195. *num.* 13. ſequitur illos *Menoch. vbi ſuprà num.* 6. *verſ. quartus eſt caſus.* Hoc tamen ipſe intelligo ad finem obtinendi in poſſeſſorio, non autem in petitorio, cùm non poſſit denegari ex poſſeſsione ius probandi concernentia petitorium ei, qui non poſsidet.

199 De Prelato autem, & Clerico, vtrùm .ſ. bona per ipſos quæſita præſumantur in dubio acquiſita ex bonis ipſorum proprijs, vel ex bonis Eccleſiæ, diuerſimodè ſenſierunt *DD.* pro concordia *Menoch. de arbit. iud. caſu* 295. *ac de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *per totas*, aliquos conſtituit caſus, ipſum conſulere quiſpiam poterit, nàm omnes in materia luculenter pertractantur.

200 Eſt nouiſsimo loco videndum, quid in dubio iudicandum ſit de bonis Officialis, aùt Adminiſtratorum bonorum Principis, vel Reipublicæ, vtrùm .ſ. ea præſumantur quæſita ex propria pecunia, vel ex illa Principis, vel Reipublicæ, itemq; vtrùm Officialis dicatur ditatus intuitu officii, & adminiſtrationis, vel aliundè. Et in hoc *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 32. *per totam* refert quatuor diuerſas opiniones *Doctorum*, quibus etiam quintam *ipſe* ſubnectit de mente *Lucæ de Penn. in d. l. facultas in fine*, cum quo *ipſe* quoquè concordat dicens, fore id totum relinquendum arbitrio Iudicis, qui pro qualitate perſonæ Adminiſtratoris, ac Officialis arbitretur, an ex bonis publicis quæſierit, vel ex propriis, ac quòd recurrendum ſit ad coniecturas, adducit in id, nedùm eundem *Luc. de Penn. loco cit.* verùm etiàm *Bald. d. l. cùm oportet num.* 3. *in fine*, ac *Bart. in tract. de duob. fratr. num.* 5. Ex noſtris Regnicolis agunt de hoc *D. Ronit. ſuper pragm.* 1. *de muner. official. num.* 18. vbi tamen ipſe nihil de certo determinat, ſed refert tantummodò *DD.* qui quæſtionem iſtam diffiniunt, ac *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 3. *§.* 7. *num.* 2. *cum ſeqq.* vbi videtur idem concludere, quod *Menoch. loco cit.* recurrendum .ſ. eſſe ad coniecturas, ac quòd coniectura, quòd .ſ. ſit ditatus ex officio, ea ſit præcipua, quando antè officium nihil, aùt parum habebat in bonis, præſertim quando pro conſequutione pecuniam expenderet, ſecùs tamen quando antè officium habebat bona, & erat diues.

201 Quid autem probare habeat Officialis, ad hoc vt tollat præſumptionem iſtã, quòd acquiſierit ex bonis Fiſci, adeundus eſt *Maſcardus de probat. concluſ.* 1134. *num.* 4. *& Marcellus Calà de modo articul. & prob. quæſt.* 614. *num.* 1388. *fol.* 243.

202 Vtrùm autem poſsit Officialis mercari, videas *Cacheran. deciſ.* 144. *ac D. Regentem Conſtantium ſuper l. nullus num.* 82. *C. de decurionib. lib.* 10.

## SVMMARIVM.

1 *Fructuum diuiſio qualiter fiat inter Dominum, & hæredes vaſalli mortuo vaſallo.*

2 Baldus *dixit, diſpoſitionem* c. 1. §. his conſequenter hic finitur lex in vſib. feud. *non eſſe iuri conſonam, & Autorem ipſius proceſſiſſe ſine ratione.*

3 Feu-

Digitized by Google

3 *Feudorum leges habent in ſe ſummam ſapientiam.*

4 Cap.1. §. his conſequenter hic finit. lex *dixerunt aliqui, quod tametſi ſit poſitum in compilatione iuris feudorum, non fuerit à Compilatoribus probatum.*

5 *Feuda vſufructui comparantur.*

6 Gloſ. *cùm propriam ſententiam primùm refert, deindè ſubdit aliorum ſententiam, dicens*, quidam dicunt, *vel* alii dicũt, *cenſetur propriam probaſſe, aliorum verò poſteriorem reijciſſe.*

7 Cap.1. §. his conſequenter hic finitur lex, *dixerunt aliqui continere manifeſtam iniquitatem.*

*Eundem* contex. *arguũt aliqui de ſuperfluitate, nu.*8.

*Alij dixerunt, non eſſe vbiquè receptum, ſed ſeruandum tantùm in locis, in quibus conſuetudine fuerit illud receptum, nu.*9.

10 Cap.1. §. his conſequenter hic finitur lex *eſt vnum ex difficilioribus locis in toto iure, circà cuius verum, adequatumquè intellectum adipiſcendum* Doctores *omnes inſudauerunt.*

*Eiuſdem communis intellectus eſt, fore illum ad literam exponendum, prout iacet, nu.*11.

*In quibus fructibus procedat illius diſpoſitio, nu.*12.

*Vtrùm in penſionibus domorum, affictibus Magiſtriactatus, molendinis, & ſimilibus, nu.*13.

14 Authoris *intellectus ad* c.1. §. his conſequenter hic finit. lex, *& nu.*19.

15 *Anni initium in terminis* c.1. §. his cõſequenter hic finit. lex *à quo tempore incipiendum, notabiliter ſecundùm* Authorem.

16 *Annus incipit à Ianuario, præſertim inter Latinos, & dictus eſt Ianuarius, quia ianua eſt anni.*

17 *Ianuarii menſe antiquitùs omnes penſionum ſummæ publicis rationibus inferebantur, & à Kalendis eiuſdem incipiebat Officiorum adminiſtratio.*

18 *Annus in materia* c.1. §. his conſequenter hic finit. lex *diuiditur inter partes ſecundùm* Authorem, *quamuis cenſuerint alii, fore illum diuidendum in duas ſolas.*

20 *Dictio*, illius, *in terminis* §. his conſequenter cap.1. hic finit. lex. *denotat, de fructibus illius anni inchoati ipſum loqui.*

21 *Fructus pendentes, ac recollectioni proximi veniunt in venditione rei, in qua pendent.*

*Fallit, quando Dominus tempore venditionis, ex quo idem fructus erant plenè maturi, ac ſtatim recolligendi, ſe paraſſet ad collectionem, manumque impoſuiſſet, ſcienti emptore, num.*22.

23 *Fructus feudi dijudicantur burgenſatici per ſolam ſeparationem illorum factam à ſolo feudali, & tàm percepti, quàm pendentes, ſi conſiderantur illi vt ſeparandi.*

24 *Dictionis*, interim, *vis eſt, vt denotet idem, quod*, medio tempore.

25 *Fructus percipere propriè quid ſignificet, & an differat, vtrũ percipiat illos Dominus, ac ſeparet à fundo, an verò perceptos ab alio vendicet.*

26 Fructus, *quos percipit vaſallus viuens fiunt allodiales per ſeparationem, nec dicuntur ampliùs feudales.*

27 Cap.1. §. his conſequenter hic finit. lex *diſpoſitiò eſt recepta in Regno, ac canonizata vigore plurium deciſionum Sacri Conſilij.*

28 *Vaſallus vltrà expenſas circà culturam rei feudalis, tenetur quoquè exhibere Domino reuerentiam, ac perſonaliter illi inſeruire.*

29 *Vaſalli ceſſante hyeme de menſe Martij conſueſcunt accingere ſe ad bellum pro adjuuando, opemquè Domino præſtando.*

30 Cap.1. §. his conſequenter hic finit. lex *diſpoſitio procedit tàm in fructibus induſtrialibus, quàm pariter in fructibus naturalibus.*

*Procedit etiam in fructibus ciuilibus, & penſionibus, nu.*31.

*Rurſùs procedit etiam in caſu, quo feudum deuolueretur ad agnatos morte feudatarii vaſalli, num.*32.

33 Cap.1. §. his conſequenter hic finit. lex *diſpoſitio non procedit, quando morte feudatarii feudum vacat.*

CAP.

Digitized by Google

## CAP. IV.

1 DE diuiſione fructuum moriente vaſallo, inter Dominum, & hæredes ipſius vaſalli diſpar eſt de iure feudorum diſpoſitio, quo non inſolidum beneficio alterius, iuxtà terminos *l. defuncta ff. de vſufruct. ac l. Hærennius ff. de vſur.* non pro rata temporis, iuxtà terminos *l. diuortio ff. ſol. matr.* cum concordantibus inter coniuges, de quibus caſibus ſuprà locuti fuimus in 1. 2. & 3. c. *huius ſecundæ partis* partitionem faciendam decernitur, ſed benè adhibita diſtinctione, de qua per *tex. in cap. 1. §. his conſequenter tit. Hic ſin. lex. in vſ. feud.* cuius verba ad literam ſubnectentes talia ſunt. *His conſequenter dicitur, quòd ſi vaſallus decedat ſine hærede maſculo, & contingat feudum ad Dominum reuerti, ſic diſtinguitur, quòd ſi antè Martium omnes fructus illius anni ex feudo peruenientes, ad Dominum pertinebunt. Si verò poſt Kalendas Martii vſque ad Auguſtum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad hæredes vaſalli pertinebunt. Si verò poſt Auguſtum, omnes fructus anni percipiet Dominus, quidam tamen dicunt quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad Dominum pertinere.* Hactenùs *contex.* illius diſpoſitio, aduerſùs quam plura obiiciuntur.

2 *Baldus* nàmque dixit, diſpoſitionem illius non eſſe iuri cõſonam, Authoremque eiuſdem ſine ratione proceſſiſſe, cùm de fructibus dotis ſoluto matrimonio inter maritum, & vxorem, illorumque hæredes aliter fiat diuiſio in *l. ex diuiſione, in l. fructibus, & in l. diuortio ff. ſol. matr.* aliter de legatis annuis in *l. in ſingulos ff. de annuis leg.* aliter in vſufructu inter Dominum proprietarium, & hæredes vſufructuarii in *l. defuncta ff. de vſufr.* aliter in fideicommiſſis inter fideicommiſſarium, & hæredes grauati in *l. Hærennius ff. de vſur.* Vndè ſubdit idem *Bald. contex.* illum non aliam habere rationem, quàm voluntatem conſtituentis.

Cum *Baldo* videntur concordare *Pract. Pap. tit. forma libelli, quo agit. ad renouat. feud. verbo contrà debitum n. 16.* cæterique adducti per *Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 11. nu. 10.* iis adde *Gizzarel. deciſ. 33. nu. 10. D. Tapiam deciſ. 45. nu. 7. ac Iacob. Cuiacium de feud. lib. 4. tit. 30.* quo loci repetitionem facit ſuper eo *contex.* quinimò *Iacob. de Beluiſ.* de quo meminit *D. de Franch. deciſ. 19. nu. 2.* dicit, rationem illius *contex.* eſſe ruſticanam.

Occurrunt tamen ad hoc obiectum *DD.* ex eodem *Baldo*, qui in *cap. 1. §. hoc quoquè de iis, qui feud. dare poſſ.* dicit, leges feudorum habere in ſe ſummam ſapientiam, ſequuntur illum *Capyc. in inueſt. feud. verbo feudorum leges verſ. leges feudorum fol.* mihi 262. *D. Conſiliarius Theodorus alleg. 21. n. 14.* Compilatores nàmque illarum fuerunt maximè periti in iure, *Obertus* enim de *Orto* fuit maximus Aduocatus, ſicuti extitit pariter *Gerardus Capagiſtus*, & ità poſt *Caccialup. in tract. de feud. tit. de cognit. feud.* deducit *D. de* Franch. *deciſ. 572. nu. 8.*

4 Alii dixerunt, *contex.* illius diſpoſitionem, quàmuis poſitam in compilatione iuris feudorum, non fuiſſe à Compilatoribus probatam. Et in hanc ſententiam expreſsè reſidet Vir damnatæ memoriæ in *gloſ. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 8. num. 11.* de quo faciunt mentionem *Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 15. nu. 14. Barboſa in l. diuortio in princ. 2. par. nu. 15. Molina vbi ſupra d. nu. 10. Morot. conſ. 12. nu. 1. verſ. tertia fuit opinio, D. Turaminus ad l. diuortio cap. 6. num. 3.* aliique permulti: quinimò Compilatores illius videntur tacitè diſpoſitionem illam reiicere: quoniàm cùm ſtatim ſubiungant ſecundam aliorum opinionem, tenentium, quòd quocumque anni tempore vaſallus decedat, pendentes fructus ad Dominum pertineant: quaſi tacitè illam approbantes, primamque reijcientes innuere voluerunt, fructus iàm collectos ad hæredes vaſalli pertinere, ac quòd iure id ſtatuatur, cùm in hac ſecunda opinione videantur Authores illius ſe conformare cum diſtinctione, quæ fit fructuum inter hæredes fructuarii, & proprietarium, de qua in *d. l. defuncta 65. ff. de vſufr.*

5 Nec abſque ratione, quia cùm feuda vſufructui comparentur in *cap. 1. §. fin. in*

*quib.*

Digitized by Google

*quib.cauſ.feud. amitt.* eadem pariter diſtinctio fructuum, quæ fit in vſufructu moriente vſufructuario ſit quoquè facienda in feudorum fructibus moriente vaſallo, iuxtà ſententiam præfatorum nouiſſimo loco relatorum in *d.§.his conſequenter*. Subditque inſuper *ibidem* idem Vir damnatæ memoriæ, præfatorum ſententiam omninò tenēdam, tamquàm veram,rationabilem,ac vti poſtremo loco relatam,nō verò primam, tamquàm irrationabilem, taciteque reiectam, & cum ipſo videntur conſentire *Couar.loco cit.Gamma deciſ.*350.*nu.*2.*ac Annæus Robertus rerum iudicat. lib.* 3. *c.*3.*fol.*mihi 601.

6 Hoc tamen obiectum facillimè tolli eſt arbitratus *D.Turamin.d. c.6. num.6.* aduertendo,receptum eſſe in *Gloſ.*quòd cùm propriam ſententiam primùm refert, deindè verò aliorum his verbis, *quidam dicunt*, vel, *alij dicunt*, cenſeri priorem propriam probaſſe, poſteriorem verò aliorum reiicere, adducit in id *Iaſ.in l.ſi idem §.ſi vna num.3 ff.de iuriſdict.omn.Iud.Nigr.in rubr.ff.ſi cert.pet. col.vlt.ac D.de Franch. deciſ.*221.*nu.*10. non ſecùs quidèm in hoc caſu, in quo ad eiuſdem inſtar, priorem propriam Authores approbaſſe,poſteriorem verò alienam reiiciſſe videntur.

7 Alij dixerunt, diſpoſitionem *d. §. his conſequenter* continere manifeſtam iniquitatem, & ità videntur ſentire *Andr. de Iſern.ibidem ſub nu.*19.*in fine*, & poſt eum *Anchar.conſ.*193.*Alber.d. l. defuncta ff. de vſufr. in fine princ.*præfatus Vir damnatæ memoriæ *loco cit. Couar. d. c.* 15.*n.*14.qui iniquitatem ex eo præcipuè detegi contendunt, quia ſi vaſallus decederet poſt Auguſtum, & ſic de menſe Septembris, aùt Octobris, quibus vindemiæ pendent, & oliuæ, maxima eſſet iniquitas, ſi Dominus perciperet dictas vindemiam, & oliuas, vaſallique hæredes illis priuarentur, nihilque reportarent pro labore, & expenſis toto anno erogatis in cultura vineæ, & oliuæ.

Cæterùm obiectum iſtud faciliter tolli poſſe nonnulli dixere ex inſtantia,quā tradunt in caſu vſufructuarij,& proprietarij, item in caſu hæredis grauati, & fideicommiſſarii, aliorumque ſimilium, quibus in caſibus morientibus fructuario, aùt grauato fundo pleno fructibus, ad Dominum proprietarium, vel fideicommiſſarium ij omnes ſpectabunt, vt ſuprà dictum eſt,nihilquè eorum ad hæredes vſufructuarii, nulla habita conſideratione laborum, & impenſarum per vſufructuarium,aùt hæredem grauatum erogatarum.

8 Alii,vt idem met *Andr.de Iſern.loco cit.* arguunt *contex.*illum de ſuperfluitate, dicentes, verſiculum illum, *ſi verò poſt Auguſtum omnes fructus anni percipiet Dominus*, eſſe ſuperfluum, tamquàm comprehenſa verba, & diſpoſitionem illius in præcedenti illo, ibi, *quòd ſi antè Martium omnes fructus illius anni,&c.*

Tolli tamen dixerunt *DD.* obiectionem iſtam altero de duobus modis. Vel primò ſupponendo, prout communis traditio affirmat, verba ſcilicet illa, ſiuè diſpoſitionem, de qua in *d. verſ. ſi verò poſt Auguſtum* intelligi non de anno præcedēti, ſed benè de anno nouo ſubſequente, ac incipiente à mēſe Septembris,finiēdo poſtmodùm vſquè ad alium menſem ſequentis Septembris, vel ſecundò conſiderantes, quòd cùm quodcumque tempus duobus extremis terminetur,vt *Peripatetici* affirmant, & *Iuriſtæ* concordant in *l.ſi is,qui pro emptore ff.de vſucap.*extremo ſcilicet à quo, & extremo ad quod, eà propter quia in eo *verſ. quòd ſi antè Martium* iam Authores illius conſtitutionis deſignauerant extremum ad quod, ſcilicet vſque ad quod tempus moriente vaſallo fructus pertinerent ad Dominum,dicētes,quòd antè Martium ad Dominum pertinebunt, quia dubitari rectè poterat de alio extremo à quo, à quo ſcilicet inciperet tempus illud, quod terminabatur antè Martium,ſubdit *verſ.* illum, *ſi verò poſt Auguſtum*, quaſi innueret, quòd à Kalendis Septembris vſque ad Kalendas Martii ſi moriatur vaſallus, fructus ad Dominum pertinebunt, diuidentes annum pro medietate, vnicuiquè ipſorum dimidiam aſſignantes, quippè Domino, ſi moriatur vaſallus à Kalendis

Septem-

Digitized by Google

Septembris vſque ad Kalendas Martij, hæredibus verò vaſalli à Kalendis Martii vſque,& per totum menſem Auguſti. Sic namquè intelligenda putant verba illa, *ſi verò poſt Kalendas Martii vſque ad Auguſtum*, vſquè ad Auguſtum ſcilicet incluſiuè, hoc eſt per totum menſem Auguſti vſque ad Kalendas Septembris,nō autem excluſiuè, & ità poſt antiquiores decernunt *Morotius d.conſ.* 12.*nu.*1.*Peregrin.de fideicom. art.*49.*nu* 108.*Barboſa d.l.diuortio in princ.*2.*parte num.*15.*Gratian.diſcept.forenſ. cap.*810. *nu.*17.*Fachina, controuerſ.iur.lib.*7.*c.*95. quam conſiderationem extremorum ad reſolutionem dictæ obiectionis deduxit etiam *D.Turamin.loco cit.nu.*4.

9 Alii tandem dixere,diſpoſitionem *d.S. bis conſequenter* non eſſe vbique receptam, & proindè ſeruandā tantūmodò in locis,vbi ea cōſuetudine recepta extitit, & in hac ſentētia reſident *Andr.de Iſern. ibidē poſt n.*20.*uerſ.& quia iſta dura ſunt cōſuetudine,Couar.var.reſol.d.lib.*1.*c.*15. *nu.*14. *Gamma d. deciſ.*350.*n.*2.*D.Rouit. ſuper Pragm.*4.*tit.de feud.nu.*85.

10 Fateor equidèm hunc vnum eſſe ex difficilioribus locis in toto iure, circa quem pro adipiſcendo verum, adæquatumque intellectum, per quem reddi vndequaquè abſoluta poſſet litera illius, abſque quòd valeat aùt de ſuperfluitate, aùt de iniquitate, aùt de irrationabilitate, aùt de alio quocumque argui, teſtor Deum,pluſquàm quindecim continuos conſumpſiſſe dies, noctu, diuque ſemper præmanibus habendo *contex.* illum,ac omnes penè volutando, qui ſuper eo ſcripſerunt, & ſi alicui quandoque aliquātulum inſiſtebam, illum poſtmodùm examinando,nec ſcopulis carere,nec difficultatibus comperiebam.

11 Communis eſt ferè omnium intellectus, *contex.* illum fore ad literam exponendum,prout iacet,& ità reſident *And. de Iſern. Aluarot. Præpoſ.& Affl.* in eo, quibus inhærent *Zaſius de feud.par.*10. *in fine verſ. vltimò videndum eſt de fructibus,Tiraqu.de retract.conuent.S.*5.*gloſ.* 2.*num.*3.*Valaſc.in praxi partit.& collat.* *c.*32.*nu.*1.*&* 2.*Piſtor.lib.*1. *q.*24. *nu.*43. *Schrader. de feud.* 2. *parte nona partis princ.ſect.*3.*num.*73.*&* 74. *Fachina.controu.iur.d.lib.*7.*cap.*95.*Gratian. diſcept. forenſ.d.c.*810.*num.*11.*cum ſeqq. Viu. d. deciſ.*8.*nu.*8. aliique permulti, qui concludūt, ob id, fore annum inchoandum à Kalendis Septembris, & tunc ſi moriatur vaſallus antè Kalendas Martii, fructus omnes illius anni, qui percipiūtur à Kalendis Septembris vſquè ad Martium, ad Dominum pertinebunt. Si verò deceſſerit poſt Kalendas Martii, fructus,qui percipiuntur à dictis Kalendis Martii vſque ad Kalendas Septembris,ad hæredes vaſalli pertinebunt. Si verò moriatur vaſallus poſt Auguſtum, omnes fructus anni pertinebunt ad Dominum. Omnes fructus anni intelligunt ipſi, non ſcilicet anni iàm præteriti, ſed benè nouiter inchoandi à dictis Kalendis Septembris, & deſinentis vſquè ad Kalendas alterius Septembris ſubſequentis. Et quia dubitatio exoriri poterat,moriente vaſallo poſt Auguſtum, ad quem ſcilicèt pertineant fructus vindemiales,itèm oliuæ,aliique,qui tardiùs,& ſic poſt menſem Auguſti percipiuntur, quippè de mēſe Septembris, Octobris, & deinceps,concludunt proindè præfati, pertinere pariter illos ad hæredes vaſalli,tamquàm præcedentis anni fructus, illiuſque appendices, eò quia vaſallus vineam coluerit, expenſaſque erogauerit pro cultura,& cura,& ità concludunt *Andr. de Iſern. Aluar. Præpoſ. Martin. Laud. Affl.* & alii ſuper eo *tex.* relati per *Peregr.de fideic.art.*49.*nu.*103.addas illis *Capyc. in inueſt.feud. in verbo pendentes fructus,Gratian.diſcept.forenſ.d.c.*810. *nu.* 13.*Fachin.d.lib.*7.*controu.iur.c.*95. *ac D. de Ponte dec.*12.*nu.*7.vbi dicit,ſic ipſo re-
12 ferente fuiſſe deciſum in Regia Camera Summarię,intelligendo hoc tamen quòad fructus naturales, quales ſunt herbagia, tametſi affictus illorum ſolui debeat certo tempore, nàm ſecùs de fructibus, qui quotidiè percipiuntur, & renaſcuntur abſquè impenſa, de quibus ſimiliter deciſum tradit, vt ſcilicet diuidantur pro rata temporis hoc modo, nàm vſque ad mortem feudatarii fructus fiunt hæredis ipſius feudatarii, poſt verò illius mortem fieri Fiſci.



Digitized by Google

13 Ampliatque etiam hoc ſecundum in penſionibus domorum, in affictu Magiſtriactatus, in molendinis, & in ſimilibus quibuſcumque, ex quibus fructus ſingulis quibaſque diebus percipiũtur. Sic pariter deciſum tradit *Mareſcot.uar. reſol.lib.1.c.64.n.2.* meminit de vtriſque *D.Thoro in compend.deciſ. p.1. verbo fructus pendentes feudi vltimo anno.*

Aduersùs tamen hunc communem intellectum plurima ſubſtantialia obſtãt, quorum duo potiſſimùm referam, nàm ſunt apud me indiſſolubilia.

Primum eſt, quia confunduntur per illum fructus duorum annorum, quo nihil nec deterius, nec contrarium magis aduersùs conſtitutionem illam, vt infrà patebit.

Secundum eſt, quia in eo *contex.* circà fructus percipiendos ab hæredibus vaſalli, ſi moriatur ille à Kalendis Martii vſque ad Kalendas Septembris, diſertis verbis ſtatuitur, ipſos tantummodò fore fructus percepturos, qui ſcilicet interim percipiuntur à Kalendis Martii vſque ad Kalendas Septembris. Aſſeuerare modò cum communi, quòd ad ipſos ſpectent etiam tamquàm appendices ratione laboris, & impenſarum vindemia, oliuæ, & alii fructus, qui tardiùs percipiuntur, quippè poſt Kalendas Septembris, hoc eſt de directo, ac ex diametro cõtrà verba conſtitutionis illius, qui hæredibus fructus tantummodò tribuit, qui interim percipiuntur, vt inferiùs adnotabimus.

14 Ego ad intellectum *d.§. bis conſequenter* pro ſaluanda litera ipſius, ità vt nihil aduersùs, nè quicquàm minimum obiici poſſit.

15 Primò præmuniendum ſtatuo, ſumẽdum fore initium anni in terminis *d.§. bis conſequenter*, nõ à Kalendis Septembris, vt communiter cenſuerunt *Doctores* poſt *And. de Iſern. Aluarot.* alioſque antiquiores, de quibus ſuprà, ſed benè à Kalendis Ianuarii, in quibus verè dicitur annus incipere, vt idemmet *Andreas ibidem* fateri videtur *ſub nu. 20. verſus finem.*

Comprobatur hoc, quia vt teſtis eſt *D.Tapia deciſ.45. ſub num.10.* apud Romanos cùm multotiès fuiſſet variatum anni principium, Auguſti tamen tempore ad Kalendas Ianuarij rediit, quo die Magiſtratus inibant, adducit in id *Andræammet in c.1.nu.3. de feudo Guardiæ*, ac *Tiraqu.* id tradẽtem in *addit. ad Alex. ab Alex. lib.3. cap.24.* ex *Suetonio, Plinio, Hærodoto*, & aliis, quod etiam in Regno, vt incipiat annus à primo die Ianuarii, ſic nouiſſimo loco eſt cautũ ex *Regia Pragmat.* Comitis de Lemos, quæ eſt ſub *tit. de Commiſ. & executor.* de qua meminit idem *D. Tapia loco cit.*

Iis accedat in propriis terminis pro confirmatione computationis prędictæ, ſic ſeruari Mediolani, vbi compilatæ extitere cõſtitutiones iuris feudorũm, quo loci annus aũt à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit, aũt à die Circumciſionis eiuſdem, qui primus eſt Ianuarii dies, diuersè tamen ſecundùm ſubiectam materiam, vt ſcilicet reſpectu publicorum inſtrumentorum, & actorum iudicialium incipiat annus in feſto Natiuitatis Domini, reſpectu verò aliorum in die Circumciſionis, & de hoc extat particularis cõſtitutio illius Dominii, de qua *cap.109. 1. parte ſtatutorum, & cõſtitutionum Ducatus Mediolani*, cuius verba ſunt talia. *More Mediolanenſi annus incipere conſueuit, & de cætero incipiat in feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & hoc reſpectu inſtrumentorum publicorum, & actorum iudicialium tantùm, & indictio in Kalendis Septembris.* Super qua *conſtitutione Paraphraſtes eiuſdẽ Horatius Carpanus* ſuper *verbo reſpectu verò inſtrumentorũ*, inquit, *reſpectu aliorum incipit à Kalendis Ianuarii, quod & vſu receptum in pleriſque Regionibus, vt ſcilicet incipiat annus à Kalendis Ianuarii teſtatur Couar. variar. reſol. lib.1. cap.12. num.1. pro ratione ſubdens ibi, quia tali exordio à Kalendis Ianuarii ſumpto magis conuenit Aſtrologis, eò quòd annus duodecim conſtat menſibus, quorum primus ille Ianuarius eſt, ſubditq; proindè ab ipſius initio aptiorẽ fieri cõputationem. Et dicitur talis annus, annus vſualis, in quo, vt dicit Lucas de Pẽna in l. placuit C. de collat. fund. patrim. lib.11. nu.2. ac in l. ſiuè n.2. C. de exact. & exequut. lib.12. fit initium à Ianuario vſq;*

16 ad

Digitized by Google

16 ad alium Ianuarii, præcipuè inter Latinos, qui ob id dictus eſt Ianuarius, quia eſt ianua anni, adducit tex. in c. ieiunium 76. diſtinct. ac in d. l. placuit ſubdit idem Lucas de Penna, quòd hoc menſe debet om-
17 nis penſionum ſumma publicis rationibus eſſe illata, vt in ea lege, ac etiam quòd à Kalendis eiuſdem menſis officiorum incipiat adminiſtratio, adducit text. in l. Publius ff. de cond. & demonſtr. in l. pridiè ff. de ferijs, & in §. quantumcùmque ergo in Auth. de Conſul. Hanc etiam anni computationem à Kalendis Ianuarii comprobat Annæus Robertus rer. iudicat. lib. 3. c. 18. verſùs finem.

18 Secundò præmitto, annum in terminis prædictis diuidendum fore, non in duas partes, videlicet primam à Kalendis Auguſti vſque ad Kalendas Martii, alteram verò, & ſic ſecundam à Kalendis Martii vſque ad Auguſtum incluſiuè, vt cenſuerunt alii communiter, de quibus ſuprà, ſed benè in tres partes, prout clarè loquitur, & ſic diuidit litera eiuſdem.

Prima illa ſit dùm dicit; Si ante Martium omnes fructus illius anni, &c. & incipiat à Kalendis Ianuarij vſque ab Kalendas Martii.

Secunda pars anni incipiat à Kalendis Martij, & terminum recipiat extremo Auguſti die, ſic diſertis verbis eodem contex. decidente ibi, Si verò à Kalendis Martii uſque ad Auguſtum, intelligendo verba illa, vſquè ad Auguſtum incluſiuè, non autem excluſiuè, vt ſupra declarauimus, & planum reddit mox ſequens verſiculus, ibi, Si uerò poſt Auguſtum, qui verſiculus denotat, principium alterius anni partis incipere poſt Auguſtum, & ſic à Kalendis Septembris poſt terminationem alterius præcedentis periodi.

Tertia verò pars incipiat à Kalendis Septembris, & terminetur vſque ad Kalendas Ianuarii, ibi, ſi verò poſt Auguſtum, quod initium terminari neceſſe eſt extremo ſuo ad quod. Vndè dùm prima pars anni incipit à Kalendis Ianuarii, hæc tertia tamquàm poſtrema vſque ad dictas Kalendas durabit.

Tertiò præmitto, in eo contex. agi de ſolo, & vnico anno, non autem de duplici, ſicuti cenſebant Peregr. Gratian. Fachinæ. de quibus ſupra poſt alios per ipſos relatos, dicentes, verba illa, de quibus in extrema parte anni, ibi, Si uerò poſt Auguſtum, intelligenda fore de anno ſequenti incipiente à dictis Kalendis Septembris, termināteque poſtmodùm ad Kalendas ſequētis Septembris alterius anni: cùm eorum computatio non congruat nec verbis, nec diſpoſitioni, ſiuè menti contex. præfati, qui de vnico tantùm anno, non autem de duplici loquitur, faciendo mentionem ſemper de anno in ſingulari numero, ibi, in verſic. quòd ſi antè Martium omnes fructus illius anni. Vlteriùs in verſ. quòd ſi uerò poſt Auguſtum omnes fructus anni. Et tandèm in verſic. quidam tamen dicunt, ibi, quacumque parte anni.

19 His præcognitis, verus erit intellectus ad d. §. his conſequenter, intelligendum ipſum fore ad literam, prout iacet, cum differentia tamen ab aliis, qui dicentes, illum ſimiliter ad literam intelligēdum, deſtruebant poſtmodùm potiùs peruertentes eiuſdem literā, & diſpoſitionem.

Senſus itaquè illius erit, quòd ſi vaſallus deceſſerit antè Martiū, hoc eſt infra duos præcedentes menſes decurrētes à Kalendis Ianuarii vſq; ad Kalēdas Martii, eo caſu omnes fructus illius anni iàm inchoati à dictis Kalendis Ianuarii, ex feudo prouenientes, ad Dominū pertinebūt. Sunt formalia verba diſpoſitionis, ibi, quòd ſi antè Martium omnes fructus illius anni ex feudo peruenientes ad Dominum pertinebunt. Super quo verſ. notanda eſt dictio illa, illius, ibi, omnes fructus illius anni, quæ appoſitè fuit ibi collocata, ad denotandum, de fructibus
20 tantùm illius anni iàm inchoati à dictis Kalendis Ianuarii loqui, ad reprobationem obiecti, quod deſuper formari potuiſſet, quid ſcilicet de oliuis, & aliis fructibus remanſis in feudo anni præcedentis, qui quandoquè poſt Kalendas Ianuarii percipi ſolent, quales ſunt oliuæ, & glandes. Et quia de illis idem eſt iudiciū, quod de omnibus aliis fructibus præcedentis anni, proindè ad tollendam ambiguitatem iſtam hoc indicat per dictio-

ctionem illam, *illius*, vt clarè demoſtrent conſtituentes, non de illis præteriti anni fructibus loqui, ſed benè de fructibus illius anni, in quo moritur vaſallus, qui initium recipit à dictis Kalẽdis Ianuarii.

21 Accedat ad hoc confirmãdum aliud; nàm tametſi vera ſit concluſio, iuxtà quam ſic communiter concludunt omnes, in venditione ſcilicet venire omnes fructus pendentes, ac recollectioni proximos, vt dicemus infrà ſuo loco, dùm agemus de diuiſione fructuum facienda inter emptorem, & venditorem in venditione voluntaria, limitant tamen illam,

22 quando Dominus tempore venditionis, ex quo iàm fructus erant plenè maturi, & ſtatim recolligendi, iàm ſe paraſſet ad collectionem, manumquè appoſuiſſet ſciente emptore *Theſ. deciſ.* 55. *nu.* 6. poſt *Tiraqu. & Couar. in locis inibi* per *ipſum* relatis.

Colligitur id propriùs ex traditis in ſimili in propria materia fructuum feudi per *Camerar. in repetit. cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. pag.* mihi 123. vbi poſt *Baldum in conſ.* 33. *vol.* 1. con-

23 cludit, quòd quemadmodùm dijudicãtur burgenſatici fructus feudi, ſi fuerint ſeparati à ſolo, ità pariter & pendentes, conſiderando illos, vt ſeparandos.

Vndè ſicuti in venditione tales fructus non veniunt, tametſi generaliter ſemper omnes veniant, itemque ſicuti etiam burgenſatici ij, qui mox ſeparandi pendent in feudo, ſic pariter nõ diiudicabuntur fructus illi recolligendi poſt Kalendas Ianuarii de anno incipienti à dictis Kalendis Ianuarii, ſed benè de præcedenti, in quo maturi fuerunt effecti, ac recollectioni proximi, quinimò & in quibus iàm manus fuerunt appoſitæ pro illorum recollectione.

Sequitur etiam ex hoc aliud, quòd ſi vaſallus infrà ſpatium illorum duorum menſium aliquid perceperit ex feudo (non dico ex fructibus remanſis, vt ſuprà de præcedenti anno, ſed benè de fructibus illius anni iam inchoati à dictis Kalendis Ianuarii) & mox infrà idem ſpatium moriatur, non tranſmittit perceptum illud ad hæredes, ſed tenentur hæredes illius Domino reſtituere, ſic expreſsè decidente eo *contex.* dùm ſtatuit, *omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad Dominum pertinere*. Quæ verba indicant generalitatem omnium, nè quodam minimo excepto, quod non eſſet, ſi non reſtitueretur perceptum Domino, ſed penès ipſos aliquid remaneret, ex quo diminuti, non autem omnes, & integri ad ipſum peruenirent. Et hæc quoàd priorem anni partem, in qua moritur vaſallus.

Si verò moriatur vaſallus à Kalendis Martii vſque ad Auguſtum incluſiuè, & ſic vſque ad Kalendas Septembris, eo caſu ad hæredes pertinebunt ſoli fructus, qui interim percipiuntur, cuius

24 quidèm dictionis, *interim*, vis eſt, vt idem denotet, quod, *medio tempore l. qui ad certum ff. locat. l. ſi chorus in fine ff. de legat.* 3. *l. ſi libertus* §. *in quæſtionibus ff. ad municip. Riminald. iun. conſ.* 244. *nu.* 48. *&* 71 *lib.* 3. *Honded. conſ.* 97. *num.* 17. *vol.* 1. *Gratus in trac. de dictionib. dict.* 105. *nu.* 1.

Ex quibus commentitium redditur quod affirmabant *Andr.* aliiquè eiuſdem Aſſeclæ, de quibus ſuprà, pro indubitato habentes, ad ipſos pertinere etiã fructus vindemiæ, & oliuæ, tamquàm appendices dictæ medietatis anni, quorum numero eſt etiam *D. Turam. d. cap.* 6. *nu.* 15. cùm ſit eorum traditio de directo contrà expreſſa verba dicti *contex.* qui vaſalli hęredibus non adiudicat vniuerſaliter fructus anni, ſicuti ſemper cùm de Domino loquitur, illos ei adiudicat, ſed benè inquit, ad hæredes non pertinere, niſi ſolos fructus, qui interim percipiuntur à dictis Kalendis Martii vſque ad Auguſtum incluſiuè, non autem eos, qui poſt Auguſtum, ſicuti eueniret, ſi pertinerent ad ipſos vindemia, & oliuæ, quæ percipiuntur poſt Auguſtum, ad quæ miror neminem ex omnibus, quos hùcuſque mihi videre contingerit aduertiſſe, & eſt ſubſtantiale, ſuper quo vertitur totius difficultatis cardo, & ex quo pacantur multa contraria.

Si verò tãdèm moriatur vaſallus poſt Auguſtum, hoc eſt, à Kalendis Septembris vſq; ad Kalendas Ianuarij, & ſumus in tertia, atq; poſtrema parte anni, quibus

bus finem relinquit annus, de quo diſceptatur, tunc omnes fructus anni percipiet Dominus. Hactenùs literæ *cõtex.* illius diſpoſitio.

Sed quia *verſiculus* iſte *in hac tertia parte anni*, videtur quodammodò aduerſari præcedentibus, ex quo eo ſuppoſito pro indubitato eueniret maxima iniquitas: quoniàm ſi verum eſſet, quòd omnes fructus percipiẽdi forent à Domino moriente vaſallo poſt Auguſtum, videretur tacitè diſponere, teneri è cõtrà hæredes vaſalli reſtituere perceptos infrà illud ſemeſtre, vaſallo, eiuſq; hæredibus adiudicatum, computandum à Kalendis Martii vſque ad Kalendas Septembris ex generalitate ipſius, ibi, *ſi verò poſt Auguſtum omnes fructus anni percipiet Dominus*: nàm aliàs non ſortiretur effectum ſuum literalis diſpoſitio, ſi non reſtituerentur percepti, ex quo non omnes perciperet Dominus, ſicuti diſertis verbis diſponitur, & tamẽ in eo *verſic. Si verò poſt Kalendas Martij*, quàm clariſſimè apparet, fructus, qui interim percipiuntur à dictis Kalendis Martii vſque ad Auguſtum ad hæredes vaſalli pertinere. Proindè pro ſolutione iſtius obiecti aduertendum moneo ad vnum, quod ſubtiliter quidèm, quàmuis tamẽ ſubobſcurè more ſuo conſiderabat Dominus meus *Turaminus ad d. l. diuortio d. cap. 6. num.* 8. dicens, *con tex. d. §. bis conſequenter* in dicta tertia parte anni loqui per verbum, *percipere*, ibi, *ſi*
25 *verò poſt Auguſtum omnes fructus anni percipiet Dominus*, & ob id maximam conſtitui differentiam inter hæc duo, vt ſ. percipiat, quia ſeparet à fundo, quod propriè eſt percipere, per *tex. in l. ſi vſufructuarius meſſem ff. quib. mod. vſufruct.* ac vt à vaſallo viuente perceptos auocet ab hærede: quoniam id non erit percipere, ſed benè perceptos ab alio
26 repetere, ſeù vendicare. Et quàmuis pro ratione afferat *idem ibidem ſub num.* 9. quia fructus, quos percepit vaſallus viuens ſunt effecti allodiales per ſeparationem, nec dicentur feudales ampliùs, adducit in id *D. de Francb. deciſ.* 18. *num.* 10. poſt *Luc. de Penn. & Camer.* ſubditq; id probari ex *c. 1. an agn.* quod in id expendit *Curt. in tract. feudor. parte 3. princip. membro 2. 1. partis num.* 47. & proindè nulla ratione eos ad Dominũ pertinere poſſe; attamen hæc eius ratio non facit ad caſum, (quàmuis aliàs ſolidiſſimum ſit de per ſe eius principale aſſumptum), quoniam non id in controuerſiam deducitur, ſi. ſ. fructus ex feudo prouenientes poſt ſeparationem diiudicentur feudales, vel allodiales, ſiuè burgenſatici, quo caſu clarum eſt, idem eſſe de iis iudicium, quod de allodialibus, ſiuè burgenſaticis, ſed benè vtrùm fructus percepti per vaſallum reſtituẽdi veniant per hæredes, ex quo ſtatuitur, vt omnes fructus anni percipiat Dominus, ſi. ſ. idem ſit affirmandum de perceptis, quod de percipiendis: quo caſu eſt dicendum, quòd non, non ea ratione, quia per ſeparationem ſunt effecti allodiales, vt *ipſe* autumabat, ſed benè quia non eſt quærere de illis percipiendis, qui fuerunt iàm percepti. Cùm igitur loquatur *tex.* ille per verbum, *percipere*, & dicti verbi, *percipere*, ea eſt vis, vt denotet extantes percipere, non autem perceptos auocare, fruſtrà eſt quærere de fructibus à vaſallo perceptis, qui iàm non extant in feudo, & ità exponenda ſunt verba illa, *omnes fructus anni percipiet Dominus*, hoc eſt, omnes fructus anni exiſtentes in feudo tempore perceptionis percipiet Dominus ad differentiam illius, quod ſtatuerunt conſtituentes circà perceptionem fructuum in deceſſu vaſalli in prima parte anni antè Martium, hoc eſt, à Kalendis Ianuarij, vſq; ad Kalendas Martij, vbi non per phraſim, *percipere*, ſimpliciter ſtatuerunt, nec de ſolis fructibus anni loquuti ſunt, ſed benè magis generaliter, dicentes, *omnes fructus illius anni ex feudo peruenientes ad Dominum pertinere*; addendo igitur dictionem illam, *illius*, itèm verba illa, *ex feudo peruenientes*, & tandem loquendo per verbum, *pertinere*, quæ omnia indicant, omnes fructus integros abſq; aliqua diminutione, qui in illo anno ex feudo perueniunt, ad Dominum pertinere, videntur conſtituere differẽtiam inter vnum, & alterum caſum, deceſſus ſ. antè Martium,

Digitized by Google

tium,& deceſſus poſt Auguſtum.

Hoc intellectu firmato,qui neceſſariò mihi amplectendus videtur, tāquàm conformis verbis,& diſpoſitioni *d.§. his conſequenter*, ac rationabilis præcipuè in Regno noſtro,in quo attenta ea *Doctorum* traditione, de qua ſuprà,ſeruandam .ſ. fore diſpoſitionem illius,vbi cō-
27 ſuetudine recepta ea extitit,poſtquàm in Regno nedùm fuit conſtitutio illa recepta, verùm pariter canonizata vigore inculcatarum deciſionum Sacri Conſilii, de quibus apud *Capyc. in inueſt. feud. verbo feudorum fructus*, ac apùd *D.de Franch. deciſ.*19.*& deciſ.*572. docent *D.Rouit.ſuper pragm.*4.*tit.de feudis num.*86.*D.Theodorus allegat.*21.*num.*4. aliiq; Regnicolæ paſſim,eſt ea præciſè ſeruanda. Hoc (inquam) intellectu firmato corruunt omnia, quæ aduersùs conſtitutionem illam,aùt propoſita hactenùs fuere, aùt obiici in poſterùm poterunt.

Et primò non obſtat obiectum de ſuperfluitate, cui inhærebat *Andr. ibi*, quia data computatione,& diuiſione prædicta, vt .ſ. in tres partes diuidatur annus, ceſſat quælibet ſuperfluitas ab aliis conſiderata.

Non obſtat alterum,quo dicebant aliqui,diſpoſitionem *d.§. his conſequenter* non fuiſſe à Compilatoribus probatam,ex quo poſteriori loco aliorum alteram ſubiunxerunt iuri magis congruā ſententiam,quoniam ad illud fuit ſatis reſponſum ſuprà in ſolutione obiectorum,& obſeruatum paſſim ambigimus in toto corpore iuris feudorum,in quo multoties in quamplurimis locis in calce diſpoſitionis ſubditur,*quidam tamen dicunt*,& tamen obſeruari debet quod principaliter eſt diſpoſitum,non autem id,quod de voluntate aliorum ſubiicitur, ſub verbis illis, *quidam tamen dicunt*.

Non obſtat aliud,quod de iniquitate obiiciebant alii,quoniàm pro indubitato poſito eo clariſsimo iuris axiomate in iure feudorum,feuda.ſ.vſufructui cōparari, diciq; propriè vaſallum vſufructuarium feudi,ità vt penès Dominum concedētem proprietas maneat,ad vaſallum verò ipſius vſusfructus tranſeat, quemadmodùm diſertis verbis colligitur in *cap.* 1. *§.fin. in quib. cauſ. feud. amitt.* ſi vaſallus dicitur vſufructuarius feudi,ac vſufructuario comparatur,accuſabimus forſitàn de iniquitate Dominum,qui cùm ad inſtar proprietarij poſt mortem vaſalli ad omnes fructus pendentes feudi ſuccedere poſſet, abſque quòd de illis, nè quid minimum vaſalli hæredibus dimittat,iuxtà terminos *tex. in l. defuncta ff.de vſufr.* non tantùm non intendit plenariè ad ipſum fructus cunctos ſpectare, prout de iure ſtatutum eſt fauore proprietarii in odium hæredum vſufructuarii, ſed benè integros iiſdem dimittit, ſi moriatur vaſallus in certa parte anni? De liberalitate potiùs, nè dicam de prodigalitate notandus foret, quàm de iniquitate. Sicuti igitur non accuſatur de iniquitate *Scæuola*,qui author fuit diſpoſitionis,de qua in *d.l.defuncta*,dùm moriente vſufructuario fundo fructibus pleno,nihil de illis peruenire permittit ad hæredes vſufructuarii,ſed integros Domino proprietatis adiudicat,ſic neq; pariter in caſu *d.§.his conſequenter*, qui integros hæredibus vaſalli relinquit,ſi moriatur vaſallus in certa parte anni, hoc eſt à Kalendis Martii vſq; ad Kalendas Septembris, quàmuis tamen ſi moriatur in alia parte anni,quippè à dictis Kalēdis Septembris vſq; ad Kalendas Martii ,integros Domino concedit.

Obiicere facillimè quiſpiam poterit de iniquitate hunc noſtrum intellectum ex altero,ac iniquitatem .ſ. in eo conſiſtere,quia exorbitans ille à iure in eo, ex quo decedente vaſallo in priore parte anni,quippè à Kalendis Ianuarii vſq; ad Kalendas Martii tenerentur vaſalli hæredes perceptos à vaſallo fructus infrà illos duos menſes reſtituere poſtmodùm Domino. Verùm patet ſolutio, quoniam compēſabunt vaſalli hæredes cum fructibus, qui ad ipſos ſpectarent, ſi moreretur vaſallus à Kalendis Martii vſq; ad Kalendas Septembris, qui dimittuntur iis ex mera indulgentia , & ſpeciali Domini fauore. Vndè cùm magis ſit quod dimittit Dominus, quàm quod

quod adimit, compenſent vtrumque, & ſic nec quærelas, neque iniquitatem obiicere aduerſus ipſum Dominum valebunt. Compenſabunt itidem vaſalli hæredes cum pretio impenſarum erogatarum pro cultura, & fructibus, quod à Domino recuperant: quoniàm, vt tradit *Andr. de Iſern. in d. §. his conſequenter*, quem ſequuntur *Aluarot. ibi*, & *Capyc. in inueſtit. feud. verbo feudorum fructus. verſ. limita tertiò per tex. in l. fructus ff. ſolut. matrim. ac in l. fundus ff. famil. erciſc.* decedente vaſallo antè Martium, ità quòd feudum cum fructibus ad Dominum perueniat, ſiuè deuoluatur, poterunt vaſalli hæredes deducere impenſas per defunctum factas pro cultura, & fructibus. Si igitur in reſtitutione deducunt ipſi impenſas erogatas pro cultura, & fructibus, non erit iniquum, ſi in receptione impenſarum compenſet fructus perceptos interim, ad hoc nè ſit Domino totaliter in damno.

Non obſtabit alterum obiectum de irrationabilitate, quoniàm ex ceſſante iniquitate redditur rationabilis admodùm *contex.* illius diſpoſitio.

Ceterùm, ſi aliquas velimus rationes in medium afferre, nè in hoc ſit ſaltim deficiens intellectus noſter, ea ſit ratio, cùr magis fauerint Authores iurium feudalium vaſallo, quàm leges Romanorum vſufructuario, dùm moriente vſufructuario, fundo fructibus pleno in quacumq; parte anni ipſe decedat, nihil ad hæredes de fructibus illis pendentibus peruenire debeat, è contrà verò moriente vaſallo in certa parte anni, ad hæredes illius pertineat, ea ſit, quoniàm vaſallus maiora ſuffert onera, quàm vſufructuarius: quia vſufructuarius tãtummodò expenſas erogat in cultura rei, ex
28 qua percipit vſumfructum: At vaſallus vltrà expenſas circà culturam rei feudalis, tenetur quoq; exhibere Domino reuerentiam, tenetur itèm perſonaliter ſeruire, vt in *cap. 1. in fine in quib. cauſ. feud. amitt. ac in cap. 1. quæ ſit prima cauſ. feud. amitt.* agunt *Camerar. in repetit. cap. imperialem de prohibita feud. alien. per Feder. fol.* mihi 144. *verſic. quid dicendum in paruis*, remiſſiuè *D. de Ponte de feudis lect. 2. num. 31.* tenetur rursùs ad alia, ad quæ obſtringitur vigore iuramenti fidelitatis, de quo in *cap. 1. de forma fidelit. ac in cap. 1. de noua forma fidel.* Si igitur ad alia plura tenetur vaſallus, ad quę non obſtringitur vſufructuarius, non mirum ſi magis ipſi vaſallo fauerint leges feudorum, quàm vſufructuario leges Romanorum, circà perceptionem fructuum vltimi anni, quo aliquis ipſorum moritur.

Sed alia adhùc deficit ratio, cùr potiùs temporis, quàm fructuum diuiſionem obſeruauerint *Authores conſtitutionis d. §. his conſequenter*, ità vt pro tempore decedente vaſallo, fructus vel ad Dominum ſpectent, vel ad hæredes vaſalli, non autem veniant ij pro rata diuidendi. Et pro ratione ad hoc ea videtur mihi ſatis adæquata, quam tradit *D. Turaminus ad d. l. diuortio cap. 6. num. 16.* quoniàm ſi communes fierent fructus, fierent vaſalli hęredes ſocii Domino, quod eſſet abhorrens à dignitate ſupremi dominii, quod præciſè honorem exigit, ad notata per *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. rei autem num. 2. & 3. de inueſtit. de re alien. fact.* Accedat, quia non eſſet conſultum hęredi vaſalli, ſi cederet illos ſub cautione, de qua in terminis *l. diuortio §. interdum ff. ſolut. matrim.* ex quo tamquàm impar liti futurus foret poſſeſſioni deſtitutus, pro quo facit illud *Eccleſ. cap. 13. Ditiori te nè ſocius fueris, quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint confringetur. Diues iniuſtè egit, & fremet, pauper autem læſus tacebit.*

Ceterùm, alia adhùc deſideratur ratio, cùr potiùs à Kalendis Martii vſq; ad Kalẽdas Septembris tribuat vaſalli hæredibus fructus, quàm in alia parte anni. Et hoc fauore pariter ipſius vaſalli impartitum videtur, cùm maiores eo tempore fructus percipiat, quàm in alia parte anni, idq; fit, quia vt tradit *Bald. in d. §. his conſequenter* ceſſante iam hyeme de menſe Martii conſueſcunt vaſal-
29 li accingere ſe ad bellum pro adiuuando, opemque Domino ſuo præſtando. Quæ ratio coadiuuatur ex alio, quod tangit *Alex. in d. l. diuortio in princip.*

num.

Digitized by Google

num.3.quia à Martio vſque ad Auguſtum ſolent vaſalli magnos ſumptus facere in equis, & armis, cùm eo tempore ſoleat bellum geri, ad quod ipſi Dominum comitari tenetur. Vndè ſi eo tempore vaſalli maiores erogant ſumptus, nõ mirum ſi illam partem anni ipſis Dominus conceſſerit, cum additamento etiam, vt tametſi infrà Kalendas Martij ad Kalẽdas Septembris vitam obierint, fructus omnes, qui eo interim percipiũtur ad vaſallos pertineant, quos etiam non perceptos ad hæredes tranſmittunt.

Concluſionem modò iſtam ſic deſuper firmatam ex *d.§.bis conſequenter cap.1.tit.hic finitur lex*, ac diſtinctionem ex eo formatam Amplia primò, vt procedat tàm in fructibus induſtrialibus, quã in fructibus naturalibus *Afflict.in d.§.bis conſequenter num.21.vbi etiam Feder.Schench.verſ.quæ dicta ſunt, Hartman.Piſtor.lib.1.quæſt.14.num.54.ac D.Rouit.ſuper pragm.4.tit.de feud.num.*83.per verba generalia *d.tex.*ibi, *omnes fructus anni, &c.*

31 Amplia ſecundò etiàm in fructibus ciuilibus, & penſionibus, & ità benè diſcuſſo articulo tradit deciſum per Sacrũ Cõſilium *D.de Franch.deciſ.*572.quem ſufficiat pro omnibus allegaſſe, & in hac opinione reſidet quoquè *Valaſc. in praxi partit.& collat.cap.*32.*num.*11.& 12.

32 Amplia tertiò, vt procedat etiam ſi ad agnatos feudum deuolueretur morte feudatarij vaſalli, quo caſu facienda erit fructuum diſtinctio, ſeruata forma *d.§.bis conſequenter*, & ità per *tex.in c.*1. *an agnat.vel fil.*cenſuerunt *gloſ.& Iacob. de Beluiſ. ibi*, vbi etiam *Martin. Laud.Bald.Prapoſ.& Aluarot.*relati per *Peregr. in tract. de fideicomm. artic.*49. *num.*108.cenſuit Sacrum Conſilium apud *D.de Franch. deciſ.*19. voluerunt *Morot.in conſ.*12.*per totum*, vbi meminit de dicta deciſ. in fine, *Hartman.Piſtor. in quæſt.iur.quæſt.24.Ioannes Borcolten de feud.cap.7.in §.ſecundus modus num.*95.alios cumulat *Gratian.diſcept.forenſ. cap.*810.*num.*20.

Hanc tamen concluſionem notabiliter limitat *Peregr.de fideicomm d.artic.*49.*num.*108.vt d.§.habeat locum, quan-
33 do morte feudatarii feudum vacat, quo caſu dicit loqui *tex.in d.§.bis conſequenter, ac in d.cap.1.an agnat.* Secùs verò ſi alia de cauſa vacaret feudũm: quoniam tùnc fructus pendentes tranſirent vnà cum feudo ad ſucceſſorem, ad notatã in *l.fructus pendentes, & in l.ex diuerſo* §.1. *ff.de rei vendic.* adducit in id *Bald. Martin.Prapoſ.Tiraqu.& Couar.in locis ibi* per *eum* commemoratis, iis adde *Valaſcum d.praxi partit. & collat. cap.* 32. *num.*7.& hæc ſatis ad intellectum *d.§. bis conſequenter*, qui multùm ad philoſophandum *DD.* præclariora ingenia excitauit.

## SVMMARIVM.

1 *Fructuum diuiſio qualiter fiat inter emptorem, & venditorem priuatum in caſu venditionis voluntariæ.*

2 *Fructus percepti antè venditionem ſpectant integrè ad venditorem.*

3 *Fructus pendentes in re vendita, ſiuè maturi, ſiuè immaturi tempore venditionis ſpectant integri ad emptorem.*

*Etiam in venditione, quæ fit ſub haſta, num.*10.

*Fallit, quando aliter fuerit cautum inter contrahentes, num.*4.

*Item fallit, quando fructus eſſent maturi, & venditor appoſuiſſet manum pro illorum collectione, num.*11.

5 *Fructuum, ac flaueſcentium ſegetum ratione videtur pluris emptus fundus, in quo pendent.*

6 *Fructus ratione vnitatis ſunt pars rei, & acceſſio, quæ emptoris lucro cedit.*

7 *Fructus ſpectant ad emptorem, etiam quòd venditor ante traditionem deceſſerit.*

*Et ſi fuerit recuſata rei traditio tenentur hæredes ad reſtitutionem, & intereſſe, num.*8.

9 *Venditio dicitur perfectè celebrata, ſi à principio de certo pretio fuit conuentum, tametſi non ſit res tradita, nec pretium numeratum.*

12 *Fructus ciuiles pertineant integrè ad emptorem, an verè diuidendi pro rata ve-*

Digitized by Google

*ueniant inter emptorem, & vēditorem, cum diſtinctione aliquorum caſuum.*

13 *Actiones perſonales non intelliguntur ceſſæ per clauſulam, cedēs, &c. & ratio quarè.*

14 *Penſiones etiam perceptæ ſpectant ad emptorem, ſi tempore venditionis non erāt recollecti fructus, pro quibus illæ debentur.*

15 *Fructus, qui naſcuntur poſt perfectam venditionem, antè tamen traditionem, an ſpectent ad emptorem, an verò ad venditorem, cum diſtinctione, an ſ fuerit in morâ venditor, an non.*

16 Fructus *ciuiles, ſeù penſiones debitæ ratione rei, ex qua ſingulis diebus fructus percipiuntur, ſunt diuidendi pro rata temporis inter emptorem, & venditorem.*

17 *Actio perſonalis contracta inter venditorem, & colonum conducentem non ſequitur poſſeſſorem fundi.*

18 *Penſio annua, aut biennalis tollitur per venditionem, eò quòd emptor non tenetur ſtare colono.*

19 *Emptor tenetur ſtare locationi, quando in contractu locationis fuit adiecta obligatio bonorum.*

20 *Penſio debita ratione fructuum perceptorum, quòd cedat beneficio venditoris, ſi fundus vendatur, antequàm dies ſolutionis aduenerit, non habet locum ſi fuerit cautum, vt venditor non poſſit expellere colonum.*

*Item nec in caſu ementis à Fiſco, & ratio quarè in vtroq; num. 21.*

22 Fructus *rei vēditæ cum pacto addictionis in diem ſpectant ad primum emptorem, non verò ad ſecundum.*

23 Fructuum *portio colonica vtrùm veniat in venditione facta per Dominum fundi, vel veniat ſola portio Dominicalis fructuum.*

24 Colonus *partiarius quaſi iure ſocietatis, lucrum, & damnum communiter ſentit cum Domino fundi.*

25 Fructus *pendentes ſequuntur fundi alienationem.*

26 *Actio perſonalis non tranſit contrà ſingularem ſucceſſorem.*

27 *In vēditione rei uenit tantummòdò ius, quod habet venditor in re illa, non autem alterius.*

28 *Colonus non fit dominus fructuum, niſi poſt illos collectos, excerptoſq; à fundo.*

29 L. cùm plures §. meſſem ff. locati *intellectus.*

30 *Colono partiario debetur portio fructuū ratione operis, laboris, & ſumptuum factorum in percipiendis fructibus.*

31 Fructuum *nomine continetur id, quod ſupereſt, deductis iuſtis expenſis.*

32 *Expenſæ factæ gratia quærendorum fructuum non debent repeti, ſed deduci ex iiſdemmet fructibus.*

33 *Expenſæ factæ gratia quærēdorum fructuum habent quaſi tacitam hypothecam ſuper illis.*

34 *Subrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.*

35 *Venditor non poteſt transferre in emptorem maius ius, quàm ipſe habeat.*

36 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*

37 *Socius poteſt tantummodò partem ſuam alteri obligare, non autem illam ſocij, non conſentiente ſocio.*

38 *Socius non poteſt vendere portionem ſocij rei, quam communem habent, non conſentiente ſocio.*

## CAP. V.

1 INter emptorem, & venditorem priuatum in caſu venditionis voluntariæ qualiter ſit facienda diuiſio fructuū, videntur *DD.* principaliter diſtinguere duos caſus. Primus caſus reſpicit fructus naturales, atq; induſtriales. Secundus verò fructus ciuiles.

In primo caſu ſubdiſtinguunt fructus perceptos tempore venditionis à pen-
2 dentibus, & non perceptis. Et quòad perceptos antè venditionem concludunt, ſpectare illos integraliter abſq; diminutione aliqua ad venditorem *l. ſi ſtipulatus, ibiq; gloſ. ff. de vſur. l. defuncta ff. de vſufr.* Ea eſt ratio, quia fructus percepti nec fundum, nec villam ſequuntur *l. fundi §. ſed & vinum ff. de act. empt.*
3 Quò verò ad non perceptos, ſed pendentes in re vendita, ſiuè maturi ii ſint tempore venditionis, ſiuè immaturi cedent integrè apùd emptorem *l. Iulianus §. ſi fructibus ff. de act. empt. vbi Bart.*



Digitized by Google

*Alber. Fulgoſ. Paul. de Caſtr.* & cęteri omnes, *l. fin. §. fructus ff. quæ in fraud. cred.* Niſi tamen aliter diſpoſitum fuerit
4 inter contrahentes ipſos, quo caſu illud erit ſeruandum, quod inter ipſos factum fuerit *l. qui fundum §. fundi ff. de contrahend. emption. l. contractus ff. de regul. iur.*

5 Ratio duplex affertur per *DD.* Prima eſt, quia videtur fundus pluris emptus ratione inſtantium fructuum, & flaueſcentium ſegetum, ad *tex. in l. in lege falcidia ff. ad leg. falcid.* & ità tradunt *Theſ. deciſ.* 55 *in fine. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.* 79. *num.* 17. *Coſta de ration. rata quæſt.* 129. *num.* 4.

6 Secunda ratio eſt, quia fructus ratione vnitatis ſunt pars rei *l. fructus pendentes ff. de rei vendic.* ac pars, & acceſſio ſunt, quæ emptoris lucro cedunt *d. §. ſi fructibus*, probant *Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit.* 6. *quæſt. princip. num.* 22. *Anton. Gomez. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. *Cacheran. deciſ.* 82. *num.* 2. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 49. *num.* 92. *D. de Franch. deciſ.* 79. *Coſta de ratione rata d. quæſt.* 129. *num.* 3. *Viuius deciſ.* 8. *num.* 16. cęterique longa ſerie cumulati per *Theſ. d. deciſ.* 55. *num.* 2. vbi ſic deciſum per Senatum Pedemontanum teſtatur, adde *Gutier. canon. quæſt. cap.* 33. *num.* 28. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 16. *Valaſc. in praxi partit. & collat. cap.* 28. *num.* 3. vbi alios etiam recenſet.

7 Amplia hoc primò etiam in caſu, quo venditor deceſſerit ante rem traditam, fructibus tamen pendentibus, nàm cùm teneatur rem illam tradere in eo ſtatu, in quo reperiebatur tempore venditionis *l. ex empto in princ. ff. de act. empt. l.* 1. *ff. eod. tit.* adeò vt recuſans teneatur ad intereſſe, vt in eadem *l. ex empto §. fin.* notant *Alex. conſ.* 69. *lib.* 4. *Iaſ. in l. actionibus num.* 22. *ff. de in lit. iur. Fabian. de Monte d. quæſt.* 6. *princ. num.* 38. in tali caſu venient fructus
8 pendentes rei, vt in *d. §. ſi fructibus*, adeò quòd ſi eo mortuo, & re non tradita ipſe, aùt eius hæredes perceperint, tenebuntur hæredes ad fructus præfatos, quemadmodùm & defunctus venditor teneretur, ſi viueret *Valaſc. d. cap.* 28. *num.* 4. Pro ratione affert, quia ven-
9 ditio intelligitur perfectè celebrata, tametſi non ſit res tradita, aùt precium numeratum, dummodò fuerit à principio de certo precio conuentum *§.* 1. *Inſtit. de empt. & vend. l. quod vendidi ff. eod. tit. de empt. & vend. Gomez. var. reſolut. d. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *Valaſc. loco citato num.* 6. vbi adducit quoque *Tiraquell. in loco ibi* per ipſum commemorato.

10 Amplia ſecundò etiam in venditione, quæ fit ſub haſta, vt colligitur ex traditis per *D. de Franchis dict. deciſion.* 79.

11 Limites modò, vt non habeat locum, ſi fructus tempore venditionis plenè maturi eſſent, ac ſtatim recolligendi, ac, quod plùs, iàm venditor paraſſet ſe ad collectionem, manumquè appoſuiſſet ſciente emptore, ità *Theſaur. d. deciſ.* 55. *num.* 6. poſt *Tiraquell. & Couar. in locis inibi* per ipſum relatis, adde *Coſtam de rat. rata d. quæſt.* 129. *ſub num.* 11. *&* 12. vbi adducit etiam *Burſat. conſ.* 142. *num.* 14. *& conſ.* 193. *num.* 51. *volum.* 2. & *nos* aliàs tetigimus *ſuprà hac eadem* 2. *parte cap.* 4. *num.* 22.

12 Quoàd ſecundum caſum principalis diſtinctionis, quippè de fructibus ciuilibus ſubdiſtinguunt ſimiliter *DD.* duos alios caſus. Primus caſus eſt de fructibus ciuilibus, ſiuè penſionibus debitis ratione locationis fructuum, qui ſemel in anno percipiuntur, quales ſunt vinum, oleum, frumentum, & ſimilia, & in tali caſu, quia de illis idem eſt iudicium, quod de ipſis fructibus, vt tradit *D. de Franch. d. deciſ.* 79. *num.* 3. ſequitur illum *Coſta d. quæſt.* 129. *num.* 9. ſi fructus fuerint percepti, tametſi adhùc dies ſolutionis penſionis non aduenerit, ſunt vtiquè penſiones propriæ venditoris, ad tradita per *Bart. in l. fin. §. fin. ff. de iure Fiſci*, adde *DD.* relatos per *Gutier. can. quæſt. d. cap.* 33. *num.* 23. facit in argum. *tex. in l. defuncta ff. de vſufr.* conferunt etiàm quæ *ſupra* tradidimus *hac ead.* 2. *parte cap.* 1. *num.* 10. *&* 11. in materia vſufructuarij, & proprietarii, adde *Coſtam in tract. de facti ſcient. & ignor. centur.*

Digitized by Google

*tur.1 diſtinct.68.num.19.ac de rat.rata d.quæſt.129.num.2.*Et hoc etiam ſi vendens appoſuiſſet fauore emptoris clau-
13 ſulam illam, *cedens,&c.*eò quòd per talem clauſulā non cenſentur ceſſæ actiones perſonales,quæ de per ſe ſtant,ſed opus eſt ſpeciali reſeruatione ad fauorem ipſius emptoris,aliàs nihil prætendere poſſet reſpectu fructuum perceptorum,& ità poſt *Curt. iun. Alex. & Caroc.*deducit *Coſta d.quæſt.129. num.* 10.Si verò fructus fuerint pendentes, pertinent penſiones ad emptorem. Si verò tandem fuerint partim percepti, pàrtim verò non,tùnc habita temporis ratione, erunt pro rata perceptorum,& non perceptorum diuidendi inter emptorem,& venditorem ex inſigni doctrina *Bart.in d.l.fin.§.fin.ff.de iure* F*iſci*, fuit de mente *gloſ.* F*ulgoſ. & Pauli de Caſtr.in d.l.Iulianus §.ſi fructibus ff.de act.empt.Salyc.in l.fructus C.de act.empt. Alex.in conſ.*82.*num.*16.*vol.*2.ſequuntur illos *Peregr.de fideicomm. d.artic.*49. *num.*7.vbi alios etiam recenſet,adde *Caroc.*relatum per *Coſtam de rat.rat.d. quæſt.*129.*num.*1.*ac num.*11. vbi alios quoq; id ſentientes cumulat.

14 Amplia hoc etiā ſi antè tempus exegerit venditor penſionem illam, quoniàm ſi tempore venditionis non erant recollecti fructus,adhùc penſio ſpectabit integrè ad emptorem, & venditor aùt tenebitur cedere actionem,aùt reſtituere penſionem,ſi illam exegerit *Gutierr. can. quæſt. d. cap.*33.*num.*21. vbi ſub *num.*22. ſubampliat id etiam quòad venditionem fundi, quæ fuerit facta poſt diem ſoluendæ penſionis, aùt poſt exactam penſionem ab ipſo venditore, verùm priùs,quàm fructus colligerentur,media ſolutione anticipata,quo pariter caſu tenebitur ſimiliter venditor aùt cedere actionem emptori,aùt reſtituere penſionem anticipatim perceptā, ſicuti in præcedenti caſu.

15 In caſu autem,quo res vendita non habebat fructus pendentes tempore venditionis,verùm poſt illam perfectam conſenſu partium,ac conſtitutum certum pretium,producti,ac nati in ea extitere aliqui fructus, hęſitatur an illi ſpectent ad venditorem, an verò ad emptorem.Et in eo diſtinguunt *DD.*an venditor fuerit in mora tradendi rem, an verò non.Et primo caſu cōcludunt, beneficio emptoris cedere,ad tradita per *gloſ.in l.fructus C.de act.empt.in gloſ. penult.*in ſecundo verò caſu pertinere ad venditorem,eò fortiùs ſi vltrà moram in primo caſu venditor acceperit etiam pretium ab emptore,& ità diſtinguendo concludunt DD.relati per *Valaſc.in praxi partit.d.cap.*28.*num.*8.

16 Secundus caſus eſt de fructibus ciuilibus,ſiuè de penſionibus debitis ratione locationis rei,ex qua ſingulis diebus fructus percipiuntur, harum numero ſunt Tabernæ, Molendina, Baptinderiæ, Carteriæ, Ferreriæ, Horti, Diuerſoria,Domus, Affictus Magiſtriatus, & ſimilia, adde etiam pecunias cenſuales debitas ratione conſtitutionis annui cenſus pro capitali pretio,ſeruata forma *Bullæ Pontificiæ*, & *Regiæ pragmaticæ*, ac alia, ex quibus *in tota præced.* 1.*parte* diximus,fructus ſingulo quoquo die percipi, in quibus facienda eſt diuiſio pro rata temporis inter venditorem,& emptorem,quemadmodùm poſt *Salyc.in d.l.Iulianus §.ſi fructibus ff.de act.empt.* ac poſt *Couar. uar.reſol. lib.*1.*cap.*15.*uerſ.ſed ſuppoſito* tradit D.*de* F*ranch. d. deciſ.*79.*num.*2. vbi refert in contingentia facti fuiſſe per Sacrum Conſilium factam diſtinctionem introituum fructuum,qui ſemel in anno colliguntur,& fructuum aliorum,qui ſingulis diebus percipiuntur, & fuiſſe deciſum,de mercede,ſiuè penſione eſſe diiudicandum,quemadmodùm iudicatur de ipſis fructibus, videlicet, vt pro fructibus, qui ſemel in anno colliguntur cedat merces integrè beneficio emptoris,pro illis verò,qui ſingulis diebus percipiuntur cedant pro rata temporis inter emptorem,& venditorem.

Hanc diſtinctionē probarunt ex Modernis *Peregr. de fideicomm. d.artic.*49. *num.*99.& 100.*Gigas de penſion.quæſt.* 53.*Caccialup.in conſim.tract.de penſion. quæſt.*25.

Eſt verum,quòd quòad præfata dixerunt aliqui,nullam fore faciendam

T 2 di-

Digitized by Google

diſtinctionem, dùm agitur de penſionibus diuidendis inter emptorem,& venditorem, an .ſ. penſio debeatur ex locatione fundi producentis fructus naturales,an verò ciuiles,ſi dùm res illa vendita reperiebatur alteri locata,ac quòd ob id penſiones certæ deſuper conſtitutæ ad venditorem ſpectent,per *tex.in d.l.Iulianus* §.*ſi fructibus ff.de act.empt. verſ.ſi locatus ager.*Hoc tamen intelligẽdum eſt,vt venditori competat actio pro exactione penſionis, poſt verò exactionem factam tenetur venditor præſtare penſionem illam emptori,vel ſaltim ei actiones ex locato debitas cedere,ad finem exigendi penſiones. Ratio eſt,quia cùm emptor nihil contraxerit cum colono conductore, non poteſt proindè ei actio competere ex perſona ſua aduersùs colonum prẹfatum,ad *tex. in l.quæcumq; gerimus ff.de act.& obli-*

17 *gat.* Ratio rationis eſt, quia actio perſonalis contracta ex locato inter venditorem, & colonum conducentem non ſequitur poſſeſſorem fundi,ad *tex.in l.fin.* §.*fin.ff.de contrah.empt.& vend.*Et hoc voluit innuere *gloſ. in d.* §.*ſi fructibus*, dùm inquit, *ei cedat*,*vt ſic ità penſiones rei locatæ,& poſteà venditæ cedant venditori*, *qui antè venditionem locauerat*, quaſi dicat, teneatur actionem cedere emptori pro exigendis penſionibus à colonis conductoribus pro rata anni decurrentes à die perfectæ venditionis in futurum,& ità intellectum iſtum *gloſ.* ſequuntur communiter *DD. in d.* §. *ſi fructibus*,vbi in ſpecie *Bart.& Alberic. Salyc.in l. fructus num.*3.*C.de act.empt. Aretin. conſ.* 159. *num.* 12. *verſ.circa quartum*,*Molin.de Hiſpan.primogen.lib.* 3.*cap.*11.*num.*8. *Couar.*qui alios etiam recenſet *var.reſol.lib.*1.*cap.*15.*num.*19. *Valaſc.in praxi partit.d.cap.*28.*num.*11. vbi alios de communi etiam teſtantes addit, ac reſpondet ad obiecta omnia, quæ in contrarium adducuntur, ac formari poſſent,vſque ad finem cap.Quod eſt notandum, nàm in dies accidit, & coloni cõductores certa mercede ſemper poſſent excipere aduersùs emptorem,non competere .ſ. aduersùs ipſos actionem pro mercede penſionis locationis abſque ceſſione venditoris.

Ex ſuprà modò poſitis inferendum eſt ad plura. Inferendum eſt primò,diſtinctionem ſupra firmatam in caſu de iure permiſſo diuiſionis fructuum inter emptorem, & venditorem obſeruandam eſſe circà penſiones rei locatæ, quæ in inſtanti,vel incontinenti deben-

18 tur,non verò quòad eam,quæ aùt annua eſt,aùt biennalis,quoniam cùm ea per venditionem tollatur,eò quòd emptor non tenetur ſtare locationi,ad *tex. in l.emptorem C.locati*,fruſtrà eſt quærere,competant.ſ.penſiones mercedis locationis emptori, vel venditori, dùm per emptionem locatio ſubmouetur:& ità notabiliter poſt *Gomez. var. reſol. d. lib.*2.*cap.*2.*num.*11.tradit *Theſ.deciſ.*56. *ſub num.*6.poſt ipſum pariter profitetur *Coſta de rat.rata d.quaeſt.*129.*ſub num.* 11.

19 Verùm quod diximus,emptorem nõ teneri ſtare locationi factæ per venditorem limites,quando in contractu locationis fuerit adiecta obligatio bonorum expreſſa,quẹ in tali caſu operatur,quòd non obſtante,quòd Dominus vendiderit alteri rem locatam,ipſamq; tradiderit,tenetur emptor ſtare locationi,in nihilum refragante regula *tex. in d.l.emptorem C. locat.* ità *Cacheran. deciſ.* 160. *nu.*2.eſt communis opinio,quam profitentur *Caroc.Polydor.Ripa,Theſ.filius, ac Maranta*,quos aliàs retulimus in *noſtro tractatu de reſtitutor.interd.gloſ.*5. *num.*153.

20 Inferas ſecundò,nàm quod diximus, quòd ſi .ſ. vendatur fundus poſt fructus perceptos,antè tamen diem, qua penſio ſoluenda ſit,pro qua locatus extitit à venditore,penſiones cedent in hoc caſu beneficio,commodo,& vtilitati venditoris,id procedit in venditione inter priuatos facta ſimpliciter,ſecùs tamen ſi ea lege facta fuerit,vt emptor non poſſit expellere colonos,aùt inquilinos, nàm eo caſu in recompenſam illius, quòd .ſ. non poſſit expellere colonos, fruetur vt poſſit ab illis mercedem,ac penſionem locationis exigere,& ità decidunt *DD.in l.ſi mercedem* §.*fin.*per illum *tex.ff.de act.empt.*

21 Am-

Digitized by Google

21 Ampliandum eſt hoc etiam in emente à Fiſco: nàm ex diſpoſitione *l. fin. §. final. ff. de iure Fiſci* eſt ei indultum, vt emptor ab ipſo poſſit percipere penſionem cadentem poſt venditionem ipſam, etiã ſi ea ſoluatur pro fructibus antè emptionem perceptis, eique id priuilegium impartitur in compenſationem damni, quod patitur, ex quo tenetur ſtare colono ipſius Fiſci, & ità in id adducit *text. in d. l. fin. §. fin. Bart. ibidem*, & poſt ipſum *Fulgoſ. & Alberic. in l. defuncta ff. de vſufr.* alios cumulantem, eandem propoſitionem ſectantes *Couar. variar. reſol. lib. 1. c. 15. nu. 4. & 5.* & poſt ipſos etiam profitetur *Gutier. canon. quæſt. d. c. 33. nu. 24.*

Pro coronide notes ſecundùm *Amanel. de claris aquis in ſingul.* 125. quem recenſet, & ſequitur *Coſta de rat. rat. d. q. 129. nu. 16.*
22 fructus ſcilicet rei venditę cum pacto addictionis in diem, pertinere ad primum emptorem, ſi tempore, quo colliguntur penès ipſum reperiatur res, non verò ad ſecundum emptorem meliorem conditionem facientem. Eſt autem addictio in diem (vt hoc dignoſcatur) conditionalis venditio facta ſub conditione, niſi infrà aliquod præfinitum tempus alius meliorem conditionem fecerit, vt eſt de hoc *tex. in l. 1. ff. de in diem addict.*

23 Sed dubium excitatur ex ſuprà relatis, vtrùm ſcilicet in tali venditione veniat etiam portio colonica fructuum ſpectãtium ad colonum partiarium, qui fundum ad partem colit, vel veniat tantummodò portio Dominicalis, hoc eſt, illa ſola portio, quæ Domino fundi competit, detracta portione illa colonica.

*Romanus conſ. 309. incip. videtur prima facie dicendum*, qui author extitit huius quæſtionis, quemque vti aurigam, & anteſignanum agnoſcunt cæteri, intrepidè tenuit, in venditione facta per Dominum venire non tantùm portionem Dominicam, verùm etiam portionem colonicam pendentium fructuum, ſpectantem ad colonum partiarium. *Romanum* ſecuti ſunt *Iaſ. in l. cum filiofamilias nu. 180. ff. de legat. 1. vbi etiam Soccin. iun. nu. 74. & 75. ac Bauerius nu.* 185. *Burſat. in conſ. 71. num. 25. Ioſeph.* Ludou. *deciſ. Peruſ. 83. num. 6. Anna ſen. in ſingul.* 530. *Surd. deciſ. 294. nu. 6. Caualcan. deciſ. 16. numer. 14. de contract. Marcus Mantua ſing. 310. Manentus deciſ. Mantuana 34. nu. 32. Theſ. d. deciſ. 55. nu. 3. ac D. de Franch.* qui ſic deciſum per Sacrum Conſilium refert *deciſ.* 334. ijs inhæret etiam *Marta deciſ. Piſan. 139. tota.*

Mouentur ij, vt obſeruari præcæteris lubet apud *Ludou. d. deciſ.* 83. ex pluri-
24 bus. Primò ex *tex. in l. ſi merces 28. §. vis maior ff. locati*, ex quo colligitur, Colonum partiarium quaſi iure ſocietatis lucrum, & damnum communiter ſentire
25 cum Domino fundi. Secundò, quia fructus pendentes ſequuntur fundi alienationem *l. fin. §. penult. verſ. fructus ff. de his, quæ in fraud. cred. d. l. Iulianus §. ſi fructibus ff. de action. empt. & vend.* & proindè integraliter omnes ſpectare debent ad emptorem, vt probãt *Roman. Iaſ. Aretin. Corne. Dec. Gratus, Alex.* & cæteri cumulati per *Ludou. loco cit. nu. 6.* Tertiò, quia ſi fructus pendentes ſun pars fundi, vt probat *tex. in l. fructus pendentes ff. de rei vendicat.* ergò integraliter ſpectare debẽt fructus, qui ſunt pars fundi, nulla ipſorum facta diminutione. Quartò probat hoc ipſum *Ludou. loc. cit. nu. 7.* quia ſi non ſpectarent integraliter ad emptorem fructus, ſequeretur, quòd Colono partiario daretur actio contrà emptorem pro portione ſua Colonica,
26 quod eſt abſurdum, quia actio perſonalis non tranſit contrà ſingularem ſucceſſorem, & ſic contrà emptorẽ, vt probatur *in l. fin. in fine ff. de contrab. empt. & vend.*

Præfatorum autem *Doctorum* videntur aliqui de mente *Iaſ. in d. l. cum filiofamilias nu.* 181. limitare concluſionem iſtam in vnico tantùm caſu, quando ſcilicet emptor ſciret notoriè, non ſpectare vẽditori partem Colonicam, eò quia non ignorabat adeſſe ibi Colonum partiarium, qui colebat ad partem: nàm videtur tunc emiſſe illud ius, quod habebat Dominus in fundo vendito, & ſic partem tantùm fructuum ad eum ſpectantium, argum. *tex. in l. qui tabernas ff. de contrab. empt. & vendit.*

Hanc

Hanc tamen *Iaſonis* limitationē impugnant, illamque falſam reddere conantur *Soccin.iun.in d.l.cum filiofamilias nu.*275.*Ludou.d.deciſ.*83.*nu.*9.*verſ.& licet Iaſon cum ſeqq.* vbi *in fine* contrà eam iudicaſſe ſubdit, ac etiam *Peregr. de iure fiſci lib.*6.*tit.*4.*nu.*32.dicentes, ſimpliciter intelligendam eſſe *Romani* ſententiam, ac indiſtinctè, ſiuè ſcriuerit emptor adeſſe in fundo colonum partiarium, ſiuè neſciuerit.

Verùm contrà *eos* inuehit *Theſ. loco cit.nu.*4.inquiens, malè fuiſſe reprehenſum *Iaſonem* à *Socino iuniore*, & *Ludou.*& quòd proindè vera ſit eius limitatio, multaſque rationes adducit pro ea *Iaſonis* limitatione confirmanda, eaquepropter vlterius progrediendo *Theſſaurus* infert ad vnum notabile dicēs, quòd in locis, in quibus ſolent dari prædia ad portionem colonicam non eſt diſcutiendum de ſcientia, aùt ignorantia emptoris, vel venditoris, ſed quòd in iis locis dicatur ſemper portio colonica excepta: ità vt numquàm in venditione venire præſumatur, & quòd ità cenſuerit Senatus Pedemontanus, ex eo, quia in tota ea Patria Pedemontana viget conſuetudo, cuique notoria communiter alteri dandi prędia ad coloniam, ſiuè ad partem.

Vt autem mihi libeat fateri quod ſentio inter tot graues Patres, inconcuſsè ſtatuo, nedùm falſam limitationem *Iaſonis*, & ſequacium de ſcientia, & ignorantia emptoris, & venditoris; verùm etiam, quod plus, iniquam, nullàque cōcludenti ratione, nè dicam, iure fulcitam principalem *Romani* ſentētiam, tametſi communiter amplexam, aſſerentis, venire in venditione portionem fructuum colonicā, & proindè in vniuerſum certò certiùs affirmandum diiudico, numquàm venire in venditione portionem colonicam fructuum pendentium, non tantùm in caſu ſcientiæ, aùt ignorantiæ, ſicuti diſtinguebant *Iaſ.* alijque poſt *eum*.

Adducor in id in primis ex *Vlpiani* reſponſo relato in *l.qui tabernas* 32.*ff.de contrah.empt.& vendit.* vbi cenſuit, in
27 venditione facta venire tantummodò quod habet in re illa venditor ipſe, non autem alterius ius, quod ex pluribus cōprobant etiam *Gomez var. reſol. d. lib.*2.*c.*2.*nu.*12.*& Theſaur.d.deciſ.*55.*nu.*4.*in princ.*

Eſt verum, quòd qui contrarias tuentur partes, videntur tacitè occurrere ad illum *tex.* ex diſpoſitione alterius *text. in l.cùm plures* 62.§.*meſſem ff.locati*, ex quo colligi ſtatuunt *Alex. in l.ſi filiofamilias* §.*ſi vir in quinquennium num.*17.*ff.ſol. matrim.Surd.deciſ.*294.*num.*7.*Manent. deciſ.*34.*num.*36.aliique poſt *eum*, colo-
28 num ſcilicet non fieri Dominum fructuum niſi poſt illos collectos, excerptoſque à fundo, & proindè cùm non ſit Dominus partis ſuæ fructuum, iure reſpondere credunt, venire in venditionē etiam portionem illam, cuius adhùc Dominus non erat, ſtante quòd non erant recollecti.

29 Verùm firmiſſima viget replicatio ad id, diſpoſitionem ſcilicet *d.*§.*meſſem* non vendicare ſibi locum in colono partiario, qui proprijs ſumptibus fundum colit, ſed benè de eo intelligendum eſſe, qui ratione cuſtodiæ fructuum portionem recipit, vt colligitur ex expreſſis eiuſdem *contex.* verbis *in princ.* ibi, *meſſem inſpiciente colono*, & vt exponit *gloſ.* verba illa, *meſſem cuſtodiente colono*, qui cùm non ſortiatur portionem, niſi poſt cuſtodiam completam, quæ tunc expirat, quando fuerint recollecti fructus, non verò anteà, nec dicatur Dominus portionis ſuę fructuum, niſi poſt illos recollectos, non mirum ſi non competat ei principaliter conditio furtiua, ſed debeat agere contra Dominum, vt agat, quod non eſt in colono partiario, qui poſt completos labores circà culturam efficitur Dominus portionis ſuę, tametſi non adhùc fuerint recollecti fructus, & ſic ſtatim irreuocabiliter ratione impēſarum, & laborum, vt inferiùs patebit, & proindè ceſſante ratione, ceſſabit etiam illius diſpoſitio.

Adducor ſecundo loco, quia, vt inquit *Cacheran.deciſ.*82.*nu.*8. & probat etiam *Theſaur. loco cit.* pars fructuum debetur
30 colono partiario ratione operis, laboris, & ſumptuum factorum in percipiendis

Digitized by Google

dis fructibus; adducit *tex. in l. 1. vbi Bart. C. de fruct. & lit. expenſis*, in quo clarè patet, fructuum nomine contineri quod iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt. Cõprobat hoc idem expreſsè *tex. in cap. tua nobis verſ. & cùm de cunctis extrà de decim.* cum cæteris congeſtis per *Surdum d. deciſ. 94. num. 1.* Quò fit, vt impendia
32 facta gratia quærendorum fructuum nõ debeant repeti, ſed benè deduci de fructibuſmet, impendentique antè omnia pro impenſis iſtis ſatisfaciendum eſſe, vt probat diſertis verbis ad literam *text. in l. diuortio §. impendi ff. ſol. matrim.* quinimò in conſideratione fructuum *Vlpianus in l. fructus 7. ff. eod. tit. ſol. matr.* cenſuit, fructus eos dici, qui ſupererint de-
33 ducta impenſa, addit (quod fortius) *Cacheranus d. deciſ. 82. num. 8.* pro impenſis prædictis cenſeri inductam quaſi tacitam hypothecam, argum. *tex. in l. interdum*, iuncta *l. ſequ. ff. qui potior. in pign. habe.* ac *in l. 1. C. quibus mod. pign. vel hypoth. tac. contrah.* Si igitur portio fructuũ debetur ratione operis, laboris, & ſumptuum factorum pro illis comparandis, & percipiẽdis, ac pro oneribus illis portio illa ſubrogetur, verificatur ea iuris
34 regula, quòd ſubrogatum conſequitur naturam, & effectum illius, in quod ſubrogatur, ſucceditque in locũ eiuſdem *Bart. in l. comperimus 13. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12.* & ſic quemadmodùm impenſæ laboris, operis, & ſumptuum non ſunt repetendæ, ſed deducendæ priùs de fructibus, ſic pariter portio illa debita ex cauſa onerum, & laborum, vt ſuprà in locum impenſarum ſubrogata non erit repetenda actione perſonali nec à venditore, nec ab emptore, ſed deducenda ea erit, ac retinenda ex iiſdem fructibus: Nàm aliàs ſequerentur plura abſurda.

35 Sequeretur primò, quia venditor trãſferret in emptorem plus iuris, quàm ipſe haberet in re illa vendita, contrà diſpoſitionem iuris in *l. nemo plus iuris ff. de regul. iur.*

36 Sequeretur ſecundò, quia emptor locupletaretur cum alterius iactura, quod iura abhorrent, expreſsèque inhibent in *l. nàm hoc natura ff. de condit. indeb.* cum concordantibus, & turpe, quinimò iniquum eſſet, vt inquiunt *Cacheranus*, & *Theſ. locis citatis*, colonum priuari ſine eius facto fructibus illis paratis, & conſeruatis tot ſuis laboribus, ſudoribus, & impenſis, eidemque poſtmodùm dari actionem dubiam contrà venditorem, quandoquè facultatibus lapſum, & decoctum, relinquendo, vt vulgò fertur, pro incerto certum, quod pugno retinebat, manibuſque amplexabatur.

Confirmo tertiò loco hanc meam ſententiam ex *tex. in l. creditor 3.* in ordine *§. fin. in final. verbis ff. qui pot. in pign. habe.* vbi ad literam ſcribit *Papinianus*,
37 non poſſe ſocium vltrà partem ſuam, nõ conſentiente ſocio obligare. Si ergò non poteſt ſocius obligare partem alterius ſocii, eo non conſentiente, quando adhùc conceſſerimus, ex diſpoſitione *d. l. ſi merces §. vis maior ff. locati*, colonum ſcilicet partiarium dici ſocium, iureque ſocietatis lucrum ſentire, & damnum cum Domino fundi patebit, non poſſe vendere portionem alterius ſocii, & conſequenter in venditione facta per Dominum non venire portionem prædictam fructuum colonicam, dùm nequidem poterat ea portio obligari, cùm contrà faciente ea iuris regula, quòd ſi quod minus eſt non conceditur, eò fortius, quod maius eſt denegabitur.

Ceſſant modò contraria pro *Romani* ſententia adducta, faciliſque patet reſponſio ad ea. Et primò, *d. §. vis maior*
38 non vrgere, tùm quia, vt ſuprà diximus, iuri repugnat, vt valeat ſocius vendere portionem alterius ſocii, eo non conſentiente, nequè pignori illam dare, tùm etiam quia ex eo *tex.* non probatur id, ad quod adducitur, in eo etenim id tantùm ſtatuitur, partiarium colonum ſcilicet quaſi iure ſocietatis damnum, & lucrum partiri cum Domino, non autem quòd poſſit totaliter priuari portione ſua facto Domini. Quærebatur in eo *tex.* de damno, quod infertur ex tempeſtate in re, quam colonus ad partem colit, ad quẽ ſcilicet ſpectare deberet, & inquit, debere eſſe commune inter partiarium, & Dominum. Nec abſque ratione, quia dum colit partiarius ad partem fructuũ,

debet

Digitized by Google

debet attendi tempus recollectionis; illiquè fructus venient in diuiſione, qui partitionis tempore reperientur. Et proindè nō ſinè quare loquitur *tex.* hîc per verbum, *quaſi*, ibi, *quaſi iure ſocietatis*, quæ dictio improprietatem denotat, indicatque, ipſos non eſſe verè ſocios, ſed quaſi, & quaſi iure ſocietatis venire, in qua damnum, & lucrum commune eſt, quod ceſſaret in hoc caſu, in quo nō eſſet commune damnum, ſed particulare, ipſeq; ſolus partiarius illud ſentiret, qui ſine facto ſuo portione ſua priuaretur.

Non obſtant ſecundum, & tertium de fructibus pendentibus, qui dicūtur pars fundi, & alienationem ſequuntur, quia id verum, quando tractaretur de fructibus pendentibus ipſius Domini vendētis, non autem quoad portionem coloni, quam ſuprà diximus ad eum ſpectare ratione laboris, operis, & ſumptuum.

Non obſtat quartum, quia cùm dixerimus, non ſpectare integraliter fructus pendentes emptori, ſed portionem ſeruari colono partiario, ceſſat abſurdum de actione perſonali, quæ denegatur contrà ſingularem ſucceſſorem, & ſic contrà emptorem.

Hanc ſententiam contrà *Romanum* tuetur etiam *Peregr. de iure, & priuil. Fiſci lib. 6. tit. 4. num. 32.*

## SVMMARIVM.

1 *Ius congrui permiſſus antiquitùs iure veteri, nouo tamen Codicis iure abrogatus.*

2 *Fructus ſunt æqualiter pro rata diuidendi inter emptorem extraneum, & proximum retrahentem, tam iure ſanguinis, quàm iure propinquitatis rei.*

*Et veniunt in diuiſione quicumque ij ſint, tàm ſcilicet naturales, quàm induſtriales, quàm etiam ciuiles, nu. 3.*

4 *Fructuum ratam non conſequitur retrahens ſiuè iure ſanguinis, ſiuè propinquitatis rei, niſi à die, quo declarauerit eo iure vti velle.*

*Itèm niſi à die, quo petierit, ac ſuper petitione in iudicio litem conteſtauerit, nu. 7.*

*Ac niſi etiam offerat, quæ oblatio debet eſſe realis mediante depoſito, non verò verbalis tantùm, num. 8.*

5 *Pater familias nō facit ſuos fructus bonorum aduentitiorum filij, niſi à die, quo declarauerit, illos ad ſe pertinere velle.*

6 *Emphyteuticæ rei emptor irrequiſito Domino ſemper facit fructus ſuos antè declarationem ab ipſo directo Domino factam circà nullitatem emptionis.*

9 *Iure congrui retrahens Neapoli non ſoluit pretium iuxtà expreſſionem factam in inſtrumento, ſed benè prout appretiata res fuerit per* Expertos.

10 *Arbores cæduæ exiſtentes in fundo vendito cedunt beneficio retrahentis, non verò emptoris, ſi tempore retractus reperiuntur tales, in tantùm vt illarum pretium deducatur ex pretio emptionis in retractu.*

*Et hoc etiam quoad quoſcumque fructus, qui tempore emptionis erant pendentes, ſi tempore retractus prothomiſeos iure reperiatur fundus fructibus vacuus, nu. 11.*

12 *Anni initium quomodò computetur in terminis diuiſionis fructuum facienda inter emptorem, & retrahentem iure prothomiſeos.*

*Eiuſdem curſus non vniformis, ſed difformis in terminis præfatis quoad fructus naturales, induſtriales, & ciuiles, n. 13.*

14 *Ius congrui transfertur in ceſſionarium, qui vigore ceſſionis eo agere, ac excipere poterit aduersùs emptorem.*

15 *Ius congrui competit non obſtante quod in inſtrumento venditionis fuerit appoſita clauſula,* quòd non intelligatur dominium translatum, niſi facta priùs ſolutione pretij.

16 *Ius congrui habet locum etiam in venditione neceſſaria facta ſub haſta.*

*Non obſtante, quod fuerit expoſita tantùm venalis res, tametſi non perfecta venditio mediante cādela accenſa ſub haſta, nu. 17.*

*Intelligas hoc, quādo adiudicaretur tertio, non verò quando ipſi principali creditori, nu. 18.*

19 *Ius congrui competit aduersùs ementes fructus pendentes in re ſibi contigua.*

*Itèm competit in locatione facta ad longum tempus, nu. 20.*

21 *Ius congrui ceſſat in contractu emphyteutico,*

Digitized by Google

*tico, ex quo vtile tantùm in eo dominium transfertur.*

*Niſi tamen data fuiſſet facultas affrancandi in pecunia, eò quòd tùnc ſonaret potiùs in emptionem, quàm in emphyteuſim, nu. 22.*

*Item quando non tantùm vtile, verùm etiã directum dominium transfertur, nu. 23.*

*Fallit rurſùs quòad directum Dominum, qui præfertur emptori, nu. 24.*

*Ac etiam in caſu conceſsionis vtilis dominij, in quo præfertur directus Dominus conceſſionario, nu. 25.*

26 *Ius congrui habet locum etiam in alienatione feudi. Quod quomodò intelligatur, & in quibus caſibus detur, ibidem.*

27 *Ius congrui ceſſat contrà emptores ab Hoſpitali Sanctiſſimæ Mariæ Annunciatæ de Neapoli.*

28 *Ius congrui competens iure ſanguinis non habent ſpurii, tametſi legitimati.*

29 *Fructus pendentes an diuidantur inter emptorem, & venditorem cum pacto de retrouendendo, ſi pendent tempore retractus, examinatur latiſſimè articulus.*

30 *Fructus percepti per emptorem poſt oblationem factam per venditorem intendentem vti iure retractus vigore pacti de retrouendendo, reſtitui debent.*

31 *Fructus fundi dotalis, ſoluto matrimonio diuidi debent pro rata temporis inter vxorem, & virum, vel hæredes eius.*

32 *Fructus pendentes in venditione, quæ fit coactè, ad emptorem pertinere debent.*

33 Alexander Turaminus *Authoris præceptor laudatur.*

34 L. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. *intellectus.*

35 *Dictionis,* quandocùmque, *effectus.*

36 *Fructus pendentes veniunt regulariter in venditione, quando non fuit aliter inter contrahentes pactum.*

37 *Voluntaria à principio in contractibus, ex poſt facto fiunt neceſſaria.*

38 *Fructus pendentes in reſtitutione facienda fideicommiſſario, cedunt totaliter in beneficium fideicommiſſarii.*

39 *Dotis fructus pertinent ad maritum ratione onerũ, quæ ſuffert in matrimonio.*

40 *Ius licèt rigoroſum, præferẽdum eſt æquitati, quando æquitas iuri repugnat.*

41 *Pactum de retrouendendo quandocùmque dicitur pars pretii.*

*In tantùm, vt minùs vendatur res ratione talis pacti, quàm verè valeat, & qualiter arbitrentur illum* Doctores, *nu. 42.*

43 *Fructuum naturalium, induſtrialium, & ciuilium diſtinctio, remiſſiuè.*

44 *Emptoris cum pacto de retrouendendo, an verò venditoris beneficio cedant arbores vi uẽtorum eiectæ in fundo, tali pacto empto.*

45 *Augmentum alluuionis in fundo vendito cum pacto de retrouendendo an ſpectet ad emptorem, an verò ad venditorem retrahentem.*

46 *Pactum de retrouendendo iunctum modicitati pretii an conuincat contractum vſurarium, vel requiratur etiam probatio, quòd emptor ſit ſolitus fœnerari.*

## CAP. VI.

SVbſequens fit, vt poſt tractationem diuiſionis fructuum inter emptorem, & venditorem priuatum in venditione voluntaria, de qua in *præced. cap.* locuti ſumus, agamus in pręſenti de fructibus, inter eoſdẽ diuidendos in venditione neceſſaria ex cauſa retractus. In quo duos fore diſtinguendos caſus animaduerto. Primus eſt in retractu agnatitio, aùt lateraneo, & ſic competente aùt iure ſanguinis, aùt propinquitatis rei. Secundus in retractu conuentionali vigore pacti de retrouendendo.

1 Verùm antequàm ad illorum tractationem deſcendam, quòad vtrumque mixtim pertinet, prę mitto priùs, quòd tametſi antiquitùs veteri iure permiſſus extitiſſet retractus in præfatis caſibus, nouo tamẽ Codicis iure fuit ille penitus abrogatus, cautũq., vt nõ cogatur quis proximis, aùt conſortibus magis vẽdere, quàm extraneis, ſed liberum ſit cuipiam diſtrahendi res ſuas cuicumq; voluerit, niſi tamẽ ſpecialis lex hoc inhibeat. Probatur vtrumquè in *l. dudùm C. de cõtrah. empt. & vend.* agunt *DD.* tàm *ibi*, quàm in *l. qui Romę §. cohæredes ff. de uerb. oblig.*

Cæterũ, quicquid iure Codicis cautum ambigamus, habemus de hoc in Regno peculiarem legem in *Conſtitut. Sancimus ſub rubr. de iure prothomiſ.* qua

V indul-

indulgetur proximis aùt conſanguinitatis, aùt proximitatis rei iure, vt admittantur ad retrahendum, iuxtà formam, ac modum in ea *Conſtitut.* præſcriptum, quæ diſpoſitio nedùm in hoc Regno viget, verùm in aliis pleriſq: pariter Dominijs videtur inducta, de quibus diffusè meminit *Tiraqu. de retract. lignag. in præfatione num.*1. præcæteris in tota Gallia ex peculiari aùt lege, aùt ſtatuto, aùt conſuetudine cuiuslibet Ciuitatis, & Prouinciæ, quæ ſimiliter enumerantur per eundem *Tiraqu. in præfato tract. de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.*1. *num.*1. *ac de retract. conuent.* §.7. *gloſ.*1. *nu.*2. quarum occaſione ſollemnem *ipſe* compoſuit apparatum, ſiuè tractatum de vtroque retractu, tàm ſcilicet iure ſanguinis, quàm conuentionali competente.

Hoc poſito, quò modò ad primum propoſitorum caſuum, retractus ſcilicet competentis aùt iure ſanguinis, aùt iure propinquitatis rei, eò quia retractus iſte eſt omninò neceſſarius ex diſpoſitione iuris permittentis, nec quidquam ſaltim minimum habet voluntarium, nec ex perſona vendentis, nec ex perſona emptoris, à quo retractus petitur, concludit *Tiraqu. in d. tract. de retract. conuent. gloſ.* 4. §.5. *nu.*5. *cum ſeqq. poſt Cuman. Alex.*
2 *& Iaſ. in d. l. qui Romæ* §. *cohæredes* fructuum diuiſionem faciendam eſſe pro rata temporis inter emptorem extraneum, & proximum retrahentem, ſequitur illos *Peregrinus de fideicom. artic.*49. *num.*98. vbi dicit, ſic ſepiùs practicatum vidiſſe, iis adde *Carpanum ad Stat. Mediol. cap.*417. *num.*731. *par.*1. adducit eundem *Tiraqu. de retract. lignag.* §.15. *gloſ.*2. *num.*20. *&* 21. *& Couar. var. reſol. lib.*1. *c.*15. *n.*9. *verſ. ſecundum deductum.*

Sed quia ipſi confuſè, ac mixtim loquuntur, cumulantes vtrumque retractum, tàm ſcilicet proximitatis, quàm conuentionalem, declarandum proindè moneo, quòad retractum proximitatis attinet, vt conſtituenda ſit regula generalis, in retractu ſcilicet præfato venire fructus in diuiſione pro rata temporis
3 inter extraneum emptorem, & retrahentem, vt ſuprà. Et hoc indefinitè quòad quæcumque fructuum genera, tàm ſcilicet naturalium, quàm induſtrialium, quàm etiam ciuilium, facta priùs tamen
4 deductione expenſarum, vt infrà dicemus: Verùm non faciat illos ſuos retrahens, nec ratam ipſorum adipiſcatur, niſi à die, quo petierit, inſtiteritque admitti ad retractum, & ſic à die, quo ſuper hoc aperierit voluntatem ſuam media petitione per litis conteſtationem cum emptore extraneo, vt dixerunt *Alber. Guid. Pap. Couar. Tiraqu.* & alii relati per *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 148. *nu.*11. qua declaratione non facta, ſemper, & indiſtinctè cedent integrè fructus beneficio ipſius extranei emptoris: Nàm ex quo retractus ſub conditione competit, ſi ſcilicet vicinus petat, & offerat, effectuque debitum pretium ſoluat, vtiquè proximus nō faciet fructus ſuos, nec petere etiam pro rata illos poterit antè modi, & conditionis purificationem, ad *text. in l.*1. *&* 2. *C. de peric. & commod. rei vend.* notat *Paul. de Caſtr. in l. ſicut C. de action. empti.* Quod ad emptorem etiam cum pacto de retrouendendo extendendum eſt, ad *tex. in l.*2. *C. de pact. inter empt. & vend. vbi Bal. & Paul. de Caſtr. gloſ. in c. illo uos in verbo percepti, vbi etiā Hoſtienſ. Ioan. And. Imol. & Abb. de pign.* placuit aliis innumeris lōga ſerie cumulatis per *Tiraq. de retract. conu.* §.5. *gloſ.*2. *nu.*1. vbi *nu.*2. rationē afferēs de mente *Angeli in conſ.* 55. *ex pacto de reuendendo in fine* dicit, eā eſſe, quia ij fructus ſunt percepti ab emptore tūc domino rei, quando eos percepit, & proindè iure dominij ipſum ſequūtur ad *tex. in l. Herennius ff. de vſufr.*
5 Patet inſtantia de hoc in ſimili. Primò quòad patrēfamiliàs, qui numquā facit fructus ſuos ex bonis aduētitiis filii, niſi à die, quo declarauerit, ad ſe illos pertinere velle, antè autē declarationē præfatā ſemper filius faciet illos ſuos. Et ità poſt *Crauett. in conſ.*212. *n.*5. *& conſ.*231. *nu.*8. *vol.*2. *ac Couar. var. reſol. iur. lib.*1. *c.*9. *ſub nu.*5. tradit ſe conſuluiſſe, *Caualcan. in tract. de vſufr. mul. rel. nu.*188.
6 Patet ſecundò inſtantia quòad emptorem rei emphyteuticę irrequiſito directo Domino, qui ſemper facit fructus ſuos antè declarationem ab ipſo directo Domino factam circà nullitatem emptionis,

tionis, vt deciſum per Rotã Bononienſem teſtatur *Benintend.deciſ.37.num.15. verſ. niſi contrarium*, meminit de vtriſque *Rendella de iure prothomiſ.* §. *in primis in gloſ.legitimis vſuris num.8.fol.*mihi 170.

7 Vt igitur faciat illos ſuos pro rata retrahens, ſiuè conſanguinitatis, ſiuè propinquitatis iure ad præſcriptum *d.Conſt. Sancimus*, nedùm petere debet,& ſuper petitione conteſtare litem, verùm etiam offerre pretium. Et oblatio in tali caſu non debet eſſe verbalis tantùm, verùm realis medio depoſito, quoniàm tametſi per ſolam petitionem admitti valeat ad retractum, ità vt pronunciari quoquè poſſit, ipſi illum competere, ac poſſeſſionem conſignari facto depoſito, quemadmodùm in ſimili plurièsdeciſum tradit *Maſtrill.deciſ.Sicil.201.ſub nu.19. & 20.* attamen ad finem faciendi fructus
8 ſuos non ſufficiet ſola petitio, & oblatio, ſed debet eſſe realis, vt aliàs quoquè diximus in noſtro *tract. de reſtitutor. interd.gloſ.2.nu.107. cum ſeqq.* ſecundùm poſtremam impreſſionem, & probat etiã *Cornazzan.deciſ.19.nu.12.* poſt *Tiraqu.* per ipſum relatum.

Fructus itaquè omnes, ſi qui aùt maturi ſunt, aùt matureſcunt, ad emptorem extraneum pertinent, non verò ad retrahentem eo interim, antequàm petatur res, dato adhùc quòd retrahens expenſas emptori offerat, ità in propriis terminis retractus tradit *Ioan. Sayſon in Conſuetud. Turon. de retract. art.* 12. & iure ſiquidèm ad refrenandam malitiam retrahentium, qui aliàs data opera differrent ſemper, ac expectarent maturitatem fructuum, ad tradita per *Cuman. Socin. & Iaſ. in l. qui Romæ in fine princip. ff. de verb. obligat.* cum quibus concordat *Rendell. de iure prothomiſ. d.* §. *in primis in gloſ. legitimis vſuris num.11.*

Fallit hoc primò in Ciuitate Neapolis, in qua ex peculiari *Conſuetud.* ipſius in ſcriptis redactæ incip. *Si quis emit*,
9 quæ eſt 1. *ſub tit. de iure congr.* cautum eſt, vt ſolui debeat pretium rei emptæ, prout appretiata fuerit tempore retractus, non verò quòad pretium, quo fuerat res illa empta, quam conſuetudinem adhùc eſſe in viridi obſeruantia, ac indies etiam ſecundùm illam iudicari per Sacrum Conſilium, vt ſcilicet liquidetur pretium, proùt res valet tempore executionis ſententię, teſtatur *D.de Franch. deciſ.390.ſub nu.4.*

Fallit ſecundò in caſu arborum cæduarum exiſtentium in ſylua cædua: nàm tametſi arbores illæ ſint in fructu, vt diximus ſuprà *in 1. part. cap.17. ſub num.98. cum ſeqq.* & conſequenter cedère deberent beneficio emptoris; at-
10 tamen ſi tempore emptionis non fuiſſent cæſæ, tempore verò retractus reperirentur inciſæ, vtiquè ipſarum pretium erit deducendum ex pretio emptionis, ex eo, quia arbores illæ reddunt pretioſiorem ſyluam, iiſque attentis cariori pretio vendita extitit, ad *tex. in l.in lege Falcidia placuit ff.ad leg. Falcid.* adnotarunt *Petrus Coſtal. Gomez. Gutier. Roman. Ruin. Baeza. Roland. Molin. & Sarmient.* relati per *Valaſc. in praxi partit. & collat. cap.28. num.3.* & è contrà ipſis ſublatis minoris pretii diiudicabitur, vt deciſum in propriis terminis per Sacrum Conſiliũ tradit idem *D. de Franch. d.deciſ.390 ſub num.1.* per quod fuit dictum, pretium ipſarum eſſe deducendum, ac in beneficium extranei emptoris cedere tantùm pretium virgultorum natorum in dictis arboribus inciſis, ac augmentum pretii aliarum arborum, quæ remanſerunt in ſylua à tempore emptionis, vſquè ad tempus retractus, & ſic conſignationis poſſeſſionis retrahenti. Et hoc ſummo iure, ad hoc nè videretur eſſe totaliter in damno emptor, nihilque conſequeretur ex cauſa pretii ſoluti, quod alias remanſiſſet inutile à die emptionis vſque ad diem reſtitutionis faciendæ per retrahentem. Vnde fuit vtrique conſultum, tàm ſcilicet emptori, quàm retrahenti. Emptori, quia loco vſurarum, ac intereſſe pretii iàm ſoluti recipit fructus virgultorum exindè naſcentium, ac augmentum pretii aliarum arborum, vt ſuprà. Retrahenti, quia recipit ſyluam eiuſdem valoris per refuſionem pretii, ſicuti emptor extraneus primo loco emerat.



Digitized by Google

11 Amplies limitationem iſtam in quocumq; caſu,ac reſpectu quorumcumq; fructuum,qui tempore emptionis erant pendentes : nàm cùm ii pars ſoli ſint *l.fructus pendentes ff.de rei vendic.*vtiq; augent pretium rei illius,in qua pendēt *l.fin.§.penult.ff.quæ in fraud.cred.*in tantùm quòd ſi poſt recollectionem petat rem proximus iure retractus,habenda erit ratio de illis.

12 Computabitur autem anni initium in terminis fructuum præfatorum diuiſionis pro rata faciendæ inter præfatos quòad fructus naturales à die immediatè ſequenti poſt recollectionem ipſorum factam,quò verò ad induſtriales,à die ſeminum fructuum illius anni,in quo retractus petitur, vt poſt alios, quos recenſet, videtur ſentire in terminis *Peregrin.de fideicomm.artic.*49 *num.* 98.

13 Curſus eiuſdem non erit vniformis, ſed diſtinguendi erunt fructus naturales ab induſtrialibus,& quòad naturales ſubdiſtinguendi erunt illi,qui ſingulo quoquo anno percipiuntur,vt poma, pira, ceraſa, & ſimiles ab illis,qui non ſingulis quibuſq; annis, ſed benè ſingulis biennijs,ſinguliſq; triēnijs,aùt quinquenniis,quales ſunt in quibuſdam locis oliuæ,quæ ſingulis bienniis fructus ferunt,aùt arbores ceduæ, ac gremiales,quæ ſingulis,aùt trienniis,aùt quinquenniis,in quibus cęduntur dicuntur eſſe in fructu, & proindè ipſorum aùt biennium,aùt triennium,aùt quinquēnium computabitur pro vno anno, vt aliàs etiam ſuprà diximus in hac eadem 2.*parte cap.*3.*num.*35.& probat *Caualcan.*quem *ibi* pariter retulimus in *tract. de vſufr. mul.rel.num.*245.quò verò ad induſtriales diſtinguas ſegetes,quæ colliguntur ex terris,quæ ſingulis quibuſq; annis ſeruntur,quales ſunt terræ reſtipulatæ ab alijs,quæ ſeminantur in terris mageſaticis:nàm quòad ſecundi huius generis,cùm terra mageſatica non producat fructus,niſi in decem,& octo mēſibus,vtiq; ii decem,& octo menſes,& ſic annus cum dimidio computabuntur pro vnico tātùm anno, vt aduertit idem *Caualcan.loco cit.*vbi alia cumulat quoquè exempla.

Competit modò ius iſtud nedum ipſis proximis ratione aùt conſanguinitatis,aùt propinquitatis reſpectiuè,verùm etiam habentibus cauſam ab ipſis.Vn-
14 dè ſi præfati ius iſtud alteri ceſſerint,adhùc ceſſionarius vigore ceſſionis agere poterit, quemadmodùm in contingentia facti, non fuiſſe viſum dubitabilem articulum Sacro Conſilio ex doctrina *Napod. in Conſuetud.Si quis emit in gloſ. in verbo habenti ſub tit.de iure congrui*, cum quo concordant pariter *Afflict.in Conſtit.Sancimus* §.1.*in notab.vlt.ac Tiraquell.de retract.lignag.*§.26.*gloſ.*1.*nu.* 36.*verſ.ſextò intelligit*,tradit *D.de Franchis deciſ.*242.*num.*1.

15 Competit itèm dato adhùc,quòd in contractu venditionis rei appoſitum fuerit pactum,ſiuè clauſula,*quod non intelligatur translatum dominium*, *niſi facta priùs ſolutione pretij*, quemadmodùm plenè diſcuſſo articulo fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium tradit *Afflict. deciſ.*338.*per totam*,& ſignanter ſub *num.*8.vbi *Addentes ad ipſum* concordantes cumulant.

16 Rursùs competit in alienatione neceſſaria,qualis eſt venditio facta ſub haſta,ac adiudicatio, quæ fit mediante decreto Curiæ,ſicuti deciſum per Rotam Florētinam tradit *Magonius deciſ.*100. & per Sacrum Conſilium refert *D.de Franch.deciſ.*277.*in fine.*

17 Amplies etiam in caſu , quo fuerit expoſita tantùm venalis , dato adhùc quòd non fuerit expoſita ſub haſta,vt in caſu deciſo per Sacrum Conſilium,de quo meminit *D.de Thoro in compend.deciſ.parte* 2.*verſ.ius congrui,ſeù prothomiſeos fol.* 320.

18 Intelligas hoc tamen quòad adiudicationis caput,vt procedat quando adiudicaretur tertio ; nàm ſecùs quando adiudicaretur ipſi creditori,vt tradit *Intrigliola in ſingul.*327. *lib.*1.*poſt Bald.in conſ.*300.*num.*2.*in fine vol.*1.*& Tiraqu. de retract. lignag.* §.1.*gloſ.* 14. *num.* 18. quos *ibi* recenſet,quibus addit *D.de Thoro vbi ſuprà* Ferron. *in Conſuetud. Burdegal.tit.de retract.*§.12.

19 Competit quoquè vicino aduersùs ementem fructus pendentes in re ſibi con-

cõtigua, vt diximus ſuprà hoc *eod. tract. in 1. parte cap. 2. num. 21. & 22.* per DD. quos *ibi* retulimus.

30 Competit etiam in locatione facta ad longum tempus, vt patet ex *d. Conſtit. Regni Sancimus*, quam ſic interpretati ſunt communiter DD. tametſi ea loquatur ſimpliciter de locatione, & ità cenſuerunt quoquè *DD.* relati per *Maſtrill. deciſ.* 4. *num.* 1. 2. & 8. vbi id ampliat etiam in locatione ad modicum tempus in locatione rei communis facta, vt in caſu *inibi* per *ipſum* relato, vbi tradit, ſic fuiſſe deciſum per Magnam Curiam Regiam illius Regni, & confirmatam ſententiam per Sacrum Conſiſtorium.

31 Ceſſat nùnc ius congrui in contractu emphyteutico, in quo vtile tantùm dominium transfertur, vt patet ex traditis per *Afflict. ac Addentes ad ipſum deciſ.* 72.

32 Limites hoc tamen pluribus modis. Et primò, quando in tali contractu data eſſet poteſtas affrancandi in pecunia, quoniàm tũc ſonaret potiùs in emptionem, quàm in contractum emphyteuticũ, vt in caſu relato per *Afflict. d. deciſ. 72. in princ.* & fuit pluriès deciſum per Sacrum Conſilium, teſte *Vrſillo ad eundem ibidem num.* 11.

33 Limita ſecundò in caſu, quando trãſferretur per emphyteuſim non tantùm vtile dominium, verùm etiam directum, vt in caſu relato per *Dec. in conſ.* 164. incip. *non fuiſſet num.* 3. de quo meminit idem *Vrſillus vbi ſuprà num.* 4.

34 Limites tertiò quòad directum Dominum, qui in alienatione vtilis dominii facta per emphyteutam præfertur emptori, & ità deciſum per Sacrum Conſilium refert *Capyc. deciſ.* 99.

35 Limites quartò in caſu conceſſionis vtilis dominii factæ per emphyteutam beneficio alterius, quàm directi Domini, in qua ipſe directus Dominus præfertur conceſſionario, vt in caſu relato per D. *de Thoro in compend. deciſ. in verbo prælatio, ac etiam deuolutio parte 2. fol.* 484.

36 In feudalibus autem tametſi vtile tãtùm dominium transferatur, per quod videtur habere conuenientiam cum iure emphyteutico, attamen vendicat ſibi locum ius congrui, prout de hoc eſt *tex.* de iure feudorum in *cap. 1. §. Titius ſi de feudo defunct. milit. in cap. 1. §. porrò per quos fiat inueſtit. & in cap. 1. §. ſed & res qualit. poter. olim feud. alien.* voluerunt D. *de Ponte deciſ. 11. in princ.* ac D. *Rouit. ſuper rubr. pragm. de feud. num.* 17. quod intelligas, quemadmodùm intelligunt communiter omnes, vt procedat fauore proximiorum iure ſanguinis, non verò iure propinquitatis bonorum feudalium, vt deciſum per Sacrum Conſilium teſtantur iidem DD. *de Ponte, & Rouit. locis cit.* An autem id competat quòad quæcumq; feudorum genera, vel ſi quòad antiqua tantùm, & quòad quæ, itèm ſi in vita tantùm, vel etiàm poſt mortem, doctè examinando articulos illos diffinit D. *Rouitus loco cit.* adde etiam *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 8. in qua tradit deciſum, illud non habere locum fauore agnati in feudi noui alienatione.

37 Ceſſat rursùs ius congrui in emptoribus à ſacro Hoſpitali Sanctæ Mariæ Annunciatæ de Neapoli, contrà quos illud non conceditur, quemadmodùm de hoc adeſt *deciſ.* D. *de Franch.* 383.

38 Ceſſat etiam ius congrui competens iure ſanguinis fauore ſpuriorum, adhùc legitimatorum, vt author eſt *Decius in conſ. 275. in cauſa quæ Lucæ in 3. dubio*, cum quo concordant *Tiraqu. Afflict. Guiliel. Bened. Caſſanæ.* relati per *Minſynger. ſingul. obſeru. 35. num. 8. centur. 1.*

Alia permulta, quæ cumulari poſſent in materia iuris prothomiſeos, tũ agnatitii, cùm collateralis, ſiuè propinquitatis rei excipi poterunt à *Tiraqu. per totum tract. de retract. lignag.* item ab *Afflict. in commẽtar. ſuper d. Conſtit. Sancimus de iure prothomiſ.* ſuper qua *commentarios* etiam edidere *Antonius de Caputis, Baltaſſar Benedellus, ac Proſper Rendella*, qui vnico volumine conferũtur, multa alia pariter copioſè congerit, ac cumulat *Horatius Carpanus ad Stat. Mediol. cap. 417. parte 1. per totum*, aliique DD. paſſim.

Et hæc quòad diuiſionem fructuum inter emptorem, & venditorem priuatum

Digitized by Google

tum in venditione neceſſaria ex cauſa retractus,ſiuè agnatitij,ſiuè collateralis competētis iure aùt ſanguinis,aut propinquitatis rei.

Quò modò ad fructus inter eoſdem diuidendos in venditione ſimiliter ne-
29 ceſſaria ex cauſa retractus conuentionalis vigore pacti de retrouendendo, percelebris vtiquè omnium conſenſu, eò quia quotidiana,& practicabilis viſa eſt cunctis diſſentio illa inter *Cumanum,* & *Alex.in l.qui Romæ in princ.ff. de verb.obligat.*vtrùm .ſ.fructus pendentes in fundo vendito cum pacto de retrouendendo debeāt tempore reemptionis totaliter cedere in beneficium venditoris reementis,vel illi diuidendi veniāt pro ratâ temporis inter vtrumque, inter venditorem .ſ. & emptorem. *Cumanus* etenim intrepidè tenet,eos diuidendos pro rata temporis inter vtrumquè, *Alexander* verò cōtradicit dicens, eos omnes nulla facta diuiſione, nec diminutione in beneficium cedere vēditoris reemere volentis.

Pro *Cumani* partibus magis cōmuniter ſteterunt ſuper *d.l.qui Romæ Socinus num.*20.*Iaſ.num.*37.*Alciat.num.*17.*Cagnol.in l.*2.*num.*45.*C.de pact.inter empt.* & *vendit.vbi etiam Goẓadin.num.*130. *Couar.var.reſol.lib.*1.*cap.*15.*num.*7.*Fabian.de Monte in tract.de empt.* & *vendit.*6.*quæſt. princip.num.*25.*Roland.à Valle in conſ.*27.*viſo diligenter num.*6. *lib.*2.*Tiraqu.de retract.conuent.*§.1.*gloſ.*4.*per totam præſertim num.*6.*Caualcan.tàm in deciſ.*16.*num.*51.*parte* 1.*quàm in tract.de vſufr.mul.rel.num.*244.*Ancharan.iun. quæſt.familiar.lib.*1.*quæſt.*13.*num.*11.vbi refert,ſic ſepè vidiſſe iudicari, *Molin.de Hiſpan. primogen.lib.* 3. *cap.*11.*num.*9.*Valaſc.conſultat.*37.*num.*9.*Baeẓa de decima tutor.cap.*28.*num.*14. *Ioſeph. Ludouicus deciſ. Peruſ.*79.*per totam,*vbi *num.* 7.dicit, ſe ſecundùm hanc opinionem iudicaſſe,*Theſ.deciſ.*56. vbi alios etiam conſentientes cumulat *nu.*2.ibiquè ſic cenſuiſſe Senatum Pedemontanum refert *num.* 3.quibus addi poſſunt *Cornaẓan.deciſ.Lucenſ.*19.*num.*13.*ac Fachinæ,controuerſ.iur. lib.*2.*cap.*14.& hanc eſſe humaniorem,& æquiorem, & in praxi obſeruatam teſtantur *Couar.Ludou.*& *Theſ.locis citatis.*

Contrariam verò *Alexandri,*vt.ſ.nulla ſit facienda fructuum partitio, ſed quòd debeant ii totaliter in beneficium reementis cedere, antè *Cumanum* voluit *Baldus in conſ.*289.*col.*4.*vol.*4.de quo non fecit mentionem *Cumanus,*vt refert *Tiraqu.loco cit.* & poſt *eum* amplexi ſunt illam *Aegid.Thomat.in tract.de collect.*§.*vendentes ſub pacto num.*1.*cum ſeqq.Afflict.in cap.*1.§.*his cōſequenter num.*22.*hic finitur lex,Petrus Moncada in addit.ad Goẓadin.d.l.*2.*C.de pact.inter empt.*& *vendit.nu.*130.*Crot.conſ.*323.*num.*12.*lib.*3. *Caſſaneus in Conſuetud.Burgund.rubr.*5.§.1.*num.*25.*Berous quæſt.familiar.*98.*per totam, Franciſcus Zoannettus in tract.de empt.* & *vendit.cum pacto de retrouend.ſuper d.l.*2. *C.de pact.int.empt.* & *uendit.num.*13.*Anton.Faber de error.pragmat.decade* 10.*errore* 2.*Gutier.canon.quæſt.lib.*1.*cap.*33. *num.*29. *Barboſa* diſputando etiam articulum ad partes,ac ad contraria reſpōdendo *in l.diuortio in princ.num.*69.*uerſ.ultimo loco per multos ſeqq.num.ff.ſolut.matrim.*videtur fuiſſe de mente *Gratian.in deciſ.*176.vbi ſic iudicatum refert,licèt tamen appareat,in ea adfuiſſe factum diuerſum,nàm fuit pactum,vt reemptio fieret pro pretio currenti declarando arbitrio boni viri, & ſecundùm eandem cenſuit tàm Senatus Tholoſanus,teſte *Gerardo Maynardo in deciſ.*31.*lib.*2. vbi dicit,ſic ſemper fuiſſe in eo Senatu iudicatum, niſi tamen aliqua conuentio de diuidendis fructibus in contrarium adeſſet,quàm etiam Senatus Pariſiēſis,vt refert *Charondas lib.*5.*reſponſor.cap.*33.qui id ampliat,etiam ſi venditor vellet reemere eo tempore,quo flauent ſata,meſſis inſtat,& iàm futuri ſunt fructus,dummodò tamen emptori vltrà ſortem principalem impenſæ etiam legitimæ refundantur.

Pro ambarum vtraquè vrgent ſua iura,& rationes,de quibus abundè apud *Zoannettum,*apud *Fachinæum, Ludouicum,Barboſam,*ac apud *Theſaurum locis citatis,*relictis antiquioribus,vrgentiora tamen,

Digitized by Google

tamē leuioribus prætermiſsis ad vnum, vel ad ſummum duo pro qualibet reducuntur.

Pro *Alex.* vrget fortiſsimè *tex. in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & uend.* in qua
30 apertiſsimè ſtatuitur, fructus perceptos per emptorem poſt oblationem factam per venditorem intendentem vti retractu vigore pacti de retrouendēdo, debere reſtitui.

Pro *Cumano* verò adducitur in argumentum *tex. in l. diuortio, in l. fructus, &*
31 *in l. de diuiſione ff. ſolut. matrim.* Quibus cauetur, fructus fūdi dotalis diuidendos fore pro rata temporis inter vxorem, & virum, vel hæredes eius. Et ſic ſicuti in reſtitutione fundi dotalis debet fieri diuiſio fructuum ipſius pro rata temporis, ſic pariter, dicunt ipſi, debere fieri in reſtitutione fundi vigore pacti de retrouendēdo: quaſi quòd nulla inter vtrumquè caſum diſcriminis ratio intercedat: nàm aliàs ſequeretur abſurdū, inquiunt *Cumanus*, & alii poſt eum, quòd .ſ. cùm videret quis fundum fructibus plenum, vellet retrahere, quod æquitas non ſuaderet.

Pro ſolutione huius diſſentionis conati ſunt aliqui diuerſimodè diſtinguere, *Socinus* nàmq; *in d. l. qui Romæ num. 20.* quem ſequuti ſunt *Cagnolus d. l. 2. num. 41.* ac *Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 3. num. 2.* tali pacto diſtinguit, quòd aut .ſ. pactum de retrouendendo fuit conceptum ſimpliciter, non determinato pretio, & tunc fructus pendentes in totum pertineant ad reementem, ea ratione, quia tūc res pro maiori pretio reemeretur ex cauſa pendentium fructuum, & ſic tùnc, inquit *Socinus*, haberetur, ac ſi coactus quis vēderet rem ſuam, quo caſu iura determinant, fru-
32 ctus pendentes ad emptorem pertinere, adducit *tex. in l. fin. §. penult. ff. quæ in fraud. credit.* Aùt verò cogitur quis reuendere certo pretio, & tunc attendenda ſit opinio *Cumani*, quòd debeat fieri diuiſio pro rata temporis, rationibus, de quibus per eum. Hæc autem diſtinctio confundi videtur ex verbis *tex. in d. l. 2.* ibi, *quæ poſt oblatam quantitatem*, quæ verba cùm genericè proferātur, ſic poterunt adaptari ad caſum pacti ſimplicis, quemadmodùm ad caſum, & pactū certæ quātitatis, vt videtur in ſimili ſentire *Tiraquellus de retract. conuent. §. 1. gloſ. 3. num. 1.*

*Zoannettus* verò, & poſt eum *Theſaurus d. deciſ. 56. num. 3.* aliter diſtinguit, dicens, quòd ſi tempore primæ venditionis fructus erant pendentes, præfixuſq; erat dies retrouenditionis, ſicuti maiorem partem Notariorum facere ſolere, inquit *Theſaurus*, & tùnc ſi ceciderit eodem tempore terminus luēdi, debent fructus cedere in beneficium reementis, ſecùs tamen ſi quocumq; tempore ſit retrouenditio facienda: quoniàm tūc erunt diuidendi pro rata, ſecundùm opinionem *Cumani.*

33 *Alexander Turaminus* Academiæ Neapolitanę anteceſſor primarius Pręceptor meus, à quo fateor prima iuris ciuilis pabula, tametſi per paucos tantùm dies excepiſſe, ex quo paulò mox euocatus fuit ad regēdam primam Cathedram Iuris ciuilis de ſero in Studio Ferrariēſi, vir equidèm tempeſtatis noſtræ doctiſſimus, ac in explicandis legibus ſubtiliſsimus, interpreſq; acutiſsimus in repetitione *l. diuortio ff. ſolut. matrim. cap. 5. num. 4. & 5.* diſtinguit pro concordia aliquos caſus, & in ſumma in calce ipſorum videtur ſe reſtringere, vt in hac materia plurimùm valeat Iudicis arbitrium, oporteatq; ipſum ad pretii iuſtitiam reſpicere, ità vt ſi pretium retrouenditionis ſit iuſtum ex mutuo iure, tunc non ſit facienda diuiſio, ſed benè in retrouenditione ſit facienda trāſlatio omnium fructuum ad beneficium reementis, ex quo fundus eiuſdem eſt qualitatis tempore retrouēditionis, cuius erat tempore venditionis. Aùt verò fructus patentèr augent fundi pretium, inſpecto ſtatu prioris venditionis, & tūc ſit facienda diuiſio: quoniàm cùm ampliùs ſit in fructibus, qui retrouendit, ęquiſsimè ex neceſsitate habere debet pro rata temporis portionem. Diſtinctio iſthæc iuſtiſsima eſt, non tamen ad legum diſpoſitionem, vt infrà patebit.

*Caualcanus d. tract. de vſufr. mul. relict. num. 244.* aliter diſtinguere videtur, & ſic

Digitized by Google

& ſic vtrùm emptor fuerit in mora reſtituendi, vel non. Et primo caſu ſi fuerit in mora, arbitratur *ipſe*, procedere opinionem *Alexandri*. Secundo verò caſu ſi nulla interceſſerit mora, ſit ſeruanda opinio *Cumani*.

Horum tamẽ diſtinctiones nullo modo ſtatuunt certam regulam, nec nodum extricant, qui adhùc indiſſolutus exiſtit; cùm non aliud ex iis, niſi limitationes excipiantur, aùt reſtrictiones ad principale dubium, æquitate attenta. Vndè *ipſe* indiſtinctè veriorem arbitror *Alexandri* ſententiam, opinantis, nullam debere fieri diuiſionem pro rata temporis, ſed totaliter fructus pendentes omnes debere cedere in beneficiũ reemere volentis, diſtinguendo tamen inter fructus naturales, induſtriales, & ciuiles, iuxtà terminos *tex. l. Iulianus* §. *ſi fructibus ff. de act. empt. & vend.* & *nos* infrà dicemus, quam ſententiam relictis
34 læuioribus probat expreſsè, ac diſertis verbis *tex. in d. l. 2. in fine C. de pact. int. empt. & vendit.* ibi, *habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quantitatem, ad hæredem emptoris peruenerint.* Quæ coadiuuatur à ſimili ex alio *tex. in l. Harennius la prima*, aliàs incipit *fructibus ff. de vſuris*, in quo agit *Iureconſultus* de fundo reſtituendo fideicommiſſario, & inquit, illum fore reſtituẽdum vnà cum fructibus pendentibus.

Non deſunt ex contrariæ ſententiæ ſectatoribus, *Cumani* partes tuentibus, qui duplici medio quærunt occurrere ad deſtructionem *d. l. 2.* Occurrunt primo dicentes, dictam *l. 2.* non debere intelligi de fructibus totaliter, ità vt omnes integraliter, nulla facta diminutione veniant reſtituendi, ſed benè quòd debeat haberi ratio fructuũ, qui poſt oblatum pretium ex fundo ad aduerſarium peruenerunt; quaſi quòd verba illa in eo *tex.* poſita, ibi, *habita ratione eorum, quæ poſt oblatam quantitatem, ad hæredes emptoris peruenerunt* ſint referenda ad diuiſionẽ faciendam pro rata temporis, iuxtà terminos *tex. d. l. diuortio*, non autem ad indefinitam beneficio venditoris reementis, & taliter expendunt locum illum *Cagnolus*, *Tiraquell. Couar.* & *Rolandus loc. cit.* & poſt eos *Ludouic. d. deciſ. 79. nu. 4.* verùm corruit obiectum, tùm quia eſſet mera reſtrictio, & diuinatio ad *tex.* illum indefinitè loquẽtem, tùm etiam, quia, vt inquit *Zoannett. loco cit. num. 134. verſic. ſed Alexander* militat *in d. l. diuortio* diuerſa ratio, quàm in *d. l. 2.* vndè ex ceſſante ratione non debet inferri de vno ad alium *c. cùm ceſſante de appellat.* vt inferiùs habetur.

Occurrunt alij ſecundo loco dicentes, diſpoſitionem *d. l. 2.* procedere in odium non parẽtis poſt oblatam ex pacto quantitatem; ſecùs verò quando pareret emptor reuendere, ſed illud tantùm obiiceret, quòd in fundo ſint fructus pendentes, ac quòd proindè veniant illi pro rata diuidendi, & ità fuit de mente *Fachinei d. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 14. verſic. reſpondeo ad primum.* Verùm patet ſolutio, non eſſe. ſ. conſtituendam vim in verbis *tex. d. l. 2.* ibi, *tequè parato ſatiſfacere conditioni hæres emptoris non paret*: quaſi quòd propter non paritionem fuerit ſic in eo *tex.* deciſum, ſed quia contingentia facti propoſiti apùd *Imperatorem* in eo *tex.* fuit talis. Caſus nàmq; propoſitus duo cõtinebat, vnum de inobſeruantia pacti de retrouendẽdo in venditione appoſitum, & aliud de fructibus perceptis poſt oblationem factam quantitatis iuxtà pactum, & ad vtrumque reſpondit *Imperator.* Ad primum de inobſeruantia pacti dicit, actionem præſcriptis verbis, vel ex vendito dari pro obſeruantia illius. Et ad ſecundum de fructibus perceptis habendam eſſe rationem eorum, quæ poſt oblatam quantitatem ex pacto ex eo fundo ad eum peruenerunt, quaſi manifeſtiùs iudicans, teneri. ſ. ad illorum reſtitutionẽ. Conuincitur hoc, quia *lex* illa non proceſſit per modum legis principaliter, ſed fuit reſponſio ad caſum coràm ipſo propoſitum, dirigitur nàmq; reſponſum illud ad quemdam *Cariſium* nomine, vt patet in eo, ibi, *ſi fundum parentes tui, &c.*

Confirmat hoc ipſum totum mihi, quia ſi attenderimus clauſulas, quibus concipitur tale pactum in vẽditionibus, excipiemus vtiquè nedùm tacitam ex iis,

Digitized by Google

iis, verùm etiã expreſſam emptoris voluntatem, vt fructus pendentes, fundusq; reemendus in eo ſtatu, in quo reperitur tempore retractus perueniat ad venditorem retrahentem, illoſq; totaliter lucretur. Dùm .n. paciſcitur emptor, vt liceat venditori quandocùmq; reemere, & vt plurimùm nulla data tẽporis præſcriptione, vt communiter quotidiè in ſimilibus cõtractibus per Notarios apponitur, nihil aliud innuitur ex ijs, niſi mẽs, & conſenſus, vt reemptio fiat in eo
35 ſtatu, in quo fũdus tempore reemptionis reperitur: cùm verba illa, *quãdocùmque, &c.* non tantùm ſint referenda ad voluntatem retrahendi, vt. ſ. ad omne eius libitum venditor retrahere poſsit quãdocùmque, verùm, etiam ad tempus retrahendi quandocùmque, nulla data ipſius circùmſcriptione; quaſi manifeſtiùs demonſtrans, vt. ſ. liceat, ſiuè fundus ſit plenus fructibus, ſiuè vacuus, quod fuit de mente *Maynardi d. deciſ. 31. lib. 2.* dicentis, eò fortiùs *Alexandri* opinionem procedere, quando pactum de reuendẽdo fuiſſet liberum, nec certo tempori adſcriptum: tametſi nullam de hoc afferat rationẽ ipſè *Maynardus.* Et propterea eiuſdẽ emptoris paciſcentis culpæ adſcribi debet, qui cùm poſſet præſcribere tempus, intrà quod non liceret retrahere, non expreſsit; Dùm igitur nõ expreſsit, eidem imputari debet, qui talem legem non poſuit. Vndè tempore retractus ſeruanda erunt iura, quæ videntur in hoc dupliciter diſponere.

36 Primò, quia quando tractatur de venditione, ſemper in vẽditione veniũt fructus pendentes, quã o aliter nõ fuit inter cõtrahentes pactũ, vt in *d. l. Iulianus 14. §. ſi fructibus ff. de act. empt. & vend.* qui *tex.* loquitur de fructibus iam maturis, item in *l. fin. §. fructus ff. de his, quæ in fraud. credit.* ac in *l. fructus pendentes ff. de rei vendicat.* concordantes alios cumulat *Theſ. deciſ. 55. num. 1. & 2.*

37 Secundò, quia cùm venditio iſthæc, ſiuè reuẽditio dicatur neceſſaria ex voluntate primæua antecedenti, quæ fit ſeruata forma pacti ex ea iuris regula, quæ à principio ſunt volũtaria, in cõtractibus, ex poſt facto fiũt neceſſaria, vulgatis iuribus, ſequitur, quòd quia neceſſaria, veniunt fructus, ſicuti in qualibet venditione, vt in *d. §. ſi fructibus.*

Probat clariùs hanc noſtram ſententiam ad literam *Iabolenus in l. qui concubinã 29. §. ſi fundum ff. de legat. 3.* vbi agit de venditione neceſſaria, & de eo, qui coactus eſt vendere, prout in caſu noſtro, & inquit, nullos fructus eius rei ea venditione recipere poſſe, reddit rationem, quia id pretium ad totam cauſam fundi pertinet.

Nec negotium facit quod tradunt ex *Bartolo Socinus,* & alii in *d. l. qui Romæ,* dicẽtes, quòd in reſtitutione neceſſaria non ueniũt fructus pendentes, ſicuti in dote, quæ neceſſariò reſtituitur, & in ea pro rata diuidũtur fructus: quoniàm totum contrarium ſeligitur ex hoc, quinimò quòd quia ex neceſsitate retrahitur, & fit reſtitutio, ideò non erunt diuidẽdi, vt patet in allegata *l. qui cõcubinã §. ſi fũdum ff. de legat. 3.* & patet etiã *in l. Hærẽ-*
38 *nius 42. ff. de vſuris,* vbi de reſtitutione faciẽda fideicõmiſſario loquitur, & quia neceſſaria, cedunt totaliter fructus pendẽtes in beneficiũ fideicommiſſarij. Nõ ſecùs in caſu noſtro, in quo adeſt pariter volũtas primæua præſumpta, vt ſuprà, & adeſt quoq; neceſſitas reſtituendi quãdocũq; ex pacto, abſq; temporis diſtinctione, vt ſentire in ſimili videtur *Barboſa in d. l. diuortio in princ. num. 7.* vbi inuehit contra *Socinum in conſ. 42. num. 6. lib. 3.* loquẽtem in materia reſtitutionis fideicõmiſsi ex neceſsitate, & dicẽtem, quòd in eo ſit ſimiliter ſeruanda doctrina *Bart. in d. l. diuortio §. è contrario,* diſtinguentis inter reſtitutionem voluntariã, & neceſſariam, & cõtrà *Auendanum reſponſo 5. nu. 4* ac alios, & ſubdit, quòd ità cõſuluit cõtrà *Socinum Iaſon in conſ. 231. col. fin. lib. 2.* & voluerũt *Alciatus in l. Centurio num. 48. ff. de vulg. & pupill.* ac *Corneus in conſ. 158. col. fin. lib. 3.* dicentes, *Socinum* loqui contrà *tex. d. l. Hærennius.*

Accedat, propoſita per præfatos de venditione neceſſaria vendicare ſibi locum in retractu agnatitio, & lateraneo, vt dicebamus ſuprà, de quo in præceden-

denti caſu, eò quia in eo ſola neceſſitas retrahendi adeſt abſq; aliquo voluntatis,in hoc verò caſu retractus vigore pacti non adeſt abſoluta neceſſitas, ſed adeſt etiā volūtas primæua tempore pacti, quæ eò fortiùs auget neceſſitatē, & proindè fiet conſideratio diuerſa ab eo.

Non obſtāt modò in contrarium adducta pro *Cumani* ſentētia,quia quòad *l.diuortio* iure reſpondent *Alex.Zoannettus*,& alii,vigere .ſ. ibi rationē diuerſam,caſumq; ſpecialem ratione onerū, quæ ſubſtinuit maritus,quorū onerum ratione debent fructus pro rata anni temporis diuidi;nàm aliàs maritus fuiſſet in damno, quia ſubſtinuiſſet onus, nec participaret de fructibus dotis,cōtrà diſpoſitionem *tex. in l. pro oneribus C.de iure dot.*cum concordantibus,quæ
39 volunt,fructus dotis ad maritum pertinere ratione onerum,quæ ſuffert circà alimenta,aliaq; vxori debita.Corroboratur hoc,& patet inſtantia ex alio,quia in diuiſione,quæ fit vigore *d.l. diuortio* cū cōcordātibus veniūt fructus ēt percepti,& à ſolo ſeparati,& tamen ſecùs eſt in caſu noſtro,in quo de pēdentibus tātùm eſt quæſtio,vt conſiderauit *Alex.* aduerſùs *Cumanum loco cit.*& ſic viget ratio diuerſa ab ea,nec poteſt de vno ad aliud ex cauſa ceſſantis rationis inferri.

Non obſtat ſecundo loco æquitas allegata pro *Cumani* ſentētia,quia æquitas illa videtur contrà ius ſcriptum,tàm *in d.l.2.C.de pact. inter empt.& vendit.*
40 quàm etiam in *d.§.ſi fructus.*Et clarum eſt de iure, quòd quādo æquitas iuri repugnat,ſeruādum erit in tali caſu potiùs ius, tametſi rigoroſum, quā æquitas,illudq; præferēdū veniet æquitati,vt probat *tex.in l.1.vbi Bar.*& cęteri *C.de legib.*

Addas poſtremo loco,& inconuincibiliter ſecūdùm me ad eludēdam æquitatem iſtam à *Doctoribus Cumanum* ſe-
41 ctātibus in hoc æquitatem aliam; Nàm cùm pactum de retrouēdendo quandocūq; ſit pars pretij,ad *tex.in l.fundi partem*,ibi,*ideò viliùs fundum vendidiſti ff. de contrah.empt.& vendit.vbi gloſ.Bald.& Salyc. l.ſi venditor §.ſi quid emptor in fine ff.de ſeru.export.* concordantes alios recenſet *Tiraq.in præfat.ad tract.de re-tract.conuent.num.22.* adde *Couar.var.*
42 *reſol.lib.3.cap.10.num.1.* adeò vt minùs vendatur res ratione talis pacti, quàm verè valeat, in tantùm vt diuerſimodè arbitrati ſint DD.pretium illud,vt eſt videre apùd *Socin.iun. in conſ.104.lib.3. Cagnol.in d.l.2.ff.de pact. inter empt.& vend.num.59. Afflict. deciſ.40.num.19. Bertrand.conſ.236.lib.2.*ità vt vſq; ad dimidiā iuſti pretii illud extendant,tametſi arbitrarium id Iudici tribuant DD.relati per *Menoch.de arbitr.Iudic.caſu 217. nu.5.*ſequitur,quòd emptor pro eo pretio nō ſoluto,quo magis res illa valeret, ſi fuiſſet vēdita abſq; dicto pacto,lucratur interim fructus.Vndè ſicuti ei permittitur,vt lucretur fructus magis,quā exigat capitalis pretii ratio,ita è contrà non erit diiudicandū iniuſtum, neq; iniquum,ſed æquum magis,ſi potiatur è contrà venditor in excambium,vt .ſ. nedùm poſſit quandocùmq; reemere,verùm etiam vt tempore reemptionis faciat fructus ſuos pendētes vtiq; omnes, abſq; diminutione aliqua,aut portione fauore emptoris.

Hæc tamen intelligenda erunt ſeruata forma *d.l.Iulianus §.ſi fructibus ff.de*
43 *act.empt.& vend.* diſtinguentis inter fructus naturales, induſtriales, & ciuiles, vt ciuiles pro rata temporis diuidantur,ad tradita per *D.de Franch.deciſ.79.*cœteri verò integraliter ad beneficium reementis,facta prius refuſione expenſarum, vt plurièſ inculcatum eſt in pluribus locis huius tractatus,cùm fructus dicantur ſemper qui ſupererint deductis expenſis.Pro huius materia adiri poterit *Fabian.de Monte in tract. de empt.& vendit.6.quæſt.princip.num.22.*vbi notabiliter diſtinguit in materia fructuum naturalium, induſtrialium, & ciuilium,& tacito eius nomine ad literam id refert *Gomez. var. reſolut. lib.2. cap.2. num. 11.* Et hæc viſa ſunt mihi de iure pro reſolutione huius ancipitis quæſtionis, quibus poſitis ceſſat hæſitatio circà quæſtionem propoſitam, & reſolutam per *Tiraquell. de retract.conuent. §.5.gloſ.4. numer. 12. cum ſeqq.* quærentis,ſi tempore pendentium fructuum quis emerit cum pacto de retrouen-



Digitized by Google

uendendo,& poſt factam venditionem ipſe emptor illos perceperit,deindè ad ſex menſes,vel vltrà,aùt minùs venditor vigore pacti reemerit pendentibus nouis fructibus , cuius .ſ. ſint iſti noui pendentes fructus,& concludit,primos integraliter beneficio emptoris cedere, ſecundos verò pro rata temporis diuidendos inter emptorem , & venditorem:quoniàm cùm venditor faciat illos ſuos integraliter tempore retractus, vt ſuprà traditum eſt,non eſt quærere de tempore ad finem illos diuidendi pro rata,& facit bona ratio,quoniàm ſicuti emptor ſuos integros fecit,quos pendentes reperit tempore emptionis, ea ratione,quia illos percepit tempore , quo ipſe erat Dominus,& ratione dominij facit illos ſuos,ſic è contrà pariter faciet ſuos integros venditor retrahẽs, eò quòd percipit illos tẽpore,quo erat irreuocabiliter Dominus.

Aduertas in materia, quòd ius emptoris cum pacto de retrouendendo non extenditur,niſi quoàd perceptionem fructuum tantùm,non verò quoàd proprietatem,aùt ipſam tangentia. Vndè quia arbores ſunt pars integralis proprietatis, & ad proprietatem pertinent,vt diximus ſuprà,ſequitur,nullum
44 ius habere in ipſis emptorem cum pacto,in tantùm,vt ſi vi ventorum fuerint euulſæ,adhùc venditoris ſunt,non verò emptoris, patet reſolutio ex traditis,& deciſis per *Ludou.deciſ. Peruſ.5.per totam* , vbi aſſerit, in contingentia facti cenſuiſſe fore ex arboribus euulſis conficienda ligna, aùt tabulas,ipſaq; poſtmodùm venundari,& pretium venditori conſignari cum cautione de reſtituẽdo emptori in caſu , quò non retraxerit,quæ deciſio nihil aliud indicat,niſi quòd non fiant illa emptoris,ſed benè beneficio venditoris cedant tempore retractus.

45 Quoàd augmentum alluuionis,an cedat illud beneficio emptoris,an verò venditoris tempore retractus, Senatus Pedemontanus primo loco cenſuit pro emptore,vt .ſ. proprietas augmenti cedat beneficio venditoris reementis,ità vt facto appretio augmenti,pretium appretiatum ſit reſtituendum emptori . Verùm petita reuiſione,ſubdit, fuiſſe contrarium iudicatum,& ſic,vt indiſtinctè cedat illud beneficio venditoris reementis,vt eſt videre apùd *Theſ. deciſ. 140. ſub num.* 5. Et licèt ipſe *Theſaurus* inuehat *ibi* contrà Senatores votantes in reuiſione fauore venditoris, attamen apparet,eos fuiſſe malè cenſuratos ab ipſo,cùm re vera pro venditore ſit concludendum, attentis rationibus allatis per *Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli quæſt. 14. num. 92. ac per Amæd. de Ponte in quæſt. laudem. 8. num. 12. cum ſeqq.* ad quas non reſpondit adęquatè ipſe *Theſaur. ibi.* Et ratio eſt patens; quia ſi tempore retractus venditor reperiſſet fundum non auctum,ſed benè diminutum per alluuionem,vtiquè non repeteret ab emptore diminutionis pretium,ſed teneretur recipere illum, in quibus reperitur tempore retractus,abſque deductione partis pretii ex diminutione,ità pariter è contrà in caſu,quo fuerit per alluuionem auctum , vt æqualitas attendatur, quæ in omnibus ſeruanda eſt.

46 An pactum iſtud conuincat contractum vſurarium,ſi acceſſerit modicitas pretii,affirmat *Afflict. deciſ. 65. & 339.* & *d. deciſ. 65.* refert,ſic alias cenſuiſſe Sacrum Conſilium, & quòd non fuiſſet opus probare,quòd eſſet ſolitus fęnerari, vndè concludendum ſit etiàm conſequenter fructus perceptos computandos in ſortem capitalis pretii, in tantùm,vt minus reddatur in retractu. Contrà verò dixerunt alii,non ſufficere .ſ. hæc duo,ſed neceſſariò requiri etiam quòd ſit ſolitus fenerari. Quæſtionem iſtã latiſſimè pleniùs quolibet alio examinat *Anton. Sola ad decret. Sabaud.* incip. *ex frequentibus parte* 1. *gloſ. vnica ſol.* mihi 190. ex cuius dictis, ac *Doctoribus*, quos longa ſerie cumulat vti in maiori numero apparet, negatiuam ſentẽtiam,quòd .ſ. requiratur etiam conſuetudo fęnerandi eſſe frequentiori *Doctorum* calculo receptam , ac magis communem,& ità tenendum erit in diffinitione iſtius articuli, vt .ſ. neceſſariò hæc tria copulatiuè requirantur.



Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Colonus qualiter diuidat fructus cum Domino.
2 Colonus propriè dicitur ille, qui ad partem fundum tolit.
3 Colonus partiarius quaſi iure ſocietatis lucrum, & damnum cum Domino partitur.
4 Colonus partiarius non dicitur Dominus partis ſuæ, niſi facta collectione, partitione, & perceptione.
5 Colonus nummis colens poteſt immaturos colligere fructus, nō ſic colonus partiarius. Quomodò autem id intelligatur, ibidem.
6 Colonus conductor non poteſt aliquid in fundo conducto facere, per quod finita conductione poſſit nocere ſucceſſori.
7 Colonus diſcedēs à laboritio debet dimittere fundum in eo ſtatu, in quo habuit tempore conductionis.
8 Conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuare in præiudicium Domini, aùt noui conductoris.
9 Colonus conductor non poteſt vltimo cōductionis anno ſeminare totum fundū, ità vt non poſſit ſucceſſor ſeminare anno ſequenti.
10 Colonus reſtipulans terram in præiudicium Domini, aùt noui conductoris tenetur ad intereſſe.
11 Fructuarius non poteſt immaturos colligere fructus in præiudicium proprietarij.
12 Gabellæ conductor non poteſt concedere, vt Ciues vadant ad moliendum pro minori quantitate in præiudicium ſucceſſoris.
13 Conductor vltimo conductionis anno debet benè putare vineam, & non dimittere plura capita, ad hoc vt maiores percipiat fructus.
14 Officialis non poteſt in fine officij caſſare inquiſitiones in præiudicium ſucceſſoris.
15 Gabellæ locator, aùt conductor non poteſt emittere banna minuentia, aùt alterantia gabellam in præiudicium conductoris, aut locatoris reſpectiuè.
16 Prælati hæres videns Prælatum moriturum non poteſt colligere fructus immaturos, vt ſucceſſorem defraudet.
17 Olea immatura lecta an habeat plus fructus, quàm ſi matura legeretur.
18 Fructus diuiduntur pro rata inter colonum partiarium, & Dominum.
19 Expenſæ non ſunt deducendæ in diuiſione fructuum facienda inter Dominum, & colonum partiarium, quemadmodùm nec etiam ſemina.
20 Colonus partiarius tenetur de ſuo facere expenſas pro ſe, & familia.
Tenetur etiam ſuis ſumptibus alere, & gubernare boues, num. 21.
22 Colonus ſiuè partiarius, ſiuè Fictuarius an teneatur conſignare fructus Domino in borreo ipſius Domini, an verè in area.
23 Expenſæ, & impoſitiones ratione fructuum refici debent per Dominum, non verò per colonum.
24 Colonus pro ea parte fructuum, quæ Eccleſiæ præſtari debet, eſt immunis à quacunquè ſolutione, & impoſitione.
25 Colonus tenetur vendere potiùs Domino portionem ſuam fructuum, aùt meſſis, quàm extraneis, ſi cupit diſcedere à laboritio.
26 Fructuum ratione poteſt Dominus inhibere colono, nè fructus colligat, aùt exportet eo inſcio, ac apponere etiam Cuſtodes, ad hoc nè defraudetur.
27 Dominus pro penſione ſibi debita poteſt propria authoritate pignorare fructus recollectos in fundo locato.
28 Oliuæ qualiter diuidātur inter colonum, & Dominum, aùt ſucceſſorem colonum.
29 Agricultura præfertur quibuſcumquè quæſtuum generibus, & quarè.
30 Agricultura fuit à Deo creata.
31 Agricultura à quo inuenta.
32 Agricultura innocentiſſima omnium artium.
33 Agriculturæ laudes recenſentur.
34 Homines antè agriculturam viuebant ſeminibus, quæ ſua spontè terra gignebat.
35 Agricola pluribus indiget, & quibus.
36 Agricultura conſideratur vti ſpecies, & vti genus.
37 Agricultor differt ab Operatore terræ & quis dicatur vterque.

38 Bo-

Digitized by Google

38 *Boues, nec alia quacumque inſtrumenta deputata ad agriculturam exequi, nec pignorari poſſunt pro quocumque debito.*

*In Regno fuerunt ad hoc diuerſis temporibus edita multa peculiares ſanctiones, nu.43.*

*Ita vt nec etiam in ſubſidium exequi poſſint, nu.39.*

*Dato adhuc ſi ſua ſponte debitor ea offerat, nu.41.*

40 *Boues aratorij, aut alia inſtrumenta deputata ad agriculturam, ſi contingerit exequi, aut extrahi poſſunt à Domino propria manu extrahi ab Executore, & recuperari.*

42 *Agricola non poteſt capi de perſona pro debito, quemadmodum nec Boues, aut inſtrumenta alia ad vſum agriculturæ.*

*Sed ſecuri eſſe debent in quacumque parte terrarum, nu.45.*

44 *Agricolæ, & Ruſtici non poſſunt cogi ad aliqua obſequia.*

46 *Agricolæ tempore meſſium, & vindemiarum excuſantur ab omnibus oneribus extraordinarijs.*

*Item nec poſſunt occupari pro bello, num.47.*

48 *Agricolæ ab omnibus iniurijs, & oppreſſionibus ſunt defendendi.*

49 *Agricolæ non poſſunt vexari, aut inquietari pro debitis Fiſcalibus, quibus tenentur eorum Domini.*

50 *Agricolæ incolentes Vrbes poſſunt cogi rura petere pro ſecandis bladis tempore meſſium.*

51 *Agricolarum creditores pro frumento ipſis mutuato non poſſunt accipere pro pignore eorum terrulas, boues, aut pecora ſub pœna priuationis crediti.*

*Item nec pro præfato frumento, aut ordeo ipſis mutuato accipere vltra octauam partem modij ratione vſurarum, n.52.*

53 Auth.ad hæc C.de vſur.*intellectus.*

54 *Frumenti, ac aliorum victualium pretium taxari poteſt per Principes, ſicuti fuit quandoque taxatum in Regno.*

55 *Agricolæ portantes pullos, oua, frumenta, ac alia ad Ciuitatem, ſi non reperiunt illico emptorem, poſſunt cogi ſubitò reuerti ad opera ruſtica, dimiſſis rebus pœnès aliquem vrbanum Ciuem, vt eas vendat.*

56 *Vaſalli miſſi à Domino ſi non ſtatim expediuntur, pro mora, quam culpa Domini faciunt habere debent ſalarium, prout inter ciues, non uerò iuxtà taxam* Regiæ Pragm.

57 *Agricolæ quando cōueniuntur coràm Iudicibus Ciuitatum eſt ſummariè illis ius dicendum.*

58 *Accuſati vltrà numerum denarium criminaliter poſſunt comparere per procuratorem.*

*Et interdicitur citatio ad nouē, quando ſunt inquiſiti vltrà numerum illum, nu.59.*

60 *Agrorum depopulatores non gaudent immunitate Eccleſiæ.*

*Contrà ipſos poteſt quiſpiam ſine Iudice ſe vendicare impunè, nu.61.*

62 *Agricolæ tempore meſſium, & vindemiarum circà illas occupati non poſſunt inuiti trahi ad iudicium.*

63 *Agriculturæ fauore non poteſt quis vendere prædium, & retinere Agricolas.*

64 *Agricultores deſerentes culturam, & ad militiam accedentes, ſunt reuocandi ad culturam.*

65 *Feſtis diebus etiam in honorem Dei poteſt Agricola opera ruralia ſeruilia exercere, ſi neceſſitas immineat.*

66 *Feſtis diebus poteſt quiſpiam dare operam rebus ad victum neceſſariis, aut tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum, & oliuæ, ac etiam ubi neceſſitas vrget, pietaſque ſuadet.*

67 *Feſtos dies contrà non obſeruantes quæ pœna ſit indicta.*

68 *Feſtis diebus quæ liceant.*

69 *Conductor malè verſans in re conducta, aut illa vtēs in alium vſum, quàm fuit conducta, cadit à locatione.*

*Item ſi non obſeruat pacta inita inter ipſum & locatorem, nàm cadet ab illa, adhuc durante tēpore locationis, nu.70.*

## CAP. VII.

1 SI non Principem inter caſus diuiſionis fructuum inter plures, non tamen poſtremum obtinet ſibi locum diuiſio ipſorum inter colonum, & Dominum facienda, colonum intelligas, non indefinitè, iuxtà ipſius ethymologiam pro

pro quocumque terrę cultore, qui conducit agrum, ac operam culturæ pręber, vt inquit *Bald. in l. certi iuris num. 5. C. locat.* itèm non eum, qui ad nummos colit, aùt ad fictum, qui propterea fictuarius appellatur, ſiuè ficta in pecunia conſiſtant, ſiuè in victualibus, vt putà in grano, vino, oleo, & ſimilibus, quem priùs conductorem *DD.* appellāt, ad *tex. in l. 2. ff. locat.* agunt de eo *gloſ. in l. ſi merces §. vis maior ff. eod. tit. in l. ſi olei, ac in l. excepto C. eod. tit.* rurſus in *§. item ſeruiana Inſtit. de action.* alia *gloſ. iuris canonici in cap. propter ſterilitatē extrà eod. tit.* ſed benè colonum partiarium, qui ad par-
2 tem fructuum colit, ſiuè pars illa ſit dimidia fructuum, ſiuè tertia, ſiuè quarta, ſiuè aliàs: Nàm tametſi is quandoque etiam conductor appelletur, impropriè tamen conductor dicitur, quinimò magis ſocius, vt dixit *gloſ. in §. 1. Inſtit. de locat. & conduct.* ijs addas etiam eum, qui ad terraticum colit, quem magis colonum partiarium, quàm ſimplicem conductorem notat *Napodan. in Conſuetud. Neapol.* incip. *Pro penſione domus ſub tit. in quibus caſib. lic. propr. author. pignor. in gloſ. terra*: eò quòd contra colentem ad terraticum, dicit, dari, non actionem locati, & conducti, ſed benè actionem pro ſocio, ac præſcriptis verbis, ad not. per *gloſ. in l. ædem in verbo penſio C. locati*, notant *Iacob. Butrig. & Bart. in locis inibi* per ipſum *Napodanum* commemoratis, vbi differentias etiam alias inter colonum fictabilem, & ſic cōductorem, ac colonum partiarium cumulat.

Ea præcæteris preter ipſum prima intercedit inter eos notabilis differentia, quæ colligitur ex *l. ſi merces 28. §. vis maior ff. locati*, quòd ſcilicet ratione damni intolerabilis ſit remiſſio mercedis conductori, quę aliàs non fieret propter modicum, quemadmodùm nec è contra augeretur penſio raione modici
3 augmenti. At cum colono partiario, quia quaſi iure ſocietatis damnum, & lucrum cum Domino partitur, nulla fiet remiſſio.

Indubitata eſt etiam ſecunda in hoc inter ipſos differentia, adeò ſcilicet fructus eſſe partiendos inter Dominum, &
4 colonum partiarium, vt ipſe colonus nō dicatur Dominus partis ſuæ, niſi facta collectione, partitione, ac perceptione, & proindè data ipſorum ſublatione, nòn competere ipſi colono aduersùs furem condictionem furtiuam, ſed Domino: *Benè* verum poterit ipſe colonus agere contrà Dominum, vt condicat, vt in *l. cùm in plures annos 63. §. meſſem ff. eod. tit. locat.* ſecùs verò in conductore nummis colente, qui agere poterit cōdictione furtiua nomine proprio, eò quòd fructus, ſtatim cùm decerpti fuerint, eius ſunt. Et ità tradit *gloſ. in d. §. meſſem* per *tex. in l. ſi apes in fine ff. de furt.*

5 Alia & tertia poteſt ſubnecti inter ipſos non modica differentia, quia conductor, ſiuè colonus nummis colens, cùm nullam tradere habeat Domino locanti fructuum portionem, poteſt immaturos fructus colligere *l. in fructu 42.* quæ eſt *penult. ff. de vſufr. legat.* Colonus verò partiarius nequaquàm, vt tradit *gloſ. in d. l. penult.* per *tex. in l. ſi merces 28. §. conductor ff. locati.*

Verùm, quod diximus, colonū nummis colentem poſſe immaturos colligere fructus, non intelligas indefinitè, ſed ſano modo, quando ſcilicet ceſſaret dolus ipſius conductoris in collectione; accedente enim dolo non valebit, ad *tex. in l. & hæc diſtinctio. §. fundum ff. eod. tit. locati.* Contingere poterit dolus, ſi cùm ipſe conductor fictabilis videret ſe exiturum, ac finiturum annum conductionis, data opera illos immaturos colligeret in præiudicium aùt Domini, aùt noui conductoris.

Exemplum de hoc primo loco quoad fructus naturales patere poterit, ſi daretur caſus, quòd quis de menſe Auguſti, aùt Septembris, in Kalendis, ſiuè initio ipſorum conduxiſſet, quemadmodùm, vt plurimùm viget in pluribus locis talis conſuetudo iis temporibus locandi, ità vt conductio in Kalendis præfatorum menſium inciperet, quemadmodùm in agro Peruſino fieri frequentiùs refert *Petrus de Vbaldo in tract. de duob. fratr. par. 11. princip. ſub q. 9.* & in eo fundo vltrà fructus induſtriales ſegetum, aliorumquè id genus, colligerentur pariter vin-

Digitized by Google

vindemiæ, & oliuæ, quæ naturaliter non colliguntur, niſi in fine menſis Septembris, & vlteriùs quoàd vindemias, & in fine menſis Decembris, ac vlteriùs ſimiliter quoàd oliuas: nàm non poteſt conductor fictuarius in præiudicium ſiuè Domini, ſiuè noui conductoris colligere vuas immaturas, aùt oliuas ſimiliter immaturas. Et quàmuis colonus conductor excuſari poſſit ex diſpoſitione *d. l. penult. ff. de vſufr. leg.* qua indulgetur fictuariis colonis, vt poſſint eo tempore fructus colligere, quo magis colligere expedit, vt in ea, ibi, *Nequè maturitas naturalis hic ſpectanda eſt, ſed id tempus, quo magis colono eum fructum colligere expedit*: attamen non valebit, quando propter collectionem intempeſtiuam aùt deterior fieret fundus, aùt fructus ſequentis anni corrumperentur, & ità de vtriſque eſt *tex.* quòad primum ſcilicet in *d. l. ſi merces* §. *conductor ff. locati*, ibi, *nè intempeſtiua cultura deteriorem fundum faciat*, & quòad ſecundum in *d. l. & hac diſtinctio* §. 1. *ff. eod. tit. loc.* ibi, *conſultò fructus ſequentis anni corrupiſti*.

6 Iure igitur ex præfatis, & præcipuè ex *d. l. & hac diſtinctio* §. *cùm fundum* maximam indubitatam excipiunt *DD.* videlicèt Primò, non poſſe colonum conductorem aliquid facere in fundo conducto, per quod finita conductione poſſit nocere ſuo ſucceſſori, & conſequenter ſi tale fiat, dari actionem Domino, aùt colono ſucceſſori contrà dictum conductorem prædeceſſorem talia facientem.

7 Excipiunt ſecundò, colonum diſcedentem à laboritio debere dimittere fundum in eo ſtatu, in quo habuit tempore conductionis, in tantùm quòd ſi receperit illum ſeminatum, ſeminatum paritèr dimittere debeat, ſi verò habuerit non ſeminatum, ſimiliter non ſeminatum reſtituat *l. ſi merces* §. *conductor, d. l. & hac diſtinctio* §. *fin. ff. loc. Fedric. de Senis in cõſ.* 110. 2. *dubio, Petrus de Vbald. in tract. de duob. fratr.* 11. *parte num.* 44. 55. *&* 56. *Tiraqu. de retract. conuent.* §. 5. *gloſ.* 5. *nu.* 7. *in fine, Ioſeph. Ludou. deciſ.* 62. *nu.* 5. *Ruin. ac Menoch. in locis relatis per Caroc. de locat. & cond. par.* 4. *gradu* 4. *q.* 8. *tit. de recuſat. num.* 16. *fol.* mihi 199. adde *Carpan. ad Stat. Mediol. c.* 491. *nu.* 2. *p.* 2. Vndè ſi tempore conductionis habuit paleas, aùt fœnum, ex quibus aluerit boues, debet in fine illa reſtituere, & Domino relinquere in recompenſam primorum receptorum *Caroc. de locat. d. par.* 4. *de meliorament. q.* 4. *tit. de paleis, oliuis, glandibus num.* 4. *fol.* 225. & ità intelligendum erit Statutũ Mediolani indefinitè loquens de dicta palea, & aliis relinquendis finita conductione *c.* 391. *d. par.* 2. vt notat etiam *ibi Carpan. nu.* 2.

8 Exempla circà præfata plura afferri poterunt, quorum primum illud eſt, quia conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuare in præiudiciũ Domini, aùt noui conductoris, prout eſt caſus in *d.* §. *cùm fundum*, vbi *Bar. num.* 3. id notat, voluit *gloſ. in l. penult. ff. de vſufr. leg.* Quod tamen intelligas cum diſtinctione, de qua per *Caroc. in d. tract. de locat. & cond. par.* 4. *gradu* 4. *q.* 8. *tit. de renunt. fol.* mihi 199. *ſub num.* 4. *&* 6. vbi diſtinguit, vtrùm colonus colat nummis, an verò ad partes, & *nos* ſuprà diximus, ac declarauimus, qualiter ſit illud intelligendum.

9 Secundum affertur exemplum de colono, qui cùm vna pars fundi deberet ſeminari frumẽto, altera verò pars quieſcere, ſeminauit totum fundum: ità vt non poſſit ſeminari anno ſequenti *Paul. de Caſtro d.* §. *cùm fundum*, pro quo allegat *gloſ. d. l. penult. ff. de vſufr. legat.* probant hoc *Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. Peruſ.* 62. *nu.* 2. *ac D. de Franch. deciſ.* 96. *nu.* 1.

10 Tertium eſt exemplum de colono reſtipulante terram in præiudicium Domini, & futuri conductoris: quo caſu teneri ad intereſſe docent *Ludou. d. deciſ. Peruſ.* 62. *per totã, Marta deciſ. Piſana* 149. *tota, Surd. deciſ.* 131. vbi *n.* 6. ſic deciſum refert. Quod limitandum erit, quando de hoc adeſſet conſuetudo *Ludou. d. deciſ.* 62. *nu.* 8. *ac Surd. d. deciſ.* 131. *num.* 3. Qualiter autem ſit probanda iſthæc cõſuetudo, declarat idem *Surd. loco cit.* ferè per *totam deciſ.*

11 Quartum eſt exemplum de fructuario, qui immaturos colligit fructus in præiu-

Digitized by Google

præiudicium proprietarii, contrà quem concedi paritèr actionem ad intereſſe docet *Bald. in l. cùm pater col. 1. verſ. ſed hic ponamus C. de vſufr. D. de Franch. d. deciſ. 96. nu. 2.*

12 Quintum additur exemplum de conductore gabellæ, qui concedit, vt Ciues vadant ad moliendum pro minori quantitate in præiudicium ſucceſſoris, contrà quem dari ſimiliter actionem deciſum refert idem *D. de Franch. d. deciſ. 96.* ex doctrina *Salyc.* quem ſequuntur omnes, in propriis terminis loquentem in *d. §. cùm fundum.*

13 Sextum erit exemplum de conductore, qui vltimo anno conductionis non benè putat vineam, vt quia ſcilicet dimittit multa capita in vitibus, vt fructum reddat vberiorem *Bar. & Paul. de Caſtr. in d. §. cùm fundum, D. de Franch. loco cit. nu. 1. Carocc. de locat. & cond. d. par. 4. gradu 4. q. 8. tit. de recuſat. num. 8.*

14 Septimum erit exemplum de Officiali, qui in fine officii caſſat inquiſitiones in præiudicium ſucceſſoris, quem non ritè procedere concludunt *Paris de Puteo in tract. de Syndic. verbo pœna §. iuxtà prædicta, Niger in cap. Regni* incip. *Item ſi quæ Vniuerſitates, Petra in addit. ad Capyc. deciſ. 151. annot. 4.*

15 Octauum eſt exemplum in caſu, de quo per *Annam ſen. in ſingul. 577.* vbi refert deciſum, locantes gabellas, aùt ipſas conducentes non poſſe emittere banna minuentia, vel alterantia in præiudicium primi conductoris, adducit *Alberic. in rubr. C. de vectigal. & commiſ. ac Corne. in conſ. 181. vol. 3.*

16 Nonum eſt exemplum de hærede Prælati, qui videns Prælatum moriturũ, immaturos colligit fructus, vt ſucceſſorem defraudet *Alber. d. l. penult. ff. de vſufruct. leg. D. de Franch. d. deciſ. 96. num. 1. Caroc. loco cit. nu. 6.* Quod eſt notandum, quia aliàs in ſimili habui in facto proprio: Nàm cùm deceſſiſſet Prædeceſſor meus in beneficio, fuiſſemque ego poſtmodùm præuio cõcurſu immediatè admiſſus, hæredes præfati mei Prædeceſſoris, ex quo emerant fructus pẽdentes à Reuerenda Camera Apoſtolicà, intendebant in mei præiudicium, qui habebam ratam in fructibus à die adeptæ poſſeſsionis vſquè ad diem recollectionis, præuenire tempus, & recolligere oliuas adhùc immaturas, in quibus præcipuè conſiſtebant pendentes fructus, & ſic antè tempus, quo colligi debebant, ac conſueuerat, ad hoc vt maiorem ratam ipſi haberent, mihiquè minor, quàm de iure competeret. Et quàmuis præfati hæredes admodùm præualerent in Curia Domini Nuncii Apoſtolici, ac Generalis Collectoris in Regno, nõ euenit illis ſecundùm eorum vota, ſed fuit expectatum tempus congruum, in quo communiter ſolet fieri recollectio oliuarum.

Cæterùm, remouendum eſt hoc loco vnum, ſuper quo oritur dubitatio ex diſpoſitione *tex. in l. in fructu 42.* quæ eſt penult. *ff. de vſufr. leg.* aliàs deſuper plu-

17 riès allegata, in qua *Iabolenus* ait, *oleam immaturam plùs habere reditus, quàm ſi matura legatur.* Ergò colligendo immaturam habebant præfati hæredes ius pro ipſis. Sed reſpondendum erit, verba illa, *plus habent reditus*, exponenda fore, quemadmodùm exponit *gloſ. ibi*, hoc eſt, plus habent humoris: nàm oliua immatura vltrà oleum habet maiorem amurcæ quantitatem, quæ amurca ſimiliter fructus eſt, ac in fructu eſſe dicetur, ceù ad multa conferens, vt author eſt *Dioſcorides lib. 1. cap. 120.* qui de ea *ibi*, ità ſcribit. *Amurca expreſsæ oliuæ recrementum eſt. Decocta in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis adſtringit, cæteros præbens lycij effectus. Inſuper dentium dolori, & vulneribus cum aceto, vino, aùt mulſo commodè illinitur, additur in medicamenta ocularia, & meatus inducta ſuo obſtruentia. Vetuſtate meliorem fieri conſtat. Vtiliter infunditur ſedis, genitalium, ac vuluæ exulcerationi. Si verò cum omphacino recoquatur ad mellis craſſitudinem, carioſos dentes extrahit: iumentorum ſcabiem cum decocto lupini, & chamæleõte illitu ſanat. Cruda, & recenti amurca podagras, articulariòſque dolores fouere, vtiliſſimum: percuncta in villoſa pelle, & hydropicis impoſita, tumoris molem repſimit.* Hæc ille. Vndè dùm inquit *Iabolenus loco cit. plus habere reditus*, intelligendum eſt, non de redito in oleo conſiſtente,

ſed

ſed de conſiſtente in humore, quia ſcilicet plus habet humoris ratione amurcę, quæ maioris quantitatis in oliua immatura reperitur,quàm in matura, non verò quòd plus olei. Vndè eſt in adagio vbiq;præcipuè hìc in patria mea, in qua de hoc Accolę ipſius sũt experti teſtes, dicentes de oliua, *quanto più pende, più rende*,quemadmodùm etiã de oliuis Salentinis ſcribens *Rědella in tract.de olea, & oleo*,qui eſt *lib.17.inter tract.de paſcuis Reg.cap.1*.ait,quòd oleæ Salentinæ,quò plus matureſcũt,plus habent olei.Quod itaquè,inquit *Iabolenus* (vt eò reuertamur) non fuit ſuæ intentionis principaliter,vt ſcilicet maioris reditus ſit olea immatura,quàm matura,ſed id poſuit ad reſolutionẽ dubii propoſiti,an .ſ. ad hoc vt ſit in fructu oliua, aùt alius quiſuis fructus expectãda ſit maturitas naturalis,& inquit,quòd non,quod & aliàs etiã cauerat *Paulus lib.9.quæſt.ad Plautium*, relatus in *l.ſi abſẽte 55.in fine ff. de vſufr.* inquiens,oliuam immaturè lectã, ſicuti & fęnum immaturè cæſum in fructu eſſe. Iure igitur *Vlpianus in l. ſi ſeruus ſeruum 27.§.ſi oliuã ff.ad leg. Aquil.*inquit, quòd ſi quis oliuã immaturã decerpſerit,vel ſegetem immaturã deſecuerit,vel vuas crudas,tenebitur Aquilia, & quòd ſi maturas,ceſſat Aquilia, quod non fieret,ſi pretioſiores eſſent immaturę, quã maturę.Quibus verò tẽporibus ſint colligendæ oliuę, docet *Plin. natur. Hiſtor. lib.15.c.1.* vbi ẽt multa in materia oliuarum per plura *ſequ.cap. vſq; ad c.9. Andr. Iſern. in c.1. §. his conſequenter tit. hic finit.lex.in vſib.feud.* in diuiſione fructuũ facienda inter Dominum,& hęredes vaſalli defuncto vaſallo,inquit,oliuam colligi ſub menſe Decembris, & eo menſe eſſe tempus illius collectionis. Verùm eſt attendenda in hoc conſuetudo loci, cùm in aliquibus colligatur eo menſe,in aliis etiam vltrà, vſquè & per totum menſem Februarii.

His modò poſitis,quę mixtim faciunt quòad vtrumq;colonũ, tàm .ſ. fictuariũ, quã partiariũ, ad ipsũ partiariũ deueniẽdo,de quo propriùs loq̃mur in hoc *cap.*
18 vtiq;partiarius ipſe,vt ſuprà indicauimus tẽpore collectionis fructuũ tenetur illos diuidere cũ Domino, relicta ſibi aùt dimidia, aùt tertia,aùt quarta, aùt deinceps, iuxtà præſcriptã inter ipsũ, & Do-
19 minũ conuentionẽ.In qua diuiſione nõ eſt habenda ratio aliqua, nec facienda deductio,ſiuè ſeminis,ſiuè expenſarum, cũ teneatur ratã dare Domino integraliter de omnibus fructibus,nulla præfatorũ facta deductione. Non ſeminis, quia tenetur colonus ponere illud de ſuo proprio *Bal.in l.2.q.7.num.25.C.pro ſoc. ibiq;etiam Bar.& Cyn. idem* Bal.*in l.1.C. de fruct.& lit.expenſ.Abb.in c.tua nobis il 2.de decim.Petr.de Vbal.in tract.de duob. fratr.p.11.ſub q.9.Natta in conſ.243.uol. 2.Caroc.de loc.& cond.d.p.4.quæſt.meliorament orum c.4.tit.de paleis,oliuis, glandibus nu.1.fol.224. à tergo*. Non expenſarum,vt diſertè patet ex *d.c.tua nobis il 2.de decim.*in quo vtrumq;probatur,tàm ſcilicet vt nõ ſit facienda deductio ſeminis,quàm vt non expenſarum, & quòad expenſas probant *Abb. in eod. c. tua nobis, Corne.conſ.289.col.3.verſ.& hinc eſt, quòd colonus vol.1. Affl.deciſ.252.ſub nu. 7.Tiraqu. de retract. lignag. §.15.gloſ.1. nu.10.verſ.fallit quintò,Pract.Papienſ.in forma libelli in act.reali verſ.& cum fructibus num.6.* vbi pro ratione adducit, quia colonus videtur operas ſuas,ac impenſas ponere pro ea medietate, quam lucratur,adducit in argum.*tex.in l.cum duobus §.ſi in coeunda ff.pro ſoc.* vbi *DD.* notant,adde *Menoch.de arbitr. Iud. caſu 215.num.2.Caroc.d.tract.p.4.tit. de ſocio perſonam exercente q.2. num.34.& Carpan.ad Stat.Mediol.c.383. num.4.par.2.*
20 Tenetur etiam partiarius colonus de ſuo facere expẽſas pro ſe,& familia ſua, ad not. per *Bart. in l. quod niſi ſuo victu per illum tex.ac in l.liberti,libertæque ff.de oper.libert.*
21 Tenetur inſuper de ſuo, ac ſuis ſumptibus alere,& gubernare boues,ad *text. in l.2.§.ſi conſeruatis ff.ad leg.* R*hod. de iactu* per quem *text.* notant quoquè *DD.*teneri,ſuis ſumptibus,ſi *Zappa*, vel aratrum frangeretur,quarè conſequitur Dominus fructuum ratam,nulla expenſa deducta.
22 Vtrùm autem colonus ſiuè partiarius,ſiuè fictuarius teneatur aùt ratam,



Digitized by Google

aùt fictum reſpectiuè conſignare Domino in fundo,in quo fructus percipiũtur, an verò teneatur ſuis ſumptibus exportare in horrea propria Domini, diſtinguunt *DD.*an Dominus ſit proprii, ſiuè eiuſdem fori,an verò alieni,& ſic ſi exterus. Et primo caſu,quãdo Dominus degit in eodem loco, in quo adeſt fundus datus ad coloniam,tenetur colonus ſuis propriis ſumptibus aſportare ad domum Domini penſionem,& fructus,ità *Bal.in l.acceptam nu.*22.*C.de vſur.& in l.fin. C. de condit. inſert.* adde *Petrum de Vbald. Firmian.Cottam, Ioan.de Arnono, Iaſ. Capellam Tholoſ.Roland.& Rotã Genuẽſ.* relatos per *Caroc.de loc.& cond.d. par.*4. *tit.de paleis,oliuis,glãdibus n.*14.*fol.*225. Quando verò ſunt diuerſi fori, vt quia Dominus eſſet exterus, nec degẽs in eo loco,in quo fructus colliguntur, & tùnc tenetur ipſe Dominus locator accedere ad domũ coloni, aùt fictuarij conductoris pro parte ſua *Abb.in c.ſignificante nu.* 9.*extrà de pign. ibique Barbatia n.*8.*Angel. Alex. Iaſ. Aret. & Duenna* relati per *Caroc.loco cit.nu.*13.

23 Quò modò ad expenſas alias debitas ratione fructuũ, quales ſunt impoſitiones,collectę,gabellę,vectigalia,aliaque, quæ imponuntur pro fructibus,non colonus tenebitur,ſed ipſe Dominus,& ſic quilibet pro parte ſua, quemadmodùm quòad debita ratione rei tenetur ipſe Dominus ſolus,vt poſt *Bal. & Socin.* per *ipſum* relatos tradit *D. de Franch. deciſ.* 107.*nu.*3.& 4.concordantes alios cumulat *Caroc.d.tract. tit. de collectis nu.*5. quo loci concluſionẽ iſtã aliquibus ampliationibus,& limitationibus exornat.

24 Fit tamen immunis colonus pro ea parte fructuum, quæ Eccleſiæ præſtari debet,eò quòd non fructus ipſius coloni dicuntur,ſed Eccleſiæ, ità poſt *Federic. de Senis in conſ.*111.*num.*10. ac poſt alios per *ipſum* relatos voluit *Marcabrun.in conſ.*18.*n.*35.poſt ipſos *Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 562.*num.*35. An autem ſit etiam immunis pro portione fructuum ſibi contingente ex cõductione, & colonia bonorum Eccleſiæ,excutit articulum *Menoch.loco cit. à num.*36. *vſquè ad finem caſus præfati.*

25 Notes modò in materia, quòd colonus tenetur vendere potiùs Domino portionẽ ſuã fructuũ,aùt meſſis, ſi cupit diſcedere à laboritio,quã extraneis, iuſto tamen pretio,non verò ipſius coloni arbitrio *Bar.in l.*1.*C.de metall.lib.*11.*n.*3. poſt ipsũ *Roman.in l.*1.*ff.ſol.matr.Petrus de Rauẽna ſingul.*104.*Hyppol. de Marſil. ſing.*100.*in fine*,alios recenſet *Caroc. d. tract.p.*3.*de libert. ad l.inuitus C. locati q.* 2.*per totã*, quibus adde alios relatos per *Carpan.ad Stat.Mediol.c.*383.*nu.*8.*p.*2.

Quas autem arbores incidere poſſit colonus ſiuè partiarius, ſiuè fictuarius in fundo pendente tempore conductionis,vide *Caroc.d.tract.de loc.& cond.p.*4. *gradu* 4.*q.*7.*de recuſat.per totam.*

26 Notes inſuper poſſe Dominũ,qui dedit fundũ ad coloniã partiariam, ratione ratæ fructuũ ſibi obtingẽtis in fundo locato, inhibere colono,nè fructus colligat,nec aſportet eo inſcio,niſi facta priùs partitione, ac etiã apponere Cuſtodes, prout in ſimili diximus ſuprà in hoc *eod. tract.p.*1.*c.*2.*nu.*17.18.& 19.*ac c.*7.*n.*26. ad inſtar Decimarii Eccleſiaſtici, & Tẽporalis,qui ius decimandi in re habet,vt *ibi*,quo loci cotas adduximus, ac deciſ. Sacri Cõſilii apùd *D.de Frãch. dec.*117. & in Dominio Ducatus *Mediol.* adeſt de hoc ſtatutũ peculiare *c.*382.*p.*2. quo inhibetur fructuum ſecatio,collectio, ac extractio, non facta priùs notitia Domino, vel locatori,aut eorum negotiorum geſtori.

27 Iuxtà quæ indultum eſt etiã ipſis Dominis, vt pro penſionibus ſibi debitis poſſint propria authoritate,nullo Curiæ implorato brachio pignorare pro penſionibus debitis, prout de hoc adeſt Neap. *Conſuetudo* in ſcriptis redacta incip.*Pro penſione ſub tit. in quib. caſib. lic. propr.auth.pign.*adeſt conſimile ſtatutum Mediolani,quinimò magis amplũ, ac indulgens pignorationẽ propria authoritate fauore Domini ergà colonũ in multis caſibus,vt in *volum.ſtatut.c.*232.*p.*1.

28 Et ità in præfatis nulla, aùt parua videtur difficultas conſiſtere,in eo tantùm videtur non modici momenti, quippè circa oliuas, earumque fructus, qui diuerſo tempore matureſcunt cum aliis fru-

fructibus, in cuius reſolutione videntur plures conſtituti caſus, quos examinat *Petrus de Vbaldo in tract. de duob. fratr. p. 11. princip. ſub q. 9.* ipſumque refert, & ſequitur *Caroc. d. tract. par. 4. de melioramentis c. 4. ſub tit. de paleis, oliuis, glandibus.* Conſtituūt nàmque ij quatuor tempora, ſiuè quatuor diuerſos caſus, quos hìc referre non fuit viſum incongruum, nec inutile, vti conducentes in materia diuiſionis fructuum inter colonum, & Dominum, aùt nouum colonum.

Primus caſus eſt, ſi fieret locatio in menſe Auguſti, aùt Septembris, ſtatim ſecatis, aùt recollectis frumentis, quo tempore oliua pendet, ac nata etiā fuit, & alita prædeceſſoris coloni cura, & eo caſu antiquus colonus percipiet illam, nouus verò colonus percipiet anno ſequēti, & ſic in vltimo anno ſui laboricii, ſi per plures annos permanſit in conductione, & dato caſu, quòd perciperet illas in primo anno, vt quia Dominus eo anno locare cœpiſſet, in tali caſu vltimo anno conductionis relinquet Domino, aùt nouo colono, ea ratione, de qua ſuprà, quia ſcilicet tenetur agrū relinquere in eo ſtatu, in quo illum reperit.

Secundus caſus eſt, ſi fieret locatio de menſe Nouembris, aùt Decembris, & deinceps vſquè ad menſem Martii, & ſic eo tempore antequàm fundus inciperet coli, & cultiuari poſt perceptum frumentum, & eo caſu, quia cultura durat ferè per biennium, & ſic per decem, & octo menſes, colonus habebit duos fructus oliuarum, tùm quia oliua bis in eo tempore fructus producit, tùm quia relinquere debet fundum eo modo, quo inuenit.

Tertius caſus eſt, quando locatio fuiſſet facta à menſe Martii vſque ad menſem Septembris, quo tempore fundus iàm incœperat coli, aùt à Domino, aùt à vetere conductore, verùm non erat ſeminatum frumentum, aùt bladum, poſtmodùm verò fit locatio, & nouus colonus in terra culta à Domino, vel colono conductore ſeminat ſegetes, & eo caſu oliuæ dicti anni diuidendæ erunt pro rata temporis inter vtrumque. Et hoc obſeruādum etiā erit, ſi fortè locatio fieret nouo colono de menſe Octobris, antequàm fundus fuerit ſatus, poſtquàm tamē fuerit ille cultus, ac mageſatus, quo caſu cùm oliua non pendeat, niſi vno, aùt duobus menſibus, vel pluris ſecundùm conſuetudinem Regionis, in collectione ipſius fiet diuiſio pro ratá temporis inter nouū conductorem, & antiquū, aut Dominum: ità vt nouus ferat duodecimam, ſi infrà menſem fuerit facta collectio, duas duodecimas, ſi infrà duos menſes, & ſic deinceps.

Quartus caſus eſt, ſi fuerit facta locatio de menſe Octobris, oliuis iàm pendentibus, ac ſeminato etiā grano, & eo caſu oliuę nō ſpectabunt ad nouū cōductorem, ſed ad veterē, qui nedùm laborem, verùm etiā induſtriā omnē poſuit, ità hos caſus referūt, & decidūt *Angelus in opuſculo de paleis, & oliuis*, ac *Petrus de Vbaldo in tract. de duob. fratr. d. p. 11. princip. ſub q. 9.* & poſt ipſos *Caroc. loc. cit.* cæterique frequentiùs, qui quidem *Caroc.* poſt præfatos, ac *Feder. de Senis*, *Bart. & Tiraqu.* per *ipſum* relatos *loco cit. num. 9.* ampliat, id procedere, nedùm in oliua, verùm etiā in glandibus, & arundinibus.

Limitat verò *ſub nu. 11.* quòad oliuas exiſtentes in fundis, & ſyluis incultis, quibus vtitur quis pro paſtura, aùt exiſtētes in extremis partibus vinearū, quo caſu colonus debet habere dimidiam partem oliuarum, ſicuti & cæterorū fructuum, ratione lucri, & damni, quod debet eſſe cōmune cū Domino, ad *tex. in d. l. cùm duobus §. in coeunda ff. pro ſoc. & l. ſi merces §. vis maior ff. loc.* cū concord.

Limitat ſecundò *ſub num. 10.* vt procedat, quādo oliuæ, ac glandes, ſimileſq; ſunt in fundo, qui colitur pro frumento, cuius cultura durat biennio, quia ſi anno tātùm duraret, ſicuti eſt vinea, in qua adſunt nonnullæ oliuarū arbores, eo caſu indubitatum eſt, quòd quemadmodùm vna eſt cultura vineę, & eſt annalis, eò quòd quolibet anno percipitur vindemia, & diuiditur, ſic pariter diuidi debent oliuæ, glandes, & arundines, ampliatque limitationem iſtam etiam quòad oliuas exiſtentes in fundis, in quibus cultura eſt annalis.

Et hæc quòad diuiſionem fructuum



Digitized by Google

inter colonum partiariũ, & Dominum. Sed quia in præſenti *cap.* obtigit ſermo de colonis, & agricolis, non pigebit, nec erit extrà aleam aliqua attingere, & explanare in materia Agriculturę, & Agricolarum, ac quibus ipſi potiantur priuilegiis, & immunitatibus, quæ maxima conſideratione digna mihi viſa ſunt.

29 Et in primis agriculturam extollit, præfertquè quibuſcumque quæſtuum generibus *Ariſtoteles* 1. *Oeconomic.* 2. pluribus rationibus. Primò, quia ſecundùm naturam. Secundò, quoniam iuſta. Tertio, quia non ab inuitis extorquet. Quartò, quia eiuſdem exercitatio prodeſt ad virtutem, hoc eſt ad fortitudinem. Rationem rationis aſſignat *ibi Ariſtot.* quia ea nō quemadmodùm viles artium corpora eneruat, ſed talia facit, vt & ſub Dio conſiſtere, & tolerare laborem, aduerſùſque hoſtes pericula capeſſere valeant, cùm corpora faciat robuſta per tolerantiam laborum, firmet animum contrà pericula per exercitationē tuendi res ſuas, quæ, vt plurimùm, ſunt extrà munitiones, & periculis ſubiaceant, & ſicuti omnis educatio eſt à matre, ſic hominibus omnis educatio eſt à terra, quæ producit omnia ad vſum hominis, eiuſdemque victum. Iure igitur præmittit *Ariſtoteles* cunctis aliis Mechanicis, ſiuè Opificibus artibus agriculturam in quæſtu. Concordat *Cicero lib.* 1. *offic.* vbi de agricultura talitèr ſcribit, *omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius*, notāt *gloſ. in rubr. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. vbi etiam *Luc. de Penna*, ac poſt eos *Affl. in Conſtit. Ab officialibus in fine, Parlador. rer. quotidian. cap. fin. quinta parte* §. 3. *nu.* 17. vbi ſubdit, rectiùs ſenſiiſſe *Ciceronē*, ſi addidiſſet, *nihil ad corporis valetudinem quicquam ſalutare magis, nihil ad animæ ſecuritatem magis proficuum*.

30 Nec immeritò, cùm agriculturā à Deo creatam teſtetur *Salom. Eccleſ.* 7. dicens, *Non oderis ruſticam operationē, & agriculturam, ab Altiſſimo creatam*, fuitque ea ordinata à Deo Adæ in Paradiſo, teſtibus *Diuo Auguſt. de Geneſ. ad literam lib.* 8. *cap.* 7. *in fine, ac Diuo Ioan.* Criſoſt. *ad Populum Antiochenum homil.* 19. *ad homines agros colentes tom.* 5. cōprobantque ex *tex. Geneſ. cap.* 2. vbi dicit Diuinà Scriptura, *Tulit Dominus Deus hominē, quem fecit, & poſuit eum in Paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illū*. Et de Noe legitur *Geneſ. c.* 9. *Cępit Noe vir agricola exercere terrā, & plantare uineam*: quàmuis tamen, vt ſcribit idem *Diuus Auguſt. de* Ciuit. *Dei lib.* 18. *c.* 15. Agriculturam finxiſſe aliquos adinuentam à Stercen,

31 qui vt & fimo animaliū agri fecundarentur docuit, quod ab eius nomine ſtercus dictum eſt. Licètque etiam *Guiliel. Bened. in cap. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelaſiam n.* 357. ſcribat, Poetas hoc Saturno tribuere in hæc verba, *Adeò quòd ingenioſi dicunt Poetæ, quòd Saturnus, qui vbi agriculturam docuit, & tamquàm optimus agricola vſum ſtercorandorum agrorum primus inuenit, ( ex quo ſtercutus dicitur, & Romani poſt ſtercoriani dicti fuerunt Saturniani ) origo Deorum totius proſperitatis Deus meritò appellatus eſt*. Hæc ille. Scribitquè aliàs *Diuus Auguſtinus* de quodam alio nomine Homogyrus, qui cùm primùm ad aratrum boues iunxiſſet, vt Deus templo, ac ſacrificiis honoratus eſt. Quis autem bouum aratro ſubigēdorum, itèmque & aratri author fuerit, contendunt Scriptores, de quibus apud *Surgent. de Neap. illuſtrat. lib.* 1. *c.* 24. *num.* 22. vbi refert ſecundùm alios, & ſic *Plin. natural. hiſtor. lib.* 7. *cap.* 56. quòd fuerit *Buziges* Athenienſis, ſecundùm alios Caym, ac ſecundùm alios diuerſos.

32 Omnium itèm artium innocentiſſimam agriculturam tradit idem *Diuus Auguſt. de hæreſibus ad Quoduultdeum lib. vn. fol.* mihi 15. *liter. L. in 6. tomo*, vbi inuehit aduersùs Manicheos, illā damnantes, & ſanctam ruſticitatem ipſam appellat *tex. in cap. ſancta* 2. *q.* 7. Vndè optimo iure *Cicero* exortando quoſcumquè ad exercitium agriculturæ in *lib. de ſeneſt.* inquit, *Veniam ad voluptatem agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proximè videntur accedere: habent enim rationem cum terra, quæ numquàm reca-*

*recuſat imperium,nec vmquàm ſine vſura reddit,quod accipit. Agroq; ornato,& benè culto,nihil poteſt eſſe vberiùs,& ſpecie ornati,quin etiam ſatis eſt accommoda ad fugiendum odia Ciuitatum.* Hæc *Cicero*,à quo ſibi mutuauerunt *Luc.de Penn.d.rubr.C.de agric.& cenſit.lib.*11.*ac Caſſan.in Cathalog.glor.mund.parte* 11. *conſiderat.*37.*in princ.*Nec eſt ab eo diſſimile illud *Terent. in Eunuch.*dicentis, *ex meo propinquo rure hoc capio commodi,quòd neque agri,neque Vrbis odium, me vmquàm percipit.*

33 Commēdabilis eſt valdè igitur agricultura, & proindè cunctis artibus præferēda.Primò,quia Chriſtus Dominus noſter patrem ſuum agricolam appellare voluit *Ioan.cap.*15.inquiens,*Ego ſum vitis,& pater meus agricola eſt*,eamquè apud Priſcos in tanto honore antiquitùs habitam,tantaque æſtimatione poſt *Beroaldum in loco* infrà paulò mox citādo,ſcribit *Caſſan.in Cathal.glor.mund.d. parte* 11.*cōſider.*37.vt Imperatores Romanos non puderet manibus triumphalibus colere agros, tractare ſemina,diſponere arbuſta, & eadem diligentia metiri arua,qua Caſtra,& eadem cura exercere ligones, & ſarcula, quo gladios,& pila. Secundò, quia antiquior qualibet arte,ſicuti poſt *Varronem* ſcribit præfatus *Beroaldus*,in quadam *oratione*,quam fecit in enarratione Georgici carminis,de quo apud *Caſſana.in Cathal.glor.mund.d.parte* 11.*conſid.*37. dicens,*vitæ hominum duæ ſunt,ruſtica, & vrbana,quæ quemadmodùm loco diſtinctæ ſunt,ità temporis interuallo ſeparatæ. Longè .n. antiquior ruſtica eſt,cùm rura diù antè Vrbes inuentas homines coluerint,& immēſo annorum numero agricolæ Vrbanis antecellunt,& meritò cùm Diuina natura dederit agros,ars humana ædificauerit Vrbes.* Tertiò propter neceſsitatem:cùm ſine ea neutiquàm viuere poſsimus , *egeſtatem operata eſt manus remiſſa*.ſ.ad laborem legitur *Prouerb.cap.*28. Quartò propter vtilitatem, cùm legatur *eod.Prouerb.*28.*qui operatur terrā ſuam,replebitur panibus.*Quintò,quia expediens, vtiliſq; Reipublicæ, vt in *l.*1.*C.de collat.fund.patrim.lib.*11. *& Ariſt.*7.*Politic.*ſcribit,*Optimus populus eſt,qui terræ cultiuus eſt.*Multa alia de laudibus agriculturæ excipere cupidus lector poterit ex *Caſſan.in Cathal. glor.mund.d.parte* 11.*conſider.*37.*per totam.*

Vndè licitum eſſe Nobilibus exercere agriculturam,aliamq; rem ruſticam, nec ob id amitti nobilitatem ſcribunt *Tiraq.de nobilit.cap.*32.*num.*2.*Niger ſuper Clement.de vita,& honeſt.Cleric. nu.* 211.*Rebuff.Fab.de Anna,& Amendola* relati per *Caputum de regim.Reipubl.cap.* 4.*num.*36.qui referunt exemplum Cyri iunioris Regis Perſarum,qui gloriabatur colere agrum ſuis manibus conſitum, arboreſq; poſitas,& in quintuncē directas.Ampliantque etiam in Clericis,quibus non eſt interdicta agricultura,ſicuti probant *Tiraq.Niger,& Caput.in locis* ſuprà relatis. Vndè *Caſſaneus d.conſid.*37.conſiderando præeminentiam agriculturæ, quantùm .ſ. illa cunctis præcedat, dicit, *Cùm mercatorum quæſtus ſit periculoſus,& calamitoſus,cùm fœneratorum inhoneſtus, & dedecoroſus,cùm Opificum ſordidus,& illiberalis,ſola eſt agricultura,ex qua quæſtus ſtabiliſſimus,honeſtiſſimuſque conſequitur,minimèque inuidioſus,quem Ariſtoteles in Oeconomicis potiſſimam ſecundùm naturam poſſeſſionem eſſe commemorat,in qua Catonis oraculum vitam quæſtuoſiſſimam indicauit.*Hæc ille.

Propter has igitur rationes multa ei iura ciuilia indulſerunt priuilegia,multùmque eidem leges fauere,tàm antiquas,quàm nouas teſtatur *Menoch.de arbitrar. iud. caſu* 378.*num.*1. quorum aliqua recenſere non erit inutile,vſuiq; tamen magis frequentiora.

Verùm antequàm ad illorum enarrationem aſcendamus,ſunt aliqua prælu-
34 diorum vice prænotanda,quorum Primum erit ex *Diuo Auguſtino lib.*7. *de Ciuit. Dei cap.*19. quòd homines antè agriculturam viuebant ſeminibus,quæ ſua ſpontè terra gignebat.

35 Secundò eſt præmittendum ex *Diuo Ioan.Chriſoſt. homil.*53.*in c.*15.*Matth.* quod agricola pluribus indiget . Primò Ferrario,qui vomerem, raſtros, falcem,

Digitized by Google

cem, aliaquè complura ſibi mutuetur. Secundò Lignario, qui aratrum ſibi fabricet, & iugum præparet, nec non vehiculum ad ferendas ſpicas. Tertiò Coriario, qui corrigiam tribuat. Quartò Fabricatore, qui ſtabulum, & tugurium pro bouibus ſtruat. Quintò Piſtore.

36 Tertiò, quòd agricultura, ſiuè agricultor bifariàm conſiderari poteſt, vti ſpecies .ſ. & vti genus. Si tanquàm ſpecies conſideretur, eos tãtummodò amplectitur, qui agros ad ſerendum colũt. Si verò vti genus conſideremus, conſiſtit ea in quatuor. Primò in agrorum, ſeù aruorum ſeminatione, aùt ſatione. Secundò in nemorum, ſeù arborum conſitione, vt in vineis, oliuetis, & pomerijs. Tertiò in paſcuis, ſeù pratis parandis. Et quartò in hortis, & roſariis cultiuandis *Caſſan. in Cathal. glor. mund. parte* 11. *conſiderat.* 37. qui priùs *eadem parte* 11. *conſid.* 3. *verſ. agricultura* dixerat, quòd agricultura quatuor habet ſpecies Primò aruum, ſiuè agrum, qui ſationibus deputatur, Secundò conſitum, qui nemoribus conſtat, vt ſunt vineta, oliueta, pomeria. Tertiò paſcuum, qui paſcuis conſtat, vt prata. Quartò floridum, vt hortus, & roſaria. Vndè appellatione agricultoris venire hortulanum tradit *Abbas in c. ex parte il ſecondo* 21. in ordine *extrà de decim.* per *tex.* illum.

Quartò eſt præmuniendum ſecũdùm *Diuum Ambroſ. ſuper Geneſ. cap.* 9. de quo meminit *Afflict. in Conſtit. Quiſquis num.* 3. *in fine*, dari differentiam inter agricultorem, & operatorem terræ.

37 Quoniã agricultores ſunt Domini terrarum, qui per alios exercent agriculturam, operarii verò ſunt illi, qui per ſe ipſos ad victum ſolùm operantur agriculturam.

His ſic modò peroratis. Primum priuilegium conceſſum agricultoribus eſt, quia fauore agriculturæ, nè .ſ. illa deſeratur, boues, aratra, & alia quæcumquè inſtrumenta deputata ad eam capi nul-

38 lo modo, nec exequi poterunt pro pignore, tàm prætorio, ſiuè iudiciali, quàm pro conuentionali *l. exequutores*, iuncta *l. & auth. ſequ. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* adnotauerunt poſt antiquiores *Neguſ. de pignor.* 3. *membro* 2. *partis num.* 49. *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 378. *in princ. Anna ſingul.* 66. *Peguera deciſ.* 184. *num.* 1. *Maranta in aur. ſpec. parte* 6. *verſ. & poſt omnia aduertatur circà exequutionem num.* 31. *Cauagnol. ad Stat. Montiſfer.* 2. *parte decret.* 72. *§.* 1. *num.* 1. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. parte* 5. *§.* 3. *num.* 21. *Guiliel. Bened. in cap. Raynucius verbo & vxorem nomine Adelaſiam verſic. ſucceſſio ab inteſtato num.* 343. *Anton. Sola ad decret. Sabaud. tit. de forma proced. in ſubbaſtat. & pignorat. gloſ.* 2. *num.* 2. *Giurba deciſ.* 40. *num.* 3. *Franciſcus Connanus in commentar. iuris ciu. lib.* 4. *cap.* 14. *nu.* 6. ac nouiſsimo loco *D. Gaitus de credito cap.* 4. *quæſito* 7. *num.* 549. noſquè habemus expreſſum in Regno per *cap. Regni Pridèm cõtra inſolentiam*, ac per *Regias Pragmaticas* infrà allegãdas.

39 Ampliant *Doctores* concluſionem iſtam Primò, vt nequè in ſubſidium pignorari poſsint, & ità, quicquid autumauerit *gloſ. in d. l. exequutores*, eiuſdemq; Aſſeclæ, qui pro contraria ſteterunt per *tex. in l. ſtipendia C. de exequut. rei iud. & in l. commodis ff. eod. tit. de re iudic.* communiter voluerunt *Salyc. in d. l. exequutores*, *vbi etiam Petr. Greg. Cyn. & Alber. Negaſ. de pignor. d.* 3. *membro* 2. *partis num.* 49. *Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuileg.* 13. *Sola d. gloſ.* 2. *num.* 5. *Anna ſen. d. ſingul.* 66 *Parlador. d. §.* 3. *num.* 21. *Peguer. d. deciſ.* 184. *num.* 3. *Giurba*, qui alios etiam præter relatos adducit *d. deciſ.* 40. *num.* 13. *Menoch. de arbitr. iud. d. caſu* 378. *num.* 10. *Paſchal. de virib. patr. poteſt. parte* 4. *cap.* 6. *num.* 69. *ac D. Gaitus de credito d. cap.* 4. *quæſito* 7. *num.* 553.

40 Ampliant ſecundò in tantùm, quòd ſi contingeret boues aratorios, vel alia inſtrumenta prædicta abſtrahi ab Exequutoribus, poſsit Dominus propria manu recuperare *Iaſ. conſ.* 20. *lib.* 3. *Menoch. d. caſu* 378. *num.* 7. *&* 8. *Peguera d. deciſ.* 184. *num.* 2. qui omnes concedũt, poſſe tali Exequutori, tamquàm iniuſtè exequenti reſiſti, iis adde *Cauagnol. ad decret. Montisfer. d. decret.* 72. *§.* 5. *num.* 3. ac *Parlador. d. §.* 3. *num.* 16.

41 Am-

Digitized by Google

41 Ampliant tertiò etiam ſi ſpontè ea debitor offerret *Petr. Cyn. & Salyc. in d. l. exequutores*, ac *Neguſ. d. membr. 3. partis 2. num. 49.*

42 Amplia quartò de mente *Antonij Sola ad decret. Sabaud. d. gloſ. 2. num. 7. cum ſeqq.* vt neq; poſſit capi agricola, nè videatur deterioris conditionis magis ipſe, quàm boues, & inſtrumenta præfata. Comprobat id multis bonis rationibus, de quibus per *eum*, quod tamen antè ipſum fuit de mente *Guil. Bened. in d. c. Raynutius in verbo & uxorem nomine Adelaſiam verſ. ſucceſſio ab inteſtato nu.* 344. de quo non meminit ipſe *Sola ibi*, vbi dicit, Aegyptios ſapientiſſimos deteſtatos olim fuiſſe aliquos Græcos legumlatores tenentes inſtrumenta aratri exempta, perſonam verò capi permitterent, de quibus apùd *Diodor. lib. 1.* adnotauit id etiam *Connan. commentar. iur. lib. 4. cap. 14. num. 6.* Hoc tamen de perſona agricultoris non ſeruari tradit *Affli. in Conſtit. Quiſquis num. 2.*

Alijs modis videntur ampliare concluſionem iſtam *Doctores*, alijſq; etiam ſimiliter modis ipſam limitant, de quibus apud relatos, præſertim apud *Menoch. d. caſu 378. per totum*, ac per *D. Gaitum d. tract. de credito*, quos poterit cupidus adire.

43 Ad vnum tamen aduertendum puto, fuiſſe. ſ. in Regno multas peculiares ſanctiones editas in materia iſta, ex quibus nonnullæ poſſunt quæſtiones reſolui, quæ antiquitùs de iure communi controuertebantur in materia.

Prima fuit *cap. Regni Pridem contrà inſolentiam*, quo fuit ſtatutum, nullatenùs poſſe boues, & alia inſtrumēta agriculturæ pignorari, etiam ſi nulla alia bona debitoris extiterint, quando tamen tractaretur de debito priuati, nàm ſecùs pro debitis Curiæ, ſi non ſupereſſent alia bona debitoris.

Superuenit poſtmodùm aliud *cap. Regis Caroli Secundi* incip. *Conſtitutioni*, per quod fuit limitatum *d. cap. Regni Pridem contrà inſolentiam* in duobus caſibus. Primò, quando expreſsè fuiſſent boues, & alia inſtrumenta prædicta ad agriculturam pertinētia per debitorem obligata. Et ſecundò, quando fuiſſet cōdemnatus debitor, nec ſupereſſent alia bona.

Tertio loco fuit edita *Regia pragmat.* quæ eſt 48. *de offic. Sacri Reg. Conſ.* per quam cautum fuit, fore in cunctis obſeruandum *cap. prædictum Regni Pridem contrà inſolentiam*, plura etiam de nouo addendo. Et primò, vt neq; capi poſſint pro quocumq; debito Curiæ, ſiuè illud fuerit ex cauſa functionum Fiſcalium ordinariorum, ſiuè extraordinariorum, donatiuorum, releuiorum, ac aliarum quarumcumq; impoſitionum. Secundò etiam non extantibus aliis bonis. Tertiò etiam ſi ea eſſent in ſpecie obligata. Et quartò, vt nedùm boues, verùm etiā nec alia quæcumq; huius generis, quales ſunt baccæ, iuuenci, vituli, anniculiq; vulgò *annicchi*, vt in *d. Regia pragm.* cuius diſpoſitio fuit tandem renouata, & aucta per duas alias *Regias pragmaticas, primam ſ. & 2. ſub tit. de beſtijs vaccinis non macellandis*, per quas diſpoſitum fuit, vt nedùm animalia generis prædicti exequi non poſſint, verùm etiam, vt nequidèm interfici, aùt macellari, etiam à propriis Dominis extrà cauſam pignoris, exceptis tamen bouibus ſenibus, vulgò, *marroni*, ac baccis ſterilibus, ſiuè lunaribus, quæ tātùm macellari poſſent ſub pęnis in iis contentis. Quæ tamen vltimæ *Regiæ pragmaticæ* licèt non ſint in obſeruantia quòad caput macellationis, ſunt tamē quòad capita exequutionis, in ipſis cuiuſcumq; generis non faciendæ, & ità paſſim obſeruatur: Nàm non poſſunt ea pro quocumque debito exequi, tàm priuati, quàm Curiæ, & tàm boues aratorii, quàm baccæ, earumque fętus, tametſi non adhùc deſtinati ad culturam. Eſt benè verum, quòd ad hūc finem expediuntur diſpenſationes per Suam Excellentiam in Regio Collaterali Conſilio, per quas conceditur Regium beneplacitum exequendi ſuper illis, duobus tamen concurrentibus. Primò, quòd exequutio fiat ſuper illis in ſubſidium. Et ſecundò præſtita cautione de non macellando.

44 Secundùm priuilegium eſt, quia non poſſunt cogi ruſtici, ſiuè agricolæ ad aliqua

qua

qua obſequia, idq; ad hoc vt poſsint ruſticanis operibus intendere *l.1.& 2.C. nè ruſticani ad vllum obſequ. euoc. lib.* 11.quod ampliatur in *d.l.*2.etiàm ſi ſpõtè ſe deferrent: Nàm aliàs tàm cogentes,quàm ipſi ſpontè ſe deferentes inciderent in eandem pęnam, de qua in *d.l.* 2. *Guiliel.Bened. in repet. cap.Raynutius verbo & vxorẽ nomine Adelaſiam verſ. ſucceſſio ab inteſtato num.*345.*de teſtam.* Et pęna iſthæc indicta Officialibus cogentibus ruſticum, aùt eius ſeruos, vel animalia ad aliquod obſequium eſt exilii,& confiſcationis bonorum,vt in *d.l.* 2. adnotauit *Ripa in tract.de peſte tit.de remed. præſeruat. contrà peſtem num.* 208.

45 Tertiò nõ poſſunt agricultores dùm villis inſidunt,ac agros colunt pro debito detineri,ſed ſecuri eſſe debẽt in quacumq; parte terrarum *auth.agricultores, vbi Bald.C.quæ res pign.oblig.poſſ.Ripa in loco cit.num.*224.Et licèt hoc priuilegium de facto non ſeruetur,attamen ipſorum fauore,tàmquàm hoc concernẽte publicam vtilitatem,ad hoc vt vacare poſsint agriculturæ,& meſsi conceduntur ipſis guidatica,& moratoriæ pro debitis ciuilibus,ità vt durante eo tempore,à nemine inquietentur,prout concedi ſolere per D. Proregem Neapolitanum teſtatur *D.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.*10.*§.*1.*in rubr.de inſignijs, & armis num.*12.adducit *tex.in l.*1.*vbi Andr.de Barulo,& in l.coloni la ſeconda C.de agric.& cenſit.lib.*11.

46 Quartò excuſãtur agricultores tempore ſeminum, meſsium, & vindemiarum ab omnibus oneribus extraordinariis *l.*1.*C.de agric.& cenſit.lib.*11.*Niger in cap.Regni Pridem contrà inſolentiam num.*23.*Ripa loco cit.num.*216.vbi hoc ampliat etiam tempore,quo arant,refrificant,foſſata faciunt,aliaq; ſimilia præparatoria neceſſaria ad fructus,*ibidemq; ſub num.*217.infert,quòd perſonæ vacantes agriculturæ non poſſunt cogi,vt vadãt in Exercitum pro Guaſtatoribus, adducit in argumentum *tex.in l.*1.*& in l.fin.C.de colon.ſun.patrim.lib.*12.

47 Quintò inſtrumenta agriculturæ non poſſunt occupari pro bello, & conſequenter multò minùs diuerti ab agricultura perſonæ agricolarum:quàmuis tamen pro tranſuehendo exercitu non excuſetur nauis alterius cuiuſcumq; ex diſpoſitione *l.iubemus C.de nauib.non excuſ.lib.*11.*Guiliel.Bened. d.cap.Raynutius de teſtam. in verbo & vxorem nomine Adelaſiam verſ.ſucceſſio ab inteſtato num.*338.vbi *num.*339.pro ratione ſubdit,nè impediatur publica vtilitas,quæ conſiſtit in præbitione annonæ,& eſt ſinè qúa Mundus viuere non poſſet,imò irremediabiliter periret, *ibiquè* inuehit contrà tyrannos Principes, qui malè hoc ſeruant,quinimò qui agros segetibus vaſtant,occaſionemq; quærũt multotiès belli indicendi,vt penitùs omnia ſuorum ſubditorum, quos protegere potiùs,ac tueri tenentur,conſument,ac deſtruant.

48 Sextò ſunt agricolæ ab omnibus iniuriis, & oppreſsionibus defendendi *l.*2.*C.de lucr.aduoc.lib.*12.notat *Ripa loco cit.num.*211.vbi de mente *Ioan.de Platea* inuehit contrà Baricellos, Exactores,& Nuncios incedentes pro malefactoribus inquirendis, aùt pro exactionibus,qui grauant ruſticos ipſos ad alimenta ſibi præſtanda,vel equos accommodandum.

49 Septimò non poſſunt agricolæ vexari,aùt inquietari etiam pro debitis Fiſcalibus,quibus tenentur eorum Domini, quinimò taliter tenentur glebis inhærere,vt nec puncto quidèm temporis amoueri debeant,vt ſtatuitur in *l.colonos C.de agric.& cenſit.lib.*11.*Ripa loco cit. num.* 218.

50 Octauò tempore meſsium poterunt agricolę incolentes Vrbes cogi rura petere ad blada ſecandum:cùm ſit ſuperioris officium prouidere,vt colligantur fructus tempore oportuno *l.*1. vbi ad hoc notat *tex.*illum *Ioan.de Platea*,ac *l. fin.C.de agric.& cenſit.lib.*11.Et ex iis infert in Regno ad duas *Regias Pragmaticas* in materia,quarum *prima* edita fuit per D.Petrum Gironũ Ducem Oſſunẽſem ſub die 8.Iulii 1585. quæ eſt 11.*ſub tit.de annona*,qua cauetur,vt famuli,& agricolæ in Apulea locent operas ſuas, & ſeruiant à die Natiuitatis Domini noſtri

ſtri Ieſu Chriſti,vſq; ad aliam Natiuitatem,& ſi reperti fuerint côduxiſſe operas extrà tempus prædictum,teneantur continuare vſquè ad illum diem.Et pro ratione affertur in ea, nè .ſ. deſeratur cultura, quæ aliàs deſereretur, ex quo famuli deſererent ſeruitium, tempore, quo arari,& ſeminari deberet. Altera eſt Comitis de Miranda de anno 1588. ſub die vltimo Februarii,qua irrogatur pęna triremis per triennium Meſſoribus, & Antimeriis, vulgò *Antenieri*,qui receperint arrham à Maſſariis pro metendis ſegetibus,& poſtmodùm aùt recuſauerint ire ad metendum,aùt deſeruerint meſſem,aùt Antimerii,qui receperunt pecuniam pro arrha,& in computū pro certo numero Meſſorum non duxerint poſtmodùm integrum ipſorum numerum tempore meſsis:Benè verum excipiuntur in ea caſus infirmitatis,aùt captiuitatis.De hac *Regia pragmat.*aliàs etiã ſuprà meminimus in hoc *eod. tract. in prima parte ipſius cap.*11.*num.*9.Hinc etiã multotiès in Apulea Meſſores recuſantes ire ad metendum,vi compelluntur,ſoluta iis debita mercede,multotieſq; pariter taxatur iiſdem ſalariũ per Curiam,quando peterent exceſsiuum, idq; fundatur bona ratione,nè meſsis .ſ. deterior fiat,in graue detrimentum publici,& annonæ, propter nimiam duritiem Famulorum,itemq; Meſſorum,ac ſimilium,exceſsiuam mercedem petentium,& congruit talis prouiſio ex diſpoſitione *d.l.*1.*& fin. C.de agric.& cenſit. lib.*11.

51 Nonò,creditores pro frumēto,quod agricolis mutuant non poſſunt accipere pro pignore ipſorum terrulas,boues, aùt pecora ſub pęna priuationis crediti *auth.ad hac,& in corpore,vndè ſumitur C.de vſur.Ripa loco cit.nu.*219.*Caſſan. in Cathalog.glor.mundi parte* 11.*cōſider.* 37.*num.*4.

52 Decimò, non poſſunt creditores pro frumento, ordeo, & ſimilibus agricolis mutuatis accipere vltrà octauam partem modij nomine vſurarum, nec vltrà ſiliquam pro aureo ſub pœna priuationis crediti, vt in *auth. vt null. cred. agr. per totam*, & *in d.auth. ad hac C.de vſur.* deducit *Ripa vbi ſuprà num.* 220. *ac Caſſan. d. conſiderat.* 37. *num.* 4. Et pro ſiliqua intelligitur ſimiliter octaua pars aurei:quoniàm tametſi accipiatur aliàs ſiliqua pro quarta parte vnciæ,ſecundùm *gloſ. in auth. ſed hodie in verb.ſiliquis C. de Epiſcop. & Cleric.*notat *Luc.de Penn.in l.deſcriptionis*, quæ eſt *vnica C. de imponend. lucrat. deſcript. num.* 1. vbi dicit, ſiliquam eſſe genus monetæ, quæ fortè tantum valet, quantum & auguſtale, licètque aliàs ſiliqua,ſecundùm *Iſidor.* de quo apùd *Vocabular. iuris in verbo ſiliqua* ſit vigeſimaquarta pars ſolidi, notat *Caballinus de vſuris num.* 60.*&* 68.vbi dicit, ſiliquam Cerationa apud Græcos vocari, eſſequè vigeſimamquartam partem ſolidi, adducit *Alciat. in l. frumenta in verbo ſiliqua ff.de verb.ſignif. & in tract. de ponder. & menſur. ac Anton. Auguſtinum emendat. iuris lib.* 2. *cap.* 9. attamen vt congruat in hoc caſu diſpoſitioni, quæ pro frumento mutuato, non niſi octauam partem modii nomine vſurarum concedit,erit accipienda pro octaua parte aurei,ſicuti pro octaua etiam accipi concedit *Vocabularium vtriuſque iuris loco citato*,& memini, à Noſtratibus ſic fuiſſe diffinitum ad intel-
53 lectum *d.auth. ad hac*;niſi tamen admiſerimus cum *Caballino loco cit.* ſiliquam ſumi pro vigeſimaquarta parte ſolidi, & in terminis *d. auth. ad hac*, pro vigeſimaquarta parte aurei, qui (quod plus) doctiſsimè ſatis contendit, verbum illud, *octauam, in d.auth. ad hac*, ibi, *octauam partem modij, &c.* eſſe mendoſum, longèque alienum à mente *Iuſtiniani*: qui cùm numquàm permiſiſſet vſuras grauiores centeſima,quinimò expreſſa lege eas damnauerit, videretur in eo caſu concedere vltrà centeſimam, *Hocquè* (ſubdit *ipſe Caballinus ibi*) *facillimè conuinci, quia ſi Iuſtinianus conſtitutionem illã,de qua in auth.vt nullum cred. agric. vndè deſumpta fuit dicta auth. ad hac, condidit ad reprimendam inhumanam impietatem, & auaritiam creditorum fauore agricolarum, ſpecia-*



Digitized by Google

*liquè ipſorum beneficio, oppoſitum vtiquè ex diametro feciſſe videretur, ac de directo contrà ipſos pauperes agricolas. Et ſic non fuiſſet ijs dare ſpeciale beneficium, vt ipſe teſtatur, ſed ſpeciale potiùs, ac inauditum excidium, & non medelam, ſed mortem magis inferret. Vndè ſicuti pro aureo non conceditur per Iuſtinianum in anno, niſi ſiliqua, quæ eſt vigeſimaquarta pars aurei, ſic pariter pro frumento, non niſi vigeſimaquarta pars ratione vſurarum concedenda ſit, ad inſtar ſiliquæ vigeſimamquartam partem aurei conſtituentis, ſiuè ſolidi, & proindè verba illa, de quibus in ea auth. ad hæc, ibi, octauam partem modij, &c. vigeſimamquartam partem modij eſſe legenda.* Quicquid tamen ſit de diſpoſitione *d. auth. ad hæc*, & in corpore vnde ſumitur, correcta videtur ea hodie de iure Canonico per *tex. in cap.* 1. *& per totum tit. extrà de vſur.* quibus prohibetur nomine vſurarum aliquid accipi. Sed quia proterui auari, vſurariique noſtri temporis nouum adinuenerunt fœnerandi modum in mutuatione frumẽti, aliorumque id genus victualium, nàm ſine diffinitione temporis mutuantes, in quo reſtitutio ſit facienda, exigunt poſtmodùm ad rationem quantiplurimi, ſicuti iis placet, ſanctiſſi-
54 mè quidèm, & iuſtiſſimè proindè per Prudentiſſimos quandoquè Dominos Regni Proreges taxatur pretium frumenti, ſicuti obſeruatum ambigimus de anno 1622. ſub die 23. menſis Februarii per Eminentiſſimum D. Cardinalem Zapatam, tunc Regni Proregem. Quam taxam fieri poſſe per Principes, & conſequenter in Regno per D. Proregem vices Principis gerentem, iure poſt antiquiores voluerunt *Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 14. num. 3. verſ. ſecundus caſus, Minadous in Conſtitut. Regni In aliquibus, in verbo Comitum numer. 62. Gutierr. practic. quæſtion. lib. 1. quæſt. 13. D. de Franchis deciſ. 9. num. 1. D. de Ponte in tractat. de poteſt. Proreg. tit. 2. num. 2. & D. Regens Rouitus*, qui alios etiam cumulat ſuper *pragm. 1. tit. de annona nu. 7.*

55 Vndecimò, quando agricolæ portant pullos, oua, frumenta, & alia ad Ciuitatem, ſi illicò non reperiunt emptorem, poſſunt cogi ſubitò reuerti ad opera ruſtica, & dimittere penès aliquem Vrbanum ea, quæ portant, qui vendat illa, ad hoc nedùm in foro, ſed & agricultura deſtituatur *l. 2. ff. de nundin. Ripa d. tract. de peſte tit. de remed. præſeru. contrà peſt. num.* 225. qui hoc intelligit, quando Villici ex iuſſu Superioris portant victualia in Ciuitatem, ſecùs verò quando voluntariè veniunt ad Vrbem. Quæ limitatio *Ripæ* nullatenùs mihi arridet, quoniam ſi hoc conceſſum illis extitit fauore agriculturæ, ad hoc, nè illa deſeratur, nulla poterit congrua aſsignari differentiæ ratio, an coacti veniant, an ve-
56 rò voluntariè. Et ex hoc infer ad vnum, quòd quando vaſalli Burgenſes mittuntur à Baronibus, ſiuè ipſi, ſiuè ipſorum beſtiæ, nec ſtatim expediuntur, ſed poſt ſeruitium cauſa ipſorum Baronum morantur, non eſt illis ſoluendum ſalarium ad rationem milliariorum, iuxtà taxam *Regiæ pragm.* ſed pro illa mora debent illis ſolui dietæ, iuxtà ſalarium, prout inter Ciues, & ità deciſum per Sacrum Conſilium refert *Capiblanc. de Baron. ſuper pragm. 16. num. 46.*

57 Duodecimò, quando agricolæ conueniuntur coràm Iudicibus Ciuitatum, eſt ſummariè illis ius dicendum §. 1. *in auth. de quæſt.* notat *Ripa loco cit. num.* 226. Amplia hoc etiam, quando plures ſunt litis conſortes: quo etiam caſu, vno tùnc retento pro lite peragenda, cæteri ſunt dimittendi, ad hoc nè ex abſentia plurium agricultura damnum patiatur §. *ſi verò forſitan in auth. eod. tit. de quæſtore, Ripa loco cit. num.* 227. vndè inquit *Dinus Hieron. ſuper Zacharia*, ſicuti pariter refert *Lucas de Penna in l. 1. num. 1. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. quòd olim propter agricolas, nè haberent neceſse intrare Vrbes, Iudices ſtabant in Por-
58 tis. Iuxtà quæ ſapientiſsimus *Rex Robertus in cap. Regni Studio proſequentes* ſtatuit, quòd quando plures vltrà denarium numerum accuſantur de vno crimine, vel diuerſis ex eodem facto emet-

emergentibus, liceat eis conſtituere Syndicum, vel Syndicos, per quem, vel per quos in cauſis criminum defendantur, exceptis criminibus hæreſis, & læſæ
59 Maieſtatis. Contra quod quia fraus fiebat per Iudices citando eos infrà numerum decem, *Regina Ioanna* aliud edidit *cap.* incip. *Item, quòd Iuſtitiarij* 282. in ordine ſecundùm computationem *Nigri*, quo cautum extitit, nè Iuſtitiarii Prouinciarum faciant vocari homines terrarum, & locorum decretarum ipſis Prouinciarum ad nouem, ac quòd penitùs tollatur abuſus, in aliquibus locis introductus de vocando homines ad nouem.

60 Decimotertiò, fauore agriculturæ in odium Depopulatorum agrorum per *Extrauag.* Bullam *Gregorij XIV.* ſancitum eſt, vt ij non gaudeant immunitate Eccleſiæ. Ad cuius quidèm *Bulla* intellectum, qui .ſ. dicantur Depopulatores agrorum, vtrùmq; intelligatur *Conſtitutio*, ſiuè *Extrauagans* illa, tàm de Depopulatoribus Nocturnis, quàm Diurnis. itemq; qua ratione excipiantur ii ab ea, vt .ſ. non gaudeant Eccleſiæ immunitate, adeundi ſunt præ cęteris *Ambroſinus de immunit. & libert. Eccleſ. cap. 4 per totum*, ac *Gambacurt. in conſimili tract. de immun. Eccleſ. ſiue in Commentar. ad d. Extrauag. lib. 5. cap. 13. ſimiliter per to-*
61 *tum.* Et contrà præfatos agrorum Depopulatores iure etiam ciuili inductum eſt, vt quiſquis ſinè Iudice ſe vendicare poſsit impunè, vt in *l. 1. C. quando liceat vnicuiq; ſine Iud. ſe vindic.* quod eſt notandum, quia multotiès id euenit, & vindicantes ſe tueri poſſunt ex diſpoſitione iſtius legis, & ego in conſimili caſu defendi quemdam in facto, & fuit abſolutus. Ad hanc materiam vide etiam *Polydor. Ripam in tractat. de Nocturno tempore cap. 70. per totum*, vbi multa congerit, & *Doctores* quamplurimos ad id cumulat.

62 Decimoquartò, tempore meſsium occupati circa meſſem, & rem ruſticam, non poſſunt inuiti trahi ad iudicium, ex diſpoſitione *l. 1. ff. de fer. & l. omnes C. eod. tit. de fer.* deducit *Niger ſuper cap. Regni Pridem num. 18.*

63 Decimoquintò, fauore agriculturæ non poteſt quis vendere prædium, & retinere eius agricolas *l. ſi quis, vbi* Bar. *C. de agric. & cenſit. lib. 11. Niger d. cap. Regni Pridem num. 20.*

64 Decimoſextò, agricultores deſerentes culturam terrarum, & ad militiam accedentes ſunt reuocandi ad culturam terrarum *l. ſuper ea C. de mancip. & colon. patrim. lib. 11. Afflict. in Conſtit. Quiſquis num. 3.*

65 Decimoſeptimò, fauore etiam agriculturæ inductum eſt, vt agricolæ opera ruralia exercere poſſint etiam die feriata in honorem Dei, ad hoc vt quando neceſſitas imminet agriculturæ vacare poſsint *l. 3. incip. omnes la prima, vbi Bald. C. de fer.* notat *Niger loco cit.* Adeſt etiam ſuper hoc declaratio Eminentiſſimorum *DD.* Cardinalium *Sacri Concilij Trid.* interpretũ de anno 1599. ſub die 22. Aprilis, de qua in *Declarationibus prætermiſſis ad dictum Sacrum Conc. ſuper ſeſſ. 25. cap. 12. de regular. fol.* mihi 810. ac de eadem etiam habetur in *Addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij in verbo dies feſtus*, qui taliter cenſuerunt.
66 *Congregatio Concilij cenſuit, licere diebus feſtis dare operam rebus ad victum neceſſarijs, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, & recollectionis fructuum, ac vbi neceſſitas vrgeat,*
67 *aut ſuadeat pietas.* Pęna autem contrà non obſeruantes diem feſtum ex diſpoſitione *Bulla Pij V.* felicis recordationis, incip. *Cùm primùm Apoſtolatus officium* §. *cùm verò dierum feſtorum obſeruatio*, cauta eſt, vt pręter Diuinam vltionem, & amiſsionem animalium, quibus ad vecturam contrafacientes vtuntur, etiam graues incurrant arbitrio ipſius Summi Pontificis, ſeù Vicarii ipſius in Vrbe, ac in aliis locis arbitrio Ordinariorum. Cuius arbitrii vigore variè ſtabilitæ ſunt pęnæ ſecundùm diuerſitatem locorum. Nàm Neapoli exiguntur pro pęna tres caroleni cum reſtitutione animalium, vt teſtatur *Addit. ad Quarant. loco cit.* Beneuenti exigitur vnum ſcutum pro pęna ex ordinatione Eminentiſsimi bonæ memoriæ D. Cardinalis Pompeii Arigonis quòdam Archie-



Digitized by Google

piſcopi Beneuentani. Multa ad materiam dierum feſtorum, quæ .ſ. in iis fieri prohibeantur, deducit *Gratian. in deciſ. Marchiæ 21. per totam*, vbi *ſub num.* 17. refert declarationem Sacræ Congregationis Concilii, per quam fuit declaratum, licuiſse Archiepiſcopo Neapolitano prohibere nundinas, ſiuè mercatus, quæ de antiqua conſuetudine celebrabantur in ea Ciuitate in feſtiuitatibus Sanctæ Mariæ Annunciatæ, & Spiritus ſancti, de qua declaratione meminit etiam *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 10. *rubr. de portu num.* 10. *ibidemq; etiam Gratianus nu.* 19. *&* 20. occaſione nundinarum Ciuitatis Recaneti refert aliã declarationem factam per eandem Cõgregationem Sacri Concilii, per quam
68 fuit declaratum, licere tantùm Agaſonibus, aliiſq; iumentorũ vectoribus, &c. ſarcinas, & onera nundinarum cauſa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Miſsa tamen priùs audita, tranſeundo proſequi, & continuare, non autem debere ſarcinas componere, & iumenta onerare, ad iter de nouo incipiẽdum. Neq; Mercatoribus, aùt aliis Ciuibus, & viatoribus iis diebus, etiam clauſis apothecis merces vendere, emere, aùt aſportare licere, niſi tantùm ad victum neceſſaria, aùt alia minuſcula, & modici momenti, opera iàm conflata, & elaborata pro tranſeùntium, hoſpitum, aduenarum, & exterorum vrgenti, & præſentanea neceſsitate, & oportunitate, &c. de quibus in dicta declaratione, ad literam per ipſum *Gratianum* relata *d. deciſ.* 21. *num.* 20.

Multa alia fuerunt inducta priuilegia fauore agriculturæ, & agricolarum, reſpicientia præ cęteris iudicia, & contractus, quę vnà cum reliquis aliis tangentibus agriculturam excipere quiſpiam poterit ex *Nigro ſuper d. cap. Regni Pridem contra inſolentiam per totum, Ripa d. tract. de peſte tit. de remed. præſeruat. contra peſtem à num.* 207. *vſquè ad finem, Caſſane. in Cathalog. glor. mundi d. parte* 11. *conſider.* 37. *per totam, Guiliel. Bened. in repetit. cap. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelaſiam verſ. ſucceſſio ab inteſtato à num.* 338. *vſque ad num.* 359. *Afflict. in Conſtit. Regni* incip. *Quiſquis ſub tit. de reuoc. tranſeunt. ad alien. habitat. ſub num.* 1. 2. *&* 3. *Surgent. de Neap. illuſtr. cap.* 24. *nu.* 22. aliiſque paſſim.

69 Pro coronide totius materiæ notes, quòd conductor malè verſans in re cõducta, aùt ea vtens in alium vſum, quàm fuit conducta cadit à locatione, & ità deciſum per *Rotã Lucenſem* refert *Mer-*
70 *lin. deciſ.* 73. vbi *num.* 4. ſubdit etiam, quòd non obſeruans pacta inita inter ipſum, & locatorem poteſt expelli à locatione, adhùc tempore locationis durante, adducit *Iaſ. addit. ad Alex. ac Gozadin. in locis* per ipſum relatis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fructus eius anni, quo Beneficiarius, aùt Prælatus moritur, qualiter diuidendi veniant inter ipſorum hæredes, & ſucceſſorem in beneficio, excutitur articulus.*

2 *Eccleſiæ mero iure acquiruntur quæſita per Beneficiarium, & Clericum intuitu ipſius Eccleſiæ.*

3 *Beneficiarius an æquiparetur vſufructuario, an fideicommiſſario, an verò marito.*

4 *Eccleſiæ Rector in vita habet adminiſtrationem, in morte verò vſuario comparatur.*

5 *Fructus beneficij, iuſtius eſt, vt illum ſequantur, qui Eccleſiæ ſeruit, quàm qui ſeruire deſierit.*

6 *Salarium defuncto Legato Cæſaris, præſtari Cõmitibus debet, nedùm præteriti temporis, verùm etiam & reſidui temporis.*

7 *Salarium militantis in ſacris ſcriniijs decedentis hæredibus debetur, tàm pro præterito tempore, quàm reſidui temporis.*

8 *Fructus, ac præſtatio annuorum legatorum alicui in teſtamento relictorum in cauſam alimentorum debentur, tametſi non præterierit annus, ſed cęptus tantùm fuerit.*

9 *Beneficia Eccleſiaſtica dãtur propter ius, & onera, quæ ſubeunt Beneficiarij in ipſorum adminiſtratione.*

10 Be-

Digitized by Google

10 *Beneficij Eccleſiaſtici fructus annui fuerunt deſtinati, ad hoc vt Beneficiarij onera ſubſtineantur ex illis ſimiliter per annum, donec noui habeantur fructus.*

11 *Vſufructuarius fructus percipit in vita ratione ſolius iuris, non verò oneris ratione, & ideò nihil de illis pendentibus transfert ad hæredem ſuum.*

12 *Beneficiarius dicitur quodammodò maritus Eccleſiæ.*

13 *Fructus Commendarum trium ordinum militarium Hiſpaniæ ſ. Sancti Iacobi de Spada, Alcãtaræ, & Calatrauæ qualiter in diuiſione veniant mortuo Commendatario.*

14 *Fructus Beneficij Eccleſiaſtici pro rata temporis diuiduntur inter Renunciantem, & Reſignatarium.*

15 *Penſiones Eccleſiaſticæ an pro rata diuidendæ veniant inter Beneficiarium, & hæredes Penſionarij mortuo Penſionario.*

*Quid ſeruetur de ſtylo Curiæ Romanæ, nu. 16.*

17 *Penſiones decurſæ, & non ſolutæ an tranſeant in hæredes mortuo Penſionario, remiſſiuè.*

18 *Reditus quicumque, ac introitus beneficiorum Eccleſiaſticorum non exacti tempore mortis Beneficiarij an tranſeant in hæredes Beneficiarij, an verò in ſucceſſorem in beneficio.*

19 *Beneficiarius ad hoc vt faciat fructus ſuos perceptos, ac ad hæredes transmittat, an ſufficiat ſola ſeparatio ipſorum à ſolo facta, an verò reconditio etiam requiratur.*

20 *Annus in materia diuiſionis fructuum inter Beneficiarij hæredes, & ſucceſſorem in beneficio quando incipiat.*

21 *Fructus beneficij Eccleſiaſtici tempore primitiuæ Eccleſiæ, cuius beneficio cedebant.*

22 *Beneficiatus habens adminiſtrationem differt ab adminiſtrationem non habente, & ſic à ſimplici, & perſonali in materia diuiſionis fructuum.*

23 *Beneficiatus prohibetur reſignare beneficium ad fauorem alicuius tempore infirmitatis, ſi infrà dies viginti moriatur à die reſignationis factæ.*

24 *Spolia Eccleſiaſtica qualia dicantur, & quæ ſint.*

25 *Spolia Eccleſiaſticarum perſonarum Eccleſiæ fiebant antiquo iure per mortem Beneficiarij.*

26 *Fructus beneficij Eccleſiaſtici cuius ſint in Regno poſt mortem Beneficiarij pendentes, aut non percepti.*

27 *Clerico illicitè negotiante poteſt contrà ipſum procedi, tàm in vita, quàm in morte, dato adhùc quòd in vita de illicita negotiatione non conſtiterit.*

28 *Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum ſpectantium ad Nominationem, ſiuè Præſentationem D. Regis in Regno ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio, à die obitus defuncti beneficiarij vſq; ad diẽ, quo taliter prouiſus adeptus fuerit poſſeſſionem beneficij præfati.*

*An autem ſucceſſor faciat illos ſuos irreuocabiliter, an verò teneatur ipſorum dominium in beneficium applicare, retento ſolo vſufructu, num. 29.*

30 *Bona, quæ Prælatus, aut Beneficiarius poſſidet, an in dubio dicantur acquiſita intuitu Eccleſiæ, an verò ex propria induſtria, ac intuitu perſonæ.*

31 *Beneficiatorum debita an ſoluenda ſint ex fructibus pendentibus, & inexactis beneficij poſt ipſius mortem.*

*Et an Camera Apoſtolica ſuccedens in illis, ad dicta debita teneatur, num. 32.*

33 *Fructus beneficij ad hoc vt prouiſus faciat ſuos, oportet vt recipiat poſſeſſionem beneficij de manu Nuntij Apoſtolici, aut delegati ab ipſo.*

34 *Profeſſionem fidei facere omittens infrà duos menſes à die adepti beneficij, non lucratur fructus, non obſtante dicta poſſeſſione beneficij per ipſum capta.*

*Intelligas tamen quoad lucrationem tantùm fructuum, non verò vt priuetur ipſorum effectibus cęteris poſſeſſionis, ac iuribus, num. 35.*

36 *Profeſſionem fidei infrà duos menſes, ad finem lucrandi fructus, emittere tenentur etiam Prælati Regulares.*

*Itẽ Doctores, Magiſtri, & alij cuiuſcumq; artis, & facultatis, num. 38.*

*Rursùs ij, qui iàm aliàs etiam emiſerunt in adeptione alterius beneficij num. 39.*

*Itèm Canonici exempti, nõ obſtante exemptione, num. 40.* Ex-

Digitized by Google

*Excuſantur omittentes per ignorantiam, nu.42.*

*Ipſorum computatio à quo die fiat, nu.37.*

41 *Fidei profeſſio an fieri poſſit per Procuratorem.*

*Fieri poteſt coràm Vicario Epiſcopi, eo etiã non impedito, nu.43.*

44 *Fidei profeſſionis omiſſio non obeſt quòad diſtributiones quotidianas, quæ dantur ratione miniſterij, & operæ perſonalis, ac laboris, quos facit ſuos prouiſus, non obſtante dicta fidei profeſſione non facta.*

## CAP. VIII.

1 FRuctus eius anni, quo Beneficiarius moritur, aùt Prælatus an diuidendi veniãt pro rata temporis inter hæredes ipſorum, & ſucceſſorem in Beneficio, ac Prælatura, an verò totaliter cedant beneficio alterius ex ipſis reſpectiuè, profunda eſt quæſtio, quam non facilè extricabilem affirmat *Felin. in cap. cùm ex officijs col.2.n.3.de præſcript.* Profundam adeò, vt altiorem requirere indaginem concludat *Dec. in cap. reprehenſibilis col. fin. extra de appellat.* Profundam inſuper ità, vt Pontificia deciſione illam indigere dicat *Barbatia in cap. fin. extrà de pecul. cler.* Et tametſi ea ſuperuacanea aliquib⁹ viſa fuerit, ex eo, quia Beneficiati
2 hæredes nihil prorsùs habere debent de fructibus beneficii: Nàm acquiſita per Beneficiarium, & Clericum intuitu Eccleſiæ mero iure ipſi Eccleſiæ acquiruntur, ad *tex. in cap. ad hæc*, & in *cap. cùm in officijs de teſtam.* iuncto *cap. fin. de offic. ordin.* notant *Abb. in d. cap. ad hæc n.12. Iaſ. conſ.76. col. fin. lib.3. Coſmas Guimier in pragmat. ſanct. tit. de annatis §. itèm, quòd ſi Eccleſiæ verbo acquiſitis, Couar. in d. cùm in officijs num.6.* ac *Nauar. de reddit. Eccleſ. q.3. monit.1. nu.2.* quia tamen ſaltim conſuetudine vbiquè receptum eſt, vt poſſint ſibi acquirere, ac in alios etiã transferre, vt infrà dicemus, & probant *Couar. var. reſol. lib.1. c.15. num.12.* ac *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.33. num.1. & 15.* non apparebit illa prorsùs futilis, nec ſuperuacanea.

3 Ipſius reſolutio ex eo pendet, an ſcilicet æquiparentur ii vſufructuario, an fideicommiſſario, an verò marito.

Dixerunt alii, fructuario æquari, & proindè ad inſtar fructuarii omnes fructus perceptos facere ſuos, percipiendos verò, tametſi adhùc pendeant mortis tempore, transmittere integraliter ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem, nullumq; in iis ius habere, ſic deſumunt argum. *l. ſi vſufructuarius ff. quib. mod. vſusfr. amitt. l. in ſingulos in fine ff. de annu. leg. l. ſi fur, ac l. defuncta ff. de vſufr. & quemad. quis vt. ac in §. is verò Inſtit. de rer. diuiſ.* per quæ iura ſic probant *gloſ. in l.1. C. de annon. ciuil. lib.11. in gloſ. fin. in fine*, quam & notabilem in Beneficiato tradit *Paul. de Caſtr. in l. diuortio §. non ſolùm nu.5. ff. ſol. matrim.* ſequuntur illam alia *gloſ. iuris Canonici in cap. ſi propter in verbo primi anni de reſcript. in 6.* vbi etiam *DD. & in c. præſenti in verbo reſeruari de offic. ordin. ſimiliter in 6.* ac *DD. in c. fin. de pecul. cleric.* præfatos pariter ſequũtur *Rota Rom. deciſ. vnic. de translat. Prælat. in antiqu. Corſet. ſingul.49. Calderin. conſ.2.* iis adde *DD.* cumulatos per *Couar. var. reſol. lib.1. d. cap.15. nu.12.* ac *Nauar.* qui eandem communem profitetur in *Apolog. de reddit. Eccleſ. q.2. monit.13. per totum*, quo loci affirmat opinionem iſtam, nedùm à *DD.* in theorica approbatam, verùm etiã in praxi, & ſic in foro à Iudicibus receptam, limitando tamen illam quòad Epiſcopos, Abbates, & Priores conuentuales, quorum reſpectu aliud innouatum affert Conſtitutionum Synodalium vigore, communem profitentur etiam illam *Gutier.* alios ibi referens *canon. qq. lib.1. q.33. num.1. Barboſa in l. diuortio in princ. n.57. ff. ſol. matrim. Valaſc. in praxi partit. & collat. c.26. nu.2. & 9. Ambroſin. deciſ. Peruſ.42. nu.7.* vbi ipſe quoq; alios cúmulatr, *D. de Ponte deciſ.12.* ſub *nu.12.* cæterique paſſim.

Diffiniũt è contrà alii, ipſos nõ æquari ſimpliciter vſufructuariis, in vita ſcilicet, & in morte, ſed in vita tantùm, in morte verò vſuariis, ad *tex. in c. cùm M. Ferrarienſis*, vbi *DD.* notant *de conſtit. cap. ſine exceptione 12. q.2. & c.1.14. q.1.* notant *gloſ. in c. fin. de offic. ordin. & in cap. fin. de pign. gloſ.3.* ſuper qua etiam *Abb. & Barbatia*

*batia in cap. fin. de pecul. cleric.* Iuxtà quæ dixere, Beneficiarium in hoc tenere medium inter vſufructuarium, & vſuarium, eò quòd in percipiendo eſt ad inſtar vſufructuarii, in diſponendo verò ad inſtar vſuarii, ità *Bald. in l. 2. C. de Epiſc. & Cler.* poſt *Iacob. Butrig. ibi.* Vndè idem *Bald. in Auth. licentiam in fine C. eod. tit. de Epiſc. & cler.* tradit, Rectorem Eccle-
4 ſiæ in vita habere adminiſtrationem, in morte verò aſſimilari vſuario, qui ſuum facit, quatenùs conſumit, non autem vltrà. Confirmat *Salyc.* dicens, ipſos in vita eſſe vſufructuarios, in morte autem transformari in vſuarios. Et ità ex his *Doctores* hanc ſententiam, & æquiparationem ſectantes dicūt, quòd dùm vixerit, de omnibus fructibus diſponet, quos perceperit in vita, *ad tex. in cap. cæterùm de donat.* cùm verò infirmari cœperit, vſuario æquetur, & proindè non poſſe in morte nec ex teſtamento, nec ex alia quacumque mortis cauſa diſpoſitione, de fructibus beneficii diſponere, nec de illis magis percipere, quàm neceſſitatis vſus exigat *gloſ. in cap. fin de ſſic. ordin. in 6. ac in cap. fin. in gloſ. 3. de pi. n. Calderin. d. conſ. 2. tit. de pecul. cleric. ac Cardin. conſ. 110.* Rationem affert *Ancharan. in conſ. 116.* nàm iuſtius eſt, vt fructus beneficij
5 illum magis ſequantur, qui Eccleſiæ ſeruit, quàm qui ſeruire deſijt. Subdit *Socin. conſ. 32. num. 2. lib. 1.* id tantùm fieri Clerici ex fructibus Eccleſiæ, quod ad eius vſum eſt neceſſarium, de reſiduis verò non poſſe diſponere. Et ob id nec teſtari, nec in ſucceſſores ab inteſtato trāſmittere valere beneficij fructus præfatos dixerunt *Bertachin. de Epiſc. par. 4. col. 4. & 5. Bertrand. conſ. 296. col. 2. lib. 3. Bellon. conſ. 3. per totum,* ac *Gigas de penſionib. q. 52. in princ.* quarè ſi aliàs in aliquibus iuris locis cōperiatur, vt ſcilicet fructus beneficij ſint Beneficiarii, aùt Prælati, intelligunt id præfati quòad fidelem diſpenſationem, non verò quòad dominium: nàm dicuntur ij diſpenſatores, & diſponendi facultas ipſis canonicè, non verò abſolutè impartitur *cap. præcipimus 12. q. 2.* & ſic dicuntur potiùs Procuratores, quàm Domini *14. q. 1. §. fin. Archidiac.* poſt *Innoc. in c. ſtatutum §. acceſſorem de reſcript. in 6.* & ſucceſſor in beneficio dicitur quaſi hæres Prædeceſſoris *cap. conueniunt 23. q. 8. gloſ. in c. 1. extrà de ſolut.* Eſt benè verum, quòd quòad differentiam iſtam, an ſcilicet æquiparetur vſufructuario, an verò vſuario, diſtinguunt *DD,* Clericum habentem adminiſtrationem à Clerico ſimplici beneficiato. Clericum habentem iuriſdictionem *DD.* poſt *gloſ. in cap. præſenti de offic. ordin. in 6.* quemadmodùm latè dixerunt *Franc. in eo,* & *Couar. in c. cùm in officijs de teſtam.* notabiliterquè deducit, & declarat *D. de Ponte d. deciſ. 12. ſub nu. 10.* intelligunt illum, qui habet dignitatem, uel beneficium diſtinctum, nō autem præbendam. Clericum uerò ſimplicem beneficiatum eum, qui non habet dignitatem, & beneficium diſtinctū, ſed præbendam, quæ perſonæ conceditur, uti portio de bonis Eccleſiæ, ad hoc ut indè ſeruiat. Et quòad Clericum habentem adminiſtrationem dicunt, ipſum eſſe uſuarium, beneficiatum uerò ſimplicem uſufructuarium, quæ diſtinctio uidetur etiam de mente *Iacobi Antonii Mauri alleg. 67.* de quo meminit *D. Tapia deciſ. 45. ſub nu. 5.* Quicquid tamen ſit de differentia iſta inter uſuarium, & uſufructuarium, concludit *D. de Ponte d. deciſ. 12. num. 11. quòd ſecundùm communem lecturam, ſiuè æquetur vſuario, ſiuè vſufructuario, ſemper in fructibus beneficiorum ſuccedit Eccleſia, quamuis contrarium autumauerit gloſ. in d. c. præſenti, & ſubdit, quòd ita iura, & canones diſponunt, vt ſcilicet acquiſita, etiam ex fructibus ſint Eccleſiæ, & conſequenter Clericos fieri in illis inteſtabiles, per cotas, quas ibi cumulat, ſed quòd diſputatio tantùmmodò intercedat aùt data conſuetudine teſtandi, aùt data licentia, quemadmodùm euenit hodiernis temporibus in ſpoliis.* Hæc ille.

Dixerunt alii tertiò loco, Beneficiarios eſſe fideicommiſſarijs æquiparandos, quorum fauore cùm ſpectari non ſoleat, an maior pars anni præterierit, ſed ad hæredes tranſmittunt, nedùm perceptos fructus, uerùm etiam pendentes percipiendos, ut in *l. Hærennius Modeſtinus ff. de vſur.* ità quoquè Beneficiatus

tus, ac Prælatus tranſmittet ad hæredes fructus omnes illius anni, ſiuè percepti ij fuerint, ſiuè etiam percipiendi. Et ità tradunt *gloſ. in l.* 1. *C. de annonis ciuilib. lib.* 11. *ac Ioan. Faber in* §. *is verò Inſtit. de rer. diuiſ.* Quorum opinio, tametſi paradoxica prima facie uideatur, eò quòd communi *Doctorum* ſententiæ aduerſetur, quinimò etiam abſurda, & forſitàn iniqua, non tamen exemplis, & rationibus omninò deſtituta apparet. Et quoàd exempla, nedùm patet inſtantia in fideicommiſſario cùm hærede grauato, vt ſuprà ex *d. l. Harennius*, uerùm patet etiam ſecundo loco ex *l. diem functo ff. de offic. aſſeſſor. & in l. ſed addes* 21. §. *ſi ff. locati*, in quibus defúcto Legato Cæſaris, præſtari debet Comitibus ſalarium, nedùm
6 præteriti, verùm etiam reſidui temporis.
7 Patet tertio loco in *l. ſi quis in ſacris C. de proxim. ſacr. ſcrin.* in qua ſalarium militatis in ſacris ſcriniis decedentis debetur hæredibus, nedùm pro præterito tempore, verùm etiam & reſidui temporis. Patet quarto loco ex *l. Iulianus* §. *ſi fructibus ff. de contrah. empt. & vendit. & in l. ſi fraudator* §. *fructus ff. quæ in fraud. credit.* in quibus ſi fructibus pendentibus adhùc maturis, venditus ſit fundus, fructus vtiquè omnes illius anni emptoris fiunt. Subdunt modò pro ratione, quia quod dictum eſt de adueniente die penſionis, nõ videtur in vniuerſum certa iuris regula in ea diffinita, ſed in dubiũ admodùm reuocatur, eò quòd quoàd vſufructuarium non ſpectatur dies penſionis, ſed dies perceptionis fructuum, ità ut ſi dilata ſit penſionis ſolutio vltrà tempus perceptionis ipſorum, & moriatur interim uſufructuarius antè diem diffiniti temporis ſolutioni pẽſionis, poſt tamen perceptionem fructuum factam, non ſpectatur dies penſioni aſſignata, ſed perceptionis, ut diſertis uerbis conſtat ex *d. l. defuncta ff. de vſufr.* Rursùs quoàd tempus, inquit *Paulus in l. fin.* §. *fin. ff. de iure fiſci*, & patet etiam ex *d. l. Iulianus* §. *ſi fructibus, ac* §. *in locato ff. de act. empt.* quòd ſi nondùm aduenisset dies pẽſionis, dùm addicta ſunt prædia, eos etiam fructus emptor conſequetur.
8 Ratio eadem pariter uiget in præſtatione legatorum annuorum, alicui in teſtamento relictorum in cauſam alimentorum: nàm fructus omnes illius anni, licèt tantummodò cæpti, nec adhùc præteriti, legatario præſtandos fore decreuit *Modeſtinus in l. à vobis ff. de annu. legat.* cui conſimilis eſt *text. in l. nec ſemel* §. 1. *ff. quando dies leg. ced.* quo loci caſum affert *Modeſtinus* de viro vxori decem annua legante, & tradit, quòd ſi vxor pòſt mortem mariti per quinquennium, & quatuor menſes vixerit, debentur annui prædicti decem integri in ſexto anno, dato adhùc, quòd non integer præterierit. Et quàmuis aduersùs opinionem iſtam aduerſari videatur Bonifacii Summi Pontificis conſtitutio in *c. quia ſæpè de elect. in* 6. ex qua deducitur, lucrum fructuum non perceptorum non tranſmitti ad hæredes poſt mortem Beneficiarij, aùt Prælati: attamen dicunt ipſi, præfatam Bonifacii conſtitutionem nõ eſſe vniuerſaliter, ac indefinitè accipiẽdam, eò quòd loquitur de Epiſcopis, Capitulis, & Collegijs, à quibus fuerũt occupata bona alicuius vacantis Eccleſiæ, in quorum odium attenta illicita, & illegitima vſurpatione, ad *tex. in cap. quia ſæpè de elect. in 6.* non mirum ſi nõ tranſmittant ea ad hæredes. Secùs verò quòad Beneficiarium, & Prælatum, qui licito iure, conſtitutioneque legitima, ac canonica prouiſione poſſidet, qui nedùm ſibi acquirere debet, verùm etiam ad hæredes tranſmittere poterit. Addunt in ſimili de emolumentis annonarum, quæ cùm non tantùm ratione dignitatis titulorum impartiantur, quàm meritis ſingulorum, iure merito ad hæredes trãſire, ac tranſmitti cauerunt *Imperatores Theod. Arcad. & Hono. in l.* 1. *C. de annon. ciuilib. lib.* 11. non ſecùs in fructibus beneficiorum, qui tametſi in alimenta Beneficiariorum impartiantur, non vtiquè diſſimilis ratio ab eorum perceptione hæredes ipſius Beneficiarii remouebit, quod & magna etiam æquitatis ratio ſuadet.

Quarta additur aliorum opinio dicentium, fructus præfatos eſſe pro rata temporis diuidendos inter hæredes Beneficiarii prædefuncti, ac ſucceſſores. Et hoc

ſiuè

Digitized by Google

ſiuè de pendentibus fructibus agatur, ac extantibus, ſiuè etiam de perceptis, ad inſtar fructuum rei dotalis, qui pro rata temporis partiuntur inter maritum, & vxorem, aùt eorum hæredes reſpectiuè, ad *text. in l. diuortio §. ſi fundum, l. ſi alienum, & l. ſi marito §. fin. ff. ſolut. matriman. l. vnic. §. ſed & nouiſſimi C. de rei vxor. act.* Huius ſententiæ anteſignanum agnoſcunt *Alberic. in l. diuortio num. 12.* vbi *Bart.* etiam, & alij in puncto iuris id profitentur, quàmuis tamen non auſi fuerint diſcedere à communi, de qua ſuprà, vt ſcilicet par fiat vſufructuario, non verò marito. Et ità eam poſt *Aretin. in §. is, ad quem in fine gloſ. Inſtitut. de rer. diuiſ.* ac *DD. in cap. præſenti de offic. legat. in 6.* quos ipſe allegat, tuentur *Bartholom. Bellenzin. in addition. ad Abb. in cap. fin. de pecul. Cleric. in prima Apoſtilla*, Boer. qui de præfatis meminit in *conſil. 23. num. 7.* licèt ipſe dubitet de hoc, dicens, quòd ſi eſſet illud verum, eſſet multùm ſingulare. Vndè ſubdit, *ſed relinquo, quia non eſt præſentis ſpeculationis, licèt multùm faciant*. Ipſamque vti indubitatam intrepidè fore ſequendam affirmant *Couar. variar. reſolut. lib. 1. d. cap. 15. ſub num. 12. Gutier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 33. num. 9. Auendan. reſponſ. 3. num. 5. concluſ. 1. Sarmient. de reddit. Eccleſ. par. 4. cap. 6. num. 13.* vbi ſubdit, hanc ſententiam conſuetudine eſſe in Hiſpania receptam, *Molina de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 11. num. 4.* vbi ipſe quoquè tradit, hanc receptiſſimam in praxi in Hiſpania, ac in forenſibus quæſtionibus ſecundùm ipſam deciſum, *Valaſc. in praxi partit. & collat. cap. 36. num. 9.* vbi dicit, opinionem iſtam Hiſpanorum Doctorum appellari poſſe receptiorem, ac eſſe pariter æquitati, & rationi magis conſonam, *Annæus Robertus rerum iudicat. lib. 3. cap. 3.* vbi inquit, ſententiam iſtam veriorem, & æquiorem, & à Senatu illo pleriſquè arreſtis confirmatã, ac *Eſcobar de ratiocin. computat. 20. ſub num. 23.* Et hæc ſententia arridet magis, quàm ex præcedentibus aliqua, cùm ſi re vera præponderemus Beneficiarium, & maritum, comperiemus vtique, parem vtriuſq; fieri onerum rationem, quorum intuitu fructus præſtandi pro rata temporis veniunt. Non enim ius, & ſic honorem habet tantummodò Beneficiarius, verùm habet etiam onus.

9 Beneficia nàmque Eccleſiaſtica dantur propter officium *cap. fin. de reſcript. in 6.* hoc eſt propter onera, quæ ſubeunt in adminiſtratione præfatorum: Vndè tenentur Eccleſiæ inſeruire, tenentur inſuper adminiſtrare ſacramenta, mortuos inferre, & omnia alia facere, ipſius adminiſtrationem tangentia. Tenentur rursùs ad recitationem Diuini Officij ſingulis quibuſquè diebus, ità vt ſi illud dimiſerint, vltrà mortalem labem, reſtitutioni ratæ fructuum eo die obtingentium ſubijciantur, prout de hoc eſt extrauagans *Conſtitutio Pij V.* immortalis memoriæ Summi Pōtificis edita de anno 1571. incip. *Ad perpetuam rei memoriam ex proximo Lateranenſi Concilio*, quam ad verbum excepit *Nauar. in ſuo manual. confeſſar. cap. 25. ſub num. 122.* diſſerunt de ea *Sayrus Theſaur. caſ. conſcient. lib. 4. cap. 3. n. 11. Ceuallos commun. contra commun. quæſt. 644. in fine, Coſta de rat. ratæ q. 193 per totam.* Vndè conſequens, æquumque fit ſecundùm illud *Apoſt. 1. Corinth. 6. vt qui altari ſeruit, de altari viuere debeat*, & qui ad onus eligitur, à mercede repelli non debeat, & conſequenter viuere debeant Clerici de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur, vt in *c. cùm ſecundùm Apoſtolum de præbend.* Accedat in ſimili *l. 1. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* qua iubetur, militarem annonam, ſingulis, aùt alternis diebus militibus eſſe præſtandam. Non ſecùs in Clericis, qui milites Chriſti ſunt, quemadmodùm illi ſunt ſæculi.

10 Addas, Eccleſiaſticos fructus fuiſſe annuos deſtinatos, ad hoc vt ex illis ſubſtineantur onera ꝑ annū integrū, donec noui habeantur, vt *in cap. fin. §. porrò de offic. ordin. in 6.* rationabile proindè fiet, vt pro rata temporis ſeruitii diuidantur, attenta æquitate *d. l. diuortio ff. ſolut. matrim.* & ità argumentatur *Cardin. conſil. 110. nu. 3.*

His fulcitur ſententia iſthæc, aduerſùs

ſùs quæ tametſi reſpondere videatur *Barboſa*, contrariam ſubſtinens in *d.l. diuortio in princ ſub nu.* 57. *verſ. ſed his non obſtantibus*: attamen apparet, eius reſpõſiones non tollere argumenta: cùm licèt affirmet ex *Nauar. in Apolog. de reddit. Eccleſ. q.* 2. *monit.* 13. *num.* 3. onera matrimonii exuperare admodùm beneficii onera, hoc tamen nõ tollit vim obiecti, ſed cõfirmat magis, dùm affirmare apertè videtur, onera eſſe in cauſa lucrationis fructuum, itèmque onera vigere in vtroquè caſu, in tantum, vt ſecundùm ipſos non differant ea, niſi in quantitate, quia ſcilicet maiora vnus ſuffert, quã alius, non verò in qualitate. Et quòad id, quòd maritus fiat Dominus fructuum dotis, ad *tex. in l. pro oneribus C. de iure dot.* beneficiarius verò nequaquàm, hoc attento iure antiquo euenit: nàm hodiernis diebus, ſaltim de conſuetudine, de qua communiter teſtantur *DD.* qui ipſum vſufructuario æquant, vtiquè ſaltim in vita diſponere valebit, quam cõſuetudinem validam affirmant *Bellamer. in cap. cùm venerabilis nu.* 47. *de except. Couar. in cap. cùm in officiis de teſtam. nu.* 9. *Bellon. conſ.* 3. *num.* 9. *cum ſeqq. Burſat. conſ.* 178. *nu.* 5. *lib.* 2. *Sarmiento de reddit. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 8. cæterique cumulati per *Eſcobar de ratiocin. comput.* 20. *ſub nu.* 22.

Firmiſſima hæc reddetur ſententia, ſi oſtenderimus, contrarias omnes aliorum nec æquitatem fouere, qua vnumquodquè ad rectum deduci debet, nec ad iuſtitiam dirigi. Nàm ſi de prima agimus, quæ vſufructuario Beneficiarium comparat, ac vſuario, detegitur ea iniqua, ex quo ſi daretur caſus, quòd quis de menſe Octobris ad beneficium inſtitueretur poſt perceptos fructus omnes, deindè moreretur menſe Aprilis, quo tempore nulli ſunt pendẽtes, quis nõ videt, onera eum ſubſtinuiſſe, nec aliquid ipſorum nomine percepiſſe? Et quàmuis *Nauar. in d. Apolog. de reddit. Eccleſ. q.* 2. *monit.* 12. *in fine*, quem ſequuntur contrariæ ſententiæ ſectatores affirmet, abſurdum iſtud remoueri poſſe, ſi ſoluatur honeſtum ſalarium pro modo ſeruitii, & quemadmodùm & fructuario pendentibus fructibus decedenti ſoluuntur impenſæ, quas circà fructus fecit, vt adnotauit *Bal. in l. ſi pater in fine C. de teſtam.* Et ſic teneatur ſucceſſor in beneficio, ſiuè Eccleſia Parochialis, cui defunctus inſeruiuit, deceſſitquè ante perceptos fructus, ſoluere hæredibus prædefuncti Beneficiati, quantum ad honeſtam ſubſtentationem mortuus habere debebat, ex regula iuris in *l. ſecundùm naturam ff. de regul. iur.* non videtur vtiquè adæqua-
11 ta proportio, nec congrua æquiparatio, eò quòd vſufructuarius ratione ſolius iuris fructus percipit in vita, & ideò non mirum ſi moriens illis pendentibus nihil percipiat. At Beneficiarius, nedùm ius habet, verùm etiam onus ſuffert, cuius ratione fit diſſimilis ab eo, & cuius etiam ratione aliquid vltrà conſequetur, magis quàm alius ius tantùm habens. Accedat, quòd eius reſponſio adhùc contrà ipſummet retorquetur: nàm dùm ei aliquid aſſignandum concedit, nec id expenſarum nomine traditur, ſicuti vſufructuario præſtatur, affirmandum neceſſariò erit, ratione onerum id tribui, & ſi ratione onerum, quarè nõ adæquatam mercedem, iuxtà onera reportabit? Eſt certa merces ad onus, ſi minus dabitur prædefuncto Beneficiario, maius cum iniquitate ipſius reportabit ſucceſſor. Vndè ſi dandam mercedem ipſi concedunt, cùr non erit facienda partitio pro rata temporis onerum magis, quàm ei, aùt hęredibus ipſius eorum arbitrio? Aùt igitur eſt negandum aliquid prædefuncti Beneficiarij hæredibus impartiendum, ſi æquabimus illum vſufructuario, ſicuti & hęredes vſufructuarii nihil ratione fructuum aſſumunt, nec ſperant, quia ſi conceſſerimus aliquid tribuendum, integram vtiquè ratam iuxtà temporis onerum proportionem ratam aſſequetur.

Si æquabimus ſecundo loco Beneficiariũ fideicõmiſſario, qui fructus ſuos facit à principio integros, nondũ perceptos, ſicuti & tertiæ opinionis ſuprà relatæ ſectatores admittebãt, vel æquabimus etia[m vſu]fructuario, qui ſuos ſimiliter perceptos fructus integros facit, ecce iniquitas alia: Nàm ſupponamus, ꝙ ipſe Be-

Beneficiarius paulò antè collectionem fructuum, & ſic de menſe Iulij inſtitueretur, moxquè ſtatim illis collectis, & ſic de menſe Octobris vitam obiret, quæ æquitatis ratio ſuaderet, vt ſucceſſor gratis per nouem integros menſes abſq; vllo fructuum emolumento, ac abſque vllis alimentis altari ſeruire deberet? E' còtrà verò prædefunctus Beneficiarius tàm breuis temporis ſpatio, soloquè trimeſtri, collectos totius anni fructus ad hæredem tranſmitteret? Alienum hoc quippè ab æquitate foret, qua cuncta metiri oportet, ac à ratione quoquè iuris alienum, ſi hæres præmia defuncti, ac debiti officij, quod non dùm ipſe defunctus impleuerat, honorarium, & mercedem nullo ſuo merito conſequeretur. Patet in ſimili ex *Anaſtaſii Imperatoris* reſponſo in *l. final. C. de ſilentiarijs lib.* 12. in qua de ſilentiariorum hæredibus agens, qui poſt obitū defuncti ſilentiarii aliquod ex ſolariis, & emolumentis ſilentiario defuncto debitis, ſibi ipſis præſtari, ac tribui poſtulabāt, reſpondit *Imperator*, non oportere labores aliorum, aliis fructum, vel lucrum afferre. Iuxtà quæ eadémet ratione refert *Plinius lib.* 4. *Epiſt.* 12. *ad Arianum*, fuiſſe iudicatū in Senatu aduersùs heredes Scribæ, qui antè legitimum ſalarii tēpus deceſſerat. Non minùs durum iudicandum foret, ſi aduersùs hæredes Prælati, aùt Beneficiarii Clerici idem reſponderetur, nè ſ. illis vllā fructuum portionem percipere liceret, ſed habita ratione officii à defuncto præſtiti concedendū iis erit, vt tantundem lucri, & emolumenti percipiant ex beneficii ipſius redditu, quantum impenderat viuus operis, & laboris in munere Eccleſiaſtico perſoluendo, ac beneficio deſeruiendo: Nàm ſic in *l. omnimodò* §. *fi. C. de inoff. teſtam & in l. ijs ſcholarib.* 14. *C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. cautum ambigimus poſt mortem eorū, qui militiā aliquā exercuerant, ſi aliquid annonarum, ærariarum, ſiuè aliundè deberetur, aùt ſi quid quouis titulo quæſitum fuiſſet, id .n. totū omne ad hæredes peruenire, illiſquè concedi æquiſſimum ius legibus iudicatum extitit. Quarè ſi fructuum prefatorum diuiſio, aliqua aùt iuris regula, aùt æquitatis ratione diffinienda foret, non vtiquè diſſimili dotalis prædii exemplo arbitranda erit. Et ſicuti maritus ratione onerum fructus ſuos facit, ac pro rata temporis onerum poſt mortē diuidit, ſic pariter Beneficiarius, aùt alius quilibet, qui ſacros fundi Eccleſiaſtici redditus percipit, ac conſequitur, pro rata temporis conſequi debet, quo in abſolutione Diuini miniſterii onera pertulit.

12 Accedat poſtremo loco, Beneficiariū dici quodammodò virum Eccleſiæ ſuæ, cùm attenta iuris diſpoſitione in *cap. requiſiuiſti de teſtam. & in cap. inter corporalia de translat. Epiſc.* inſtitutio omnis canonica beneficii matrimonium ſpirituale cenſeatur.

Hæc ſunt viſa mihi de iure ad reſolutionem præſentis quæſtionis, ac ad confirmationem præfatæ ſententiæ aduer-
13 sùs communem, quam ſic poſitam ampliabimus Primò, vt procedat etiam quòad diuiſionem fructuum Commendarum trium Ordinum Militarium Hiſpaniæ, nempè Sancti Iacobi de Spada, Alcantaræ, & Calatrauæ, quæ ſimiliter pro rata facièda erit inter hæredes prædefuncti Cōmendatarii, & ſucceſſorem *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 5. ſequuntur illum *Gutierrez canonic. quaſt. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 13. *ac Valaſc. in praxi partit. & collat. c.* 26. *ſub nu.* 10. qui tamen id euenire affirmant vigore ſtatutorum eorundem Ordinum.

14 Amplia ſecundò etiam in renunciante beneficio Eccleſiaſtico: nàm inter ipſum renunciantem, & reſignatariū fore fructus pro rata tēporis diuidēdos monet *Couar. var. reſol. lib.* 1. *c.* 15. *ſub n.* 12.

15 Amplia tertiò quòad penſiones Eccleſiaſticas, Apoſtolica authoritate conſtitutas ſuper fructibus alicuius beneficii, quam ſimiliter pro rata temporis diuidendam fore inter hæredes penſionarii, & beneficiarium affirmat *Molina ubi ſuprà num.* 4. antè ipſum voluit *Couar. d. cap.* 15. *num.* 12. & 13. adde *Sarmient.* & alios relatos per *Gutier. dict. cap.* 33. *num.* 11. Eſt tamen benè verum, quòd ipſe idem *Gutier. loco cit. num.* 25. quòad penſionem Eccleſiaſticam dicit,



Digitized by Google

quòd licèt de iure ſic ſe habeat, vt ſcilicet pro rata temporis diuidenda veniat: 
16 attamen de ſtylo Curiæ Romanæ contrarium obſeruatur, quo inductum eſt, vt rata penſionis non ſoluatur, ſi deceſſerit Penſionarius, antequàm dies ſolutionis obuenerit, adhibet teſtes de hoc *Nauar. in apolog. de reddit. Eccleſ. q. 2. monit. 16. ac Sarmiento in ſua deciſ. libell. de reddit. Eccleſ. 2. p. 16. monit.* quinimò ipſe idem *Gutierrez* teſtatur quoq; ſic ſe audiuiſſe ab alijs Curialibus de huiuſmodi ſtylo notitiam habentibus, ſequitur illos *Valaſc. in praxi partit. & collat. cap. 36. nu. 21.*

17 An autem penſiones decurſæ non ſolutæ tranſeant in eius hæredes mortuo penſionario, explanat examinando articulum *Gigas de penſionib. q. 52. per totam.*

18 Rursùs, quid de introitibus, ac redditibus quibuſcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum non exactis tempore mortis Beneficiarij, an ſcilicet tranſeant in hæredes Beneficiarij, an verò in ſucceſſorē in beneficio, adiri poterunt *Macerat. var. reſol. iur. lib. 1. reſol. 46. per totā, ac Theſ. deciſ. 143. num. 1.* vbi deciſionem Senatus Pedemontani affert de hoc.

19 Ad hoc autem vt faciat fructus ſuos perceptos Beneficiarius, attenta communi *Doctorum* ſententia, quam ſuprà retulimus in hoc, ac illos ad hæredes tranſmittat, an ſufficiat, vt ſint ij à fundo tantùm ſeparati, licèt non adhùc reconditi, an verò requiratur etiam reconditio, tametſi crediderit *gloſ. in cap. præſenti de offic. ordin. in 6. & in cap. ſi propter de reſcript.* item alia *gloſ.* iuris ciuilis in *l. ſi fur in princ. ff. de vſufr. & in l. & ex diuerſo in princ. ff. de rei vendic.* quòd exigatur ipſorum collectio, & in horrea reconditio: attamen contrarium verius ſuadet *Couar. var. reſol. d. lib. 1. c. 15. ſub nu. 12.* poſt *Cardin. Imol. Barbat. Alberic. Domin. Franch. Salyc. Florian. Tiraqu.* & alios per ipſum relatos. Pro poſteriori hac opinione contrà *gloſ.* videtur facere *Breue Sixti V.* incip. *Cùm ſicùt accepimus, ſub datum Romæ primo Ianuarij* 1589. de quo meminit *D. Ricc. collectan.* 657. & illud ad literam refert *Quaranta in Summa Bullarij in verbo Spolia Clericorum*, vbi de fructibus defuncti Beneficiarii agens, videtur habere rationem fauore Reuerēdæ Cameræ de fructibus pendentibus, & maturatis, ac à ſolo non ſeparatis. Ergò à contrario ſenſu ſeparati tantùm à ſolo, tametſi non reconditi ſpectant ad Beneficiariorum hæredes.

20 Quando autem incipiat annus, & ſic à quo die fieri debeat computatio anni in materia diuiſionis fructuū inter præfatos, diſſentiunt inter ſe *Doctores*: Nàm aliqui dixerunt, ſumendum fore initium ab ipſo tempore perceptionis fructuum. Alii dixerunt, ſumēdum ex die, quo poſſeſſionem beneficij nactus fuerit Beneficiarius. Alij tandem, vt à menſe Ianuarij, & ſic à Kalendis ipſius initium computetur. De hac re videas inter recentiores *Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. d. c. 11. num. 18. Annæum Robertum rer. iudicat. lib. 3. cap. 3. ac Eſcobar de ratiocin. comput. 20. nu. 4. cum ſeqq.*

Quicquid tamen ſit de iure per ſuprà poſita, ex quo ſecundùm diuerſitatem temporū, diuerſa quoquè circà fructus beneficiorū videtur inducta diſpoſitio, pro pleniore proindè notitia, puto aliqua fore in hoc diſtinguenda tempora.

21 Primum tempus eſt primitiuæ Eccleſiæ, & ſic iuris antiqui ſacrorum canonū in *c. conceſſo, in c. quatuor cum ſeqq. 12. q. 2.* quibus circà fructus, qui ex beneficio percipiuntur, taliter cautum erat, vt .ſ. diuiderentur ii in quatuor partes, quarum vna aſſignaretur Epiſcopo. Secūda Clericis. Tertia fabricis, ac Eccleſiarū reparationi. Quarta verò pauperibus Chriſti. Et partitio iſthęc reſtringebatur adeò, vt nedùm nullā haberent ſpem Clericorum, aùt hæredes, aùt propinqui circà fructus præfatos Eccleſiaſticos, ſiuè perceptos, ſiuè percipiēdos, verùm nec ipſi Clerico adhùc viuēti licebat ex prędictis Eccleſiaſticis reditib⁹ aliquid propinquis ſuis donare, aùt liberali manu cōcedere, nec elargiri, ſicuti excipi licet ex *cap. præſenti de off. ord. in 6.* Et tametſi probatiſſimi quandoque diiudicarentur Clerici in *c. omninò, ibiq; gloſ. in verbo vt mercede 31. diſt. & in c. ſtudet diſt. 50.* qui ſuis victum, & veſtitum præberent, hoc

tamen

Digitized by Google

tamen non erat indiſtinctè permiſſum, ſed accedente magna neceſſitate,quà tantũ vrgente licebat neceſſaria iis ſubminiſtrare,ac elargiri *c.non ſatis,& c.eſt probanda 86.diſtinct.*& proindè non alios affines,neq; cognatos habere debebant Clerici, cęteriq; quicumque in Eccleſiaſtico ordine poſiti,ac cõſecrati,niſi pauperes Chriſti,quos Chriſtiana charitate magis,quàm humana,ſanguine,vel affinitate coniunctos proſequi deberent,vt in *c.charitas §.proximos de pęnit.diſt.2.*Quarè aduersùs eos, qui propinquis,aùt affinibus Eccleſiaſtica bona,iura,& reditus impartiri audebant,ſic *Diuus Ambroſius lib.1.de officijs*,tranſumptiuè *in d.cap.eſt probanda 86.diſt.*increpabat. *Neque enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias, ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miſerationis peccata tua redimas. Putant ſe parum poſcere, præmium quærunt tuum, vita tua adimere contendunt fructum, & accuſant, quòd eos diuites non feceris, cùm te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede.* Iuxtà quæ *Diuus Hiero.ad Ruſtic.lib.2.epiſt.*13.ſic exclamat.*Vidimus nuper,& planximus. Creſi opes vnius morte deprehenſas, vrbiſq; ſtipes,quaſi in vſus pauperum congregatas, ſtirpi,& poſteri derelictas.*Et *Pelagius*,vt ex eius *Epiſtola* directa *Cethego Patricio* patet,& habetur in *c.de Syracuſana* 28. *diſtinct.*tempore electionis ad Epiſcopalem dignitatem,eã ab electo Epiſcopo cautionem exigebat,per quam fateretur ſuam,quantula eſſet, habita illius temporis rerum deſcriptione ſubſtantiam,& nihil vmquàm per ſe,aùt per filios,& vxorem,ſiuè quamlibet propinquam,aùt domeſticam,vel extraneam fortè perſonam,de rebus vſurparet Eccleſiæ, & vniuerſa ſui Epiſcopatus quæſita tempore Eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret, nihil vltrà id,quod permiſſum fuerat filiis ſuis,vel hæredibus relictu-tus.

Additum inſuper extitit,vt nõ ſolùm reprehenſione digni fierent,qui impendebãt reditus Eccleſiaſticos in ſumptus domeſticos, ac propria commoda, verùm etiam erat iis interdictum, nè in adminiſtratione rerum Eccleſię vterentur opera ſuorum, nec committerent Eccleſiaſtica beneficia ſuis propinquis, ſicuti ex *Diuo Hieron. lib. 3. ad cap. 6. Epiſt.Diui Pauli ad Epheſ.* habetur in *c. legant 37.diſtinct.*& cautum ambigitur ex *decreto Concilij Toletani* 10. *cap.* 3. de quo in *c.decenter 89.diſtinct.*Et quàmuis ipſis liceret,vt poſſent propria bona,tàm per cõtractus inter viuos,quàm cauſa mortis propinquis donare,aùt legare,non tamen poterant bona,& res Eccleſiæ *c.ſint manifeſta 12. q.*1.imò, quod plus, quandoq; ipſamet Eccleſia ſuccedebat in bonis Clericorum, ſiuè propriis,ſiuè qualitercumque quæſitis. Audiamus de hoc *Diuum Hieron. ad Nepat.epiſt.*12.*Sit hæres* (inquit) *ſed mater filiorum.i.gregis ſui Eccleſia,quæ illos genuit,nutriuit,& pauit. Quid nos inſerimus inter matrem,& liberos? Gloria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ prouidere. Ignominia ſacerdotalis eſt proprijs ſtudere diuitijs.* Et hæc quòad primum tempus, primitiuæ .ſ. Eccleſiæ circà fructus rei Eccleſiaſticæ, ac beneficii.

Secundum tempus eſt iuris conſuetudinarii,quo certum eſt,Prælatos,Abbates,cęteroſq; alios,qui quouis modo Sacerdotia,vel beneficia Eccleſiaſtica tenent, & poſſident, fructus omnes, quamdiù vixerint ex eorum beneficiis percipere,ac liberè etiam de iiſdem diſponere valere: quoniam ſiuè æquemus illos fructuario ſimpliciter,tàm.ſ.in vita,quàm in morte,vt aliquorum fert opinio, ſiuè fructuariis in vita, vſuarijs verò in morte,vt alii admittebant,ſiuè fideicommiſsariis, vt aliis ſimiliter placuit, ſiuè tandèm marito, aùt alii cuicumq; ratione oneris fructus percipiẽti,nulli ſit dubium,poſse fructus illos indiſtinctè in vita percipere, ac pariter diſponere.

Dubium tantùm emergit, quid .ſ. in morte.Et iſtius reſolutio,quàmuis de iure dilucidata appareat ex ſuprà poſitis, admittendo, prout re vera admittẽdum eſt ſecundùm opinionem per nos probatam, quòd æquiparentur ii marito, qui ratione onerum fructus pro rata tem-

Digitized by Google

tẽporis,quo onera ſubſtinuit lucratur, quemadmodùm abſolutum eſt id etiam in omnibus,& quibuſcumq; caſibus,in quibus labor,& onus ſunt cauſa præcipua,& immediata acquirendi fructus in quibuſque;cùm eadem videatur militare ratio,quæ in marito viget,admittenda vtiq; venit eadem computatio,ac diuiſio, de qua in *l. diuortio ff. ſolut. matrim.* vt .ſ. fructus pro rata onerum diuidantur,ad differentiam aliorum caſuum quorumcumque, in quibus non onerum,ſed benè alia diuerſa viget,ac militat acquirendi ratio,vt .ſ. tùnc ſit recurrendum ad deciſionem *l. defuncta ff. de vſufr.* vt voluerunt *Baptiſta de Sancto Blaſio in tract. de priuil. dotal. centur.* 3. *num.* 7. *Oldrad. conſ.* 112. *versùs finem*, poſt quos ſic reſoluit *Barboſa in d. l. diuortio parte* 2. *num. fin. ac Eſcobar de ratiocin. parte* 2. *comput.* 20. *ſub num.* 26. *verſic. in hac ergo fructuum*, vtiquè concludendum videretur,poſſe portionem obtingẽtem pro rata temporis onerum in alios tranſmittere,tàm ex teſtamento,quàm ab inteſtato. Sed quia tametſi opinio iſthæc in Vltramontanis Regionibus ſit frequentiſsima,ac in foris vſu recepta,ſicuti in Hiſpania teſtantur *Couar. Sarmient. Gutier. Auendan. & Molin. locis ſuprà citatis*,& in Gallia *Annaus Robertus rerum iudicat. d. lib. 3. cap.* 3. in Italia tamen non iudicatur ſecundùm ipſam,ſed benè ſecundùm communem, parem facientem Beneficiatum,ac Prælatum vſufructuario in vita,vſuario verò in morte,poſt *gloſ. in c. præſenti*, quod eſt *fin. de offic. ordin. in* 6. proindè probandam moneo in hoc diſtinctionem *gloſ. in d. c. præſenti*, quam *inibi* probant *DD.* Claſsici omnes, & vltrà ipſos ex Noſtratibus *D. de Ponte deciſ.* 12. *num.* 10. *D. Tapia*, remiſsiuè tamen *deciſ.* 45. *ſub*
22 *num.* 5. *ac Iacob. Ant. Maurus allegat.*
67. diſtinguentis Clericum,ſiuè Beneficiatum habentem adminiſtrationem à Clerico, ſiuè Beneficiato ſimplici, & perſonali non habente adminiſtrationẽ. Et in primo caſu quoàd Clericum habentem adminiſtrationem dicit, ipſum æquiparari vſufructuario in vita, eò quòd eius morte ius illud finitur, qui dùm vixerit, diſponere poterit ad libitum voluntatis de fructibus, ac alteri etiam donare,dummodò moderatè donet, quando tamen cœperit infirmari, dato adhùc, quòd illicò non ſequatur mors, comparabitur vſuario, ad cuius inſtar nullam diſpoſitionem habebit,niſi quoàd vſum tantùm, benè verum poterit facere eleemoſynam, ad *tex. in c. ad hoc extrà de teſtam.* quàmuis non teſtari, vt in *c. cùm in offic. extrà eod. tit. de*
23 *teſtam.* cum concordantibus. Quò fit
etiam, vt tametſi permittatur Beneficiato reſignare beneficium ad fauorem alterius, ſiuè ſimpliciter, ſiuè ex cauſa permutationis,ſiuè aliàs,denegatur tamen ſi id fecerit in infirmitate conſtitutùs,& infrà viginti dies,à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus deputandos de ipſa infirmitate deceſſerit, vt in *Regul. Cancellar.* 8. *ſub tit. regula de viginti.* Quò verò ad Clericum non habentem adminiſtrationem, qui ſit tantùm ſimpliciter,& perſonaliter beneficiatus,vtiq; iſte nedũ in vita æquabitur vſufructuario, verùm etiam in morte, in tãtùm vt non ſolùm faciat fructus ſuos, verùm pariter,vt de illis teſtari poſſit,& Eccleſia non ſuccedit in illis,niſi deceſſerit ab inteſtato,ad *tex. in c. relatum extrà de teſtam.* & ità diſtinctionem iſtam tradit *gloſ. ibidem*, nedùm probari per *tex. in c. requiſiuiſti §. illud extrà eod. tit. de teſtam.* verùm etiam conſuetudinem generalem,quaſi vbiq; illam approbaſſe. Et hæc quoàd tempus iuris conſuetudinarii,de quo per *gloſ. loco cit.*

Tertium tempus eſt iuris nouiſsimi Extrauagãtium Conſtitutionum Summorum Põtificum pro tempore in materia fructuum beneficiorum Eccleſiaſticorum, qui ſub nomine ſpoliorum
24 vocantur paſsim in dictis Pontificiis
conſtitutionibus,quæ ſpolia,vt patet ex traditis per *Nauar. in commentar. ſuper c. non liceat Papæ* 12. *q.* 2. *§.* 1. *num.* 2. ac pleniùs per *Redoan.* paſsim *in toto ſuo tract. de ſpol. Eccleſiaſt.* adde *Ioan. Franc. Leon. in theſaur. fori Eccleſ. cap.* 34. *num.* 6. ſunt bona Eccleſiaſticæ perſonæ media-

dia-

Digitized by Google

diatè,vel immediatè quæſita ex bonis Eccleſiaſticis,vel reditus eorum debiti, quæ non fuerunt antè mortem Beneficiati iure impenſa, nec facta iura patrimonialia , nec alteri irreuocabiliter quæſita,aùt tandèm,quæ fuerunt ex 25 illicita negotiatione comparata.In quibus quidèm ſpoliis,licèt antiquo iure ſuccederet Eccleſia quòad Beneficiatos cum adminiſtratione , eò quòd ii vſuariis comparantur in morte,quàmuis vſufructuariis in vita, hodiè tamen ex *Conſtitutione Pauli Tertij Summi Pōtificis* incip.*Romani*,quæ eſt *fol.*240.*in Bullario*,in qua teſtantur etiam de antiquiſsima conſuetudine à vetuſtiſsimo tempore citrà,ſpectant ad Cameram Apoſtolicam,vt patet ex ea,& teſtantur *Nauar.de ſpol.Eccleſiaſt.§.*5.*poſt princ.ac Leo.d.cap.*34.*num.*5.Nec tantùm præfata ſpolia, verùm fructus etiam beneficiorum tempore obitus Beneficiatorū inexacti, quos, quàmuis ex *Iulij Tertij* declaratione in *Conſtitut.*incip.*Cùm ſicut nobis fol.*504.*in Bullario*, fuerit dictum, ſpectare ad ſucceſſores in beneficio,non verò ad hæredes dictorum Beneficiatorum, per aliam eiuſdem conſtitutionem fuit conſtitutio illa declarata,& dictum, quòd conſtitutio ipſa ſuper fructibus Beneficiatorum inexactis edita,non habeat locum in illis locis, in quibus Collectores Cameræ Apoſtolicæ eſſe conſueuerunt, vt in *d.Bullario fol.* 506. & ſic per dictam conſtitutionem fuit limitata diſpoſitio *c.fin.de offic. ordin.in* 6.*&* *c.quia ſepè de elect.ſimiliter in* 6.per quæ fuerat diſpoſitum,reſeruari illos vacātibus Eccleſiis eorum ſucceſſoribus. Circùmſcripta autem conſtitutione iſta circà fructus etiam maturatos,verùm non exactos,vt,ſ.ſpectent ad Cameram Apoſtolicam,vt infrà quoquè dicemus, quid de iure concludendum ſit circà fructus maturos, & cenſus,ſiuè canones,qui Prædeceſſori non fuerunt ſoluti per conductorem, & emphyteutam,aùt alium reddentem,ſi ſ. ſpectant ii ad ſucceſſorem in beneficio,an verò ad hæredes, adeundus eſt *Theſ.deciſ.*143.*per totam*, ac *Macerat. var.reſol.lib.*1.*reſol.*46.*per totam.*

Nuper verò ſuperuenit alia *Conſtitutio Pij Quarti*,incip.*Cupientes fol.*691.*in Bullario*,per quam fuit dictum,ſpectare etiam ad Cameram Apoſtolicam fructus omnes beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum à die vacationis, vſquè ad diem, quo prouiſi à Romano Pontifice capiant poſſeſsionem de manu Nuncii Apoſtolici,quæ conſtitutio, quàmuis fuerit localis in Regno hoc Neapolitano tantùm, vt ex ea fuit illa poſtmodùm ex alia *Conſtitut.*eiuſdem incip. *Cupientes malitijs fol.* 700. *in d. Bullario* extenſa etiam ad fructus omnium beneficiorū Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum,ſeù affectorum pro tempore vacantium, per quem Summum Pōtificem vigore alterius *Conſtitut.* incip. *Decens fol.*685.*in eod.Bullario* fuit ampliatum, vt ſub nomine ſpoliorum veniant quoq; bona acquiſita ex illicita negotiatione, ac declaratum pariter vigore alterius *Conſtitutionis* incip. *Romanus fol.*695.quæ bona comprehenderentur ſub acquiſitis ex illicita negotiatione.

Cęterùm, quia in Regno Neapolitano Clerus ſingularum Ciuitatum , & Dięceſum ipſius ſuper ſpoliis Clericorum,& Presbyterorum beneficiatorū, aliorumq; in dicto Regno ab humanis pro tempore decedentium ſe tranſigerunt,ac concordauerunt cum Reuerenda Camera Apoſtolica, exorta deindè differentia inter ipſos,& Apoſtolicę Sedis Nuntium,& Collectorem Generalem in Regno,fuit declaratum per *Sixtum Quintum* Summum Pontificem media eius *Conſtit.*incip.*Cùm ſicut* 26 *accepimus*: (*omnes & ſingulos fructus, reditus , & prouentus quorumcumq; beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura,& ſine cura ſæcularium, & quorumuis etiam Ordinum Regularium in Regno conſiſtentium,etiam in quocumq; menſe pro tempore vacātium,tàm antè obitum illorum poſſeſſorum pendentes , & maturatos, ac etiam à ſolo minimè ſeparatos,ſeù nondùm exactos,quàm etiam poſt eorum obitum,vſq; ad diem captæ poſſeſſionis dictorum beneficiorum per ſucceſſores in eis maturandos, & decurrēdos pro rata tem-*

*poris*

Digitized by Google

*poris à die adeptæ poſſeſſionis eorumdem beneficiorum ad ipſam Cameram ſpectare, ac illos eidem Cameræ applicādos eſſe.*) Per quam *Conſtitutionem*, ſaltim in Regno fuit ſopita quæſtio illa, vt ſuprà etiā diximus, an .ſ. dicantur fructus percepti, ſi fuerint tantùm à ſolo ſeparati, tametſi adhùc in horrea non reconditi, vel requiratur etiam reconditio: nàm à contrario ſenſu percipitur in ea, vt ſufficiat ſola ſeparatio à ſolo facta, dùm decernit, ad Cameram Apoſtolicam ſpectare fructus illos tantùm, qui pendent, ac maturi ſunt, ac à ſolo non ſeparati.

Nouiſſimo verò loco cùm in inſtrumentis compoſitionis ſpoliorum de ordine Sanctiſsimi per Cameram Apoſtolicam factis in Regno Neapolitano fuerit indultum, vt ex cauſa illicitæ negotiationis factæ per Clericos, & Preſbyteros non poſſet procedi contrà ipſos poſt mortem, ſi non fuerit in eorum vita iudicium cęptum, agnoſcens *Sixtus Quintus*, qualiter ex eo fiebant audaciores, & proniores ad delinquendum, vigore literarum Apoſtolicarum directarum tunc temporis Nuncio, & Generali Collectori in Regno ſub die 16. Aprilis 1590. Apoſtolica authoritate, ex certa ſcientia, ac motu proprio decreuit, & declarauit, vt poſsit procedi con-
27 trà ipſos ex cauſa dictæ illicitæ negotiationis, ſiuè in vita, ſiuè in morte de illa conſtiterit, vt ex dictis Apoſtolicis literis, quas ad verbum inſeruit *Quaranta in Summa Bullar. in verbo Spolia Clericorum.*

Aduertas modò ad aliqua vigore præfatarum Conſtitutionum Summorum Pontificum. Et primò ad id, quod diximus ſuprà ex declaratione *Iulij III.* vt .ſ. procedat illa in locis, in quibus Collectores Cameræ Apoſtolicæ eſſe conſueuerunt: nàm in multis locis non adſunt Collectores, præciſè in Ducatu Mediolani, ac Principatu Papiæ ex indultu vigore Bullæ peculiaris eiuſdem *Iulij III.* de qua teſtatur *Caualcan. deciſ. 30. parte 5.* meminit de eo *D. Ricc. collectan. 657.* per quem fuit indultum, vt fructus Eccleſiaſticorum beneficiorū, nedùm collecti in annis præteritis vadant ad hæredes Beneficiarii, & conſequenter non cadāt illi ſub nomine ſpoliorum, verùm etiam pecuniæ inexactæ. Eſt benè verum, quòd *Macerat. variar. reſol. lib. 1. reſol. 46. ſub num. 2. cum ſeqq.* impugnat *Caualcanum* teſtantem de hoc loco citato, quò pertinet ad Principatum Papiæ, ipſum addito, qui *in calce dictæ reſolutionis* adducit *Rotæ Romanæ deciſionem*, tametſi deciſio illa non videatur fundata ſuper diſcuſſione *d. cōſtitutionis*, & indultus generalis illius Status, ſed benè ſuper indultu peculiari conceſſo cum ampliſsima poteſtate, ac facultate teſtandi etiam de pecuniis, iuribus, & actionibus ratione fructuum, & prouentuum Papienſis Eccleſiæ.

Aduertas ſecūdò, nàm dùm diximus ſuprà ex *Conſtitut. Pij Quarti*, fructus beneficiorum quorumcūq; Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum à die obitus, vſq; ad diem, quo prouiſus receperit poſſeſſionem ſpectare ad Cameram Apoſtolicam, iure merito dictum extitit reſeruatorū Sedi Apoſtolicæ, eò quòd quò-
28 ad beneficia ſpectantia ad nominarionem D. Regis, fructus eo medio tempore maturantes à die obitus Prædeceſſoris, vſq; ad diem, quo prouiſus receperit poſſeſsionem ſpectāt ii ad ſucceſſorem, ſicuti de generali conſuetudine in Regno quòad Epiſcopatus, & beneficia pertinentia ad Regiam nominatinnem teſtatur *Proſper de Auguſtino in addit. ad Quarant. in Summa Bullar. in verbo beneficiorum poſſeſſio in addit. ſub litera C.* & patet ex traditis per *D. de Ponte deciſ. 12. num. 13.* vbi in occurrenti controuerſia tradit, Regiam Cameram cōſuluiſſe circà fructus Epiſcopatuum Puteolorum, Materæ, & Cotroni, qui ſunt de iure Patronatus Regiæ Maieſtatis, fructus omnes maturos, recollectos tamen, & à ſolo ſeparatos tempore mortis Epiſcoporum ſpectare ad Cameram Apoſtolicam, & pro ea ad Nuntium, ſiuè Collectorem Generalem in Regno, tametſi non ſint adhùc repoſiti in horreis, vel vua non fuerit conuerſa in vinum, & oliua in oleum, ac adhùc ſtent in area, fructus verò maturos, & pendentes, ac non recollectos non facere ſpo-

ſpolia, ſed ſpectare ad ſucceſſorem futurum in beneficio, & ſubdit, reperiſſe adnotatum, quòd talis eſſet de hoc antiqua conſuetudo in Regiſtris Regiæ Cãcellariæ, quæ obſeruantia deſeruiet etiã ad reſolutionem quæſtionis ſuprà relatæ, an ſcilicet requiratur reconditio in horreis, ad hoc vt fructus Eccleſiaſticorum dicantur percepti, an verò ſufficiat ſola ſeparatio à ſolo facta.

29 An autem ſucceſſores iſti, qui colligunt, & percipiunt fructus maturos eo interim, à die ſcilicet obitus prædeceſſoris vſque ad diem captæ poſſeſſionis, faciant illos ſuos irreuocabiliter, tàm ſcilicet quòad vſum, & vſumfructum, quàm quòad proprietatem, *D. de Ponte d. deciſ. 12. ſub nu. 12. in fine* commendat ſatis, quàmuis peregrinam, & vnici *Doctoris* ſententiam *Caualcani in repertorio ſuarum deciſionum in verbo fructus percepti*, dicentis, quòd etiam ſi fructus vacantiũ Eccleſiarum dicantur eſſe ſucceſſorum: attamen ipſorum ſunt quòad vſum, ſeù vſumfructum tantùm: nàm proprietas illorum erit Eccleſiæ, & conuerti debet in beneficium, & augmentum ipſius. Et ſubdit idem *D. de Ponte*, quòd *Caualcanus* eleganter loquitur, & in conſcientia apùd ipſum eſt magnæ authoritatis. Et rectè quidèm ſubdo ego, quoniam ſi fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum conceduntur Beneficiarijs ratione onerum, adeò vt attenta rata temporis onerum illos lucretur, & nõ vltrà, quę onera ſubſtinuit tẽpore vacationis Beneficiarius, aùt Prælatus, vt ipſorum intuitu lucrari eos valeat? Dijudicandum igitur erit de illis, ſicuti de quibuſcumque bonis Eccleſiæ, quæ Eccleſiæ ſunt, nec de illis diſponere valebit Pręlatus, niſi quòad vſum, & vſumfructum, ad *text. in cap. cùm in officijs de teſtam. & cap. ſicubi, ac c. quicumque 12. q. 5.*

Quæ autem veniant ſub nomine ſpoliorum, de quibus poteſt Beneficiarius, aùt alius quicumque in Regno licitè diſponere vigore indultus ex concordia, & tranſactione ſuper illis inita cum Reuerẽda Camera Apoſtolica, vt ſuprà, quæ verò non ueniant, adeſt *Conſtitutio Pij Quinti* incip. *Romani Pontificis* promulgata die 18. Septẽbris 1567. quam ad literam inſeruit *Quaranta in d. Summa Bullarij in verbo Spolia Clericorum*, adeas etiam *Ioan. Franc. Leo. in theſ. fori Eccleſ. cap. 34. vbi à num. 8. vſq; ad num.* 30. examinat, & declarat, quæ non veniant de iure ſub nomine ſpoliorum.

30 Itèm bona, quæ Prælatus poſſidet an cenſeantur in dubio acquiſita ex reditibus Eccleſiæ, & poſt adeptam dignitatem, an verò ex propria induſtria, & intuitu perſonæ, adeundi ſunt *DD. in c. 3. de pecul. Cleric. Barbatia de præſtant. Cardin. parte 1. quæſt. 3. Bertachin. de Epiſcopo lib. 4. parte 4. num. 6. Couar. in cap. 1. num. 6. cum ſeqq. de teſtam. Clar. lib. 3. recept. ſentent. quæſt. 27. num. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 202. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 53. Molina de iuſt. & iure diſput. 147. in fine, Rota Roman. deciſ. 582. parte 3. lib. 3. in nouiſſ.* vbi alios etiam cumulat.

31 Rurſùs, an ex iſtis fructibus pendentibus, ac inexactis beneficii poſſit creditoribus ob debita ipſius Beneficiarii ſatisfieri, videas *Nauarr. in apolog. de redit. Eccleſiaſtic. quæſt. 2. monit. 26. in fine, & in conſ. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. in antiqu.*

32 Nùmquid etiam Camera Apoſtolica teneatur ad ſolutionem debitorum ipſius Beneficiarii, vel Prælati de fructibus beneficii, & ſpoliis remanſis tempore obitus eorũ, agit *Redoan. in tract. de ſpol. Eccleſ. quæſt.* 10. adde *Nauar. cõſ. 14. de regul. in antiqu.*

Pro complemento materiæ notes, quòd in Regno, vt ſuprà diximus, vigore Breuis Apoſtolici *Pij Quarti* promulgati de anno 1568. die 8. Ianuarii incip. *Cupientes*, ad hoc vt prouiſi faciant fru-
33 ctus ſuos, vltrà prouiſionẽ vigore Bullarum Apoſtolicarum, oportet vt recipiant poſſeſſionem beneficii de manu Nuntii Apoſtolici, aùt Delegati ab ipſo, & ità quotidiè practicatur.

Notes inſuper aliud ex diſpoſitione *Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. §. prouiſi*
34 *de reformat.* quòd prouiſi omittentes emittere profeſsionem fidei infrà duos menſes à die adeptæ poſſeſsionis beneficii non faciunt fructus ſuos, in tantùm

quòd non ſuffragatur illis poſſeſsio beneficii capta cum omnibus ſollemnitatibus,& requiſitis de iure. Intelligendum hoc tamen cenſuit *Sacra Congre-*
35 *gatio Concilij* quòad fructus percipiendos, & faciẽdos ſuos,non verò vt omiſsio profeſsionis fidei priuet Beneficiarium cæteris effectibus poſſeſsionis, & iuribus,& conſequenter ea non obſtãte Canonicum habere vocem in Capitulo,ſic cenſuit *Congregatio* ſub die 27. Aprilis 1595.his verbis.*Congregatio Cõcilij cenſuit,illa verba Concilij,quæ habentur in c.12.ſeſſ.24.eiuſdem Concilij, videlicet,poſſeſſio eis non ſuffragetur,intelligenda eſſe quòad fructus percipiendos, & faciendos ſuos,ideòq; omiſſionem profeſſionis fidei non priuare Canonicum ſupranarratis poſſeſſionis effectibus,ſed ipſum & vocem in Capitulo,& ius procedendi à die adeptæ poſſeſſionis habere,niſi aliud obſtet, quàmuis profeſſionem fidei minimè emiſerit.*

36 A profeſsione fidei præfata non excuſantur Prælati Regulares,ità *Emmanuel Sà verbo fides,& Emmanu.Rodriquez in ſumma tomo* 1.*cap.*100.*num.*7.*in* 2.*edit. ac quæſt. Regular. tomo* 2. *quæſt.* 72.*artic.*1.*Sanchez in præcept.decalog.lib.* 2.*cap.*5.*num.*3.*ac Sayr.deciſ.*1.*ſub tit. de conſtit.*

Nõ excuſantur etiam Canonici Regulares Eccleſiarum Cathedralium,ſic cenſuit *Sacra Congregatio Concilij*,de
37 qua meminit *Garz. de benefic. parte* 3. *cap.*3.*num.*13.vbi inquit (computandos fore hos duos menſes à die electionis, vel à die, quo admittuntur ad participationem Maſſæ Capitularis.)

38 Non excuſantur tertiò Doctores, Magiſtri,Regentes, & alii cuiuſcumque artis,& facultatis *Sanchez loco cit. d.cap.* 5.*num.*4.

39 Itèm non excuſantur quartò ii, qui iàm aliàs quoq; illam emiſerunt in adeptione alterius Parochialis,vel Canonicatus, quemadmodùm cenſuit *Congregatio Sacri Concilij*, de qua meminit *Garzias de benefic. d.parte* 3.*cap.*3.*num.* 17.& 18.

40 Rurſùs non excuſantur quinto loco Canonici exempti ratione ſuæ exemptionis *Sayr. d.deciſ.*1. *de conſtitut.* meminit de eo *D.Riccius collectan.*579.

41 An autem profeſsio fidei præfata fieri poſsit per Procuratorem,diſſentiunt inter ſe DD.videas *Nauar.conſ.*4.*num.* 2.*ſub tit.de Summa Trinit.& Fide Cathol.in* 2.*edit.ac conſ.*11.*num.*2.*ſub tit.de iureiur.ſimiliter in* 2.*edit. Ledeſma in Summa parte* 1.*cap.*4.*poſt* 10.*concluſ.difficul.*6. *Azor.inſtit.moral.parte* 2. *lib.*7. *cap.*2.*quæſt.*6.*Sanchez loco cit.cap.*5.*nu.* 7. *Zerola in praxi Epiſcop.parte* 2.*verbo fidei profeſſio, Garzia de benefic. d.cap.*3. *num.* 74. *ac Gratian. diſcept.forenſ. cap.* 166.*num.*22.

42 Excuſatur autem omittens per ignorantiam, quem non peccare,nec ſubintrare in illum diſpoſitionẽ *Concilij Trid.* tradit *Sayrus deciſ.*3.*ſub tit.de conſtitut.* qui ibidem *in deciſ.*4.ſubdit,poſſe Curatum, qui infrà duos menſes profeſsionem non fecit purgare moram. Vndè ſi eam non fecerit infrà dictos duos menſes,non excludetur finaliter,ſed tenebitur illam poſteà emittere,eò quòd terminus iſte non ponitur ad finiendam obligationem,ſed benè ad differendam
43 exequutionem, vt rectè monet *Garz. loco cit.d.cap.*3.*num.*29.qui ibidem *nu.* 22.& 23.dicit,poſſe illam fieri coràm Vicario Epiſcopi, eo etiam non impedito, ac *num.* 26. quòd Sede Epiſcopali vacante prouiſus de beneficio curato teneatur facere illam coràm Ordinario Capituli Sede vacãte,non verò coràm Capitulo,& tandèm *num.*13.quòd non procedit in Canonicis, & dignitatibus Collegiatæ Eccleſiæ,ac ità cenſuiſſe *Sacram Congregationem*, licèt *Zerola* contrarium affirmet in *praxi Epiſcop.in verbo beneficium* §.5.*dicto* 4.*parte* 1.

44 Non procedit autem diſpoſitio *Sacri Cõcilij* præfata circà diſtributiones quotidianas,quæ dantur ratione miniſterii, & operæ perſonalis,& laboris:nàm illas percipientem facere ſuas, non obſtante dicta fidei profeſsione non facta,voluit *Gratian. diſcept.forenſ.d.cap.* 166. *num.* 22.& *Garz.loco cit.num.*60.refert, ſic cenſuiſſe *Sacram Congregationem Concilij*.

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus maioratus vltimi anni, quo moritur illius poſſeſſor, an ad eius hæredes pertineant, an verò ad ſucceſſorem, & qualiter diuidendi veniant, excutitur articulus.*

Authoris *opinio circà præfatam diuiſionē, num.* 10.

2 *Maioratus idem eſt, quod primogenitura, & ſinonyma verba ſunt, eandem ſignificationem habentia.*

3 *Maioratus ad feuda an valeat argumentatio.*

4 *Maioratus morte finitur poſſeſſoris, quēadmodùm & vſusfructus.*

5 *Maioratus poſſeſſor dominium habet rei maioratui ſubiectæ, reuocabile tamen ad inſtar mariti.*

6 *Maioratus habet onera plurima annexa.*

7 *Maioratui ſubiectorum bonorum reſtitutio fit ex neceſſitate, mortuo maioratus poſſeſſore.*

8 *Maioratus onera, dixerunt aliqui, magis figuram onerum habere, quàm illorum vim, & effectum.*

9 *Fructuum in perceptione nedùm attenditur tempus, quo percipiuntur, verùm etiam tempus, quo curantur.*

11 *Maioratus ex antiquo fundati, ac fideicommiſſi ſucceſſio non prouenit ex ſucceſſoris voluntate, ſed ex neceſſitate, ac lege appoſita primo loco à primo ipſius maioratus inſtitutore.*

12 *Fructuum diuiſio circà bona maioratus eadem attenditur, tàm ſi ex contractu, quàm ſi ex teſtamento fuerit facta ipſius inſtitutio, & tàm ſi de bonis patrimonialibus, quàm ſi de bonis Regiæ Coronæ.*

13 *Fructuum pro rata temporis diuiſio non admittitur in maioratu, quando ei non ſunt annexa onera.*

14 *Maioratus quid ſit.*

15 *Maioratus inſtitutio ſignificat conſeruationem familiæ, & agnationis teſtatoris, nec ob aliud inſtituuntur, niſi vt bona in familia, & agnatione conſeruentur.*

16 *Maioratus in aliquibus conueniunt cum fideicommiſſis, in multis verò inter ſe differunt.*

17 Oldradi conſ. 21. *non habet locum in maioratibus.*

18 *Maioratus an veniant appellatione legatorum, & laſſitorum, ità vt illis reuocatis, aùt moderatis, reuocatus pariter, ac moderatus cenſeatur maioratus.*

## CAP. IX.

NOn minùs anceps, quàm præcedens eſt quæſtio diuiſionis fructuū maioratus vltimi anni, quo maioratus poſ-
1 ſeſſor moritur, ſi .ſ. illi ad hæredes pertineant vltimi poſſeſſoris prædefuncti, an verò ad ſucceſſorum, an verò tandem inter eos diuidēdi veniant. Augetur difficultas ratione variorum, diuerſorumque, ac inter ſe ex diametro pugnātium Senatuſcōſultorum Supremorum Magiſtratuum Hiſpaniæ, in qua, vt plurimum, Maioratus iſti vigent, tametſi in Gallia quoq; non deſint, ac alibi, alio ta-
2 men nomine, quippè Primogeniorum comprehenſi: Cùm maioratus idem ſit, quòd primogenitura, & vtraq; ſinonyma verba ſunt, eandem ſignificationem habentia, ſicuti poſt *Marc. Salon. Burg. in commentar. ad leg. Taur. Hiſpan.* dixit *Menoch. conſ.* 1127. *nu.* 6. *lib.* 12. & *conſ.* 1171. *num.* 2. *eod. lib.* adde *Prępoſ. Oldradi Barbatiā, Ioan. de Leicirier, Socin.* & alios relatos per *Pariſ. in conſ.* 72. *num.* 80. *in fine lib.* 4. ac *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. *cum ſeqq.*

Tres de hac re principaliores ſecernuntur in vniuerſum *Doctorum* ſententię. Prima eorum eſt, qui eandem diſtinctionem adhibendam in hoc ſtatuunt, quæ in feudis obſeruatur, ex diſpoſitione *cap.* 1. §. *his conſequenter tit. hic finit. lex in vſib. feud.* & *nos* latè diximus ſuprà
3 hac eadem 2. *parte cap.* 4. *per totum.* Ea ratione fiunt in hoc procliuiores, quia validam decernunt aliqui argumentationem de feudis ad primogenia, ſic *Palat. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vxor.* §. 69. *Suarez in quæſt. de maiorat. Tiraqu.* aliiq; paſsim *in eorum tract. de primogen.* poſt *Bald.* quem in id anteſignanum agnoſcunt in *l. cùm in antiquioribus C. de iure deliber.*

Aliam addunt rationem, quia maio-



Digitized by Google

ratus ſucceſſio proxima eſt admodùm naturæ feudorum, teſtibus *Socin. conſ. 47. col. 3. lib. 3. ac Pariſ. conſ. 72. num. 74. lib. 4.* quinimò ſimilem affirmat *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 5. num. 5. verſ. quinto.*

Cœterùm, conuenientiam iſtam diſcriminantur, ac repellunt multi pluribus mediis, quæ in vnum congerit *Valaſc. in praxi partit. & collat. cap. 30. num. 3. vſque ad num.* 8. dicentes, non fieri æqualem diſpoſitionem *d. §. his conſequenter*, tamquàm nullo iure fulcitam, niſi ex ſolo conſtituẽtis placito deſumptam, vt fatentur *Bald. ſuper eo, Alberic. in l. defuncta ff. de vſufr.* ac *Ancharan. conſ. 193. num. 1.* Addunt, conſtitutiones feudales non fore extendendas, niſi ad ſolas feudales cauſas, ad *tex. in cap. 1. de feudi cognit. & in cap. 1. an ille, qui interf. fratr. Dom.*

Non conuenit ſecundo loco æquiparatio inter feuda, & maioratum, eò quòd tametſi in aliquibus aſsimilentur, in multis tamen inter ſe differunt, quas differentiæ rationes coacceruat *Burgos de Pace in proœm. leg. Taur. num. 72. cum ſeqq.* & propterea non rectè de vno ad alterum argumentatur. Et ità multis argumentis in terminis ſucceſsionis docuit *Paul. de Caſtr. in conſ. 164. col. pen. verſ. nec obſtat vol. 2. Tiraquel. de primogen. quæſt. 32. num. 13. ac Ioan. Leicirier in cõſimili tract. de primogen. lib. 3. quæſt. 4. col. fin.* Quò fit, vt deciſio *d. §. his conſequenter* non ſit etiam in cauſis feudalibus indefinitè ſeruanda, præterquàm in locis, in quibus ex conſuetudine foret illa approbata, & conſequenter ceſſante conſuetudine, non erit ſecundùm illa iura iudicandum, ſed benè ſecũdùm ius ciuile Romanorum, & ſic ſecundùm diſpoſitionem aùt *d. l. defuncta ff. de vſufr.* aùt *d. l. diuortio ff. ſolut. matrim.* & ità concludunt *Ancharan. d. conſ. 193. in princ. Andr. de Iſern. in d. §. his conſequenter col. 3.* cęteriq; paſsim.

Rurſùs, *tex. d. §. his conſequenter* non poteſt induci ad primogenia, cùm loquatur ille, quando feudum reuertitur ad Dominum ex morte feudatarii. Vndè ſecùs in primogeniis, quæ tranſeunt non ad Dominum inſtituentem, verùm ad ſequentem agnatum, & ità poſt alios, quos recenſet argumentantur *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 15. num. 14. ac Coſta de ſucceſſ. Regni parte 3. num. 14.* de quo meminit pariter *Valaſc.* vbi ſuprà *nu. 7.*

Secunda fuit propterea aliorum opinio dicentium, nullos pertinere pendentes fructus ad hæredes vltimi maioratus poſſeſſoris, ſed illos omnes in quacumq; parte anni is moriatur, integraliter, & inſolidum pertinere ad ſucceſſorem in dicto Maioratu, ea ratione, quia cùm pendentes fructus pars rei ſint, ad *tex. in l. fructus pendentes ff. de rei vendicat.* ideò ius obtinet, vt ad eum ſpectent, ad quem res, in qua pendent pertinet, conſonetq; regula iuris *acceſſorium de regul. iur.* in qua acceſſorium ſequitur ſuum principale. Et hæredibus vltimi poſſeſſoris ſatis fiet cautũ, ſi omne totum, quod impendidit prædefunctus poſſeſsor in cultiuandis terris, vineis, oliuetis, aliiſq; bonis maioratui ſubiectis ei ſoluantur ad inſtar fideicommiſsarii, qui mortuo hærede grauato rẽ fideicommiſsariam integraliter, vnà cum fructibus pendentibus quibuſcũq; recipit, nihilo de ipſis eius hæredibus relicto, niſi refuſione expenſarum pro cultura factarũ attributa, iuxtà deciſionem *Baldi in l. ſi pater num. 5. C. de vſufruct.* cum latè congeſtis per *Tiraqu. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. num. 7.* Deducunt id totum argumento deducto ex *l. Hærennius Modeſtinus ff. de vſuris*, in qua, vt pluriès ſuprà hac eadem 2. *parte noſtri tractatus* diſſeruimus, in hęc verba reſpondit. *Hærennius Modeſtinus reſpondit, fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur ad fideicommiſſarium pertinere, licèt maior pars anni antè diem fideicommiſſi cedentem præteriÿſſe dicatur.*

Addunt ex iis aliqui, hoc idem excipi, attentis terminis *tex. in l. defuncta ff. de vſufr.* dùm à contrario ſenſu ex ea deducitur, fructus pendentes etiam maturos, non ad fructuarium pertinere, ſed ad proprietarium, ad quem res tranſit, & in quo vſusfructus ille cum proprietate conſolidatur. Et proindè fructus omnes à poſseſsore in vita percep-

ptos

Digitized by Google

ptos indiſtinctè ad eorum hæredes pertinere, tametſi non poſsederit per totum annum maioratum, pendentes verò
4 ſpectare ad ſucceſsorem in ipſo maioratu. Idq; ex eo, quia ratio eadẽ vtriq; ſit communis, dùm vſusfructus morte vſufructuarii finitur, vt *in §. finitur Inſtit. de vſuſr.* & maioratus ſimiliter ius, & dominium, quod in eo habet morte finitur. Et ità ex præfatis concludunt *Gomez ad l. 40. Tauri nu. 74 Palaez de maiorat. lib. 4. q. 24 nu. 2. Emmanuel Coſta de ſucceſſ. Regni 3. par. nu. 14. Mieres de maioratu lib. 4. q. 24. nu. 2. Ioan. Garſia de expenſ. & meliorat. c. 16. nu. 6. Nauar. in Apolog. de reddit Eccleſiaſt. q. 2. monit. 15. nu. 1.* ſecundùm quam deciſum in Prætorio Luſitano teſtantur *Coſta loco cit. item Gamma deciſ. 308. nu. 6. ac deciſ. 356. Valaſc. in praxi partit. d. c. 30. nu. 14.* vbi nedùm in eodẽ Luſitano Auditorio pluries ſic iudicatum vidiſſe teſtatur, verùm ampliat ſentẽtiam iſtam, vt procedat, ſiuè maioratus ſit bonorum Regiæ Coronæ, ſiuè bonorum patrimonialium, tametſi poſtmodùm infrà *nu. 18.* contrarium cõcludat quòad bona Regiæ Coronæ, vt per *eum*.

Hanc ſentẽtiam indiſtinctè ſeruari in Regno Caſtellæ ea ratione, quia in illo Regno mortuo poſſeſſore maioratus, in ſucceſſorem nedum transfertur dominium, verùm etiã poſſeſſio ciuilis, & naturalis ipſo iure, ad *text. in l. Tauri* 45. quæ aliàs eſt 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinament.* teſtatur *Barboſa in l. diuortio in princ. p. 2. ſub nu. 8. verſ. ex his igitur*, quòd & *Molina* quoquè de *Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 11.* ſub *nu. 11. circà principium* quandoque in ipſius Regni Caſtellæ ſupremo Conuentu pronunciatum fuiſſe à viris grauiſſimis ſe audiuiſſe tradit.

Cæterùm, æquiparationem iſtam, fideicommiſſarij ſcilicet, & hæredis grauati, ac vſufructuarii, & proprietarii in caſu maioratus cum vltimi poſſeſſoris hæredibus, & ſucceſſore non admittunt alii, qui pro contraria ſteterunt, vt cenſuit *Molin. d. c. 11. num. 14. & 15.* qui tamen tàm *ibi*, quàm etiam *eod. tract. l. b. 1. c. 1. nu. 14.* rationes diuerſitatis inter fideicommiſſum, & maioratum cumulat, quas non repeto, cùm ab eo quiſpiam faciliter excipere valeat *loco cit.*

5 Tertiam alij proſecuti ſunt ſentẽtiam dicentes, maioratus poſſeſſorem æquiparari marito, qui cùm dominium rei dotalis habeat, quàmuis tamen reuocabiliter, ſicuti etiam & ipſe maioratus poſſeſſor habet, eo conſequenter mortuo fructus tempore mortis diuidendi erunt pro rata temporis inter hæredes vltimi poſſeſſoris maioratus, & ſucceſſorem, attenta diſpoſitione *l. diuortio ff. ſol. matrim.* de qua latiſſimè diſſeruimus ſuprà hac *eadem 2. parte cap. 3.* Horum numero extitere *Gregor. Lopez l. 26. tit. 11. p. 4. verbo quantos menſes ad finem, Burgos de Pace in proœm. leg. Taur. nu. 74. verſ. præterea, Molina de Hiſpan. primog. d. lib. 3. c. 11. num. 12. cum ſeqq. Palatios Rubios in repetit. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 62. num. 10. Gutier. canon. quæſt. lib. 1. c. 33. num. 31.* vbi ſecundùm ſententiam iſtam refert conſuluiſſe, ac conſultum etiam per graues viros vidiſſe, *Aiora de partition. par. 1. c. 9. num. 6. Auendan. reſponſ. 5. num. 4. in 6. concluſ. Couar. uar. reſolut. d. lib. 1. c. 15. verſùs finem*, vbi tradit ſic deciſum in Prætorio Granatenſi. Addit *Molina vbi ſuprà d. c. 11. nu. 12* hanc opinionem ſibi ſemper veriorem viſam fuiſſe, ac quòd aliter aſſeuerare iniquiſſimum foret, iniquitasque detegitur ex eo, quòd defunctus, qui per totum annum onera maioratui annexa ſubſtinuit, non potiretur fructibus eiuſdem anni, ac *Eſcobar de ratiocin computat. 20.* vbi ſub *nu. 16.* dicit, opinionem iſtam fore omninò obſeruandam in iudicando, & conſulendo, at ſecundùm eam etiam Senatum illum cenſuiſſe.

Ad hãc ſententiam ſuadendam multas rationes accomodant. Et primò, quia ſicuti maritus onera matrimonii ſentit,
6 ſic etiam ea ſubſtinet maioratus poſſeſſor. Quòd autem maioratus poſſeſſor onera ſubſtineat, deducunt, quia attẽta Hiſpaniæ conſuetudine is dicitur conſtitutus in magna dignitate, propter quod ſolet alere magnam familiam, ac iuuare etiam pauperes cognatos, tenetur inſuper ſequi Principem in bellum, aliaque permulta onera ſubire, & prop-

terea

Digitized by Google

tereà ſicuti ratione onerum in marito fit diuiſio fructuum vltimi anni pro rata, ſic pariter eadem onerum ratio efficiet, vt ſucceſſor in maioratu pro rata tantùm percipiat fructus vltimi anni, quo maioratus poſſeſſor obierit, partiendos inter ipſum, & præfati vltimi poſſeſſoris hæredes.

7 Addunt ſecundò, quia reſtitutio bonorum maioratui ſubiectorum mortuo vltimo poſſeſſore fit ex neceſſitate. Quò fit, vt verificetur ob id *Bar.* theorica *in d. l. diuortio nu.* 10. *in fine*; quem *ibi* communiter *DD.* ſequuntur, vt probat *Vincent. in ead. l. num.* 21. *& Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 79. *num.* 10. videlicet, quòd ſemper quòd reſtitutio fit ex neceſſitate, fructus pro rata temporis ſunt diuidendi.

Addunt tertio loco, nàm aliàs iniquiſſimum fieret, vt ſuprà etiam tetigimus, ſi poſſeſſor maioratus, qui per totum ferè annũ ſubſtinuit onera annexa dignitati maioratus, prorsùs poſtmodùm priuaretur fructibus illius anni, quo onera pertulit, eò fortiùs, ſi eo anno mortem obiret, qui primus eſſet, quo ſucceſſit, nec aliquem alium fructum ex maioratu percepiſſet.

Addunt quarto loco ex *And. de Iſern. in d. cap.* 1. *§. his conſequenter tit hic finit. lex. in vſib. feud.* vbi tradit, quòd ſi deceſſerit feudatarius pendentibus fructibus induſtrialibus, pro ea parte temporis, quo vixit facit fructus ſuos, eò quòd vti habẽs vtile dominium coluerit feudum, itemquè ſeruitia Domino præſtiterit, honorem que eidem exhibuerit.

Non defuerunt tamen qui impugnãdo hãc ſententiam conati fuere ad omnia media iſta reſponſionem accomo-

8 dare, dicentes quòad primum, onera maioratus magis habere figuram onerum, quàm eorum vim, & effectum, ſi ea comparentur ad onera matrimonii, & ità obijcit *Coſta d. tract. de ſucceſſ.* Regni *par.* 3. *nu.* 15. voluit etiam *Nauar. in Apolog. de reddit. Eccleſiaſt. q.* 2. *monit.* 15. *uerſùs finem.*

Quòad ſecundum ſubdunt, non reddi abſolutam, ac indefinitè veram concluſionem *Bar.* cùm non ex eo ſolo in *d. l. diuortio* fit partitio fructuum pro rata, quia ſcilicet neceſſariò facienda eſt reſtitutio, ſed quia onera ſuffert. Vndè ratione onerum id euenit. Tradũt inſtantiam in fideicommiſſo, quod ex neceſſitate reſtituitur, & tamen fructus non diuiduntur pro rata, ſed benè attenta diſpoſitione *l. Hærennius Modeſtinus ff. de vſur.*

Quòad tertium ſubdunt, inconueniens illud remoueri poſſe, ſi iuxtà theoricam *Nauar. loco cit. d. monit.* 15. *in fine*, attentis oneribus, hæredes vltimi poſſeſſoris prędefũcti impetrabũt ex ęquitate, vt ſucceſſor ſoluat id, quod ipſe ſoluere debuiſſet, ſi prædefunctus onera illa non ſubſtinuiſſet, ad hoc nè videatur ipſe ſucceſſor cũ aliena iactura locupletari, ad *tex.* in ſimili in *l. planè* 41. *ff. de petit. hæred.*

Quò tandem ad quartum tradunt, verius eſſe, reſoluta in maioratu ex communi, vt ſcilicet pendentes fructus ſpectent ad ſucceſſorem, fore obſeruanda etiam circà fructus pendentes feudi, & hoc ex eodemmet *Andr. de Iſern. loco cit.* qui hoc admittit circà dictos fructus naturales. Et tametſi ipſe quòad fructus induſtriales admittat, fore in ijs ſtabiliẽdam æquitatem *d. l. diuortio*, vt ſcilicet pro rata diuidantur, ſubdunt tamen ipſi, hoc iure non probari: cùm *tex. in d. l. diuortio §. non ſolùm*, quo ipſe *Andr. de Iſernia* credit probationem induci, vt fructus induſtriales videantur percipi eo tempore, quo curantur, quemadmodùm proſequitur etiam *Socin. in l. qui Romæ in princ. nu.* 22. *ff. de verb. obligat.* & poſt ipſum *Auendan. d. reſponſo* 5. *num.* 2. *tex.* illum, ſubdunt, non probare id, ſed benè id tãtùm probare, vt ſcilicet in fructibus

9 non tantùm attendatur tempus, quo percipiuntur, verùm etiam tempus, quo curantur, in tantùm vt de illis pariter participare debeat is, qui curauerit, quãuis non perceperit. Et ità reſponſiones iſtas ad argumẽta, & media præfata cumulant, latiùſque proſequuntur *Barboſa in d. l. diuortio in princ.* 2. *parte ſub nu.* 7. *&* 8. *ac Eſcobar de ratiocin. computat.* 20. *num.* 10. *verſ. & tenendo iſtam cum ſeqq. numeris vſquè ad num.* 17. qui quidèm Bar-

Digitized by Google

*Barboſa* concludit tandèm *loco cit. ſub num.* 8. *verſ. ex his igitur ità deductis*, veriorem fore magis communem opinionem, vt.ſ. fructus pertineant integraliter ad ſucceſſorem, nulla deductione facta, niſi refuſione expenſarum ſola, tametſi poſtmodùm diſtinguere videatur aliquos caſus, videlicèt, an maioratus fuerit conſtitutus in vltima voluntate, an verò per contractus inter viuos, vt *ibi* per *eum*.

10 Quicquid autem præfati omnes cenſuerint, ſemper mihi & probabilior, & de iure etiàm verior pro diffinitione iſtius articuli viſa eſt diſtinctio *Ayora*, qui in *tract. de partit. parte* 1. *cap.* 9. *num.* 6. taliter diſtinguit, quòd aùt.ſ. loquimur de primo ſucceſſore, & ſic de primo vocato ad maioratum, ſiuè de primo fideicommiſſario bonorum maioratus, aùt verò de vlteriore ſucceſſore in dicto maioratu, & ſic de ſucceſſore in maioratu, vel fideicommiſſo ex antiquo fundato.

Et primo caſu concludit, præualere ſententiam communem ſecundo loco per nos relatam, vt.ſ. ad inſtar fideicommiſsarii percipiat integros fructus pendentes, nulla portione relicta grauato, iuxtà terminos *d. l. Herennius ff. de vſur*, qua cauetur, fideicommiſsarium fructus omnes rei legatæ, vel reſtitutioni ſubiectæ facere ſuos poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſsi dominium. Ratio patet ex tacita, & coniecturata aùt teſtatoris, aùt inſtitutoris maioratus mente, quæ talis præſumitur, vt.ſ. dominium integrum ad eum pertineat cum omnibus ſuis integris appendicibus ex die mortis, dùm non aliter contrà diſpoſuerit. Eò fortiùs, quia fructus pendentes dicuntur pars rei, quæ ad eum tranſit, ad quem res ipſa tranſit, & caſus iſte nullam videtur admittere rationabilem aùt tergiuerſationem, aùt controuerſiam.

Secundo verò caſu, quando agimus de maioratu, vel fideicommiſſo ex antiquo formato, tùnc verior ſit opinio ſecundo loco ſuprà per nos relata ex *Gregor. Burg. de pace, Couar. & aliis* deſuper adductis, vt ſcilicet facienda ſit fructuũ partitio pro rata temporis, attenta diſpoſitione, ac ęquitate *d. l. diuortio ff. ſol. matrim.* quam diſtinctionem in Regno Caſtellæ, & in ipſius Regia Cancellaria frequentiſſimè à Iudicibus obſeruari tradit *Eſcobar de ratiocin. d. comput.* 20. vbi teſtatur, ſe eſſe, nedùm de hoc oculatum teſtem, uerùm etiam ab illius Regiæ Cãcellariæ Aduocatis cognouiſſe.

11 Ad quod ſuadendum præter cætera per illius ſententiæ ſectatores allata, quæ in ſe vera ſunt, nec adhùc video ad ea adæquatè reſponſum per aduerſarios, facit inconuincibiliter Primò, quia quãdo agitur de maioratu, vel fideicommiſſo maioratus ex antiquo formato non ſucceditur in eo ex voluntate tantùm ſucceſſoris, & ſic vltimi prædefuncti ipſius maioratus ſucceſſoris, ſed benè ex neceſſitate, ac lege primo loco appoſita à primo maioratus inſtitutore. Quarè cùm non pendeat indiſtinctè ſucceſſio ex poteſtate vltimi ſucceſſoris, ac poſſeſſoris prædefuncti, & conſequenter cùm non potuerit ipſe vltimus poſſeſſor de fructibus tempore mortis diſponere, nec eos in alium trãsferre, quemadmodùm licuiſſet ipſi primo maioratus inſtitutori, eapropter ſuccurrẽdum erit hæredibus vltimi poſſeſſoris, vt ratam fructuum conſequatur, & ſic pro rata eius temporis, quo onera ſubſtinendo poſſederit, & dominium habuerit.

Addas ſecundo loco, vigere in hoc caſu, nedùm onerum rationem, ſicuti ex ſuprà traditis apparet, verùm etiam & iuris, & ſic dominij, tametſi reuocabilis pęnès defunctum, quæ dùm ſimul accedunt, fiunt in cauſa, ut ſemper pro rata temporis fructus diuidantur, ut aliàs etiã ſuprà tradidimus hac *eadem* 2. *parte c.* 8. *ſub nu.* 21. *poſt Baptiſtam de Sancto Blaſio in tract. de priuileg. dot. centur.* 3. *nu.* 7. *Oldrad. conſ.* 112. *Barboſ. in d. l. diuortio in princ. p.* 2. *in fine*, *ac Eſcobar de ratiocin. d. comput.* 20. *ſub nu.* 26. *verſ. in hac ergo*. Patet inſtantia, nedùm in marito in terminis *d. l. diuortio*, uerùm etiam in terminis hęredum Beneficiarij, aùt Pręlati defuncti cum ſucceſſore, quemadmodùm tradidimus ſuprà hac *ead.* 2. *parte d. c.* 8. Patet itèm in terminis hæredum feudatarij

Digitized by Google

tarii præmortui cum Domino, tametſi non ad ratam fructuum iuxtà tempus, quo defunctus feudatarius poſſederit fiat partitio, ſed benè iuxtà tempus præſcriptum, in quo feudatarius obierit, eò quòd ſic placuit Conditoribus legum feudalium, vt in *d.cap.1.§.his conſequenter tit.hic finit.lex.* Vndè dùm militat in hoc caſu eadem ratio onerum iuxtà terminos *d.l.diuortio*, non video, cùr non ad illius formam ſit facienda fructuum partitio potiùs, quàm ad formam aùt *l.defuncta ff.de vſufr.* aùt *l.Harennius ff. de vſur.*

Nec præfatis obſtare videtur quod *Coſta de ſucceſſ.Regni parte 3.num.15.* obiiciebat contrà, onera .ſ. in materia maioratus potiùs figuram onerum habere, quàm illorum vim, & effectum, habita conſideratione ad onera matrimonii, cùm ſufficiat onera dici, ac ea adeſſe, ratione quorũ talis admittitur partitio. Quòd autem poſtmodùm ſint maiora iſta, quàm illa, aùt è contrà maiora illa, quàm iſta, hoc non efficit, quin onera dicantur, ſed differentia intercedit tantùm inter illa circà plus, aùt minus. Et ſic differentia viget quòad quotam, ſi .ſ. ſint æqualia, nec nè, aùt maiora, vel minora iſta, quàm illa, nõ verò quòad qualitatem, ità vt non dicantur etiam iſta onera, quia minora, cùm ſic dicantur onera iſta, ſicut illa. Vndè ſi dicuntur onera, quàmuis minora, non repellet vtiq; partitionẽ ratione onerum competentem. Quarè aùt negandum totaliter erit intercedere in hoc caſu onera, & ceſſabit diſputatio, vt infrà etiam dicemus, quia ſi ea aliquo modo admiſerimus in hoc caſu, nõ fiet diſſimilis vnus caſus ab altero.

Addo, quia dato adhùc quòd ea non ſint æqualia, & ſic minora ſint iſta, quã illa mariti, poſſent aliàs aliquo tempore fieri iſta maiora, vndè ſufficiet adeſſe habilitatẽ, ac æqualitatem, & potẽtiam ipſorum, & propterea non erit in argumentum ducenda ipſorum aùt maioritas, aùt minoritas. Et ſi hæc non vendicant ſibi locum quòad feuda, in quibus eadem viget onerum ratio, & tamen non ſit fructuum partitio ad ratam ipſorum iuxtà tempus, quo onera feudatarius ſubſtinuit, hoc non mutat qualitatem, ac quidditatem ipſorum, ſed id fit, tùm quia non in omnibus conueniunt feuda, & maioratus, ſicuti inter ipſa differentias multas coaceruat *Burgos de Pace in proœm.leg.Taur.num.72. cum ſeqq.* vbi ſub *num.74.* hanc peculiarem differentiam circà fructus propriùs recenſet, tùm etiam, quia aliàs placuit Cõditoribus legum feudalium conſtituere. Accedat etiam, quia conſtitutiones iuris feudorum quòad diuiſionem fructuũ eò anno, quo feudatarius moritur inter Dominum, & vaſalli defuncti hæredes, tametſi vniuerſales, non tamen vbiquè ſeruantur, ſed in illis tantùm locis, in quibus conſuetudine eæ fuerint vſu receptæ, vt dicebat *Andr. de Iſern. in d. cap.1.§.his conſequenter hic finit.lex col. 2.antè medium,* & poſt *ipſum* voluerunt *alij* relati per *Couarru.* cum quibus ipſe pariter concordat *var.reſol. lib. 1.cap. 15.num.13.* adde etiam *Gammam deciſ. 350.num.2.* cęteroſq; frequentiùs. Cętera argumẽta aduersùs concluſionem iſtam adducta, vt de ſe patet, aùt omnino futilia ſunt, aùt facili negotio ex prædictis diluuntur.

Retẽta modò hac opinione, vti probabiliore, ac in praxi magis recepta, &
12 in foris quoq; canonizata, ampliabis illam, vt procedat tàm ſi ex contractu fuerit conſtitutus maioratus, quàm ſi ex teſtamẽto, & tàm ſi fuerint patrimonialia, & ſic burgenſatica, ſeù allodalia Priuati, quàm ſi Regiæ Coronæ bona, ſuper quibus maioratus conſtitutus fuerit: quoniàm ſi rata fructuum eo iure ad hæredes vltimi maioratus prædefuncti poſſeſſoris pertinet, quia onera ſubſtinuit, non eſt proindè quærere de natura maioratus quòad fructuum conſequutionẽ, ſed tantùm onerum ſubſtentationem, quæ ſola ſiunt in cauſa, accedente etiam iure, quo poſsidet, vt habita ratione temporis onerum, illos maioratus aut poſseſsor, aut poſseſsoris hæres lucretur.

Limitabis modò proindè conſequẽter concluſionem iſtam in caſu, quo verè maioratus haberet annexa onera ali-

qua, quia ſi nulla adeſſent onera in ipſo, non eſſet diſputãdum de rata fructuum, vt patet ex traditis per *Gammam deciſ. 350. ſub num. 3.* qui aliàs pro contraria ſteterat, quarè illis aût circumſcriptis, aût ceſſantibus recurrendum erit ad diſpoſitionem *d. l. Hærennius ff. de vſur. ac d. l. defuncta ff. de vſufr.*

14 Ex his ſic nunc poſitis, & reſolutis inferas primò pro notitia terminorum, q̃ maioratus, teſtibus *Ioan. de Lecirier de primogen. lib. 1. quæſt. 1. num. 4. ac Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 1. nu. 5.* poſt alios, quos recenſet, eſt ius prioris ætatis honorificum, & vtile, competens filio, quia primus eſt in ordine naſcendi. Cæterùm huic diffinitioni, quàmuis communi, addendum moneo ex ſuprapoſitis verbum, *onerofum*, ità vt maioratus ſit ius honorificum, vtile, & oneroſum, eò quòd nedùm honorem, & vtilitatem conſequitur illius poſſeſſor, verùm etiam onus, cùm, vt diximus ſupra, ad multa teneatur ipſius poſſeſſor; Nàm tenetur ſequi Principem in bellum, tenetur pariter magnam familiam alere, ac iuuare pauperes cognatos. Et ità in ſimili traditur in diffinitione iuriſpatronatus, quod eſt ſimiliter ius honorificum, oneroſum, & vtile, vt aliàs tradidimus in hoc *eod. tract. par. 1. cap. 16. nu. 156. & nu. 159. verſ. dicitur in diffinitione.*

Infer ſecundò, ac repetas quod aliàs ſuprà hoc eodem *cap.* traditum eſt in princip. *nu. 2.* maioratum idem ſignificare, quod primogenituram, ac vtraque vti ſinonyma eandem habere inter ſe ſignificationem.

15 Infer tertiò, maioratus, & ſic primogenituræ inſtitutionem ſignificare conſeruationem agnationis, & familiæ teſtatoris, ac ob id inſtitui, vt bona conſeruentur in agnatione, & familia *Socin. in conſil. 47. num. 6. lib. 3. Pariſ. conſil. 72. num. 81. & 82. lib. 4. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 13. Menoch. in conſ. 1171. nu. 7. lib. 12.* Vndè iura omnia, ac priuilegia, quæ fuerunt de iure introducta fauore conſeruationis familiæ, cẽſentur etiam introducta fauore maioratus.

16 Infer quartò, quòd tametſi maioratus æquiparetur fideicommiſſis, quæ dicuntur perpetua ad fauorem conſeruationis familiæ, & agnationis, ſicuti latè diſſerit *Molina d. tract. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 7.* cum cœteris longa ſerie congeſtis per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 771. num. 11.* attamen non in omnibus inter ſe conueniunt, quinimò in pluribus differunt, inter quas differentiæ potiſsimæ ſunt Prima, quia maioratus tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato conſtitui poteſt, fideicommiſſum verò non, niſi ex teſtamento relinqui valet, vt poſt plurimos, quos recenſet probat idem *Molina*, quem ſufficiat pro omnibus allegaſſe *d. lib. 1. cap. 1. num. 19.* Secunda eſt, quia fideicommiſſarius non admittitur, niſi ſequuta morte naturali hæredis, vt diximus ſuprà hac *ead. 2. parte cap. 2.* vbi propriùs, ac latiſsimè de hac materia fideicommiſſorum egimus, ac caſus recenſuimus, in quibus illud finiatur. Et ratio poterit eſſe, quia poteſt fideicommiſſarius prædecedere, & conſequenter per eius prædeceſſum fieri caduca ſubſtitutio, ad *tex. in l. vnic. §. ſecundo C. de caduc. tollend.* At in bonis maioratus ceſſat ratio iſthæc ex eo, quia licèt vocatus poſt mortem prædecedat, ſubſtitutio tamen facta in maioratu non remanet caducata, ſed deferuntur bona maioratus illius ad alios vocatos, & ità differentiam iſtam inter vtrumq; admittit *Palaez de maioratu parte 2. quæſt. 3. num. 29. poſt Peralt. in l. 3. §. qui fideicommiſſo libertatem num. 39. ff. de hæred. inſtit.*

17 Iuxtà quæ ceſsat etiam in terminis maioratus famigeratum illud *Oldradi conſil. 21.* de quo plura diſſeruimus ſuprà hac *eadem 2. parte capit. 2. numer. 35. cum ſequentibus*, videlicèt, quòd tametſi ſecundùm dictum *conſil. Oldradi* ſubſtitutio alicui ſub conditione facta, ſi ſine liberis maſculis deceſserit, illis extantibus tempore mortis deficiat, quicquid poſteà de liberis contingat, non procedit tamen illius theorica in maioratibus, & primogeniis, eò quòd ex eorum natura, & perpetui



Digitized by Google

tate, conditio iſthæc in ipſis filiis, ac nepotibus, cęteriſque deſcendentibus cēſetur repetita, cùm non aliter poſſit conſeruari perpetuitas maioratus, & propterea ſi deficientibus filiis ſtatim expiraret ſubſtitutio, licèt ipſi non haberent liberos, ſtatim deficeret maioratus, qui de ſui natura debet eſſe perpetuus, & conſequenter bona remanerent libera, fieretque indirectè contrà mentem teſtatoris, quàpropter ad hoc vt eius memoria conſeruetur, & duret primogenitura, omninò conditio illa perpetuò intelligitur repetita, nàm aliàs non poſſet durare voluntas inſtituentis maioratum, ſicuti latè proſequitur *Molina de Hiſpan. primog. d. lib. 1. c. 6. nu. 18. & 19.*

18 An autem appellatione legatorum, ſiuè laſſitorum contineatur inſtitutio maioratus, ità vt in reuocatione, aùt modificatione legatorum generaliter facta comprehendatur etiam dicta inſtitutio maioratus in teſtamento facta, latè examinando articulum excutit *Gratian. diſceptat. forenſ. d. cap. 771. per totum.*

Multa poſſent cumulari in materia primogeniorum, & maioratuum, ſed quia ampliſſimè de iis reperiuntur tractatus, inter quos pleniores ſunt *Tiraquell. Molinæ, Palaeꝫ, ac Ioannis de Licirier*, ideò non proſequar ultrà in materia, cùm ſatis ſint ſuprà poſita ad diffinitionem caſus per nos propoſiti iuxtà thema huiuſce tractatus, qualiter ſcilicèt fiat diuiſio fructuum inter hæredes poſſeſſoris maioratus prædefuncti, ac ſucceſſorem in eo, qui tantùm excutiendus neceſſariò veniebat ad materiam præſentis tractatus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Legatum rei annuatim relictæ vſufructui comparatur.*
*Differt nihilominùs in multis ab ipſo vſufructu, nu. 2.*
3 *Legatum annuum non extinguitur capitis diminutione, tametſi vſusfructus ea finiatur.*
4 *Legatum annum debetur hæredi legatarij, non obſtante quòd non tranſierit integer annus.*
5 *Annus cœptus habetur pro completo in materia præſtationis annuæ in teſtamento relictæ.*
6 *Legatum annuæ præſtationis relictum ſub conditione, donec vidua erit, vel donec non nupſerit, aùt donec nubat, debetur, tametſi integer annus non tranſierit, circà conditionis adimplementum.*
7 *Legatum annuum cēſetur iuris diſpoſitione relictum ſemper à teſtatore in cauſam alimentorum.*
8 *Legatum annuum videtur limitatum ad vires patrimonij, & propterea dato, quòd hæres nō confecerit inuentarium, non tenebitur vltrà vires hæreditarias.*
9 *Inuentarij confectio non attenditur, quādo teſtator relinquit aliquid ſoluendum de viribus patrimonij, & propterea non tenebitur hæres, niſi quantum in hæreditate fuerit.*
10 *Legatum annuum fit de ſui natura perpetuum, & ſic ad vitam legatarij, quando fuerit ſimpliciter relictum.*
11 *Legati annui præſtatio tranſit etiam in hæredes hæredis, dato adhùc quòd fuerit per teſtatorem iuſſum, fore illud præſtandum per infraſcriptos hæredes.*
12 *Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus verò fit conditionale.*
13 *Legatum annuum debetur à die mortis teſtatoris, non obſtante quòd multo tempore poſt mortem fuerit apertum teſtamentum.*
*Et hoc adeò, vt nulla requiratur interpellatio, nu. 14.*
15 *Legatum annuum ſoluendum erit de fructibus rei hæreditariæ.*
*Datur pro eo actio contra illum, qui percipit fructus, nu. 16.*
*Etſi non ſufficiunt fructus, non tenebitur de ſuo hæres reſiduum ſoluere, nu. 17.*
*Contrarium tamen de iure verius, quando perpetua iniungitur præſtatio annua, dato etiam adhùc quòd taxatiuè ſuper fructibus certæ rei fuerit relicta præſtatio, nu. 18.*
*Eò fortiùs in legato annuo alimentorum, nu. 19.*

20 Le-

20 *Legatum annuum extinguitur morte legatarii.*

*Dato adhùc quòd circa præſtationem fuerit tempus præfixum, putà decennium, quia ſi infrà illud decennium perierit legatarius, adhùc extinguetur legatum, nu. 21.*

22 *Legatum annuum an tranſmittatur ad hæredes, dato adhùc quòd ſub aliqua conditione impurificata relictum fuerit, quæ in ſe deſecerit.*

23 *Legatum annuum debetur poſt mortem legatarii, quando præſtatio non eſt verè annua, ſed pro commoditate hæredis fuiſſet diſtributa ſolutio in plures terminos.*

24 *Legati vſuræ debentur ſi iuſſum fuerit per teſtatorem, vt donec non ſoluatur quantitas legata præſtentur, nec imputabuntur in capitale pretium.*

25 *Legatum annuum extinguitur ſpatio centum annorum, & nu. 27.*

*Fallit, quando legatum cauſam perpetuam haberet, quæ etiam poſt centum annos duraret, nu. 26.*

## CAP. X.

1 TAmetſi in ſingulos annos relictū, teſte *Caio lib. 9. ad leg. Iul. Papiam*, & habetur in *l. in ſingulos* §. *ff. de annu. legat.* ſimile ſit vſufructui, ex eo, quia vtrūque morte extinguitur, ad tex. quòad primum in *l. ſi in ſingulos 4. ff. eod. tit.* & quòad ſecundum in §. *finitur Inſtitut. de vſufr.* adnotauit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 656.* attamen in multis inter ſe
2 differre ipſe idem *Caius* docet *loco cit.* Et primò, quia vſusfructus capitis diminutione finitur, annuum verò legatum
3 ipſa capitis diminutione non extinguitur. Differunt ſecundò, (& hæc differentia facit ad caſum circà materiam præſentis noſtri tractatus) quia ſi vſufructuarius moriatur, maturis adhùc fructibus, non tamen perceptis, non relinquit eos hæredi ſuo. Contrà verò, in legato annuo, in quo quàmuis decedat le-
4 gatarius in ingreſſu cuiuslibet anni, relinquit tamen hæredi ſuo legatum illud, ſiue rei annuæ legatæ fructus.
5 Quò fit, vt incœptus annus in materia annuæ quantitatis, ſiuè fructuum annuatim relictorum habeatur pro completo, in tantùm vt ſi in ingreſſu cuiuslibet anni deceſſerit legatarius, ad hæredem ſuum integros fructus, adhùc nec maturatos, nec perceptos tranſmittat, quicquid tamen è cōtrà de vſufructuario ſtatutum ſit, ſuprà in *cap. 1. huius 2. partis*, qui quocumque anni tempore decedat, nihil de vſufructu ad hæredem ſuum tranſmittit, & conſequenter nulla admittenda venit diuiſio pro rata temporis in hóc caſu inter hæredes legatarii, & hęredes teſtatoris.

Id ipſum totum circà præſtationem annuorum legatorum alicui in cauſam alimentorum in teſtamento relictorum, decreuit *Modeſtinus in l. à vobis ff. eod. tit. de annu. legat.* cui conſimilis eſt etiam *Vlpianus in l. nec ſemel* §. 1. *ff. quando dies leg. ced.* quo loci afferens caſum in terminis, agit *Modeſtinus* de vxore, cui à viro decem annua legata extitere, deindè, poſt mortem viri per quinquennium, & quatuor menſes in humanis egit. Fuit quæſitum, quid de illis quatuor menſibus ſit iudicandum, in quibus poſt quinquennium ſuperuixit, an ſcilicet fructus integri anni ei debeantur, an verò pro rata temporis, & concludit, integri ſexti anni ei legatum deberi, quemadmodùm tetigimus etiam ſuprà hac *ead. 2. parte cap. 8. num. 8.* *A uobis* (inquit) *quoquè cæteri hæredes peto, vt vxori meæ præſtetis, quòad viuet annuos decem aureos. Vxor ſuperuixit marito quinquennio, & quatuor menſibus. Quæro, an hæredibus eius ſexti anni legatum integrum debeatur? Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatum deberi.* Hactenùs *Modeſtinus.* Iuxtà quæ eſt in adagio. *Anno ſi debes, in fine teneberis anni. Annua ſi debes, tunc inſpicias caput anni.*

6 Hoc ipſum ampliandum etiam venit in caſu, quo fuerit legatum annuæ præſtationis relictum ſub conditione, donec. ſ. vidua erit, vel donec nō nupſerit, aùt donec cœlibem vitam duxerit, ſiuè donec nubat: nàm integrum illud deberi, tametſi minus annuo tempore vidua fuiſſet, reſpondit *Alphenus in l. filiæ meæ 22. ff. de annu. legat.* Et de conditione



Digitized by Google

donec nubat, ut ſcilicet illius quoquè
uigore diiudicetur annuum legatum, eſt
*tex. in l. legatum 17. ff. eod. tit. de annu. legat.*

7 Cenſetur autem ſemper legatum an-
nuum, ſiuè annua quęlibet quantitas le-
gata à teſtatore in cauſam alimentorum
relicta, prout de hoc eſt *tex. in l. Stichus*
*§. Titia ff. de alim. & cibar. leg. in l. Titia*
*in princ. ff. de annu. legat.* notant Bart. &
cæteri in *l. ſi Stichum §. ſtipulatio ff. de*
*verb. oblig.* ac cæteri cumulati per *Surd.*
*in tract. de aliment. tit. 2. q. 12. nu. 1.*

8 Quò fit, vt videatur illud limitatum ad
vires patrimonij, ità vt dato adhùc quòd
hæres non confecerit inuentarium, non
tenebitur vltrà vires hæreditarias, ſi te-
ſtator iuſſerit ſolui de bonis ſuis, vt poſt
*Corneum in conſ.* 180. incip. *multitudo nu.*
*9. lib. 4. ac Surd. d. tract. de aliment. tit. 8.*
*priuil. 13. nu. 3. cum ſeqq. vſquè ad nu. 6.*
cõcludit *Gratian. diſcept. forenſ. d. c. 656.*
*nu.* 8. ea ratione, quam *nu.* 17. de mente
*Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœnę nom.* affert,
9 dicens, quòd quando aliquid relinqui-
tur ſoluendum de viribus patrimonii, nõ
erit attendendum, an hæres confecerit
inuentarium, nec nè, cùm eius omiſſio
non faciat, illum teneri in plus, quàm
10 in hæreditate ſit. Super quo aduertas,
legatum iſtud annuum, vti iuris præſum-
ptione in vim alimentorum relictum, vt
ſuprà dicebamus, fieri de ſui natura per-
petuum, & proindè intelligi relictum ad
vitam legatarii, dato adhùc quòd ſimpli-
citer factum fuerit, ità poſt *gloſ. in l. 1. in*
*verbo poſt mortem circà medium C. de le-*
*gat. ac Iaſon. ibidem in fine verſ. in ſe-*
11 *cunda parte*, concludit *Gratian. diſcept.*
*forenſ. c. 104. nu.* 30. in tantùm ut præſtã-
di onus transſeat etiam in hæredem hæ-
redis, dato adhùc quòd iuſſum per teſta-
torem fuerit, illud fore præſtandum per
infraſcriptos hæredes, quemadmodùm
in caſu *inibi* per *ipſum* relato concludit
declaraſſe in cauſa coràm ipſo per com-
promiſſum uertente idem *Gratian. d. cap.*
104. *nu.* 30. ac *num.* 51. ubi adducit *Cor-*
*neum conſ. 69. lib. 4. tota, ac Peregr. de fi-*
*deicom. ar. 32. nu. 7. verſ. ſecundò ſubli-*
*mitat.*

12 Legatum iſtud annuum pro primo an-
no erit purum, pro ſequentibus verò ſit
conditionale, propter quod, non unum,
& ſic ſimplex legatum dicetur, ſed plura
legata diiudicabuntur *d. l. ſi in ſingulos 4.*
*ff. de annu. legat.*

13 Debetur illud à die mortis teſtatoris,
non obſtãte quòd multo tempore poſt,
ac etiam quòd poſt multos annos tabu-
læ teſtatoris, & ſic teſtamentum aperia-
tur *l. nec ſemel verſ. idem Celſus, & verſ.*
*ſequ. ff. quando dies legat. ced.* Addas, de-
14 beri adeò à die mortis teſtatoris, vt non
requiratur interpellatio, eò quòd petitur
vti ſors, non verò vti vſura, ad tradita per
*Bar. in l. libertis, quos teſtamento §. ma-*
*numiſſis in nona oppoſit. ff. de aliment. &*
*cibar. legat.* & ità in facti contingentia
fuiſſe per Sacrum Conſilium deciſum
tradit *D. de Franch. deciſ. 634. tota*, ità pa-
riter per idem Sacrum Conſilium, ipſo
allàs patrocinante in alia, & diuerſa cau-
ſa refert deciſum *D. Reg. Rouit. deciſ. 9.*
*nu. 26.* addas *Caualcan. in tract. de vſufr.*
*mul. rel. nu. 169. Bimium conſ. 243. nu. 38.*
*& 39. ac Giurbam deciſ. 97. num.* 18. quos
congerit idem *D. Rouit. deciſ. 90. nu. 1.*

15 Soluendum erit legatum annuum de
fructibus, ad *tex. in l. firmio 26. §. pater,*
*vbi gloſ. notat in verbo non initio ff. quan-*
*do dies leg. ced. item in l. apud Iulianum*
*40. §. hæres ff. de leg. 1. ac in l. liberto 21. §.*
*1. ff. de annu. legat.* voluerunt *Surd. deciſ.*
*28. num. 2. ac Gratian. loco cit. num.* 19. &
propterea dabitur tantùm actio contrà
16 eum, qui fructus percepit, ſpectabit
onus illius ad hæredem, eumque, qui ei-
dem ſucceſſerit, ſi conſtiterit, quòd per-
ceperit fructus, ad tradita per *Crau. in*
*conſ. 19. ſub nu. 16. ac per Iaſ. conſ. 95. cir-*
17 *cà finem vol. 5.* Vndè ſi fructus non ſuf-
ficiant ad ſolutionem dicti legati annui,
hæres non tenebitur de ſuo reſiduum
ſoluere, ad *tex. in l. ſi debitor §. veriſimile*
*ff. de contrah. empt. & vendit. & in l. cùm*
*certus ff. de tritic. vino, & oleo leg.* notat
poſt *Benintend. deciſ. Bonon. 64. ſub nu. 1.*
*in fine, ac Surd. deciſ. Mantua. 28. num. 8.*
*& 9. Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 656.*
*nu. 21.*

18 Cæterùm, non intelligas hoc ſimpli-
citer, & indefinitè, quemadmodùm au-
tumabant *Benintend. & Gratian. loc. cit.*
ſed

Digitized by Google

ſed cum diſtinctione, quam format *gloſ.* tàm in *d.l.cùm certus §. in verbo taxationis ff. de tric. vin. & ol. legat.* quàm in *l.ex eo 13. in verbo quotannis ff. eod. tit.* quòd aùt .ſ. legatum factum fuit pro vna vice tantùm, & tùnc quia taxatiuè eſt relictum ex fructibus certi prædii, aùt pluriùm, vtiquè ſi non ſufficiant fructus ad præſtationem, non poterit hæres pro reſiduo inquietari, & in his terminis loquitur *tex. in d.l.cùm certus.* Aùt verò legatum eſt annuum, vt quia .ſ. legatum eſt, vt quotannis ex fructibus certi prædii ſolueretur relictum, & tùnc tenebitur hæres inſolidum, & ſic præſtare tenebitur reſiduum ex ſuperiore anno, & ità in facti contingentia cenſuit Sacrum Conſilium ad relationem *D.Rouiti*, teſte *D.Thoro in Compend. deciſ. parte 2. verbo legatum annuum certa quantitatis fol.322.* condemnando hæredes, tàm ad præteritas ſolutiones annui legati, quã ad futuras, quicquid contrà concludere videatur *Benintend. d. deciſ. 63.* nàm ipſe nec percepit, nec mentionem fecit de *tex. in d.l.ex eo vino*, qui apertè loquitur, & probat hoc ſecundum diſtinctionis caput.

19 Ampliabis hoc etiam ad legatum annuum alimentorum, quoniàm tametſi taxatiuè fuerit illud relictum ſuper fructibus certæ rei, adhùc tamen integrum debebitur, non obſtante quòd non fuerit æqualis quantitas fructuum ex ea re percepta, quæ ſufficiat pro ſatisfactione legati, prout de hoc eſt *tex.* expreſſus in *l.Lucius Titius 12. ff. de alim. & cibar. leg.* ratio eſt, quia deſignatio rei in tali caſu, ex qua legatum ſolui deberet non facit taxationem, aùt conditionem, ſed demonſtrationem, ità vt dato adhùc quòd nulli fuerint nati fructus, vel ſi nati fuerint conſumpti, ac in aliam rem conuerſi, non proindè certum erit, minus deberi legatum, ad *tex. in d.l.Lucius Titius*, iuncta *l. quidam teſtamento ff. de legat. 1.* cum concordantibus cumulatis per *Griuell. deciſ. Dolana 55. num. 21.*

20 Extinguitur legatum annuum morte ipſius legatarii, vt in *d.l.à vobis 5. ff. de annu. legat.* non verò morte hæredum grauatorum, vt in *l.annuam pecuniam 6. ff. eod. tit.* in qua eſt caſus, quòd per mortem exequutoris legatum annuum non extinguitur.

21 Amplies hoc etiam ſi temporis præfinitio appoſita fuerit in legato, vt quia .ſ. iniunctum fuerit, vt annua præſtatio legata fieret ad decemnium, quia ſi antè illud tempus præfinitum prædefunctus fuerit legatarius, legatum cum ipſius vita extinguitur, ità vt ad eiuſdem hæredes non tranſmittatur, & ità per *tex. in l. ſi cum præfinitione ff. quando dies leg. ced.* notat *Bart. ibi*, & poſt eum *Iaſ. in l. ſi Stichum, aùt Pamphilum §. ſtipulatio num. 4. ff. de verb. obligat.* Rationem de hoc ſubdit *Gratian.* poſt plurimos, quos recenſet *diſcept. forenſ. cap. 104. num. 36. cum ſeqq.*

22 An autem tranſmittatur illud ad hæredes, dato adhùc quòd ſub aliqua cõditione iàm purificata relictum fuerit, quæ indè defecerit, ac ſi perpetuum relictum cenſeatur, dùm anni cuiuslibet initium eſt inſpiciendum, patet ex deciſione Sacri Conſilij in caſu relato per *Præſid. Anell. de Amato in conſ. 34.* de quo meminit *D.Thoro in Compend. deciſ. parte 1. verbo legatum annuum relictum fol. 315.* vbi refertur caſus teſtatoris legantis alteri ducatos centum annuos ſoluendos tertiatim de infinito in infinitum, conditione adiecta, vt ſi moreretur legatarius abſque filiis legitimè deſcendentibus, haberet tãtummodò vsũfructum: nàm cùm deceſsiſſet legatarius relicta poſthuma, quæ pariter poſt aliquod tempus deceſsit matre ſuperſtite, prætenderetq; ipſa mater, vti hæres ab inteſtato ſuccedere, ac fuiſſe propterea cauſatam perpetuitatem legati per exiſtentiam conditionis, & ſic fuiſſe illud effectum tranſmiſsibile ad hæredes, oppoſitis tamen non obſtantibus refert, per Sacrum Conſilium fuiſſe abſolutos hæredes teſtatoris ab impetitis, & conſequenter non fuiſſe factum tranſmiſsibile legatum.

23 Limites in caſu, quo pro commoditate hæredis fuiſſet diſtributa ſolutio in plures terminos, ad hoc nè vrgeretur vnica præſtatione ad ſolutionem totius ſum-

ſummæ, prout eſt caſus in *l. vxc. ſemel* §. *ſed & ſi quotannis,* & *in l. cum præfinitione annorum* §. *ſi verò,* & *in l. ſi unico* §. *pater ff. quando dies leg. vel fideicom. ced.* in quibus diſertis verbis habetur, quòd ſi teſtator cum præfinitione annorum, nõ pro alimentis quidpiam legauerit, ſed benè exonerandi hæredis gratia in plures penſiones diuiſerit, in tali caſu vnum erit omnium annorum legatum, ità vt decedente legatario intrà tempus præfinitum transmittat ad hæredem ſuum etiam futurorum annorum legatum.

24 Notes pro coronide in materia Primò, quòd ſi fuerit alicui relicta aliqua quantitas, & interim dùm non ſolueretur legatum fuiſſet legatus annuus reditus, valeret tale legatum, nec eſſet vſurarium illud annuũ relictum, & ità poſt *Surd. in conſ.* 3. *vol.* 1. ac alios, quos recenſet concludit *Ioſeph. de Seſe deciſ. Aragon.* 68. *num.* 33. ad corroborationem caſus *inibi* per *ipſum* propoſiti de promiſſione facta annuæ quantitatis, donec dos promiſſa ſolueretur, quòd ſ. non ob id diiudicetur contractus vſurarius, & ſubdit ſub *nu.* 37. quòd ità cenſuerit Senatus ille.

25 Notes ſecundò, legatum annuum perpetuum extingui ſpatio centum annorum, ſic *Alex. conſ.* 60. *omiſſo multiloquio vol.* 1. *Dec. conſ.* 378. *viſo mutuo, Tiraquell. de priuileg. pia cauſæ priuileg.* 90.

26 Limites hoc quòad legata annua habentia cauſam perpetuam, quæ etiam poſt centum annos duraret, qualia ſunt legata relicta alicui familiæ Religioſorum, putà Franciſcanis, Dominicanis, & ſimilibus, aùt relicta alicui Eccleſiæ ſub lege, vt quotidiè celebretur pro anima ipſius teſtatoris legantis ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium: quoniam tunc duraret vltrà dictos centum annos, vt deciſum per Senatum Sabaudum teſtatur *Anton. Faber in eius Codice tit. de præſcript. triginta, vel* 40. *ann.* qui in *allegat. ſub num.* 3. concludit, fore aliud ſtatuendum, ſi legaret quis Eccleſiæ annuam penſionem in perpetuum ſub onere offerendi ſacrificij pro eius anima, vſq; in annum centeſimum: nàm cùm in tali caſu fuerit ſpecificè facta mentio de centeſimo anno, non progredietur vltrà præſtatio legati, tametſi caueatur in eo, vt in perpetuum præſtetur.

S V M M A R I V M.

1 *Salarium Officiali defuncto debitum ad hæredes trãſmittitur, dato adhùc quòd antè finitum officium abierit.*

*Amplies hoc etiam fauore Aſſeſſorum ipſius defuncti Officialis, num.* 2.

3 *Salarium debetur integrum Officiali deſtinato prò administratione iuſtitiæ ſuſpẽſa iuriſdictionis propter delictum, aùt debitum Baronis, ſi antè finitum Officium fuerit reuocatus, abſq; culpa ipſius Officialis per gratiam de delicto factam. Secùs ſi eius culpa, num.* 53.

4 *Iuriſdictio ſuſpenditur Baroni in Regno ratione, aùt delicti, aùt debiti.*

5 *Salarium, ſiuè merces an debeatur regulariter, excutitur articulus, & referuntur caſus.*

6 *Salarium ad hoc vt famulus poſſit à Domino petere, oportet quòd expreſſim de illo cum Domino ſe conuenerit.*

*Fallit, quando adeſſet de hoc conſuetudo illud præſtandi, num.* 7.

*Circùmſcripta tamen conuentione, aùt conſuetudine erit officium Iudicis arbitrari, an debeatur, nec nè, attentis circumſtantijs qualitatis perſonæ ſeruientis, & ſeruitiorum, num.* 8.

9 *Salarium debetur etiam famulis paruis,* vulgò Paggi.

*Ceſſat, quandò fuerint poſiti ad addiſcendam aliquam artẽ apùd Peritos Magiſtros, num.* 10.

11 *Aduocato ſalarium etiam non conuentum debetur.*

12 *Salarium Aduocato debitum dicitur Palmarium, aliàs Honorarium.*

13 *Palmarium debitum Aduocato idem eſt, quod victoria, & proindè datur pro victoria cauſæ.*

14 *Palmarium promiſſum Aduocato debetur, nec dicitur pactum de quota litis, ſi fuerit illud expreſsè conuentum.*

15 *Salarium debetur Aduocato, dato adhùc quòd in cauſis non laboraſſet, ſi tamen facto ſui Clientis non valuerit aduocare.*

16 *Sa-*

Digitized by Google

16 Salarium Conſultori debitum quando mittitur proceſſus ad votandum, à quo ſolui debeat.

17 Salarium vnicum tantùm debetur Conſultori, aût Curiæ pro voto, aût decreto, licèt plures perſonæ in illis comprehendantur.

18 Salarium, ſiuè honorarium Aduocato debitum officio Iudicis taxatur, quando non fuerit expreſsè conuentum.

19 Procuratori nō debetur de iure ſalarium, quia debet eius officium eſſe gratuitum.

Contrarium tamen ſeruatur de conſuetudine, num. 20.

21 Salarium debetur Medico, dato adhùc quòd de illo non ſe conuenerit cum infirmo.

22 Medicus dicitur nedùm qui totum corpus medetur, verùm etiam qui dentem, aût auriculam, aût aliam partem corporis.

23 Medicorum appellatione non veniunt Incātatores, qui precationibus, aût incantationibus vtuntur.

24 Salarium debetur Obſtetricibus, ac Nutricibus, quemadmodùm & Medicis, & Aduocatis.

25 Salarium debetur Vicario Epiſcopi, etiā ſi de illo non conuenerit cum Epiſcopo.

Non tenebitur tamē ad illud ſucceſſor Epiſcopi, quia Vicarij electio eſt voluntaria, non verò neceſſaria, numer. 26.

27 Vicario Epiſcopi non debetur ſalarium, quando habuiſſet ab Epiſcopo victum, & veſtitum pro ſe, & famulo, ac commodam habitationem ab Epiſcopo.

Itèm quandò ex reditibus extraordinarijs Banchi perciperet ſufficientia emolumenta, num. 28.

29 Salaria, & emolumenta Doctorum, & Scholaſticorum, ac Iudicum, Aduocatorum, & ſimilium æquiparantur doti, & Fiſco, & proindè ad illorum inſtar habent tacitam hypothecam, de iure doti, & Fiſco indultam cum prælatione.

30 Aduocatus, & Procurator præferuntur in eadem re, quam recuperauerunt pro eorum ſalario cuicumq; creditori.

31 Salarium non debetur tutori ſuper bonis pupilli, niſi à principio conuenerit de illo.

Fallit, quando ſubeſſet iuſta cauſa, num. 32.

Item fallit in Balio, qui datur in Regno pupillo feudatario ex cauſa adminiſtrationis bonorum feudalium, num. 33.

34 Salarium an debeatur Syndico, & Electis, ac Antianis alicuius Communitatis.

35 Salarium quando ſolui debeat, an ſ. in fine anni, an verò in principio ipſius.

36 Salarij circà tempus ſolutionis conſuetudo eſt attendenda.

37 Officiali, qui mittitur forâs, vltrà ſalarium eſt etiam ſoluendum viaticum, ſiuè legaticium.

38 Salarium à Barone debitum Nuncijs, Mulionibus, & alijs ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, an ſolui debeat in principio acceſſus, an verò in receſſu.

39 Vaſallis ſeruientibus Baroni intrà fines feudi debetur ſalarium, prout inter Ciues, non verò iuxtà taxā Regiæ Pragmaticæ.

40 Salarium an debeatur famulo pro eo tempore, quo fuit infirmus, examinatur articulus.

Quid ſeruetur de conſuetudine, num. 41.

Suppoſito, quòd non teneatur eo tempore ad ſalarium, an teneatur ſaltim ad cibaria, expenſas, & medicamenta, & in quibus, num. 42.

43 Domini relinquentes ſeruos infirmos, ac de domo illos tempore ægritudinis expellentes, redarguuntur.

44 Dominus vtrùm teneatur dare alimenta ſeruo citrà caſum infirmitatis.

Quid de famulo commodato, an ei commodatarius prouidere habeat de alimentis, num. 45.

46 Alimenta qui præſtare tenetur Domino, an teneatur etiam præſtare eius famulo.

47 Operarius conductus ad faciendum aliquod opus diurnum tenetur regulariter viuere ſumptu ſuo, & propterea non poterit petere expenſas diurnas à conductore.

Fallit, quando adeſſet conſuetudo in contrarium, dandi ſ. dictas expenſas diurnas

Digitized by Google

*nas Operario, numer.* 48.

49 *Barones tenentur ſubminiſtrare expenſas,& cibaria vaſallo ſeruienti intrà fines feudi, quando illa præſtantur inter Ciues .*

50 *Operarius conductus tenetur operari cum ſuis proprijs inſtrumentis.*

51 *Famulus an debeat habere à Domino veſtimenta .*

52 *Famulus expulſus antè finitum tempus an poſſit petere ſalarium pro toto tempore conducto, licèt non ſeruierit culpa Domini, qui eum expulerit.*

54 *Famulus recedens à ſeruitio culpa ſua ad quid teneatur.*

55 *Famulus, qui ſeruiuit alicui Domino,& non poteſt habere ſalarium an valeat capere tantum de bonis Domini aùt pecuniam, quod aſcendat ad debitum ſuum.*

56 *Creditor an poſſit ſubripere res ſui debitoris ex cauſa ſui crediti.*

57 *Dominus an recedente famulo poſſit retinere eius bona, donec, & quouſq; ſoluat quod debet.*

58 *Salarium incertum alicui promiſſum nõ poteſt poſtmodùm taxari.*

## CAP. XI.

VNdecimus videtur contingere diuiſionis fructuum caſus in terminis *l. diem functo ff. de offic. aſſeſſ.* ex qua iux-
1 tà communem intellectum deſumunt *DD.* integrum ſalarium Officiali defuncto debitum ad hæredes tranſmitti, dato adhùc quòd antè officium finitum diem ſuum clauſerit extremum. Huic conſimilis eſt *tex. in l. ſed addes* 21. *§. fin. ff. locat.* quem in id ſimiliter *Doctores* expendunt.

2 Admittunt id non tantùm defuncti Officialis fauore, verùm ampliant etiam fauore Aſſeſſorum eiuſdem, qui integrũ pariter habebunt ſalarium, non obſtante, quòd officij tempus non compleuerint.

Cęterùm, quò pertinet ad *d. l. diem functo*, vtiq; non probatur ex ea id, pro quo illam expendunt *DD.* ſed excipitur tantùm ex ea, quòd defuncto Legato Cæſaris præſtari debet Comitibus ſalarium, nedùm præteriti, verùm etiam & reſidui temporis: qui quidèm Comites videntur quid diuerſum ab hæredibus Legati. Vndè induci tantùm poteſt ea lex fauore Aſſeſſorum eiuſdem, itèm fauore Cancellarii, ſiuè Notarii, aliorumque, qui intuitu officii ipſum comitantur, de quibus propriè loquitur lex illa, non verò fauore hæredum. Eſt tamen benè verum, quòd fauore hæredum id probat *tex. in l. ſi quis in ſacris C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12. in qua habetur, ſalarium militantis in ſacris ſcriniis decedentis deberi hæredibus, nedùm pro præterito tempore, verùm etiam & reſidui temporis.

Pro ratione aſſignat *Guiliel. de Cuneo*, quem ſequitur *Bart. in d. l. diem functo*, quià per ipſum non ſtetit, quin pro toto tempore adminiſtrauerit. Et ità per hãc rationem aliàs in facto reſpondi, deberi
3 .ſ. integrum ſalarium etiam Officiali deſtinato per Collaterale Conſilium, qui dicitur Officialis ſuſpenſæ iuriſdictionis pro adminiſtratione iuſtitiæ ſuſpenſæ Baronis ex cauſa, aùt delicti, aùt debiti Baronis, ſicuti multotiès euenit in Regno, in quo fiunt frequentia delicta ipſorum, ac exceſſus, propter quæ ſi euenerit, quòd fuerint reputati contumaces, vigore contumaciæ interdicitur illis, ac ſuſpenditur iuriſdictio, & iuſtitiæ adminiſtratio, ità vt nequidèm mediatè, & ſic per medium ſuorum Officialium exercere illam valeant, ſed deputatur Gubernator Regius per Collaterale Conſilium, qui, vt diximus, dicitur Officialis ſuſpenſæ iuriſdictionis, quod & in dies obſeruari in Regno teſtis eſt *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 1. §. 1. *num.* 4. poſt *Frecc Capyc. Petrum Gregor.* & alios per eos relatos, de quibus meminit pariter *D. Thoro in Compend. deciſ. parte* 2. *verbo ſalarium*, vbi quærit, an ſalarium ex cauſa officii debitum alicui Officiali, debeatur, ſi Officialis ille fuerit pro aliquo delicto inquiſitus, carceratus, & condemnatus, & in fine refert deciſionem Regiæ Cameræ Summariæ factam in contingenti caſu per ipſum relato. Contingit id etiam multotiès ex cauſa debiti, pro quo paritèr præcedente

4 te decreto Sacri Conſilii ſuſpenditur iuriſdictio. Vndè ſi in præfatis caſibus recuperaret poſtmodùm Baro iuriſdictionis exercitium, propter quod reuocaretur Officialis aùt ex gratia Principis, aùt quia fortè perſonaliter Baro comparuerit, aùt propter ſolutionem debiti, cuius vigore fuerat ſuſpenſa iuriſdictio, aùt aliàs, vtiquè Officialis ille deberet cõſequi integrum ſalarium, quod vulgò dicitur, *Prouiſione*, in Regno, non verò pro rata temporis, non obſtante quòd non exercuerit per integrum annum; ea ratione, quã ſuprà ex *Guil. de Cun. & Bart. in d. l. diſ functo* deducebamus, quia ſcilicet per ipſum non ſtetit, quin pro integro anno adminiſtrauerit, nec ipſius culpa fuerit ipſe Officialis remotus ab officii adminiſtratione, quo caſu concludũt *DD.* in eadem *l.* limitari diſpoſitionem illius, vt ſcilicet non tranſmittat ſalarium integri anni ad hæredes nec ipſe conſequi valeat, quicquid in cõtrarium hodie ſeruari in praxi, ac receptum fore ſcribat *Capiblanc. in pract. quæſt. ſuper Pragm. de Baron. c. 22. nu. 13.* vbi tradit, hodie ſeruari, vt hæredibus Officialium ſoluatur ſalariũ pro rata temporis, quo exercuit, eò quòd militat in hoc diuerſa ratio, dum ex culpa Baronis fuit electus, & deindè abſque culpa ipſius Officialis fuit facta remotio, vnde re vera per ipſum non ſtetit, quin continuaret officium.

5 At quæſtionis eſt in hoc *cap.* vtrùm ſcilicet debeatur regulariter ſalariũ, ſiuè merces non promiſſa. Et quòd non debeatur videtur facere à maioritate rationis, quia regulariter nõ debetur famulo ſalarium, ſicuti patet ex traditis in *l. 1. in fine, & in l. ſalarium C. mand.* tradiderũt *Feder. de Sen. Alex. Puteus, & Caſſador.* ac alii relati per *Rotã Rom. dec. 555 n. 1. ac dec. 679. nu. 10. p. 1. in nouiſ.* item in *deciſ. 120. num. 5. deciſ. 124. 125. & 126. p. 4. ſimiliter in nouiſſ.* probant *D. Ricc. dec. 83. nu. 1. p. 1. ac Marta deciſ. Piſan. 99. nu. 1.*

6 Adhoc enim vt famulus poſſit ſalarium à Domino petere, oportet quòd de illo expreſsè ſe conuenerit cum ipſo Domino, vt probat *Rota deciſ. 127. nu. 1. & deciſ. 128. nu. 1. par. 4. in nouiſſ.* vbi adducit *tex. in l. iubemus*, ibi; *& ſolita communi conſenſu debita C. de Aduocat. diuerſ. Iudic.* ac *tex. in l. 1. §. ludi, vbi Bar. ff. de var. & extraord. cognit.* probat etiam *Menoch. de arbitr. Iud. caſu 515. nu. 1.*

Quicquid tamen ſit de iure ex præfatis, multos nihilominùs afferunt *DD.* caſus, in quibus ſalariũ nõ cõuentũ deberi ſtatuunt, quos per modum limitationum ad regulã iſtã ſubiiciemus. Cõſtituamus itaquè in primis regulam, non deberi .ſ. regulariter ſalarium non conuentum.

7 Limites modò primò, quando adeſt vſus, & conſuetudo præſtandi, quoniam tùnc ei id præſtari debet, quod ſolitum eſt, vt poſt *Feder. de Sen. in conſ. 218. in fine, Rebuff. de ſalar. famul. gl. 4. Petr. Nau.* & alios ſcribit *Menoch. de arbitr. Iud. d. caſu 515. nu. 2.* Benè verùm idẽ *Menoch. ibidẽ num. 3. & 4.* poſt innumeros, quos

8 refert ſubdit, circumſcriptis conuentione, & cõſuetudine, adhùc id arbitrio Iudicis relinqui, cõſiderato per ipſũ priùs ſeruitiorũ genere, an .ſ. ea ſint totius anni, vel certorũ dierum, itèm an in rebus leuibus, vel grauibus, itèmq; arbitrabitur inſpecta qualitate perſonæ ſeruientis, aliiſq; huiuſmodi circũſtantiis. Sunt nihilominùs qui ſtatuunt, cõſiderari debere in caſibus præfatis, an .ſ. ſit ſolitus quis locare, alter verò conducere. Verũ quòd iſtorum alterum tantùm ſufficiat cenſuit *Rota Genuenſ. deciſ. 105. nu. 5.* Contrà tamen, quòd iſta duo copulatiuè requirãtur, nõ verò alternatiuè, quòd .ſ. famulus ſit ſolitus operas ſuas locare, & Dominus illas conducere, videtur ſentire *Rota Roma. in deciſ. 559. nu. 1. par. 1. in nouiſſ.* cenſuit eadem *Rota in vna Romana mercedis 19. Februarii 1593. coràm Arigonio*, ſicuti teſtatur *Gratian. diſcept. forenſ. c. 257. nu. 2.* & poſt eum *Ricc. d. deciſ. 85. nu. 1. p. 1.* Et ità ſeruari quotidiè in Rota teſtatur eadem *Rota deciſ. 120. nu. 6. p. 4. in nouiſſ.*

Suppoſita verò generali cõſuetudine, dãdi .ſ. hiſcè tẽporibus ſalarium famulis, fuit aliàs hæſitatum in Sacro Cõſilio, an

9 debeatur etiam famulis paruis, vulgo in Regno nũcupatis, *Paggi.* Super quo refert *D. Thoro in compend. dec. p. 2. in verbo ſalarium an debeatur famulo paruo*, fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio, illud deberi,

Dd reſor-

reformando ſententiam aliàs in contra-
rium latam per Magnam Curiam Vica-
riæ,ac per idem Sacrum Conſilium.

Super quo dicto per *D.Thoro* notes,
velim,vnum circà pueros, qui ponuntur
ad addiſcędum aliquã artem apud peri-
10 tos Magiſtros in ea; quòd ſi addiſcendæ
artis ſit promiſſio, vtiquè non debebitur
pueris illis ſalariũ aliquod pro eo tẽpore,
prò quo ſteterint apùd Magiſtros, nec è
cõtrà poterũt Magiſtri repetere expẽſas
factas ergà illos pueros addiſcendos. Si
verò nõ promitteretur addiſci aliqua ars,
videretur conducere illos ad inſeruien-
dum, & pro talibus ſeruitiis deberent
condignũ conſequi ſalariũ,vt per *ipſum*.

11 Limita ſecundò in Aduocato,cui etiã
non conuentum ſalarium debetur *Bart.*
*in l.1.§.in honorarijs ff.de uar.& extraor-*
*din.cognit.Alex.in conſ.109.lib.6.Socin. in*
*conſ.196.nu.1.vol.2.Gratian. diſcept.fo-*
12 *renſ.d.c.257.nu.5.Magon.deciſ. Florent.*
*12.nu.4.* Et ſalarium iſtud aliàs honora-
rium,aliàs verò palmariũ appellat *Vlpia-*
*nus d.l.1.§. in honorariis, ac §.ſi cui cau-*
13 *tum eſt.* Dicitur autem palmarium,quia
victoriam cauſę ſignificat:Palmarium.n.
idẽ eſt quod victoria, ſicuti exponit *gloſ.*
*in d.§.ſi cui cautum eſt in verbo nomine*
*palmarii*. Et ità Neapoli vſurpatum ui-
demus, quo loci palmarium Aduocati
uocant illud,quod ipſis prẹſtatur in fine
litis pro uictoria cauſæ. Cuius quidèm
14 palmarii, ſiuè uictoriæ nomine ſi fuerit
aliquid promiſſum,ualet promiſſio, nec
poterit dici pactum de quota litis *Salyc.*
*& Angel.in l.ſumptus ff. de pact. & in l.*
*litem C.de procurat.Alex.Sylueſter, Na-*
*uar. & Mareobrunus* relati per *Menoch.*
*de arbitr.Iud.caſu 522.nu.8.*

15 Amplia,ut debeatur etiam Aduocato
ſalarium,licèt tamen in cauſis non labo-
raſſet,ſi facto ſui Clientis nõ ualuerit ad-
uocare. Et ità per Sacrũ Cõſilium deci-
ſum refert *D.Thoro in cõpend.deciſ.Regni*
*p.1.verb.ſalarium an debeatur Aduocato.*

16 Sed incidit dubitatio, quid in caſu,
quando mittitur proceſſus uotandus ad
Conſultorẽ, tamquã ad conſiliũ ſapien-
tis,per quem .ſ. ſolui debeat ſalariũ Cõ-
ſultori,*Surdus in tract.de alim.tit.1.q.64.*
*nu.4.* reſpondet ad hoc cum diſtinctione
dicẽs,quòd aut aliqua ex Partib⁹ petit à
Iudice,quòd cauſa decidatur cum cõſi-
lio ſapientis, & tunc Pars petens debet
ſoluere totum ſalariũ *Specul.in tit. de aſ-*
*ſeſſor.§.ſalarium verſ.quòd ſi alter litiga-*
*torum*, aùt verò motu proprio Iudex vult
procedere in cauſa cum conſilio ſapien-
tis,& ſic cũ voto Cõſultoris,& tùnc mit-
tendus eſt proceſſus,& ſoluendũ erit ſa-
larium cõmunibus expenſis Partium, ex
*Baldo in l.prætor ait §.1.ff.de edẽdo, ac in*
*l.4.§.in iudicio ff.fin.regund.Bar.& Alex.*
*in l.ſi poſtulaſti in fine ff. ad leg. Iul. de*
*adulter.*cum illis cõcordant etiã *Scala in*
*tract.de conſil.ſapientis lib.3. c.11. verſ.à*
*quo autem,Menoch.de arbitr. Iudic. caſu*
*228.nu.25.Carpan.ad Stat. Mediol.p.1.c.*
*28.num.27.& 28.* vbi refert etiam quid
ſeruetur Mediolani,vt per *eum*.

Circà materiam cõſilii ſapientis, quæ
multùm eſt frequens in Regno propter
electionẽ,quę,vt plurimùm,ſit per *Baro-*
nes vtiles Dominos Terrarũ, Officialiũ
Idiotarum non Doctorũ, qui neceſſariò
poſtmodũ ſeruata forma *Regię Pragma-*
*ticę* procedere habent cũ voto Cõſulto-
ris in caſibus dubiis,& iuris,ac in cõtra-
dictoriis Partiũ litigantiũ,adiri poterunt
*Scala d.tract.de cõſilio ſapiẽtis,ac Carpan.*
*ad Stat.Mediol.d.prima par.c.27.28.29.*
*30.& 31.per tota*: Quoniam *inibi* multa
ad materiam excipientur,quæ deſeruire
poterunt in cõtingentibus caſibus pro-
pter frequentiam, vt diximus, aùt ele-
ctionis Conſultorum, aut ſuſpitionis ip-
ſorum,aùt alterius ad id.

17 Quando verò plures abſoluuntur, aùt
per Conſultorẽ,aùt per aliquem aliũ Iu-
dicem vnico decreto,an vnicũ ſit ſoluẽ-
dũ ſalariũ, quẽadmodũ vnica eſt cauſa,
quãuis plures ſint litigantes,an verò ſint
tot ſalaria,quot ſunt perſonæ abſolutæ,
videas *D.Reg.Rouit.ſuper pragm.38.n.5.*
*de offic. magiſtr. iuſtit.* vbi tenet, quòd
vnicum ſit tantùm ſoluendũ ſalariũ,licèt
plures ſint perſonæ,*ibiq;* multa excipies.

18 Salarium autem; ſiuè honorariũ Ad-
uocato debitum quando non fuerit cõ-
uentum,debetur illi Iudicis officio *Ma-*
*gon.deciſ.12.nu.2.Gratian.diſcept.forenſ.*
*d.c.257.nu.6.* vbi alios adducit,*ibidemq;*
de mente *Pontani in loco* per *eum citato*
dicit,

Digitized by Google

dicit, ſic ſeruari in Rota, illudquè ipſius
Iudicis arbitrio taxabitur *d. l. 1. §. in honorariis*, iuncto *d. §. licita autē ff. de var. & extraord. cognit.* quem in id expendit
*Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 513. *nu.* 7.

Hoc autem ſpeciali iure inductum fa-
uore Aduocati tradit *Natta in conſ.* 326.
& poſt *eum Gratian. d. c.* 257. *n.* 7. *ac Ma-
gon. d. deciſ.* 12. *num.* 4. nàm aliud reſpon-
dendum ſtatuunt in Procuratore. Et ra-
tio poterit eſſe, quia Procuratoris offi-
cium debet eſſe gratuitum *l.* 1. §. *vlt. ff.
mandat.* Et ità reſpōdit *Alex. d. conſ.* 109.
*lib.* 6. *per totum*, vbi indubitáter affirmat,
Procuratori ſalarium nō deberi, niſi fue-
rit illud cōuentum: Quicquid tamen ſit
de iure, contrarium hodiè de conſuetu-
20 dine receptum videmus: cùm etiā Pro-
curatori officio Iudicis ſalarium taxetur,
etiam non conuentum. Illud tamen eſt
in hoc perpetua commendatione dignū,
ſalariū ſcilicet iſtud Procuratori nō de-
beri poſt biennium, & biennium iſtud
cōputandum erit, non à die exhibitionis
operarū, ſed benè à die finiti officii. Et ità
cenſuit Senatus Sabaudus, teſte *Anton.
Fabro in eius Cod. tit. de locat. definit.* 34.
21 Limita tertiò in Medico, qui ſimiliter
ſalarium non conuentum ab infirmo pe-
tere valebit *d. l.* 1. §. 1. *ff. de var. & ex-
traord. cognit. l. iubemus C. de profeſſor. lib.*
10. *Bald. in l.* 1. *nu.* 3. *C. mandati, Soccin. in
conſ.* 190. *lib.* ., *Ripa in tract. de peſte tit.
de remed. ad curand. peſtem* §. *medicorum
nu.* 124. *Rota Roman. in deciſ.* 124. *num.* 1.
*par.* 4 *in nouiſſ.* Et Medicum quòad hoc
22 intelligas, ne dùm qui totū corpus me-
detur, verùm etiam qui dentem, aùt au-
riculam, vel aliam partem corporis, *Bal.*
notabiliter in *l.* 1. *n.* 6. *C. mand.* per *tex. in
d. l.* 1. §. *medicos*, *& ibi etiam Bar. ff. de uar.
& extraord. cognit.* Vndè Chirurgici etiā
eorum appellatione venient *Magon. de-
ciſ. Florent.* 11. *nu.* 1. Veniunt etiam Ob-
ſtetrices, quæ & ipſæ etiam medicinam
exhibere videntur *d. l.* 1. §. *ſed & obſte-
trices, vbi Bar.* Non veniunt tamen ap-
pellatione Medicorum Incātatores, qui
precationibus, aùt incātationibus vtun-
tur; cùm nō ſint ea medicinarum gene-
ra, tametſi affirment aliqui, hos ſibi cum
prædicatione profeciſſe, vt inquit *Vlpia-
nus in d. l.* 1. §. *medicos*, & ſubdit *Baldus
loco cit.* in hoc magis fauendum eſſe Me-
dicis, quàm Aduocatis, propter curā hu-
mani corporis, & ità cōcludunt etiā poſt
*eum Affl. in Conſtit. Regni Quia non nùm-
quā n.* 5. *ſub rubr. de probab. exper. Medic.
& Magonius d. dec.* 11. *n.* 2. Et in puncto,
24 quòd debeatur ſalarium Obſtetricibus,
itē & Nutricibus, quemadmodū & Ad-
uocatis, & Medicis, poſt *Iſern. in cap.* 1. §.
*huius autem generis quib. ex cauſ. feud.
amitt.* adnotauit *Petra in addit. ad Capyc.
deciſ.* 163. *nu.* 1.

25 Fallit quartò in Vicario Epiſcopi, cui
ſimiliter ſalarium etiam non conuētum
debetur *Rota Roman. in deciſ.* 126. *parte*
4. *in nouiſſ. Gratian. diſcept. forenſ. d. cap.*
257. *num.* 7. vbi concordantes adducit,
*ibiquè ſub num.* 9. dicit, non eſſe facien
dā probationem extremorum, de qui
bus ſuprà, quòd .ſ. ſolitus ſit operas ſuas
locare, & Epiſcopus conducere: quo-
niàm licèt in affirmatiuam partem cen-
ſuerit *Rota* apùd *Puteum deciſ.* 1. *lib.* 3. *&
deciſ.* 43. *&* 44. *lib.* 2. ab illis tamen deci-
ſionibus eadem *Rota* receſſit, vt teſtatur
idem *Gratian. loco cit. num.* 9. de mente
*Granut. theorem.* 12. *num.* 2. *verſic. con-
trarium tamen*. Hoc tamen idem *Gra-
tian. cit. loco* ſublimitat in aliquibus caſi-
26 bus. & Primò, vt non procedat in ſuc-
ceſſore Epiſcopi, ex eo quia electio Vi-
carij eſt voluntaria, non autem neceſſa-
27 ria. Secundò, quando Vicarius habuiſ-
ſet victum, & veſtitum pro ſe, & famulo,
& commodam habitationē ab Epiſco-
28 po. Tertiò, quando ex reditibus extra-
ordinarijs Banchi perciperet ſufficien-
tia emolumenta. Et ità practicatur in
Ciuitate Beneuētana, vbi propter opu-
lenta emolumenta, quæ percipit Vica-
rius ex reditibus extraordinarijs Ban-
chi, non præſtatur illi ſalarium à D. Ar-
chiepiſcopo Beneuētano. Subdit etiam
*ibidem Gratian. ſub num.* 17. *cum ſeqq.*
29 quòd ſalaria iſta Doctorum, & Schola-
ſticorum, & conſequenter Iudicum, Vi-
cariorum, Literatorum, Aduocatorum,
& ſimilium habent priuilegia inter om-
nes creditores, æquiparanturq; doti, &
Fiſco cum priuilegio prælationis, addu-
cit *Bart. in l.* 1. *in fine num.* 36. *verſic. &*



Digitized by Google

*ſic ex dicta ff. ſolut. matrim.* vbi etiam *Angel. num. 12. Iaſ. num. 51. Ripa num. 139. Socin. num. 6. Marian. Socin. num. 276. Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuileg. 118.* ac quòd pro talibus ſalarijs detur etiam Saluianum vtile interdictum, ſecundùm *Statil. Pacific. de ſaluian. interd. cap. 4. inſpect. 3. num. 233. vſquè ad num.*

30 *236.* Ampliat hoc idem *Gratian. loco cit. num. 26.* præfectum fore Aduocatum, & Procuratorem in eadem re, quam recuperauit pro ſuo ſalario cęteris creditoribus, ad inſtar illius, qui rem meliorauit, & affert in terminis deciſionem Rotæ Romanæ, de qua per *eum.*

31 Inſurgit autem dubitatio circà tutores, vtrùm ſcilicet debeatur illis ſalarium ſuper bonis pupilli. Et hoc eſt indubitatum per *tex. in l. à tutoribus §. fin. ff. de admin. tutor. & in l. eos ff. de tutel.* per quę *Bar. & Odofred. ibidem, ac Bald. in conſil. 256. ſuper primo puncto vol.* 4. voluerunt, quòd ſi à principio adminiſtrationis fuerit illi à Iudice taxatum, illud debebitur, ſin verò non fuerit taxatum, nullum debebitur ſalarium, & ità videntur etiam expreſsè innuere *Petr. Iacob. in pract. tit. de act. mandat. ac Guid. Pap. deciſ. 68. in princ.* aſſignantes pro ratione, quia ipſi gerunt munus perſonale abſque detrimento, aùt derogatione ſui patrimonij *l. 1. ff. de muner. & honor.* adde ijs *Viuium deciſ. 40. num. 4. D. de Franch. in loco* mox allegando, ac *Maſtrillum, & Marcellum Conuerſanum in locis* relatis per *D. Thoro in Compend. deciſ. par. 1. verbo ſalarium an debeatur hæredibus tutoris*, vbi dicit, quòd nec hæredibus tutoris debeatur, ſi non fuerit illud à principio adminiſtrationis conſtitutum per Iudicem, nec pe-

32 titum per tutorem. Fallit hoc primò, quando ſubeſſet iuſta cauſa *Aretin. in §. ſed & propter paupertatem in fine Inſtit. de excuſat. tutor. & curat. Caualcan. in tract. de tutor. & curat. num. 301. Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 39. num. 6.* vbi pro cauſa aſſignat, quando tutor reliquiſſet ſua negotia, vt pupilli bona curaret, paſſuſque ob id fuiſſet diſpendium rerum ſuarum, quo caſu deberetur officio Iudicis, non iure actionis *D. de Franch. deciſ. 122. nu. 3.* vbi deciſum refert, fuiſſe tutori datum ſalarium à principio non taxatum, ex cauſa, quia tutor ipſe durante tempore tutelæ fuerat Aduocatus ſui pupilli, nec reperiebatur in rationibus ſuis aliquid erogatum, nec expenſum pro patrocinio Aduocatorum, aut ſalario Procuratoris. Fallit ſecundò in Balio, qui datur in Regno Pupillo Feudatario ex cauſa bonorum Feudalium, cui

33 ex diſpoſitione *Conſtit. Regni Minoribus* conſtituitur ſalarium, victus, & veſtitus ſuper bonis dicti ſui Pupilli Feudatarii, & ità pariter deciſum per Sacrum Conſilium refert idem *D. de Frāch. d. deciſ. 122. nu. 5. ac in deciſ. 340. in princ.* vbi id ſublimitat in patre, qui fuerit conſtitutus Balius ſui filii pupilli feudatarii, qui non habebit nec ſalarium, nec aliquid aliud ex cauſa dicti ſui Baliatus, & quòd ità fuerit deciſum.

34 Hoc autem quod diximus de tutore, & curatore, extendendum eſt etiam ad Syndicos, & Electos, ſiuè Antianos alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, qui cùm ipſi etiam gerant munus perſonale abſque detrimento ſui patrimonij, non habebũt ſalariũ pro viagiis, & laboribus per eos ſubſtentis ad cauſam eorum ſyndicatus, niſi tantummodò expenſas bona fide factas *Guid. Pap. deciſ. 68. nu. 2.* ac *Montanarus ſuper pragm. 4. de admin. Vniuerſ.*

35 Quando autem præſtari debeat ſalariũ, ſi in principio anni, vel in fine ipſius, videtur regulariter reſpondendum, illud præſtari debere in fine operis, ex traditis per *Speculat. in tit. de ſalariis §. nunc autem*, & ità tradunt *Doctores* cumulati per *Montanar. ſuper pragm. 1. de admin. Vniuerſ. nu.* 47. Alii verò diſtinguere videntur, vtrùm illud debeatur ratione laboris, àn verò ratione dignitatis. Et quòad primũ cõcludunt, pręſtari illud debere in fine anni, ex eo quia cùm debeatur ratione operis pręſtãdi, nõ videtur completum ex parte ſua antè operas finitas *Alex. & Cagnol. in l. diẽ functo ff. de offic. aſſeſſor.* cõcludit *Rebuff. de ſent. prouiſion. art. 3. gloſ. 7. nu. 3. Gratian. deciſ. Marchiæ 201. nu. 5.* Quò verò ad ſecundum videtur ſentire *Gratianus loco cit.* deberi illud in principio. Et affert exemplum de ſalario debito Legatis, & Profeſſoribus.

Con-

Digitized by Google

Cõſuetudine nihilominùs videmus cõtrarium ſeruari: nàm ſalarium Officialibus, Aſſeſſoribus, alijſque ijs ſimilibus
36 quibuſcumque, nõ niſi in fine anni, vel tertiatim, & in fine videmus præſtari, quæ conſuetudo eſt attendenda in hoc, per ea, quæ in puncto tradit *Cornel. Benincaſa in tract. de paupertat. ſpecial.* 5. *nu.* 7. & 8. & poſt *eum* voluit *Montanar. loco cit.* Benè verum illud quandòque præſtatur in principio, ſaltim pro parte in vtroquè caſu, quando ſcilicet is, cui ſalarium eſt præſtandum, mittendus eſſet extrà patriam, & ob id neceſſe haberet erogare plurimas expenſas pro vecturis, & cibarijs, ex eo quia ſalarium ſuccederet loco victus *l.* 2. *C. locati, Angel. in l. ſi non ſortem* §. *libertus ff. de condit. indeb.* Conferunt ad id tradita nouiſſimo loco per *D. Reg. Tapiam in deciſ. Sacri Conſilii vltima*, vbi notabiliter, & doctiſſimè procedit, ac deciſionem Sacri Conſilij in puncto, & articulo *inibi* propoſito recenſet, quam deciſionem in eadem facti ſpecie, antequàm fuiſſent prælo traditæ dictæ *deciſiones D. Regentis Tapia*, retulit *D. Ioan.* Bapt. *de Thoro in compend. deciſ. Regni p.* 2. *verbo ſalarium Officiali electo*.

37 Et præſtationem iſtã in tali caſu viaticum, ſiuè legaticium appellat *Iureconſultus* in *l. fin.* §. *legati ff. de muner. & honor.* Et præſtari illud debet vltrà ſalariũ, quando ſe confert de loco ad locum, & ſic de loco, in quo reſidet, vel iuſtitiam adminiſtrat ad alium locum *Iaſ. in l. properandum* §. *ſi autem alterutra nu.* 14. *in fine C. de iudic. Cacheran. deciſ.* 45. *nu.* 16. *Surd. in tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 67. *per totam*, vbi id ampliat in Aduocato, in Syndicatore, in Delegato, & alio quocũque Officiali exeunte Prouinciam, vel diſtrictum ſuæ iuriſdictionis. A quo autem pręſtari debeat viaticũ iſtud, adeundus eſt *Cacheran. loco cit.*

38 Hinc forſitan in Sacro Conſilio eſt receptum, ſalarium debitum Nunciis, Mulionibus, & alijs, qui ſeruire debent Baroni extrà locum ſui domicilij, iuxtà taxam *Regiæ Pragm. primæ ſub tit. de ſalar. cor. qui mittunt*. auctum poſtmodũ ex diſpoſitione alterius *Regiæ Pragmat.* Comitis de Lemos, quę eſt 2. in ordine ſub *rubr. prædicta*, ſoluendum illis eſſe pro medietate antè diſceſſum, ſicuti deciſum refert *Capiblanc. ſuper Pragm.* 16. *de Baron. & eor. offic. nu.* 52. Quod eſt intelligendum, quando deſeruiunt extrà fines feudi: nàm quando intrà fines feudo deſeruirent, aliud videretur innuendum, ex traditis per nos ſuprà. Contrarium tamen videretur affirmandum, quando perſonæ, ſiuè vaſalli burgenſes eſſent pauperes, quæ victum non aliundè, quàm ſuis proprijs manibus operando quærerent, quia cùm ſalarium ſuccedat loco victus, vt ſuprà dicebamus, eſſet illud proindè ſaltim pro dimidia pręſtandum antè ſeruitium, tametſi deſeruiant intrà fines feudi, quando tamen deſeruirent cum ſalario ſine expenſis: quia ſi vltra ſalarium reciperent etiam expenſas, hoc eſt cibaria, aliud videretur eo caſu concludendum: cùm ceſſet ratio deficientię victus in ſeruitio.

39 In caſu verò ſeruitiorum, quæ præſtãtur Baroni per vaſallos burgenſes intrà fines feudi non attenditur taxa *Regię Pragmaticę*, ſed præſtabitur ſalarium, prout inter ciues. Et ità vbiquè receptum eſt, ex deciſione Sacri Regij Conſilij, de qua apud *D. de Frãch. in deciſ.* 526. *nu.* 3. vbi ampliat id etiam, quando ſeruitia iniungenda ſunt infrà dietam, & dietam intelligit vſquè ad viginti milliaria. Circà quod eſt aduertendum ad vnum notabile quòad ſolutionem iſtam faciẽdam, prout inter ciues, quòd ſi eo die vnus ex ciuibus ſolueret pro ſeruitio operarii carolenum vnum, alter verò granos duodecim, & alter quindecim, attendendum erit in hoc quod minus fuerit ſolutum, & tantundem erit præſtandum, prout in terminis deciſum refert *Guid. Pap. in deciſ.* 252. per *tex.* notabilem in *l. qui concubinam* §. *cùm ita il* 1. *ff. de legat.* 3. cum concordantibus, adnotauit *Petra in addit. ad Capyc. deciſ.* 163.

40 Quò verò ad famulũ infirmum, vtrùm ſit ei ſalarium præſtandum pro eo tempore, quo fuerit ægrotus, affirmat *gloſ. in l. arboribus* 13. §. *de illo in verbo ęgrotante ff. de vſufr.* argumentum ducendo ab eo

Digitized by Google

eo *tex.* eandemque ſententiam ſectati ſunt *Innoc. Ioan. Andr. & Barbat. in cap. propter ſterilitatem extrà locat. Specul. in tit. de locato* §. *poſtquàm verſ. quid ſi mercennarii, Hoſtienſ. in ſumm. eod. tit. de locat.* §. *quæ actiones verſ. quid autem, Azo in ſumma tit. ſimiliter de locat.* Et hanc opinionem dicit communem *Imola in d. c. propter ſterilitatem*, & pro ea inducunt aliqui *tex. in l.* 4. §. *Stichus ff. de ſtatuliber. & in l.* 1. §. *Diuus ff. de var. & extraordin. cognit.*

Contrariam autem ſentētiam admittunt *Abb. in cap.* 1. *nu.* 6. *de cleric. ægrot. Doctores in l. diem functo ff. de offic. aſſeſſor.* vbi in ſpecie *Curt. ſen. Cagnol. nu.* 215. *& Bolognet. nu.* 72. *Bar. in l. ſi vno* §. *item cùm quidam ff. locati, & in l. operæ ff. de vſufr. leg. ibique etiam Dyn. Oldrad Iacob. de Arena, & Alberic. Ancharan. Butr. & Imola in d. c. propter ſterilitatem*, & cùm iis frequentiùs poſt relatos per *Couar. var. reſol. lib.* 3. *c.* 13. *nu.* 8. reſident idem *Couar. ibi, Aufrer. in addit. ad deciſ. Capell. Tholoſ.* 268. *Surd. de aliment. tit.* 4. *q.* 23. *num.* 35. *Viuius lib.* 1. *commun. opin.* 108. *Suar. in theſ. recept. ſent. litera F. verb. amulus infirmus nu.* 48. *Caroc. de locato, & cond. p.* 1. *tit. de mercede famulitia n.* 24. vbi alios quoquè recenſet, *D. Ricc. deciſ.* 220. *p.* 2. *num.* 11. ipſamquè veriorem, & communem dicunt *Iaſ. in d. l. diem functo num.* 47. ac *Abb. & Couar. loco cit.* & magis communem affirmat *Surdus d. q.* 23. *nu.* 35. *in fine, D. Reg. Conſtant. tit. C. de re militari nu.* 13. *lib.* 12. vbi *nu.* 24. id limitat in milite ægrotante, cui currunt ſtipendia, quando infirmitas nō eſt diuturna, & quòd ità ſeruatur in Regno, vbi admittitur hoc per bimeſtre tempus, per *tex. in cap.* 1. *de cler. ægrot.* extenditquè id etiam ad Magiſtratus, Aſſeſſores, & Iudices, quibus medio illo tempore infirmitatis datur ſalarium.

Sunt qui dixerunt, primam opinionē affirmatiuam æquiorem, eandemque magis de ęquitate attendendam, quàmuis ſecunda ſit verior, & ſubſtētabilior. Et ità poſt alios affirmat *Ioan. Vaud. q.* 7. & ſecundùm ipſam pluriès iudicatum refert *Syluan. in conſ.* 28. *num.* 22. *&* 23.

Admittunt alii dictam primam ſententiam affirmatiuam, verùm dicunt, teneri è contrà ſeruum ſeruire pro tanto tempore, quo fuerit infirmus, cùm poſtmodùm conualuerit. Et ità videtur ſentire *Bertachin. in verbo famulus verſ.* 3. item *Capella Tholoſ. deciſ.* 359. *in fine*, vbi loquitur de famulo, ſeù ſeruitore oneroſo, qui ſi fuerit impeditus ſeruire propter infirmitatem, tenetur recuperata ſanitate reſarcire tempus, in quo non ſeruiuit, adducit *gloſ. in d. l. ſi vno* §. *item cùm quidam verſ. conductor ff. locat.* cenſuitquè etiam Senatus Sabaudus apud *Anton. Fabr. in eius Cod. tit. de obligat. & act. definit.* 19. vbi pro ratione adducit, quòd non per ægrotum ſteterit, quin ſeruiret, argum. *l.* 1. §. *Diuus Seuerus ff. de var. & extraord. cognit.*

Aduersùs tamen iſtud poterit inſurgi ex traditis per *Tiraquell. in l. boues* §. *hoc ſermone ff. de verb. oblig.* vbi innuit, quòd ſi Dominus dicat famulo infirmo, tu nō potuiſti ſeruire anno præterito ex cauſa infirmitatis, reſtaures tempus in præſenti, non tenetur ſeruus. Et ità pariter poſt *eum* voluit *Caroc. loco cit. nu.* 3. ſequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. p.* 2. *c.* 498. *nu.* 16. & ſic intelligenda puto ſuperiùs tradita, vt ſcilicet electio refuſionis temporis, quo non ſeruiuit, ſit ad arbitrium famuli locantis operas, non autem Domini cōducentis, per illam ſatis vulgatam iuris regulam, quòd in alternatiuis electio eſt debitoris; quia ſi famulus locans operas uoluerit deducere pretium pro rata temporis, quo non ſeruiuit, vtiquè non poterit compelli ad refundendum effectualiter tempus illud præcisè in ſeruitiis, ſed ſoluendo intereſſe liberabitur, quando tamen non ceſſauerit à ſeruitio dolo, & ex cauſa, ſed benè aùt ex licentia, aùt ex iuſta cauſa intercedente, in caſu autem, quo admitti deberet cōtraria opinio, declares illam, vt procedat, quando quis locauit operas ſuas indefinitè, & abſolutè ad tempus incertum, quia ſcilicet promiſerit ſeruire ad annū, vel mēſem ſimpliciter, nihil nominatim exprimente, ſecùs uerò quando ſpecificauerit certum tempus nominatum, ut quia promiſit ſeruire de menſe Augu-

Auguſti, vel ſimili, quoniam tunc non poterit reſtaurare, niſi ſint opera omninò indifferentia, Et opera iſta omninò indifferentia ſunt, videlicèt ędificare domum, & ſimilia, quæ ſic poterit implere in vno tempore, ſicuti in alio *Bart. in d. l. ſi vno §. item cùm quidam num. 9. ibique etiam Caſtr. nu. 12. ac Fulgoſ. nu. 7. ff. locati, Bald. Angel. Alex. Iaſ.* Bar. & cæteri relati per *Carocc. d. tract. de locato tit. de mercede famulitia à num. 25. vſquè ad nu. 35.* quos prætermitto ſciens, nàm haƈtenùs apud *ipſum*.

41 Quicquid tamen ſit, ſeruatur de conſuetudine ſecunda poſterior ſententia negatiua. Et ità indiſtinƈtè vbiquè, & ſemper videmus, famulo infirmo non præſtari ſalarium pro rata temporis, quo infirmitate detinetur, quam conſuetudinem attendẽdam eſſe in hoc colligimus ex traditis per *Angel. in Summa Angelica* nuncupata, *verbo familia nu. 2.* vbi taliter videtur conciliare iſtas duas opiniones.

42 Licèt autem non teneatur Dominus ad ſalarium pro eo tempore, quo famulus extiterit infirmus, tenebitur tamen ad cibaria, & expenſas, itèmque ad medicamẽta, dummodò tamen ea ſint modica: nàm secùs pro magnis *Bart. in l. ſi cùm dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo nu. 8. vbi etiam Alex. ff. ſol. matrim. in l. in rebus §. poſſunt ff. commod. & in l. legata num. 3. vbi Alex. ſimiliter in addit. ad ipſum ff. de alim. & cibar. legat. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 13. nu. 8. Carocc.* qui alios adducit *d. tit. de merced. famulit. nu. 35.* ſic pluriès reſolutum in Curia Archiepiſcopi Neapol. dicit *D. Ricc. deciſ. 220. nu. 11. par. 2.* adde *Fabr. in eius Cod. tit. de oblig. & act. definit. 19.* vbi id pariter limitat, quando cõſtabit, morbum fuiſſe cõtraƈtum ex cauſa, quę ad Domini vtilitatem pertinebat, *Surd. de aliment. d. tit. 4. q. 23. nu. 34.* vbi de mente *Angel. de Clauaſ. in ſumma in verbo familia num. 2.* & aliorum limitat hoc etiam, quando traƈtatur, an teneatur Dominus per viã eleemoſynæ: quoniàm tùnc ſi aliæ concurrerent qualitates, tenebitur Dominus etiam magnas impenſas facere, verùm non tamquàm Dominus.

43 Peſſimè igitur faciunt Domini derelinquendo ſeruos ſuos infirmos, illoſque ægrotantes de domo expellentes, cùm humaniſſimè traƈtare eos debeant, perindè ac ſi fratres eſſent, aùt filius, legitur enim *Eccleſiaſt. 7. Seruus ſenſatus ſit tibi dileƈtus, quaſi anima tua, nequè inopem derelinquas illum.* Hinc ſemper, & vbiquè commendatus extitit vir ille Centurio, de quo *Luca c. 7. ac Matth. c. 8.* eò quia pro ſeruo ſuo infirmo domi retento, tàm enixè ſeruatorem Dominũ Noſtrum fuerit deprecatus, & è contrà improbatus Amalechites ille, eò quia deſeruerat, neglexeratque ſeruum ſuum ægrotantem, quem cùm ſemimortuum, & penè fame cõſumptum, nàm à tribus diebus non comederat, reperiſſet Dauid, eiuſdem miſertus, refocillauit ipſum priùs, & poſtmodùm de Domino vindiƈtam ſumpſit, vt legitur *primo Regum cap. 30.*

44 Circùmſcripta autem infirmitate, vtrùm teneatur Dominus dare alimenta ſeruo, *Specul. in tit. qui fil. ſint legit. §. fin. nu. 20. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ſolent num. 15. ff. de alim. & cibar. legat. ac Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 66. num. 13.* concludunt, teneri, adducunt *text. in l. cùm plures §. cùm tutor ff. de adminiſtr. tutor.* Ampliat id *Surdus loco cit. nu. 16.* poſt *Alex. in l. ſi cùm dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo nu. 6. ff. ſol. matrim.* ac poſt *Felin. in l. ex reſcripto in fine ff. de iure iur.*

45 etiam in famulo commodato, cui commodatarius prouidere debet de alimentis, adducunt *tex. in l. in rebus §. poſſunt ff. commod.* Amplia hoc ſecundò in caſu,

46 quo quis tenetur alere Dominum, quoniàm tunc tenetur alere etiam famulum ipſius *gloſ. in c. 1. verſ. neceſſitatem 21. q. 1. gloſ. in c. ſtudeat in gloſ. fin. 50. diſt. Abb. in cap. cùm adeò num. 5. de reſcript.* cùm aliis congeſtis per *Cordub. d. l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filios nu. 50.* ac per *Surd. de alim. tit. 4. q. 10. nu. 10.*

47 Fallit hoc in Operario conduƈto ad faciendum aliquod opus, qui non debet regulariter habere expenſas diurnas à conduƈtore, ſed viuere debet ſumptu ſuo *Bar. in l. ſi non ſortem §. libertus num. 32. ff. de condit. indeb. Bald. in l. quoniàm libe-*

Digitized by Google

*liberi n.5. C.de teſtib.* alios recenſet *Surd. de alim.d.tit.1.q.66.nu.1.* Dixi regulari-
48 ter, quia fallit iſtud, quando viget conſuetudo in contrarium, dandi ſcilicet expenſas diurnas Operario, quemadmodùm concludunt *Bart.* & *Bald loco cit.* quibus adhærent alii citati per *Surd. ibidem nu.2.cum ſeqq.* Et hoc eſt notãdum pro vaſallis burgenſibus, qui tametſi teneantur ſeruire *B*aroni ſalario mediante ſecundùm taxam *Regia Pragm.* quando mittuntur extrà territorium, ſi verò intra fines feudi, ſoluto ipſis ſalario, prout inter ciues, vt pluries deciſum eſt per Sacrum Conſilium, & nos ſuprà diximus:
49 attamen ſi inter Ciues adeſt conſuetudo, vt vltrà ſalarium præſtentur Operariis etiam cibaria, & alimenta, ſiuè expenſæ diurnæ, vtiquè tenebitur Baro præſtare vaſallis dictas expenſas diurnas, ſiuè cibaria, ſicuti præſtantur inter Ciues.

Eſt tamen aduertendum in hoc ad vnum poſt *gloſ.in l.quoniàm liberi C.de teſtib.* ac *Bald.in l.1.num.1.C. de verb.ſignif.* cum quibus concordat etiam *Surd. loc.cit.nu.10.* teneri videlicèt tales Ope-
50 rarios conductos operari cum eorum propriis inſtrumentis.

51 Sed dubium inſurgit, vtrùm teneatur etiam Dominus dare ſeruo, aùt famulo veſtimentum, *Alex.in d.l.ſi cùm dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo nu.6.ff.ſol.matrim.* quem ſequitur *Surd.de alim.tit.4.q.23. nu.33.* voluit, non teneri ad illud, ſed tãtummodò ad cibaria, vt ſuprà, adducunt *tex.in l.id veſtimentum cum ſua gloſ.ff.de peculio.*

Sed quia ſolent quandoquè Domini dare ſuis famulis veſtimentum, quæritur proindè, vtrùm veſtimentum illud ſeruo traditum efficiatur proprium, ac perpetuò, & irreuocabiliter ipſius ſerui, ità vt liceat eidem quãdocumque diſceſſerit à ſeruitio Domini illud ſecum aſportare, an verò teneatur illud tempore diſceſſus Domino relinquere. *Tex.in d.l. id veſtimentum* videtur diſtinguere, vtrùm Dominus dederit illud ſeruo, vt perpetuò vtatur, & ſic quandiù illud durabit, & tunc efficiatur ſerui. Aùt verò illud tradidit, vt vtatur quamdiù in ſeruitio ſuo erit, & tunc non efficiatur ſerui. Quod notandum dicit *gloſ. ibi in verbo peculiſ* contra Dapiferos, & Pediſſequas, vt ſcilicèt quando repelluntur, poſſit Dominus veſtimentum retinere, ſi dederit illud, vt in ſuo ſeruitio vteretur.

Cæterùm, licèt *tex.* ille iure decidat in terminis diſtinctionis per eum formatæ: attamen non aperit, quid ſit in dubio iudicandum, vtrùm ſcilicet cenſeatur illud Dominus tradidiſſe ſeruo, vt perpetuò vtatur, an verò, vt vtatur durante ſeruitio. Et proindè arbitror, quæſtionem iſtam terminari poſſe per *text. in l. in iis rebus 67. §.ſeruis ff.ſolut. matrim.* ex quo elicitur, quòd facto diuortio maritus recuperat veſtiměta data ſeruis dotalibus qualia ſunt. Ergò colligitur ex eo *tex.* quòd dùm ea recuperat qualia ſunt, non eo animo videntur in dubio data ſeruis, vt eorum perpetua fiant, ſed benè, vt iis vtantur, quandiù in ſeruitio Domini erunt. Et in hac ſententia inclinat etiam *Marta voto, ſiue deciſ.Piſana 99.num.8.* poſt *Rebuff.* ab ipſo relatum dicẽs, quòd poterit Dominus famulo recedere volenti à ſuis ſeruitiis auferre veſtes, quas ei dederat tempore, quo erat in ſuo ſeruitio, eò quòd non cenſetur illas donaſſe, niſi pro tempore, quo ſeruierit.

Accedendo autem propriùs ad materiam ſalarii famulorũ, puto pro maiori illius explicatione fore ad aliqua inferendũ, ex quorum poſitione, & reſolutione abſoluta reddetur explicatio præſentis *cap.*

52 Et primò infer, quòd famulus, qui locauit operas ſuas, ſeù qui promiſit ſeruire alicui per certum tempus, putà per annum, vel aliud ſimile definitum tempus, ſi fuerit poſtmodùm à Domino expulſus ante finitum tempus, debet habere ſalarium pro toto eo tempore, quo non ſeruiuit, ex quo nõ ſtetit per ipſum poſt expulſionem, & ità cenſuit *Capella Tboloſ.deciſ.268.* per *tex.in l. qui operas,* & *in l.ſed addes §.vltimo ff. locat.vbi gloſ. ac in l.diem functo ff. de offic. aſſeſſor.* habetur per *Innoc.in cap.propter ſuper verbo remiſſio extrà de loc.* & *conduct.* Quando verò ei datur licentia per Dominum pro aliquo tempore, tũc vel fiet ſalarii

defal-

Digitized by Google

defalcatio pro rata temporis, vel dictū tempus replebit per tantumdem, quo abfuit ex his, quæ in ſimili affert *Bart. in l. ſi vno §. item cùm quidam versùs finem ff. locat.* ſequitur *Amat. deciſ. Marchiæ 52. nu.* 10. vbi loquitur de famulo conducto pro reſpectu laboris, & operarum, ſecùs tamen affirmandum cenſet in conductis reſpectu ſcientiæ, vt in terminis illius deciſionis, in qua loquitur, & ponit caſum de Officiali, & concludit, quòd talis tempore abſentiæ ſi abfuerit cum licentia, debet habere ſalarium, etiam reſpectu temporis, quo fuit abſens, & quòd ità fuerit obſeruatum in ſui perſonam, adducit *D. Conſiliarium Anna in conſ. 42. num. 25.*

53 Vtrùm autem debeatur ſalarium Officiali remoto propter eius culpam, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. num. 16.* voluit, ei deberi pro parte, eò quòd ſalarium, & tempus recipiunt diuiſionem, ad *tex. in l. ſcio in princ. ff. de ann. legat.* quod & deſeruire etiam poterit pro appendice ad id, quod diximus ſuprà hoc eodem *cap. num. 4.*

Verùm quod diximus ſuprà de refuſione temporis, intelligendum puto ad electionem famuli, non autem ad electionem Domini.

54 Quando verò famulus recedit à ſeruitio culpa ſua, tùnc ad plura tenetur. Et primò tenebitur ergà Dominum ad omnia damna, & intereſſe per ceſſationem à ſeruitio abſq; cauſa, vt videtur diſertis verbis ſentire *Bald. in l. 2. ſub nu. 5. C. locat.* Secundò perdit ſalarium futurum, ſecundùm eundem *Bald. ibidem num. 4. verſ. ſed ſi quis promittit, ac in l. ade num. 8. C. eodem tit. locati, DD. in l. penult. ff. ſolut. matrim. ac in l. diuerſitatis C. de poſtlim. reuerſ. Ferret. Rebuff. ac Bonacoſſa* relati per *Caroc. in tract. de locat. & cond. tit. de mercede famulitia quæſt. 10. num. 21. fol. 37.* Amplia, vt perdat etiam ſalarium præteriti temporis, ſecūdùm *Bart. in d. §. cùm quidam, Iaſon* verò *in d. l. diem functo num. 46. ff. de offic. aſſeſſor.* poſt *Bald. in d. l. 2. C. locat.* tenet, quòd tametſi de iuris rigore veniat ſeruanda opinio *Bart.* attamen de æquitate concludit, non fore recedendum ab opinione *Baldi*, concedendum .ſ. fore famulo ſalarium præteriti temporis, niſi tamen multum interſit Domini propter famuli receſſum: quoniàm tunc teneretur etiam ad intereſſe, ſic itàque videtur ſentire *Baldus in d. l. 2. ſub num. 6. & Iaſ.* cum eo, quòd .ſ. detur actio ad intereſſe, ſi ex receſſu damnificatus ſit Dominus, & quòd è contrà ſi Dominus vtilitatem perceperit ex ſeruitio facto, eatenùs ſoluat, non obſtante receſſu. Colligitur igitur ex ſuprà traditis, quòd ſi receſſerit famulus ſua culpa perdit ſalarium, etiā præteriti temporis, & tenetur ad intereſſe, ſi fuerit Dominus damnificatus, ſi verò ex ſeruitio receperit Dominus vtilitatem, tenebitur vtiq; ratione dictæ vtilitatis præſtare ſalarium præteritum, in poſterùm verò tenebitur ad damna, & intereſſe ob receſſum, & ceſſationem ſine cauſa à ſeruitio.

55 Infer ſecundo, quòd ſi famulus ſeruiuit alicui Domino, & non poteſt ab ipſo habere ſalarium, poterit capere tantum dè bonis ipſius, vel pecunia, quod aſcēdat ad debitum ſuum *Grammat. conſ. crimin. 50. num. 5. & per totum*, ſequitur *ipſum Cacheran. deciſ. 181. num. 31.* fauet illud Diuinæ Scripturæ *Exodi cap. 12.* de Iudæis, qui dùm aufugerunt de Terris Pharaonis propria authoritate abſtulerunt vaſa argentea, & aurea, & veſtimenta plurima, & in tali caſu concludunt Sacri Theologi, ipſos nō commiſiſſe furtum, neq; peccatum, & ſic nō fuiſſe reos neq; in foro fori, neq; in foro poli, eò quòd per multa tempora laborauerunt, & inſeruierunt Pharaoni, vndè potuerunt propria authoritate pro eorum mercede accipere, & eo modo ſibi ſatisfacere, ſicuti ex *Diuo Auguſtino lib. quæſt. Exodi quæſt. 39.* canonizatum hoc ambigimus in *c. dixit Dominus 14. q. 5.* Contrarium tamen videntur ſentire *Cępoll. conſ. 26. in primo dubio, Alex. in conſ. 135. vol. 1.* vbi ſcribit in eodem caſu, ſuper quo edidit cōſilium *Cępolla*, ſequitur illos *Vrſillus ad Afflict. in deciſ. 395. num. 6.* Adhærent vtriq; opinioni alij quamplurimi reſpectiuè. Placet tamen prima opinio affirmatiua, adhibitis tamen in ea aliquibus



Digitized by Google

neceſſarijs requiſitis. Et primò, vt pro mercede, & ſalario ſibi certo debito faciat, ſecùs verò ſi prætenderet aliquid plus ex labore accidentaliter aucto. Secundò, vt omnem diligentiam experiatur pro conſequutione, antequàm deueniat ad furtum. Tertiò, vt aditus Iudex pro iuſtitia recuſet illam facere, & tali ſenſu loquitur à ſimili *tex. in cap. fin. de milite vaſallo qui contumax eſt*, ibi, *tunc licet vaſallo ad aliam maiorem poteſtatem ire, & ſibi conſulere, & ſi Dominus ei iuſtitiam facere noluerit, poterit eum depradare*. Quartò, vt non poſſit exindè oriri ſcandalum, putà quia poſſet alter inculpari de eo delicto. Quintò, vt manifeſtum id faciat Domino vel per ſe, vel per medias perſonas, ſe, ſ. rem illam ſubtraxiſſe eo reſpectu, & cauſa, ad hoc nè quis patiatur indebitè damnum. Sextò, quòd reſtituat illud plus, quod conſequeretur ex venditione rei illius ſubtractæ, deducto ſuo ſalario, & Septimò addi poſſet, quòd tractetur, & procedat in debito ſalarij paruæ quantitatis, vt in terminis caſus relati per *Grammat. d. conſ.* 50. & ità requiſita iſta omnia, quamuis non ſic diſtinctim ab omnibus, perbellè colliguntur ex traditis per *Ludouic. deciſ. Lucenſ. 1. per Caroc. in tract. de locat. & cond. tit. de locat. duob. facta quæſt. 13. princip. quæſt. 2. per totam fol.* mihi 202. *per Menoch. de arbi-*
56 *trar. Iudic. caſu* 516. aliosque paſſim. Et ità oritur ex his reſolutio etiam ad quæſtionem; vtrùm, ſ. poſſit creditor cauſa ſui crediti furto ſubtrahere res ſui debitoris, de qua apùd *Menoch. d. caſu 516. per totum*, vbi procedit per diſtinctionem, & conſtitutionem aliquorum caſuum, & ſub *num.* 3. recenſet ad id *DD.* omnes tàm Ciuiliſtas, & Canoniſtas, quàm etiam Sacros Theologos, quibus adde quoq; *Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. Lucenſ. 1. per totam, & Caroc. loco cit.* Amplia, vt poſſit etiam famulus retinere quicquid habet in manu de Domino pro ſatisfactione ſui ſalarij *Duen. regul.*
57 306. *limitat.* 7. Amplia ſecundò, vt poſſit è contrà Dominus recedente famulo ab ipſo, & remanente debitore retinere eius bona, donec, & quouſq; ſoluat quod debet *Bart. in l. de his rebus §. ſeruus num. 4. vbi etiam Roman. num. 26. ff. ſolut. matrim. Anna ſenior in ſingul. 287. & Caroc. d. tract. de loc. & cond. tit. de mercede famulitia quæſt. 10. verbo culpa in addit. ſub num. 21.*

58 Tertiò infer, quòd ſalarium incertum alicui promiſſum non poteſt aliter poſtmodùm taxari *l. ſalarium, vbi Bald. C. mandati, l. qui mutuam §. ſalarium ff. eod. tit. gloſ. in l. 1. C. eod. tit. mandat. Specul. in tit. de ſalar. §. nunc de Procuratore.* Exemplum patere poterit in caſu, quo dixerit Dominus famulo, ſeruias mihi, quia benefaciam tibi, vel retribuam tibi plenè, ſequitur illos *Marta deciſ. Piſana 99. num. 2.*

Poſſent alia cumulari in materia ſalarij famulorum, ac ſeruitij per eos debitorum Domino, ſed hæc ſatis ad ornatum præſentis *cap.* ceù vſu frequentiora.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fructus prædiorum venditorum ad vitam an veniant in diuiſione poſt mortem venditoris, & qualiter.*
2 *Poſſidens vti Dominus in vita, ſit diſſimilis vſufructuario in morte, & vigent in ipſo termini* l. diuortio ff. ſolut. matrim. *in materia diuiſionis fructuum.*
3 *Cenſus vitalitius annuus ſimilis eſt prædio vendito ad vitam in materia perceptionis, ac diuiſionis fructuum poſt mortem venditoris.*
4 *Cenſus vitalitij ad quam rationem ſint taxati in Regno ex diſpoſitione* Regiæ Pragmaticæ.
5 *Annuus reditus ad vitã Nauis ſit ſimilis contractui cenſus vitalitij, & in eo viget diſpoſitio* Regiæ pragm. 2. de cenſib.
6 *Cēſus reductio facta ad certam ſummam an reſpiciat contractus in poſterùm tantùm faciendos, an etiam contractus de præterito factos.*
7 *Cenſus vitalitij inſtrumenta an liquidari poſſint iuxtà formam* Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ.
8 *Cenſus vitalitius durat durante vita illius, qui illos annuos vendidit.*

9 Vi-

Digitized by Google

9 *Viuere quis vſq; ad quod tempus præſumatur.*

10 *Morientibus ſimùl viro, & muliere ex ruina, & naufragio, quis illorum prior periiſſe præſumatur.*

*Quid in caſu, quando moriuntur ambo ex vulneribus, num.* 11.

12 *Cenſus vitalitius emptus de pecunia alterius, an celebrato contractu poſſit variari, & poni in capud illius perſona, de cuius pecunia fuerat dictus cenſus annuus vitalitius emptus.*

## CAP. XII.

1 Circà prædia vendita ad vitam, habendam quoq; rationem eſſe diuiſionis fructuum, Anteſignanus Author eſt *Socin. in l. qui Romæ in princ. ſub num.* 20. *in fine ff. de verbor. obligat.* vbi tradit, quòd cùm orta eſſet quæſtio Florentiæ de quodam, qui prædium ad vitam à quodam Hoſpitali emerat, deindèque pendentibus fructibus vita functus extiterat, cùmque hæſitatum fuiſſet circà præfatos pendentes fructus, cuius ij beneficio cederent, ſi hæredum emptoris, an verò venditoris, aùt verò venirent pro rata temporis diuidendi, tradit, conſultum fuiſſe per *Ioan. de Ricis*, *Franc. de Empoli*, *Stephanum Bonacurſum*, & *Antonium de Roſellis* Aduocatos Florentinos, fore illos pro rata temporis diuidendos inter vẽditorem, & prædefuncti emptoris hæredes, iuxtà terminos *l. diuortio ff. ſolut. matrim.* aùt quòd Hoſpitale teneretur cedere actionem hęredibus emptoris pro dicto tempore, ad *tex. in l. Iulianus* §. *ſi fructibus ff. de action. empt. & vend.* Subditq; inſuper, nedùm *ipſum* quoq; ſic Senis cõſuluiſſe, vt in eius *conſ.* 42. *in fine lib.* 3. verùm etiam antè *ipſum Marianum Socinum* genitorem ſuum, alioſq; Aduocatos Senenſes.

2 Ea ratione mouentur, quia ipſe emptor in vita poſſedit vti Dominus, & proindè cùm poſſediſſet vti Dominus, ſit diſſimilis vſufructuario, & conſequẽter vigebunt in eo termini *d. l. diuortio*, in qua quia maritus conſtante matrimonio vti Dominus poſſidebat, obtinet diuiſionem dotalis rei fructuum pro rata temporis. Addit, patere hoc ipſum etiam in caſu *cap.* 1. §. *his conſequenter tit. hic finitur lex in vſib. feud.* in cuius terminis quia feudatarius in vita eſt Dominus, ipſo propterea feudatario defuncto, pendentes fructus tempore mortis non ſemper ad Dominum directum pertinent, ſed obſeruari circà eos debet diſtinctio temporis, in eo *tex.* relata. Et ità *Socinum* ſequuntur communiter *Couar. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 15. *ſub num.* 7. *verſ. ſed ex Cumani ſententia, Ioannes* Koppen *in deciſ.* 90. *Ioan. Bapt. Coſta de rat. rata quæſt.* 114. *num.* 2. *Gutier. canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 27. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 471. vbi articulum iſtum latiſsimè reaſſumendo, ac rationes *Socini* repetendo comprobat, extẽditq; etiam illam ad quemcumque, qui iure dominij in vita poſsidet, adde *Harthman. Piſtor. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 1. *Schrader. de feud.* 2. *partis nona quæſt. princip. ſect.* 3. *nu.* 84. cęteroſq; frequentiùs.

3 Similis huic ſit contractus cenſualis vitalitius, in pleriſq; locis celebrari ſolitus, conſimiliſq; quodammodò pariter ille, qui Romæ celebratur ſodalitatis, ſiuè ſocietatis officij nuncupatus, dixi, quodammodò, eò quòd in multis ille differt à contractu cenſuali vitalitio, qui in Regno viget, vt patet ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum deſuper promulgatarum, de qua ſocietate peculiares tractatus conſcripſere *Boccat.* &
4 *Caſtracan. ſub tit. de ſocietate offic.* De contractu vitalitio adeſt in Regno peculiaris lex ex *Regia pragm.* Comitis de Lemos edita ſub die 31. Octobris 1600. 2. in ordine ſub *tit. de cenſib.* per quam cõtractus vitalitii, qui aliàs ad rationem annuorum ducatorum decem, & octo vſq; ad viginti pro centenario celebrari ſolebant, fuerunt prohibiti, & cautum, vt moderarẽtur ad rationem annuorum ducatorũ quatuordecim pro quolibet centenario, idq; nedùm quòad contractus præfatos de futuro cautum extitit, verùm etiam quòad contractus de præterito factos, qui ſimiliter ad dictam formam redacti, ac moderati fuere: Va-



Digitized by Google

dè ſi euenerit caſus, vt infrà annum moriatur creditor hæredis ipſius, pro rata temporis lucrabitur fructus dictorum annuorum introituum, quemadmodùm & de fructibus prædii ad vitam venditi concluſum extitit.

Conſimilis quoq; conſtitutio vigore particularis *Pragmaticæ* ſanctionis edita fuit Hiſpaniæ apùd Madritium, vt referunt *Felician. de cenſibus lib.2.cap.1. nu.21.& Azeuedo lib.5.tit.15.in rubr. poſt num.4.*

Amplia diſpoſitionẽ *d.Regiæ Pragm.*
5 quòad annuos etiam reditus venditos ad vitam Nauis, quos comprehendi ſub declaratione, & diſpoſitione *d. Regiæ Pragm.* tradit *D.Thoro in Compend.deciſ. Regni parte 1.verbo annui reditus venditi ad vitam*, fuiſſe deciſum per Magnam Curiam Vicariæ, tametſi ſubdat, introducta cauſa in Sacro Conſilio per viam appellationis, adhùc pendere deciſionem, rationes vtriuſquè partis affert *D.Tapia in 4.parte Iuris Regni in tit.de cenſib.pragm.2.num.3.cum ſeqq.*

6 Suppoſito autem, quòd non fuiſſet expreſsim facta reductio contractuum de præterito, an in eius diſpoſitione cẽſeantur illi incluſi, redditur dubitabilis articulus, & pro vtraq; ſententia ſteterunt *DD.* quos recenſet *D. Rouit. ſuper d. pragmat.2.de cenſib.num.1.& 2. Andreas* tamen *Gayl ſingul.obſeruat. lib.2. obſeru.9.* tradit, cenſuiſſe Cameram Imperialem, non comprehendi præteritos contractus, quando non fuerit de illis expreſſa mentio facta.

7 Circà iſtos contractus vitalitios fuit aliàs in facti contingentia hæſitatum in Sacro Conſilio, an .ſ. inſtrumenta deſuper celebrata poſſent pro liquidis produci, præſentari, ac liquidari, contractuſq; reſcindi pro capitali pretio in caſu deficientiæ à ſolutione dictorum annuorum cenſuum, accedentibus præ cœteris in illis clauſulis, & pactis exequutiuis, videlicèt, vt deficiente debitore à ſolutione annuæ præſtationis poſſent inſtrumenta pro liquidis produci, & præſentari, ſeruata forma laudabilis *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ*, qui eſt 166. in ordine. Et *D.Rouitus ſuper d. pragm.2. de cenſib.num.4. toto* examinat articulum, & refert ipſo patrocinante, Sacrum Cõſilium iunctis Aulis decreuiſſe, ac declaraſſe, talem contractum non poſſe reſcindi pro capitali pretio, eò quòd principalis ſors ipſa eſt irreceptibilis in talibus contractibus, & adeò ſoluitur, vt omninò perdatur, nec vmquàm poſsit ab inuito venditore recuperari, probat id authoritate multorum *Doctorum*, quos ibi cumulat. Benè verum, quia debitor in ea facti ſpecie alienauerat corpus ſtabile, ſuper cuius fructibus conſtitutus erat annuus cenſus præfatus ad vitam, fuit proindè per Sacrum Conſilium condemnatus, vt aſsignaret aliud corpus, ex quo durante ipſius emptoris vita percipi poſsent introitus venditi, ac ad tertias decurſas pro præterito, vnà cum intereſſe.

8 Contractus iſti vitalitii vita illius durante, qui cenſus prȩfatos annuos emit, durant, nec valet ſuper iis regula annuarum præſtationum, quas ſupra hac eadem 2. *parte cap.10.num.25.* diximus, non tranſgredi centeſimum annum: nàm cùm ſit præſcriptus certus, & præfinitus terminus mortis, vtiq; mors vera, non autem præſumptiua erit attendenda.

9 In eo ſolo caſu poſſet intrare examinatio, ac diffinitio illius quæſtionis, an .ſ. verum ſit quod vulgò dicitur, præſumi aliquem viuere vſq; ad centum annos, quando emens dictos annuos reditus ad vitam profectus eſſet in Regionem longinquam, putà in bellum, aùt aliò conſtituto Procuratore, cui facienda eſſet ſolutio, vel facta ceſſione dictorũ annuorum introituum eius vita durante, iuxtà præſcriptos terminos, & pagas. Circà cuius quæſtionis reſolutionem, alio quolibet pleniùs plurium, opiniones referendo, ac caſus etiam conſtituendo, & reſoluendo, adiri poterit *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.49. per totam.*

10 Cȩterùm obiter hic quæro, morientibus .ſ. inſimul marito, & vxore, quis eorum priùs præſumatur mortuus. Hãc quæſtionem poſt plurimos, quos recenſet explicat idem *Menoch. d. lib.6. præſumpt.*

Digitized by Google

*ſumpt.* 50. dicens, quòd ſi contingerit maritum, & vxorem ſimùl decedere ruina, vel naufragio, præſumi priùs vxorem periiſſe, tametſi dubium ſit, quis eorum verè priùs vitam obierit, ac conſequenter propterea conditionem euenire.

Sed adhùc difficultatis eſt, quid .ſ. ſi
11 non ruina, aùt naufragio obierint, ſed benè ex vulneribus, prout in caſu conſultationis ad me tranſmiſſæ euenit, in quo vir, & vxor eodem tempore, eodemq; ferè momento reperti fuerunt ex vulneribus vita functi, ità vt non appareret, nec certo certiùs ſciri potuerat, quis eorum priùs vitam finierit. In cuius reſolutione ſi iuris præſumptionem attenderimus, pro viro, vt .ſ. is primùm obiiſſe cenſeatur, voluit *gloſ. in l. nihil intereſt* 32. *in verbo tàm grauia ff. ad leg. Iul. de adulter.* per *tex.* illum, vbi inquit, quòd ex quo mulier patitur maiora vulnera, quàm vir, ſi moriantur ambo ex vulneribus, vir priùs deceſſiſſe præſumitur, quàm mulier. Quò ſit, vt verificetur illud Vulgi adagium dicentis, *mulierem habere ſeptem ſpiritus, ſicut* Cattus, *gloſ.* illam ſequitur *Hyppol. de Marſil. in l.* 1. *num.* 73. *ff. de quæſt. ac in repetit. rubr. C. de probat. num.* 417. *vtrobiq;* ſubdens, fore hoc tanquàm notabile menti tenendum.

Et quàmuis ſolus *Couar. de matrim.* 2. *parte cap.* 3. §. 4. *num.* 10. inſurgat aduerſus *Marſil. loco cit.* quærens, & ſciſcitans ab ipſo *Marſilio*, vndè .ſ. collegerit in terminis *d. l. intereſt*, vulnera fuiſſe illata æqualiter uiro, & fœminæ: attamen uidetur tacitè innuere, quòd ſi forent utriq; æqualia uulnera, uendicaret utiq; ſibi locum axioma exceptum per *gloſ. & Marſil.* ex *d. l. nihil intereſt.* Vndè data propterea æqualitate uulnerum, ſemper uir in dubio præſumitur deceſſiſſe priùs, quàm mulier.

12 Suppoſito autem, quòd contractus ad vitam fuerit celebratus ab aliquo nomine proprio, uerùm de pecunia alterius, an .ſ. poſſit poſtmodùm poſt perfectum contractum uariari, ac mutari perſona illius, in cuius capite erat primo loco conſtitutus cenſus, & ſubrogari perſona illius, de cuius pecunia uerè dictus annuus cenſus vitalitius fuerat cōſtitutus, *D. Rouitus loco cit. ſub num.* 5. poſt *Hector. Felicium allegat.* 1. *&* 2. *parte* 3. cenſuit in affirmatiuam partem, poſſe .ſ. variari.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticæ rei fructus ad quem ſpectent poſt mortem emphyteutæ, & qualiter diuidantur.*

2 §. His conſequenter cap. 1. hic finit. lex *non habet locum, quando alio modo, quàm morte feudum amittatur.*

3 *Vſufructuarius fructus omnes, quos percipit finito vſufructu, tenetur reſtituere proprietario.*

4 *Emphyteuta expulſus ab emphyteuſi propter canonem nō ſolutum, perdit etiam meliorationes, adeò vt petere illas non valeat à Domino proprietario.*

5 *Emphyteuta habet plus iuris in re emphyteuticaria, quàm vſufructuarius in re vſufructuaria.*

*Et proindè non valet argumentatio de vno ad aliud, num.* 6.

7 *Emphyteuſis requirit traditionem rei emphyteuticariæ pro translatione dominij.*

8 *Emphyteuſis circà perceptionē fructuum regulatur iuxta naturam vſusfructus in omni caſu.*

9 *Fructus rei emphyteuticæ iàm collecti, ac percepti, ad quem ſpectent mortuo emphyteuta.*

10 *Emphyteuta, & vſufructuarius percipiunt fructus ratione ſui iuris, & vtilis dominij, & proindè ad faciendos illos ſuos ſufficit habere vtile dominium tempore recollectionis.*

11 *Fructus rei emphyteuticæ mortuo emphyteuta antè illorum perceptionem, ad quem ſpectent, ſi tempore mortis pendeant.*

12 *Emphyteuta percipiens fructus poſt finitam emphyteuſim, aùt ex contractu, aùt ex culpa ſua tenetur illos Domino reſtituere, & num.* 13.

*An ad reſtitutionem præfatam teneatur à die declarationis factæ per Dominum, an verè à die, quo verè cecidit in-*

com-

Digitized by Google

*commiſſum, numer.* 14.

15 *Moræ purgatio admittitur hodiernis tẽporibus aduersùs non ſolutum canonem rei emphyteuticæ.*

*Et admittitur nedùm antè ſententiã quandocumque, verùm etiam poſt ſententiam, quinimò etiam poſt addictam Domino vigore ſententiæ rem emphyteuticam, num.* 16.

17 *Emphyteuticæ rei non poteſt Dominus propria authoritate capere poſſeſſionem propter non ſolutum canonem.*

*Et ſi illam taliter receperit prouideri ſolet, vt reſtituat, donec cauſa cognita fuerit pronunciatum ſuper prætenſa caducitate, num.* 18.

19 *Emphyteuta pendente lite ſuper caducitate poteſt compelli ad ſolutionem canonis.*

20 *Emphyteuta ad hoc vt cadat ab emphyteuſi requiritur priùs declaratio Domini ſuper caducitate.*

*Et declaratio iſta requirit petitionem cum citatione Partis, num.* 21.

22 *Fructus in caſu commiſſi in emphyteuſi non debentur à die caducitatis, ſed à die declarationis.*

23 *Emphyteuta, qui emit rem emphyteuticam ſub haſta tenetur ſe obligare de facie ad faciem cum Domino directo.*

24 *Emphyteuticæ rei non ſuccedit illegitimus, vti inhabilis ad dictam ſucceſſionem.*

25 *Dominus directus exigendo partem canonis, non ſibi præiudicat quòad caducitatem.*

26 *Monaſterium an habeatur loco filij in caſu emphyteuſis conceſſæ pro ſe, & filijs.*

27 *Emphyteuſis ſtatim facta profeſſione per emphyteutam in Religione incapaci, redit ad directum Dominum, ſi non adfuerit alius, qui vocatus extiterit ex tenore inueſtituræ.*

*Secùs quando ingreditur Religionem capacem, ſaltim in communi, adhibita tamen diſtinctione, vt num.* 28.

29 *Emphyteuſis propter ingreſſum emphyteutæ in Religionem capacem non acquiritur irreuocabiliter Monaſterio, ſed durante tantùm vita emphyteutæ ingreſſi.*

30 *Emphyteuſis per ingreſſum emphyteutæ in Religionem capacem tranſit in Monaſterium, dato adhùc quòd adfuerit pactum, vt non poſſit emphyteuſis in Eccleſiam alienari, vel tranſire.*

## CAP. XIII.

1 CIrcà fructus emphyteuticæ rei poſt mortem emphyteutæ, ad quem .ſ. ii ſpectent, ac qualiter ſit admittenda eorum partitio, videntur *Doctores* principaliter duos diſtinguere caſus. Primus eſt, quando contigerit, emphyteuſim reuerti ad ipſum Dominum directum. Secundus verò, quando ad ſucceſſorem extraneum, & ſic ad ſequẽtem nominatum. Et quòad primum caſum *Socinus in l. diuortio num.* 8. *ff. ſolut. matrim.* quem ſequuntur *Tiraqu. de retract. conuent.* §. 5. *gloſ.* 4. *num.* 2. & *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. videtur alios duos ſubdiſtinguere caſus, quorum Primus eſt, quando emphyteuſis reuertitur ad Dominum directum, aùt morte emphyteutæ, aùt per finitam lineam, aùt alio ſimili caſu, & in hoc varias excogitarunt *Doctores* ſupputationes. Nàm *Socinus loco cit.* putauit, fructus fore diuidendos pro rata, habito reſpectu ad tempus, quo ipſe idem emphyteuta colere, aùt curare cępit fũdum emphyteuticum, iuxtà terminos *tex. in d. l. diuortio* §. *non ſolùm verſic. nàm & hic*, ex quo excipitur, quòad perceptionem fructuum non tantùm fore inſpiciendum tempus, quo ii percipiuntur, verùm etiam tempus, quo curantur. Hanc tamen partitionem impugnarunt alij, dicentes, regulam *tex. d.* §. *non ſolùm* procedere tantùm in cauſa dotis, de qua verè loquitur *tex. ille*, vt ex eodem *contex.* apparet, ibi, *nam & hic, &c.* & id peculiari ratione, quippè propter onera, quæ maritus ſubſtinet, ad quæ propriè reſpexit diſpoſitio *d. l. diuortio.* Quarè in alijs caſibus diſpoſitio illius locum non habet, ſed fructus extrà caſum illum conſiderabuntur ſolo tempore, quo percipiũtur, iuxtà terminos *l. defuncta ff. de vſufr.* ad tradita per eũdem *Socin. in conſ.* 100. *n.* 2. *lib.* 1.

Dice-

Digitized by Google

Dicebant alij, & ipſe idem *Socinus* adnotauit *loco cit.* faciendam eſſe partitionem attenta diſpoſitione *cap.1.§.bis conſequenter tit.hic finit.lex in vſib.feud.* vt .ſ. ſi moriatur emphyteuta antè Kalendas Martias, pertineant integrè fructus ad Dominum directum, ſi poſt dictas Kalēdas Martias vſq; ad extremum diem Auguſti, pertineāt ad emphyteutæ hæredem. Verùm hanc ſupputationem communiter repellunt omnes pluribus medijs. Et primò, quia, vt inquit *Bald.in d.§.bis conſequenter num.1.* in proprijs terminis huius diuiſionis fructuum, pendentes fructus fundi emphyteutici tempore mortis pertinēt ad Dominum propter cohærentiam ſoli, ad *tex.in l.fin.§.penult.ff.qua in fraud. cred.l.defuncta ff.de vſufr.l.Iulianus §.ſi fructus ff.de act.empt.l.Valerius ff.de iure Fiſci,l.ſi vſufructuarius meſſē ff.quib. mod. vſusfruct. amitt. l.ſi fur decerpſerit ff.de vſufr.* Secundò, quia diſpoſitio *d.§. bis conſequenter* ſecundùm *Afflict.in eo num.19.* nō habet locum in vſufructuario, eò quòd ipſe fructus etiam maturos, non adhùc tamen perceptos non facit ſuos, nec ad hæredem tranſmittit *l.ſi vſufructuarius ff. quib.mod vſusfr. amitt. l.in ſingulos in fine ff.de annu.legat.Bald.in l.ſi pater C.de vſufr.* ergò nec quidem emphyteuta faciet ſuos, qui vſufructuario aſſimilatur, vt voluit *gloſ. in cap.1.in verbo meliorem de inueſt.de re alien.fact.* poſt eam *Bald.in l.vnic.§. in primis C.de caduc.toll. Socin.in conſ. 167.num.12.vol.2.ac in d.l.diuortio nu. 8.ff.ſolut.matrim.*
2 Tertiò, quia conſtitutio *d.§.bis conſequenter* non vēdicat ſibi locum, quādo alio modo feudum amittitur, quàm morte, quo caſu fructus pēdentes ad eum pertinent, ad quem feudum ipſum deuoluitur, ſecundùm *Bald. Martin. Laud. & Cardin. Alex.* quos refert *Tiraqu.de retract.conuent.d.§.5. gloſ.4.num.3.* quarè idem etiam erit affirmandum in emphyteuſi, in qua ius commune viget, propter quod non valebit argumentatio de feudo ad ipſam, quando aliter, quàm in feudo fuerit diſpoſitum de iure communi, & diſpoſitio feudalis extiterit iuri communi contraria, ſic *Specul. tit.de feudo §. quoniàm verſ.40.* qui fuit in hoc ab omnibus cōmuniter receptus, vt teſtis eſt *Socinus d. conſ.167.num.14.vol.2.* & ità per hæc media inſurgit contrà, ac reſidet *Aurelius Corbulus in tract.de iure emphyt.tit. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ſiuè ampliat.37.per totam.*

Vndè dicebant alij tertiò loco, admittēdam eſſe in hoc caſu partitionem fructuum, ac penſionum pro rata temporis inter hæredes emphyteutæ, & Dominum directum, aùt ſucceſſorem, habito reſpectu ad labores, & ſumptus, quos in illis emphyteuta fecit, ac ad tēpus etiam, quo vixit, & patientiam locationi præſtitit. Contra hæc tamen replicant alij dicentes, hoc id tantùm cōcludere, ſumptus .ſ. & labores ſoluendos fore hæredibus emphyteutæ, eò quòd in fructibus ſemper deducendæ veniunt impenſæ, ad *tex.in l.fructus ff. ſolut.matrim. & l.fundus, qui ff. famil. erciſc.* non autem quòd illi diuidendi inter præfatos veniant. Patet inſtantia: nàm ſi è contrario emphyteuta fūdum locaſſet, & ſtatim recepiſſet anticipatā penſionem, deindè fructibus pendentibus deceſſiſſet, fructus vtique, aùt penſiones ad ſucceſſorem, aùt Dominum directum ſpectabunt, qui non tenetur ſtare locationi, quemadmodùm etiam in ſimili in caſu vēditoris reſpectu emptoris circà fructus rei venditæ concludit in ijſdem terminis *Salyc.in l.fructus col.fin.C.de act.empt.* & poſt eum *Gigas de penſion.quaeſt.53.in fine:* nàm hæredes prædefuncti emphyteutæ tenebūtur reſtituere conductori penſiones anticipatim receptas, ità vt nulla ſit ratio habenda de tempore, quo ipſe emphyteuta vixerit, & quo patientiam locationi præſtiterit circà fructuum diuiſionem, quemadmodùm pariter nihil operabitur circà vſufructuarium, ſi per multum tempus locationi patientiam præſtiterit, vt in terminis *d.l.defuncta ff. de vſufr.*

Secundus caſus diſtinctionis per *Socinum vbi ſuprà* formatus eſt, quando emphyteuſis reuertitur ad Dominum propter non ſolutum canonem, iuxtà diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitionem *tex. in l.2. C. de iure emphyteut.* & in tali caſu fructus, quos poſteà emphyteuta percepit, tenebitur reſtituere ipſi Domino, ad inſtar vſufru-
3 ctuarij, qui fructus omnes, quos percepit poſt extinctum vſumfructum, tenetur reſtituere proprietario, ad *tex. in l. ſi pater C. de vſufr.* & ità voluerunt in *d. l. diuortio Alex. num. 4. Claud. num. 32. ac Ruin. conſ. 117. num. fin. lib. 1.* Ea ratione in id adducitur *Socinus in d. l. diuortio*
4 *nu. 8.* quia cùm in tali caſu emphyteuta perdat etiam meliorationes, quæ ſunt bona ipſius propria, vt in *d. l. 2. C. de iure emphyt.* conſequẽs fiet, vt perdat etiam fructus, & proindè efficietur ſimilis vſufructuario, qui fructus tantùm perceptos facit ſuos, pendentes verò, tametſi maturos, non adhùc tamen aùt in horreo conditos, aùt à ſolo ſeparatos ad hæredes non tranſmittit, ſed Domini proprietarij fiũt, extincto vſufructu, iuxtà terminos *tex. d. l. defuncta ff. de vſufr.* Subdit *Socinus* differentiæ rationem inter vnum, & alterum caſum, quia. ſ. em-
5 phyteuta habet plus iuris in re, quàm vſufructuarius, & proindè cùm plus iuris habeat, non erit ob id argumentatio de vno ad alterum ſumenda.

Cęterùm, quàmuis diſtinctionem iſtam poſt *Socin.* probauerint etiam *Tiraqu. & Molina locis cit.* attamen non recipiunt illam *Valaſc. in praxi partit. cap. 31. num. 2. ac Barboſa in d. l. diuortio in princ. part. 2. num. 19.* dicentes, ſibi ipſis videri, nõ poſſe aliquo modo eam conſiſtere, qui proindè ſtatuerunt, fore omninò, & præcisè ſtatuendum in altero ipſius caſu quod fuit ſtatutũ in vno, & conſequenter eandem fore admittẽdam fructuum computationem, tàm ſi emphyteuſis reuertatur ad Dominũ, ob non ſolutionem canonis factam, quàm ſi per mortem emphyteutæ, aùt per extinctionem lineæ ad eundem deuoluatur, & iure quidèm, cùm eadem ratio in vtroq; caſu militet, & diſtinctio iſthæc eſt contrà mentem *Speculat. in tit. de emphyteuſi num. 19.* vbi exiſtimat, emphyteutam regulandum eſſe ad inſtar vſufructuarij, quapropter in omnibus caſibus erit obſeruãda in eo diſtinctio *d. l. defuncta ff. de vſufr.* iuxta quæ dixerunt *Iaſ. in d. l. 2. num. 18. C. de iure emphyt. ac in prælud. feud. num. 18. & Dec. in auth. qui rem num. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ.* adde *Eſcobar de ratiocin. comput. 20. num. 18. in fine,* validum reddi argumentum de fructuario ad emphyteutam. Et ad id, quod dixerat *Socinus in d. l. diuortio num. 8. in fine,* quòd. ſ. emphy-
6 teuta habet plus iuris in re, quàm vſufructuarius, & quòd proindè non ſit facienda argumentatio de vno ad alium caſum, reſpondent dicentes, quinimò in præſenti caſu valere argumentationem, eò quòd in vtroq; caſu militat eadem, non verò diuerſa ratio. Et paritas rationis eſt, quia ideò finito vſufructu pertinent fructus ad Dominum, quia. ſ. vſusfructus conſolidatur cum proprietate §. *is verò Inſtit. de rer. diuiſ.* quæ ratio adhùc in emphyteuſi militat, in qua finita emphyteuſi vtile quoq; dominiũ cum proprietate conſolidatur, vt tradũt *Iaſ. in d. l. 2. num. 100. C. de iure emphyt. & Gratus conſ. 79. num. 2. lib. 1.* quapropter illud ſequitur, quod tradit *Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 7. num. 8.* quòd quãdo. ſ. militat eadem ratio, ſubſtinetur indiſtinctè argumẽtum de vſufructu ad emphyteuſim.

Addit *Barboſa loco cit. ſub num. 19.* à fortiori dicens, quòd in ſpecie, in qua loquitur *Speculator* potuit maior intercedere dubitatio, ſi. ſ. teneretur emphyteuta reſtituere fructus perceptos poſt commiſſum, ex eo quia quandò amittitur emphyteuſis propter canonem non ſolutum, ſubintelligitur ſemper tacita conditio, ſi. ſ. Dominus voluerit, vt patet ex *d. l. 2. C. de iure emphyt.* ibi, *volente Domino,* quarè antè ipſius Domini declarationem amiſſio emphyteuſis videtur manere in ſuſpenſo, & conſequentes eo interim emphyteuta facit fructus perceptos ſuos, ad *tex. in l. qui ſcit in fine ff. de vſur.* voluit *Burſat. conſ. 26. num. 8. lib. 1.* tametſi quòad hoc id ipſe idem *Barboſa* non admittat, vt infra dicemus. Ergò à fortiori idem decidendum erit, quando emphyteuſis reuertitur ad Dominum propter finitas generationes, quo caſu ſtatim conſolidatur

vtile

Digitized by Google

vtile dominium cum proprietate, nec intelligitur in eo conditio aliqua ſuſpẽſiua, ſi l. Dominus voluerit. Et hæc quòd ad primum diſtinctionis communis caſum, quando .ſ. emphyteuſis ad Dominum reuertitur.

Quò modò ad ſecũdum principalem ipſius caſum, quando .ſ. emphyteuſis nõ reuertitur ad Dominum, ſed benè ad
7 ſequentem nominatum, videtur contrà ipſum facere, quia emphyteuſis requirit traditionem pro translatione dominij, vt in *l. cùm ſponſus* §. *in vectigalibus ff. de publician. in rem act.* tradunt *Imola in conſ.* 116. *num.* 6. ac *Alciat. in l. traditionibus circà finem C. de pact. & reſponſo* 598. *num.* 1. vndè videtur, vt non poſſit dici ſtatim Dominus, emphyteuſis ſucceſſor, ſed tantùm ei competere actionem perſonalem pro petitione emphyteuſis, & militare in ipſo regulam l. *cùm fundus in princ. ff. ſi cert. pet.* Ad hoc autem obiectum reſpondet *Barboſa loco cit. ſub num.* 21. *verſ. contrarium tamen*, diſtinguendo duos caſus, quòd

Aut .ſ. primò in conceſſione emphyteuſis traditio eiuſdem fuit incontinenti facta, & in tali caſu traditio illa videtur facta eo modo, quo conceſſio facta extiterat, nomine quippè omnium nominatorum, vt monet *Alex. in l. ex facto* §. *ſi quis rogatus il primo num.* 12. *circà finem ff. ad Trebell.* & proindè mortuo primo, ſequens virtute primæ traditionis acquirit dominium, ad regulam *tex. in l. ſi communis ſeruus* §. *fin. ff. de acqu. poſſeſſ.* & conſequenter vigebit in hoc caſu regula, ac diſpoſitio deſumpta ex *l. Herennius* 42. *ff. de vſur.* Contrà quæ ſubdit, non obſtare quod dici poſſet, quia .ſ. dùm primus inueſtitus viuit, foret impoſſibile dominium acquiri ſequentibus, ad *tex. in l. ſi vt certa* §. *ſi duobus ff. commodat.* itèmque, quòd poſtquàm primus mortuus eſt, potuerit illius voluntas ſequẽtibus parare dominium, ex eo, quia voluntas fuerit inſimul cũ morte extincta, vt in *l.* 4. *ff. locat.* & voluerunt in terminis *Corneus in conſ.* 173. *nu.* 26. *tum ſeq. lib.* 2. *ac Tiraq. de iure conſt. poſſeſſ. ampliat.* 30. *circà finem*: nàm reſpondet idem *Barboſa ibidem ſub num.* 22. quòd traditio iſthæc videtur facta eo modo, quo facta fuerat conceſſio, videlicet, vt primus haberet emphyteuſis dominiũ, dùm viueret, poſt verò ipſius mortem tranſiret illud in ſequentem. Et proindè mortuo primo, & ſic purificata conditione in ipſo primo, operatur effectum ſuum traditio in ſequentibus, iuxtà terminos *l. qui abſenti* §. 1. *ff. de acqu. poſſeſſ.* facit *tex. in l.* 2. §. *ſi pecuniam ff. de donat.* quinimò non fiet abſurdum hoc, nec inconueniens, ſi ità fiat traditio, vt poſt mortem alicuius alteri dominium acquiratur, per ea, quæ tradit argum. *l. vnic. C. vt actio ab hæred. Tiraquell. d. tract. de iure conſtit. poſſeſſor. limitat.* 2. *num.* 9. & antè ipſum *Dec. conſ.* 239. *num.* 8. *verſ. vlterius.*

Aùt verò ſecundo loco traditio taliter facta non fuerit, & cõcludit pariter, fructus pẽdentes ad ſucceſſorem, & ſic ad ſequẽtem emphyteutam pertinere.

8 Itaq; , vt patet ex præfatis omnibus, colligitur, emphyteuſim circà fructuum perceptionem regulari iuxtà naturam vſusfructus, nedũ in caſu, quo emphyteuſis ad Dominum reuertatur, propter canonem non ſolutum, de quo propriè agit *Specul. d. tit. de emphyteuſ. num.* 19. verùm etiam in quocũq; alio caſu, tàm .ſ. ſi ad eundem Dominum, aùt per finitam lineam, aùt per mortẽ emphyteutæ reuertatur, quã pariter ſi ad ſucceſſorem, & ſic ad ſequentem emphyteutam comprehenſum in inueſtitura deuoluatur, & conſequenter circà præfatam fructuum perceptionem finita emphyteuſi in quocumq; ex relatis caſibus, idem ius ſit ſtatuendum, quod in vſufructu ſtatutum eſt ſuprà hac eadem 2. *parte cap.* 1. ex diſpoſitione *d. l. defuncta* cũ concordantibus. Pro cuius pleniori intelligentia aliqua tempora ſunt diſtinguenda, & examinanda.

9 Primum tempus eſt, quando moritur emphyteuta, fructibus rei emphyteuticæ iàm collectis, ſiuè perceptis. Perceptos intelligas, quia ſcilicet fuerint ij, aùt in horreo reconditi, aùt à ſolo ſeparati, quo caſu lucratur integrè illos, & ad hæredes ſuos tranſmittet, nulla ratione inſpecta, quota anni parte, & ſic



Digitized by Google

& ſic ſi parùm, vel multùm vixerit. Sic à cõtrario ſenſu probatur in *d.l. defuncta, & in §.is verò Inſtit.de rer.diuiſ.*ac in *l. in ſingulos ff.de annuis legat.*clariùs in *l. ſi vſufructuarius meſſem ff. quib. mod. vſusfruct.amitt.in l.ſi fur decerpſerit ff. de vſufr.ac in l.ſi pater C.eod.tit.de vſufr.*

10 Ratio fiet, quia in tali caſu tàm vſufructuarius, quàm emphyteuta fructus percipiunt ratione ſui iuris, & vtilis dominij, quod ſatis erit, ſi adfuerit tempore collectionis fructuum, tametſi illis recollectis ſtatim poſtmodũ extinguatur per ſubſequẽtem ipſorum mortem, vt ratiocinabatur *Paulus de Caſtro in d. l.diuortio ff.ſolut.matrim.*

Secũdum tempus eſt, quando diem ſuum obierit emphyteuta iàm collectis per colonum fructibus omnibus, qui in eo emphyteutico agro naſcuntur, quo caſu penſiones perſoluendæ per colonum, tametſi non adhùc exactæ, ad hæredes ipſius emphyteutæ ſpectabunt, cùm in hoc nihilum differre caſum iſtũ à præcedẽti, ſed quod in eo diſpoſitum eſt, diſpoſitum etiam cenſeri in hoc, voluerint *Speculat. d.tit.de emphyteuſ.num. 19.Alex.in d.l.diuortio num.*4.vbi etiam *Iaſ.num.*5.*in fine,Claud.nu.*32.*ac Bald. in c.*1.*§.his conſequenter hic finit.lex*, qui omnes intrepidè voluerunt, diſpoſita in vſufructuario collectis fructibus, aùt per ſe, aùt per colonum, cenſeri quoq; diſpoſita in emphyteuta, rationibus, de quibus ſuprà.

Amplia hoc, etiam ſi dilata fuerit pẽſionis ſolutio poſt tempus perceptionis fructuum, prout eſt caſus expreſſus in *d.l.defuncta*, eò quia non attenditur ſolutio penſionis, quo .ſ. tempore fiat, ſed tempus perceptionis fructuũ, pro qua ipſa penſio debetur, tametſi ea multò poſt collectionem fructuum ſoluenda ſit. Ratio eſt, quia in ipſo tempore celebrationis contractus locationis ſtatim obligatio oritur, ac actio ad totam penſionem totius temporis, prout patet ex *tex.in l.ſi à colono ff.de fideiuſſor.ac in l. ſi addes §.ſi quis cùm in annum*, vbi notat *Bart.ff.locat.*itemq; in *l.ſi ſeruus communis Mauij §.fin.*vbi idem *Bart.*notat *ff.de ſtipulat.ſeru.*tametſi effectualis pẽſionis exactio nõ poſſit fieri, niſi in fine temporis, ſecundùm tradita per *gloſ.& DD.in l.edem C.locat.*Et ad *tex.in l.fin. §.fin.ff.de iure Fiſci*, quo cauetur (& idẽ *Barboſa ibi* notat) vt inſpiciẽdus ſit dies, in quo penſio præſtari debet, non verò, quo fructus percipiuntur, reſpondent *DD.*illũ loqui in ijs terminis, in quibus ſucceſſor tenetur ſtare colono, ſecùs verò in emphyteuta, ad *tex.in l.ſi quis domum §.*1.*ff.locat.* Et ità diſpoſita in iſtis duobus temporibus vendicant ſibi locum etiam in caſu, quo deuolueretur emphyteuſis ad directum Dominum propter non ſolutum canonem, aùt aliũ caſum, quo priuaretur emphyteuſi, eademmet ratione, de qua ſuprà, quia.ſ.in iſtis caſibus emphyteuta fructus recollegit ratione ſui iuris, & dominii, quod ſufficit adfuiſſe tempore ipſorum collectionis, tametſi poſtmodùm facta collectione prædicta extinguatur.

11 Tertium tempus eſt, quando diem ſuum clauſerit extremum emphyteuta ante perceptionem fructuum factam, & ſic illis pendentibus, & in tali caſu, ſiuè per ſe coluerit fundum, ſiuè per extraneos colonos, ſiuè finita generatione, ad ipſum Dominum directum fundus emphyteuticus reuertatur, ſiuè propter non ſolutum canonem, ſiuè ex pacto ad ſequẽtem ſucceſſorem deuoluatur, fructus illius pendentes, aùt penſiones in caſu, quo fuerit locatus fundus pertinebũt, aùt ad ipſum Dominum directum, aùt ad ipſum ſequẽtem ſucceſſorem reſpectiuè. Sic in caſu, quo emphyteuſis ob non ſolutum canonem ad Dominũ reuertatur, voluit *Specul.d.tit.de emphyt. n.*19. ſic promiſcuè poſtmodùm in omnibus caſibus, in quibus emphyteuſis pendentibus fructibus ad alterum deuoluatur, poſt antiquiores, & ſic poſt *Alex.Specul.Socin.& Molinã* per *ipſum* relatos cenſuit *D.Tap.dec.*45.*n.*3.adde *Viuium dec.*8.*n.*12.Ratio eſt, quia cùm emphyteuſis in materia perceptionis fructuum, vt pluriès ſuprà dictum extitit, redacta ſit ad inſtar vſusfructus, quemadmodũ finito vſufructu fructus pendentes omnes ad Dominum pertinent, per *tex.in d.§.is verò Inſtit.de rer. diuiſ.*

Digitized by Google

diuiſ.in *l.in ſingulos* 8.*ff. de annu. legat.* itèmq; in *l.ſi vſufructuarius* 13.*ff. quib. mod.vſusfr.amitt.*tàm attenta *Labeonis* ſententia,quàm *Iuliani inibi* per *Paulum* relatorum,ac tandèm in *l.ſi fur* 14. *ff.de vſufr.* per quæ iura ſic vnanimiter concludunt communiter *DD.* per nos cumulati ſuprà hac eadem 2.*parte cap.* 1.*ſub num.*3. vbi ſub *num.*4.ampliauimus hoc etiam in caſu, quo tempore finiti vſusfructus extiterint partim percepti fructus,partim verò pendentes,vt .ſ. percepti tantùm ſpectent ad hæredes fructuarij,pendentes verò ad proprietarium, per cotas, quas ibi cumulauimus,ità pariter concludendum erit in emphyteuſi,ad Dominum directum pẽdentibus fructibus deuoluta,vt .ſ. ad illius inſtar percepti ad hæredes pertineant prædefuncti emphyteutæ, pendentes verò aùt ad Dominum, aùt ad ſequentem ſucceſſorem reſpectiuè.

Amplia hoc, adeò deberi Domino directo pendentes fructus in caſu,quo poſt incurſum commiſſum,ac propter
12 non ſolutum canonem ad ipſum directum Dominũ emphyteuſis deuoluatur,vt ſi eos fortè emphyteuta perceperit, ad inſtar vſufructuarij, qui poſt extinctum vſumfructum, fructus, quos poſteà perceperit tenetur proprietario reddere,vt in *l.ſi pater C.de vſufr.*ſic te-
13 neatur pariter illos ipſe emphyteuta, aùt hæredes eius eidem Domino reſtituere,vt cenſuit *Iaſ.in d.l.*2.*num.*17.*C. de iure emphyt.*poſt *Angel.in* §.*ſi verò in perpetuum in authb. de non alien.& Specul.in* §.*nunc aliqua quæſt.*10.*num.*19. *tit. de locat.* adde *Bald.Socin.Felin.Cepoll.Ripam,Tiraqu.*& alios relatos per *Corbul.d.tract.de iure emphyt.tit.de cauſ. priuat.ob nõ ſolut.canon.ampliat.*38.*n.*1.

14 Sed quæſtionis eſt in hoc, an .ſ. teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum à die declarationis factæ per Dominum,an verò ex die,quo verè cecidit in commiſſum. Hanc quæſtionem latiſſimè examinat *Petrus de Benintend. deciſ.Bonon.*37.*per totam*, in qua relatis hinc indè argumentis concludit, fuiſſe deciſum per Rotam,attendi debere tẽpus declarationis, non verò commiſſi, quæ ſententia placuit etiam *Corbulo d. ampliat.*38.*ſub num.*3. pro qua facit *tex.in d.l.*2.*C.de iure emphyteut.*ibi,*volente Domino,&c.*vt ſuprà etiam tetigimus.Et quàmuis contrarium ſuadere conetur *Barboſa in d.l. diuortio in princ. parte* 2.*num.*20.dicens,ſuſpenſionem inductam per dictam *legem* 2. cenſeri inductam fauore ipſius ſolius Domini, ità vt à ſola illius declaratione pendeat, in tantùm,vt ſequuta poſtmodùm dicta declaratione,perindè haberi debeat,ac ſi à principio interueniſſet, & conſequẽter proindè emphyteutam omnes fructus perceptos poſt tempus commiſſi Domino directo reſtituturum, quaſi eos ex re aliena, hoc eſt, Domini perceperit, attamen eius argumentum videtur exploſum ex traditis per *Benintend.loco cit.*& ità voluerunt etiam *Burſat.Caualcan.* & alii relati per *Theſ.deciſ.* 114.*num.*3.cum quibus *ipſe* pariter cõ-
15 cordat.Eò fortiùs hodiernis temporibus, in quibus admittitur purgatio moræ aduersùs non ſolutum canonem rei emphyteuticæ, ità vt non admittatur deuolutio vigore dictæ ſolutionis non factæ ipſo iure; ſicuti adeſt de hoc communis obſeruantia in Sacro Conſilio, per quod fuit ità deciſum, vt refert *Taſſon.ſuper pragmat. de antefato obſeru.* 2.*verſ.*12. *numer.*28. *verſ.ſed ijs non obſtantibus*,ac plurìes idem Sacrum Conſilium in diuerſis alijs caſibus cenſuit, teſte *D.de Thoro in compend.deciſ.par.*3. *in verbo emphyteuta de iure pag.*368.cẽſuit ẽt Curia Archiepiſcopalis Neapolitana apud *D.Ricc.dec.*142.*p.*2.*per totã.*

16 Quæ moræ purgatio, nedùm admittitur antè ſententiam proferendam quãdocumque, verùm etiam poſt ſententiam, quinimò ( quod plus ) etiam poſtquàm per ſententiam fuerit res emphyteutica ad Dominum per deuolutionem addicta, & ità per Sarum Conſilium deciſum tradit *Hodierna in addit.ad deciſ.Surd.*29.*num.*8.vbi *DD.* quoquè cumulat,tenentes, poſſe admitti emphyteutam ad purgationem moræ etiam poſt ſentẽtiam. Quemadmodùm etiam,
17 vt non poſſit directus Dominus propria authoritate capere poſſeſſionẽ rei emphyteuticæ propter canonem non ſolutum, cenſuerunt *Afflict. deciſ.* 97.&



Digitized by Google

*Maſtrill.deciſ.*194.in tantùm vt ſi illam
18 propria authoritate ceperit,ſolet decernere Sacrum Conſilium, vt reſtituat, donec cauſa cognita fuerit pronunciatum ſuper prætenſa caducitate, & ità pluriès in facto in eodem Sacro Conſilio obtinuiſſe teſtatur *Vrſill.in addit.ad Afflict.deciſ.*392.*num.*21.*cumſeqq.*Super quo tamen notes, quòd pendente
19 iudicio ſuper contractus nullitate tenebitur emphyteuta ad ſolutionem canonis,vt refert *D.Conſiliarius Merlinus controuerſ.forenſ.cap.* 22. ſubdens, ſic fuiſſe deciſum per Magnam Curiam Vicariæ, meminit de eo *D.Thoro in Compend.deciſ.d.parte* 3.*verbo emphyteutæ an teneantur.*

20 Quòd autem non cadat emphyteuta ab emphyteuſi propter caducitatem abſq; declaratione Domini,decidit *Rota Rom.* apùd *Caſſador.deciſ.*2.*de locat.* adde *Merlin. deciſ. Lucenſ.* 60. *Magon. deciſ.Florent.*76,*Carrocc.deciſ.*9.*Theſ.filium quæſt.forenſ.lib.*2.*quæſt.*15.*num.*7. ac *Hodiern.in addit.ad Surd. d.deciſ.*29.
21 *num.*1.qui *num.*2.inquit,declarationē iſtam requirere petitionem cum Partis citatione:quinimò etiam ſententiam,& quòd ità cenſuerit Sacrum Conſilium apùd *Afflict.deciſ.*97.adde etiam alios *DD.*per *ipſum* cumulatos,

22 Quòd itèm fructus non debeantur à die caducitatis,ſed benè à die declarationis,vltrà *Benintend.loco ſuprà relato*, cenſuerūt *Minſynger.ſingul.obſeru. centur.*6. *obſeru.*84. & *Caualcan. deciſ.* 47. Rurſùs, quòd hæc declaratio non retrotrahatur ad tempus caducitatis, deciſum refert *Carocc. deciſ.*7.

23 An autem emphyteuta, qui emit ſub haſta rem emphyteuticam teneatur ſe obligare de facie ad faciem cum Domino directo,Fuit deciſum in facti contingentia per Sacrum Conſilium,vt teneretur,& ſic vt ſolueret laudimium,& ſe obligaret de facie ad faciem,vt tradit *D.Thoro in Compend.deciſ.parte* 3.*verbo emphyteuta,qui emit pag.*368.Et anteà per idem Sacrum Conſilium apud *D.de Franch.deciſ.*615.fuit deciſum,teneri ſe obligare de facie ad faciem eius, cui prior Dominus directùs vendiderat directum dominium,non obſtante quòd ipſe emphyteuta diceret,ſe velle conficere inſtrumentum,verùm tamen non cum guarentigia,vt deciſum quoq; refert *Viſcont.in addit.*ad *D.de Franch.d. deciſ.*615.

24 Notes verò in hoc in materia,ad ſucceſſionem in re emphyteutica Eccleſiaſtica non admitti illegitimum, tamquàm inhabilem ad dictam ſucceſſionem,ità *Bald.in c.quæ in Eccleſiarum num.*42.*verſic.dubitatur extrà de conſtitut.Ripa in l.ex facto* §.*ſi quis rogatus il primo num.*62. *ff.ad Trebell. Iaſ. Alex. Mantica*, & alij relati per *Gratian. diſcept.forenſ.cap.*238.*num.*35.*ac cap.*758. *num.*22.qui *vtrobiquè* concludit,vt nè quidem legitimatus admitti valeat,niſi legitimatus fuerit per ſubſequens matrimonium, poſt *Felin.Gabriel.ac Rotam Rom.deciſ.*474.*num.*2.*parte* 1.*in nouiſſ.*

25 Notes etiam,quòd directus Dominus exigendo partem canonis,non ſibi præiudicat quoàd caducitatem,vt deciſum per Sacrum Cōſilium tradit *D. Rouit.in conſ.*37.*num.*8.*parte* 2.

26 Notes inſuper, quia Monaſterium habetur loco filij, proindè in caſu emphyteuſis conceſſæ pro ſe,& filijs non deuolui illam ad directum Dominum per ingreſſum Religionis,ſed benè Monaſterium,quod ingreditur ſuccedet in illa *Specul.in tit.de locato* §.*ſed nunc aliqua,ſiuè tit.de emphyteuſ.q.*153.*nu.*131.

Sed quia *Doctores* tàm in *auth. ingreſſi C.de ſacroſ.Eccleſ.*quàm in *auth.rogati C.ad Trebell.*quàm etiam in *d.c.in præſentia*, ac etiam alibi videntur diuerſimodè loqui,pro veritate huius concluſionis diſtinguendum proindè principaliter puto, vtrùm emphyteuta ingrediatur Religionem incapacem,tàm in communi,quàm in particulari,vtrùm verò ingrediatur capacem.

Et primò caſu,ſi ingrediatur incapacem, ex quo facta profeſſione dicitur Monacus mortuus Mundo *l. Deo nobis C.de Epiſc.& Cleric.* quæ mors quàmuis ſit ciuilis per omnia,æquiparatur tamen morti naturali, ſicuti poſt *Bartol.* & cœteros, quos adducunt probant *Mantica de coniectur. vltim. voluntat.*

*lib.*

*lib.11.tit.7.num.8. ac Corbulus de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil.* 27 *num.* 1. ſtatim ſecuta profeſſione redit per dictam mortem ciuilem emphyteuſis ad dictum directum Dominum, ſi non adfuerit alius, qui vocatus extiterit ex tenore inueſtituræ, vt probant relati per *Corbul. loco citat. num.* 2. Et hoc etiam ſi emphyteuta, qui fuit factus incapax per ingreſſum Religionis incapacis fieret poſtmodùm Epiſcopus, vel aliàs capax *Bart. in tract. minoric. lib.4. diſtinct.3. cap.1. num.9. Felin. in d. cap. in præſentia num.50. verſ. addè, quòd ſi frater, ac Corbulus*, qui alios adducit vbi ſuprà *num.*3.

Secundò verò caſu quando quis ingreditur Religionem capacem, videntur *Doctores* diſtinguere inter emphyteu- 28 ſim Priuati, & Eccleſiæ, Et in emphyteuſi Priuati admittunt, quòd tranſeat indiſtinctè ad Monaſterium, prout colligi licet ex *Iaſ. in l. emphyteuticarij num.* 100. *C. de iure emphyt.* & probat *Clarus*, qui communem hanc dicit *lib* 4. *recept. ſentent. §. emphyteuſis quæſt.* 33. Si verò de emphyteuſi Eccleſiæ agimus, concludunt, illam tranſire in Monaſterium, prout tenent communiter *Bart. Alexan. Paul. de Caſtr.* & cæteri in *l. ſi ità quis §. ea lege ff. de verb. oblig. ac Ioan. Andr. & alij in d. cap. in præſentia*; verùm reuocabiliter attenta diſpoſitione §. 1. *in fine in authen. de alienat. & emphyt.* vt ſcilicèt infrà biennium poſſit Eccleſia Domina manifeſtare voluntatem ſuam, ſi velit relinquere eandem rem emphyteuticã, & recipere annuam penſionem, vel ad ſe reuocare rem illam emphyteuticam, diſſoluta emphyteuſi.

Verùm vt pleniùs hoc intelligatur, ex quo materia eſt valdè intricata, aduertendum eſt, verbum illud, reuocabili- 29 ter, intelligendum eſſe hoc modo, vt non ſcilicet perpetuò emphyteuſis maneat penès Monaſterium, ſed benè durante tantùm vita emphyteutæ ingreſſi. Et hoc tàm in caſu, quo fuerit recepta emphyteuſis pro ſe, & filijs, quàm ſi pro ſe, & hæredibus. Nàm poſt mortem ingreſſi, ad Eccleſiam Dominam reuertetur, nè fiat illi præiudicium, argum. *l. Statius §. Cornelio ff. de iure fiſci*, & ità reſident *Berous quæſt. famil.* 70. *num.*3. *& Corbul. d. tit. de cauſa priuat. ob mort. ciuil. nu.*12. Et theorica *Bart. in authen. ingreſſi num.* 37. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi videtur expreſsè ſentire, quòd dicta emphyteuſis perpetuò, & irreuocabiliter tranſeat in Monaſterium, quando fuerit conceſſa pro ſe, & hæredibus, non eſt vndèquaq; abſoluta, ſed intelligenda ea erit in ſolo caſu emphyteuſis Priuati, quam, ſuprà diximus, eſſe in confeſſo, vt tranſeat in Eccleſiam, quando fuerit conceſſa pro ſe, & hæredibus, non autem in emphyteuſi Eccleſiæ, ex quo, vt rectiùs aduertit *Baldus in auth. niſi rogati num.*12. *C. ad trebell.* & fuit de mente *Innoc. in d. cap. in præſentia de probat.* in tali caſu tranſit reuocabiliter vſquè ad mortem ingreſſi tantùm, & ità communiter reſident *DD.* nàm aliàs pugnaret opinio *Bart.* ex diametro cum diſpoſitione *d.* §. 1. *in auth. de alienat. & emphyt.* Differentia erit tantummodò in hoc inter caſum iſtum, & illum, quando pro ſe, & filijs fuerit facta conceſſio, quia in iſto caſu, quando fuerit facta pro ſe, & hæredibus, ſi ingrediens antè profeſſionem condiderit teſtamentum, & in eo reliquerit hæredem Monaſterium, in tali caſu acquireret perpetuò Monaſterium, ſed reuocabiliter infrà biennium, eò quòd tunc Monaſterium diceretur propriè hæres, nō autem per ſimplicem ingreſſum, quo caſu, quia non eſſet propriè hæres, non ſuccederet, niſi in vita ingreſſi, & ità expreſsè ſentit *Berous in d. cap. in præſentia num.*472. cum quo concordãt *Corbulus loc. cit. ac Maurus Burgius in tract. de laudim. part.2. in-* 30 *ſpect.*55. *num.*17. Et hoc etiam ſi in inſtrumento conceſſionis eſſet appoſitum pactum, quòd non poſſit emphyteuſis in Eccleſiam alienari, vel tranſire: quoniam intelligunt illud bifariàm *DD.* vel vt ſcilicet non operetur, niſi quòad certam Eccleſiam nominatam, non verò quando emphyteuta Monaſterium ingrederetur, vel vt intelligatur quòad alienationem particularem ipſius rei, non autem quòad vniuerſalem tranſlationem, & ſucceſſionem omnium bonorum

Digitized by Google

norum, iurium, & actionum, quæ iuris, & facti ſunt, prout eſt translatio illa, & ſucceſſio, quæ fit per ingreſſum Monaſterij, & ità reſident *Bart. Angel. & cæteri in l.ſi ità quis §. ea lege ff. de verb.obligat. ac Berous d.quæſt. 70. num. 5.* Eſt benè verum, quòd eſt in electione Eccleſiæ Dominæ declarare infrà biennium, attenta diſpoſitione *d.§. 1. in authen.de alienat.& emphyt.* ſi velit permanere in emphyteuſi, & recipere penſionem annuam, vel reuocare, & diſſoluere emphyteuſim, ex quo, vt diximus, non videbatur acquiſitum Monaſterio ius irreuocabiliter, niſi tranſacto biennio conceſſo Eccleſiæ Dominæ ad deliberandum, vt concludunt communiter omnes, quicquid videatur contrà ſentire *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*481.*num.* 61.*cum ſeqq.* quia videntur eius dicta repugnare diſpoſitioni *d.§.1. in authen. de alienat. & emphyt.* Intelligendum tamen iſtud in tali caſu emphyteuſis conceſſæ, pro ſe, & hæredibus, vt biennium illud incipiat currere à die mortis Ingreſſi, non autem à die, quo emphyteuta fuit profeſſus in Monaſterio, & ità notabiliter aduertit Felin. *in d. cap. in præſentia num.*49.*in fine,* vbi dicit, quòd ità intelligenda ſunt verba illius *contex.* ibi, *mox vt peruenerit,* ex quo antè mortem Ingreſſi non dicebatur perueniſſe, dùm non erat durabile apud ipſum, ad notata per *gloſ.in cap. nàm & ego de verb.ſignif.* quem ſequitur *Grat. loco cit. num. 69.in fine.*

Et ex ijs inoleuit praxis, quòd quando res emphyteutica peruenit quocũq; titulo ad manus Eccleſiæ, vel alterius, qui dicatur ſemper viuere, debet vendere alicui Priuato infrà annum, & curare, vt perueniat ad manus viuas, fuit notabile dictum *Specul. d. tit. de locato § ſed nunc aliqua quæſt.* 117. qui ſic ibi de conſuetudine ſeruari teſtatur, & poſt eum ſentit expreſſè *Ruin. in conſ.* 200. *in fine vol.*2. & in hac ſententia reſident etiam *Clarus d.§. emphyteuſis quæſt.* 33. *in fine, Caldas de nominat. emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.*7. *& per totam, Gratian. diſcept.forenſ.cap.*481. *numer.* 67. *&* 68. qui dicit, quòd *Doctores* dùm volunt, quòd emphyteuſis Eccleſiæ non tranſeat ad aliam Eccleſiam, intelligendi ſunt, vt Eccleſia non poſſit acquirere quòad retinendum pro ſe, ſecus verò, vt alteri idoneò vendat, adducit *Alex. in conſ.* 120. *num.*4. *lib.*1. Ad cuius materiam videnda ſunt aliqua per *Mutam deciſ.Sicil.* 10.*per totam.* Modus iſte, quo ſuccurri poteſt directo Domino, ſiuè Eccleſiaſtico, ſiuè Sæculari, quando emphyteuſis alienetur ad manus mortuas, pleniùs quàm apud alios excipi poterit à *Domino Conſiliario Theodoro allegat.* 48.*nu.*3.

Nùmquid autem in caſu iſto Monaſterij acquirentis emphyteuſim ob ingreſſum emphyteutæ, debeatur laudemium directo Domino, adeundus eſt *Maurus Burgius de laudim.d.inſpect.*55. *par.*2.vbi cõcludit, quòd non debeatur, rationibus, de quibus *ibi* per *eum.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Fructus qualiter diuidantur inter Dominum directum, & hæredem feudatarij ex cauſa renouationis inueſtituræ.*

2 Ioannis Baptiſtæ Bilotta *Patritij Beneuentani laudes.*

3 *Releuium in Regno tantummodò ſoluitur per ſucceſſorem feudi ratione renouationis inueſtituræ.*

4 *Releuium dicitur à releuando, & quarè.*

5 *Releuium præſtatur ab hærede tantùm, aùt alio ſucceſſore in feudo poſt mortem.*

6 *Releuium in quo differat à laudimio.*

7 *Releuium debetur in ſignum recognitionis in Dominum, ac renouationis inueſtituræ.*

8 *Releuium quid ſit quòad ipſius quidditatem.*

9 *Releuium eſt medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur.*

10 *Releuium ſoluendum eſt ex fructibus, eò quòd eſt rata fructuum.*

11 *Releuium qualiter taxetur per Fiſcales in Regno.*

12 *Releuij ex cauſa an detur actio realis contrà quemcumq; poſſidentem feudum, licèt extraneum, an verò perſonalis tantùm contrà percipientes fructus Feudi.*

Digitized by Google

*Feudi, excutitur articulus.*

13 Authoris *opinio circà diffinitionem articuli, an pro releuio detur ſola perſonalis actio, an verò etiam realis.*

14 *Releuium an ſit medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, an verò vnius anni, eſt controuerſia inter Doctores Regnicolas, variè intelligentes* Andræam de Iſernia *circà iſtud.*

15 *Releuium non tenetur minor ſtatim ſoluere, ſed tunc demùm, cùm fuerit factus maior, ac tempore, quo iurat fidelitatem Domino Regi.*

*Contrarium tamen conſuetudine introductum, & ità deciſum, vt ibidem.*

16 *Releuij in computatione an deducantur onera, & expenſæ, & quæ expenſæ.*

*Et quid de vita, & militia, an ſcilicet ea ſit deducenda, eò quòd reſpicit fructus Feudi, nu. 17.*

18 *Releuium vnicum debetur in caſu, quo eodem anno moriantur pater, & filius.*

19 *Releuium non debetur ex refutatione Feudi in caſu, quo illud refutaretur proximo ſucceſſuro, niſi tamen ei refutentur omnia Feuda.*

20 *Releuium in caſu refutationis Feudorum debetur poſt mortem Refutatarij, non verò Refutantis.*

21 *Releuium debetur de feudo iterùm reuerſo ad Refutantem per mortẽ Refutatarii.*

*Debetur ab vxore mortuo marito in caſu, quo fuiſſet feudum datum in dotem, & impetratus aſſenſus, num. 22.*

23 *Releuium non debetur de feudis donatis contemplatione matrimonii.*

24 *Releuium debetur in caſu reemptionis facta vigore pacti de retrouendendo, ſi hæres reemerit poſt mortem poſſeſſoris alienantis cum dicto pacto.*

25 *Releuium debetur etiam pro Subfeudatarijs, quibus Feudatarius alienauit Caſtra cum* Regio *aſſenſu.*

26 *Releuium an debeatur etiam morte ciuili, non tantùm morte naturali.*

*Et quid per profeſſionem in* Religione *factam, ibidem.*

26 *Releuium non debetur in cauſa Feudi legati cum* Regio *aſſenſu, licèt ſucceſſio deferatur poſt mortem.*

28 Andreæ Capani *laudes circà* Tractatum *de iure releuij.*

29 *Fructuum diuiſio contingit in Hiſpania, & Portugallia, fauore Tutoris, & Curatoris in bonis pupilli, aùt adulti.*

30 *Salarium, ſiuè merces quibus in caſibus competat Tutori, vel Curatori ſuper bonis pupilli, aùt adulti.*

31 *Fructuum diuiſio in dubio in caſu, quo non inhibeatur expreſsè qualiter ſit in contingentibus caſibus facienda.*

32 Bald. in Auth. defuncto C. ad Senat. Conſ. Trebell. *valdè pugnat cum* Bart. in l. quod ſcitis §. ſin autem C. de bonis, quæ liber. *circà admiſſionem parentum ad ſucceſſionem bonorum filiorum, aùt nepotum ab inteſtato decedentium.*

33 *Bona filij inteſtati morientis quomodò diuidẽda ſint inter patrem, & matrem, & aſcendentes in concurſu.*

34 *Bona paterna à maternis ſeparantur.*

35 *Filio defuncto ſuccedunt parentes, ſi ſoli ſuperſunt, ſalua gradus prærogatiua, ac nu. 39.*

36 *Aſcendentium in ſucceſſione deſcendentium ij præponuntur, qui proximiores in gradu reperiuntur, ſiuè paterni ij fuerint, ſiuè materni.*

37 *Bona ſemel quæſita, quomodòcumque, & vndècumq; peruenerint cum alijs conſolidantur, & vnum efficiunt patrimonium.*

38 *Hæreditatis petitio naſcitur ſuper bonis remanſis poſt mortem alicuius, quæ eſt actio vniuerſalis, non autem petitio bonorum.*

40 *Patrimonium vnicum quilibet habere præſumitur.*

41 Phanuc. in tractat. de inuentar. parte 2. num. 11. *laudatur, ex quo ſolus fuit aſſecutus verum intellectum ad* l. quod ſcitis §. ſin autem C. de bon. quæ liber.

42 Bona *liberorum ſunt in duplici differentia in materia ſucceſſionis per aſcendentes in illis, & ſic quædam debentur iure hæreditatis, quædam verò iure peculij.*

43 L. quod ſcitis §. ſin autem C. de bon. quæ liber. *intellectus.*

44 *Dictionis,* ſin autem, *natura eſt aduerſatiua, ſicuti & dictionis,* ſi verò.

CAP.

## CAP. XIV.

1 DEcimusquartus proponitur in præſenti *cap.* enucleandus caſus diuiſionis fructuum inter Dominum directum, & hæredem Feudatarij ex cauſa renouationis inueſtituræ, quam diuiſionem, ſiuè fructuum ratam, citrà peculiarem aliquam, aùt iuris communis, aùt iuris Feudorum diſpoſitionem, ex inueterata potiùs conſuetudine, quinimò ex improbo more in Regno noſtro Neapolitano introductam teſtatur *Andr.de Iſern.in cap.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditijs poſt num.* 14. *verſ.& hoc releuium de Capit.Corradi, & in cap.* 1. §. *ſed & res num.* 7. *per quos fiat inueſtit.* poſt *ipſum Freccia de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 3. *num.* 2. 3. *&* 16. *Petrus Gregor.de conceſſ.feud. parte* 8. *quæſt.* 4 6. *tit.de iure releu. D.de Ponte conſ.* 30. *num.* 30. *ac de poteſt. Proreg.tit* 8. §. 2. *num.* 5. *ac* §. 4. *num.* 1. *D.de Franch.deciſ.* 121. *num.* 6. *Maſtrill.deciſ. Sicil.* 112. *num.* 1. concordant alij congeſti per *Capan.de iure releu. parte prim. quæſt.* 1. *nu.* 5. adde *D.Thor.* alios etiam referentem *in compend. deciſ.Regni part.* 2. *in verbo releuium an exigi debeat*, adnotauit nouiſſimo loco *D.* meus *Ioannes Baptiſta Biloċta* Patritius Beneuentanus in ſuis *communib. concluſ.feudalibus*
2 *concluſ.* 18. *num.* 1. vir benè eruditus, & in Feudali diſciplina apprimè verſatus, cui, tametſi ob præmaturam mortem inuida fortuna non fauerit circà editionem aliorum præclariſsimorum tractatuum, quos moliebatur, fauit tamen relinquendo poſt ſe bonorum ſuorum, ac virtutum dignum hæredẽ D. Octauium Biloctam filium in legali Philoſophia non mediocriter abſolutũ, ac inter Supremorum Neapolis Prætoriorum cauſarum Patronos primarios, non vulgaris famæ, & ratam iſtam fructuum, Releuium appellant in Regno, ac etiam alibi.

3 Dixi, in Regno, quia in eo tantùm, non verò alibi præſtatur per ſucceſſorem Feudi, ratione renouationis inueſtituræ. Et tametſi etiam in Regno Siciliæ vltrà Pharum fiat ſolutio ratione dictæ inueſtituræ renouationis per hæredem, differt tamen illius præſtatio, & taxatio ex *Conſtitut.* Regis *Martini* 55. incip. *Studioſè*, vt obſeruari licet apud *Maſtrill.deciſ.* 112. *num.* 8. Et quàmuis itèm alibi quoq; videantur fieri præſtationes pro renouatione prædicta, de quibus apud *Capanum d. tract. parte* 1. *quæſt.* 5. *ferè per totam*, vbi omnes cumulat, attamen, vt eſt videre, nulla ex illis ſit omninò conſimilis huic, de qua in hoc Regno.

4 Dictum eſt releuium à releuando, vt cenſuit *Andr.de Iſern.in d.cap.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditijs num.* 14. *de Capit. Corradi*, & ſequuntur ipſum communiter omnes, vel quia per ſolutionem ipſius releuatur, ac reſumitur Feudum, quaſi iacens per mortem Feudatarij, ſecundùm *Roſentall.in ſua Synopſi Feudal.cap.* 6. *tit.quib.mod. feud. acquir. concluſ.* 66. *num.* 1. iuxtà quæ appellarunt alij illud releuamen, ſiuè releuamentum, vel quia releuat Dominum, cui præſtatur, vt tradit *Frec.de ſubfeud. d.lib.* 2. *author.* 3. *num.* 3. ex eo, quia ſi grauatur Dominus in amiſſione vaſalli mortui, releuatur in altero, recipiendo ſcilicèt aliquid pro inueſtiendo, & recipiendo nouo vaſallo.

Differt caſus iſte ab eo, de quo ſuprà hac eadem *parte* 2. *cap.* 4. *toto*, iuxtà diſpoſitionem *cap.* 1. §. *bis conſequenter hic finit.lex* diſſeruimus, eò quòd in illo de fructibus pendentibus feudi agitur, poſt mortem feudatarij ad Dominum reuerſi, ac deuoluti, hìc verò de fructibus vltimi anni, quo feudatarius moritur diuidendis inter hæredem feudatarij prædefuncti, & Dominum ratione inueſtituræ, quam facere habet Dominus hæredibus præfatis, & ſic ratione renouationis inueſtituræ in ſignum recognitionis in
5 Dominum. Quarè præſtatur releuium ab hærede tantùm, aùt alio ſucceſſore in feudo poſt mortem, vt dixit *Andr.de Iſern.in c.* 1. *per quos fiat inueſtit.* non verò à ſucceſſore ex contractu, & ſic ab emptore, quemadmodùm nec à milite, quando aſſecurat, vigore *Conſtitutionis Regni.*

6 Et in hoc differt releuium à laudimio, quia laudimium præſtatur à ſucceſſore ex

ex contractu directo Domino, tametſi poſſit dari caſus, vt præſtetur, & debeatur etiã ex ſucceſſione poſt mortem, vt in caſu, quando ſucceſſor non eſſet de comprehenſis in inueſtitura. Releuium verò debetur ex ſucceſſione poſt mortẽ, ratione inueſtituræ faciẽdæ per Dominum, quàmuis poſſit etiam in hoc dari caſus, vt præſtetur ex cõtractu, videlicèt, quando Feudatarius donaret Feudum immediatè ſucceſſuro, cum diſtinctione tñ, de qua per *Andr. de Iſern. in d. c. 1. per quos fiat inueſtit.* ſi. ſ. donaret omnia bona feudalia, nã tùnc teneretur, eò quòd videretur donatio facta in fraudẽ, ſecùs tamen quando donaret vnum ex pluribus Feudis, quo caſu cùm habeatur ex cõtractu, ceſſat releuium, & ità deciſum in cauſa Ducis Ariani, qui diuiſerat omnia Feuda inter filios tradit *Ayell. de iur. Adhoa num.* 74. adde *Loffred. Capyc. Frec. & Ann. ſen. in locis* relatis per *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 4. nu. 3.

Differunt etiam ſecundò, quia releuium eſt rata fructuũ, vt infrà dicemus, laudimium verò eſt pars, aùt pretij, aùt æſtimationis, ſicuti patet ex *l. 2. C. de iure emphyt.* & nos aliàs etiam diximus in noſtro *tract. de reſtit. interd. glo.* 12. *nu.* 115. & 116. contrà *Surd. deciſ.* 31. *nu.* 3. & ſic illud reſpicit fructus, iſtud verò proprietatem.

7 Debetur autem releuium in ſignum recognitionis in Dominum, ac renouationis inueſtituræ, vt diximus ſuprà, & voluit *Loffr. in Paraphr. feud. ad c. primũ §. ſed & res per quos fiat inueſt.* ſequũtur illum *Frec. de ſubfeud. d. author.* 3. *num.* 3. ac *D. de Franch. d. deciſ.* 121. *num.* 2.

8 Releuium quòad ſui quidditatem eſt munus honorarium, quod nouus vaſallus Domino, introitus cauſa in Feudum largitur, quaſi morte alterius vaſalli, vel ſi aliquo caſu Feudum ceciderit, vel apertum ſit, ſic diffinit illud *Garſias de expenſ. & meliorat. cap.* 13. *n.* 5. & ſubdit, releuium iſtud antiquitùs per veteres Iuriſconſultos fuiſſe appellatum introitum in *l. bis verbis §. alumno ff. de legat.* 3. ibi, *& cùm per errorẽ licebit militiam illam cum introitu comparari volo, in Hiſpania verò vulgò dici entrada.* Sed veriùs diffinit illud *Amæd. de Ponte quaſt. laudim.* 2. *nu.* 6. aſſerens, releuiũ eſſe id, quod ſoluitur, quãdo vaſallus vtilis Dñs Feudi moritur per eius hæredẽ pro confirmatione inueſtituræ, quã deſcriptionem potiùs quàm diffinitionem, (ceù carentem ſuis neceſſarijs requiſitis) deſumpſit ex traditis per *Andr. de Iſern. in d. cap.* 1. *§. ſed & res per quos fiat inueſtit.*

9 Eſt modò releuium quòad quantitatem medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, vt teſtantur *Andr. de Iſern. in Conſtit. Poſt mortem,* quẽ refert, & ſequitur *Ayell. de iure Adhoa nu.* 54. adde alios concordantes relatos per *Liparul. in addit. ad eundem Andr. in d. c.* 1. *§. ſimiliter in oſtenditijs verſ. ſunt releuia de Cap. Corrad.* poſt ipſos *Frecc. de ſubfeud. d. lib.* 2. *author.* 3. *num.* 28. *D. de Franch. d. deciſ.* 121. *nu.* 2. cæteriq; cumulati per *Capan. d. tract. de iure releu. part.* 1. *q.* 5. *nu.* 17. adde etiam *D. Biloctam d. concluſ.* 18. *nu.* 4.

Cõſimilis præſtationi huic medietatis fructuum eſt illa, quæ Romæ in Dataria Apoſtolica, ac vbiquè paſſim exigitur à ſucceſſore in beneficio, ſiuè per obitum prædefuncti Beneficiarij ſuccedat, ſiuè per reſignationem in vita factam, nàm tempore expeditionis Bullarum exigitur quantitas arbitrata iuxtà valorem Beneficij, quam præſtationem, medios fructus appellant.

10 Soluendum eſt itàq; releuium de fructibus, eò quòd eſt rata fructuum, & ſic medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, vt ſuprà dictum eſt. Super quo eſt aduertendum vnum, quod deſeruiet admodũ pro reſolutione quæſtionis infrà mox ſubijciendæ: nã quàmuis *DD.* ſuprà relati intelligãt cõmuniter *Andr. de Iſer.* vt. ſ. ſit medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, attamen *Loffred. in d. ſua paraphr. feud. ad cap. primum §. ſimiliter in verbo non eſt veriſimile per quos fiat inueſtit.* quem ſequuntur *Frecc. dict. author.* 3. *num.* 28. *Ayell. dict. tractat. de iure Adhoa num.* 54. *Dominus de Franch. deciſ.* 121. *n.* 10. videtur inhærere *Capan. d. tract. de iure releu. parte* 1. *quaſt.* 18. *in princ.* licèt poſtmodùm in *calce* contrarium ſentiat,



Digitized by Google

voluit, literam *Andr. de Iſern. in d. §. ſimiliter in oſtenditijs*, ac in *d. Conſtit. Poſt mortem* eſſe corruptam, & ſic non fore legendam, vt vulgata litera habet, videlicèt, vt releuium ſit medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, ſed benè, vt ſit medietas fructuum vnius anni. Comprobat id *Freccia loc. cit.* dicens, ſe in quodam Capitulo Regis Roberti manuſcripto legiſſe, vnius anni, non verò, illius anni, quod & ſimiliter affirmat *Loffredus vbi ſuprà* excepiſſe à quodam Codice vetuſtiſſimo, qui fuerat vnius antiqui Doctoris Nobilis, & eruditi.

11 Patet confirmatio ab effectu, quia ſic intellexerunt Fiſcales Regis, qui in ſupputatione, ſiuè taxatione releuij faciunt inquiſitionem de valore Feudi, & coacervant fructus trium annorum præcedentium, & deindè de medietate tertiæ partis taxant releuium, eò fortiùs quandò annus ille eſſet omninò infructuoſus, vt poſt *Frecc.* per *ipſum* relatũ monet benè eruditus *Conſiliarius Theodorus allegat.* 21. *nu.* 19. cæteriq; paſſim, qui de hoc modo ſupputandi, & taxandi agunt.

12 Sed oritur dubitatio in hoc, vtrum, pro releuio detur actio realis aduersùs poſſidentem Feudum, an verò tantummodò perſonalis aduersùs Feudatariũ, qui percepit fructus. Hanc quæſtionem, quam controuerſam inter Vltràmontanos, & Regnicolas, ac etiam dubiam fatetur *Gizzarell. d. deciſ.* 8. *num.* 2. pleniùs quolibet alio, rationes pro vtraq; ſentẽtia cumulando examinat *Capan. dict. tract. de iure releu. part.* 1. *quæſt.* 7. *per totam*, idem *Gizzarell. ibi* tamen ſub *nu.* 3. dicit, in illa veriorem, & magis receptam opinionem eſſe in Regno, vt onus iſtud non ſit reale, nec inſit Feudo, ſed benè ſit perſonale, ab hærede perſoluendum ratione inueſtituræ, quam tenetur petere, vti ſucceſſor in Feudo, ſeruata forma iuris communis, & *Conſtitut. Regni*, adducit *Andr. de Iſern.* id pro indubitato habẽtem in *dict. cap.* 1. §. *ſimiliter in oſtenditijs de Capit. Corrad.* & *in dict. cap.* 1. §. *ſed & ſi plures numero* 11. *per quos fiat inueſtit.* dicentemquè releuium non ineſſe Feudo, ſed eſſe præſtationem quandam extrinſecam à Feudo, ex more introductam à ſucceſſore ſoluendam, cum eo concordant *Doctores* relati per *D. Thoro in compend. deciſ. part.* 2. *in verbo releuium an exigi debeat.*

Contrariam partem autem, vt. ſ. quicquid ſit de iure ex præfatis, aliter conſuetudine ſit introductum in Regno, in quo in occurrentibus caſibus debiti releuij relaxatur executio aduersùs quẽcumq; poſſidentem Feudum, adhùc extraneum, teſtes ſunt idem *Gizzarell. loco cit. D. de Franch. d. deciſ.* 121. *num.* 11. *ac Conſ. Anna in conſ.* 4. cæteriq; paſſim.

Pro vtraq; ex præfatis ſententijs, vltrà rationes per illorũ ſectatores reſpectiuè cumulatas, ſtant Senatuſconſulta Supremorum huius Regni Neapolitani Auditoriorũ. Nàm pro hac poſtrema ſententia, vt ſ. detur actio realis aduersùs quemcumq; poſſeſſorem Feudi, etiam extraneum, pluries deciſum extitit per Regiam Camerã Summariæ, teſtibus *D. de Franch. d. deciſ.* 121. *nu.* 9. & 10. vbi ad id diuerſas dictæ Regiæ Cameræ deciſiones affert, *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 4. *num.* 13. *Marmile in addit. ad dict. Conſtitut. Regni Poſt mortem, Capan. de iure releu. par.* 1. *q.* 7. *num.* 20. *ac D. Thoro in loco* infrà mox allegando. Pro prima autem, vt detur actio perſonalis tantùm contrà percipiẽtes fructus iuxtà opinionem *Gizzarell. d. deciſ.* 8. non verò realis contrà tertios Feudi poſſeſſores, fuit deciſum per Sacrum Conſilium innctis Regijs Conſiliarijs trium Aularum, vt refert *D. Thoro in compend. deciſ. par.* 2. *verbo releuiũ an exigi debeat*, vbi rationes, ex quibus motum fuit Sacrum Conſilium ad ſic decidẽdum cumulat, de dicta deciſione meminit etiam *Capan. loco cit. ſub nu.* 20.

13 Vera iſtius quæſtionis reſolutio, (quicquid alij cenſuerint, non intuentes forſitàn quod par eſt, pro diffinitione arti-
14 culi huiuſcemodi) ex eo dependet, an ſcilicet releuium ſit medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, an verò vnius ex tribus annis, & ſic an ſit illius, vel vnius anni. Quoniàm priori caſu, ſi conceſſerimus, eſſe medietatem fru-

fructuū illius anni, quo moritur, quemadmodùm ſic legunt, & intelligunt *Andrea de Iſernia* theoricam *DD.* ſuprà citati *ſub num.* 10. & tùnc quia præſtatio videtur reſtricta ad fructus, eò quòd eſt medietas fructuum, iure merito ex fructibus erit illa facienda, & conſequenter præſtationi ille ſolus fiet obnoxius, qui fructus percepit, nulla actione data, nec aduersùs Feudi proprietatem, nec aduersùs tertios poſſeſſores, ratio eſt, quia pro fructibus ſola actio perſonalis datur aduersùs percipientes fructus tantùm, vt tradit *Surd. deciſ.* 28. *nu.* 2. non verò realis, & ità caſus iſte attenta hac lectura, nullam prorsùs, nè dicam paruam, videtur admittere poſſe difficultatem, & benè congruet in eo deciſio Sacri Conſilij deſuper allata cum rationibus per *Doctores*, illam ſequentes cumulatis. Secundò verò caſu, ſi admiſerimus, theoricam *Andrea de Iſer.* fore legendam, vt releuium ſit medietas fructuum vnius anni, non verò illius, vt alij admittunt, quos ſuprà ſimiliter retulimus, qui ſic legunt, & intelligunt ipſum *Andream*, & tùnc præſtatio quia non videtur principaliter reſtricta ad fructus, ità vt fructus verè veniant in diuiſione, ſeù perceptione, ſed benè ij demonſtrationis tantùm cauſa conſiderantur, & ſic ad ſolū finē ſciendi, quantum importet releuiū, non verò, vt ex illis percipiat ratam Dominus, ſicuti patet ab effectu, & taxatione, quæ quotidiè fieri ſolet, dùm tametſi habeatur ratio de fructibus, non tamen habetur ità, vt ipſorum rata Domino conſignetur, ac neceſſariò ratam illam fructuū recipere habeat, ſed benè præſtatur illa in pecunia, vt dicit *D. de Franch. d. deciſ.* 121. *nu.* 10. & cæteri poſt eum, & in tali caſu diffiniendum erit, dari actionem aduersùs quemcumq; poſſeſſorem Feudi etiam extraneum, ad inſtar laudimij, quod quàmuis ſit quinquageſima pars, aùt pretij, aùt æſtimationis, vt in *l.* 2. *C. de iure emphyt.* propter quod ſoluendū illud eſſet ab eo, qui recipit pretium dictæ rei emphyteuticæ: attamen pro illius conſecutione aduersùs quemcumquè poſſeſſorem rei emphyteuticæ actio realis datur, & hypothecaria, vt aliàs diximus in noſtro *tract. de reſtitut. interd. gloſ.* 12. *num.* 114. Rursùs ad inſtar vitæ, & militiæ, quæ ſimiliter taxatur habito reſpectu ad fructus, & tamen fructus illi non ſunt in obligatione, ſed benè pecunia, vt poſt *Minado. deciſ.* 10. tradit *D. de Franch. d. deciſ.* 121. *nu.* 12. pro qua dari pariter hypothecariam aduersùs tertium poſſidentem Feudum, pro quo debetur, traditum eſt in *d. tract. de reſtit. interd. gloſ.* 12. *nu.* 124. vbi per multos *ſeqq. nu.* de materia dictæ vitæ, & militiæ ſermò inſtitutus extitit.

Hoc faciliùs conuincetur, ſi oſtenderimus, adducta in contrariū nō obſtare. Nàm primò non obſtat, dùm dicunt, releuium eſſe onus reſpiciens Feudatariū, non verò Feudum, quia hoc redderetur abſolutum, data pro indubitata opinione tenentium, quòd releuium ſit medietas fructuum illius anni, qua in controuerſiam iàm poſita, dato adhùc quòd taxetur habito reſpectu ad fructus, non tamen actio illius fieret omninò perſonalis, ſed perſonalis in rem ſcripta.

Non obſtat ſecūdo loco, quòd competat illud pro renouatione, ſeù confirmatione inueſtituræ. Nàm laudimium adhùc pro cōfirmatione inueſtituræ traditur, & tamen non eſt merè perſonale, ſed perſonale in rem, in tantùm vt pro illo detur actiò contrà quemcumq; tertium poſſeſſorem, vt ſuprà diximus.

15 Et ad id, quod tradunt contrarij pro confirmatione obiecti dicentes, ſucceſſorem minorem nō teneri ſtatim ſoluere releuium, ſed tùnc demùm, cùm iurauerit Domino fidelitatē, ac inueſtiturā factus pubes obtinuerit, propter quod ſubdunt, eſſe onus proprium inueſtiti, & ſic ſucceſſoris ratione inueſtituræ, & conſequenter eſſe iura vtilia acceſſoria fidelitatis, vt videtur ratiocinari *Gizzarell. d. deciſ.* 8. *num.* 4. *&* 5. reſpondetur, dilationem iſtam, data opinione, quòd ſit medietas fructuū vnius anni, potuiſſe procedere ex benignitate, & munificentia Dominorum Regū, non verò vt de iure firmetur ex ſuprà dictis. Vndè iure receſſit à dilatione iſta Fiſcus, qui releuiū, et à minore exigit infrà annum,



Digitized by Google

& diem, vt tradit *D. de Ponte in ſuis lectionib. feudal. lect. 2. num.* 51. quo loci id tantùm concedit fauore minoris, vt ſcilicet non teneatur ad duplicatum releuium, ſi illud nō ſoluerit infrà annum, & diem, ſicuti tenentur è contrà ad duplicatum cæteri Feudatarij non minores, ſi infrà dictum annum, & diem non denunciauerint mortem, ſoluerint releuium, ac inueſtituræ renouationem petierint, ad tradita per *text. in cap. ſancimus quo tempore miles*, & ità deciſum per Sacrum Conſilium, & Regiam Cameram Summariæ iunctim refert *D. Rouitus ſuper prag. 2. §. item volumus, & mandamus nu. 4. de offic. Procurat. Cæſar.* nàm cenſuerunt, vt pupillus ſoluat releuium, non obſtante pupillari ætate.

Patet itàq; totam difficultatem aduersùs reſolutionem huius ancipitis quæſtionis eò dirigi, an ſcilicet releuium ſit medietas fructuum illius anni, an verò vnius anni. Circà quam, cùm releuium, vt ſuprà diximus, ortum habuerit ex cōſuetudine, & conſuetudo potuit, ac poteſt illud immutare, in tantùm, vt dixerit *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 4. num. 1.* quòd vbi more non eſt illud introductum, nullo modo debetur, adducit *Andr. de Iſern. in d. cap. 1. §. ſimiliter in oſtenditijs de Capit. Corradi*, dùm conſuetudo induxit, vt in taxatione illius habeatur ratio de fructibus trium annorum, qui coaceruari debent, ad finem, vt ex illis confuſis deducatur medietas tertiæ portionis, videtur canonizaſſe opinionem tenentium, theoricam *Andreæ de Iſern.* fore legendam, vt releuium ſit medietas fructuum vnius anni, & conſequenter eſſe onus reale reſpiciens ipſum Feudum, ac ligans quemcumq; adhùc extraneum Feudi poſſeſſorem. Sed malè ſiquidèm, cùm omninò ſit legendus *Andræas*, vt ſit medietas fructuum illius anni, non verò vnius anni, dùm ipſemet *Andr. in d. cap. 1. §. ſed & plures num. 11. per quos fiat inueſtit.* diſertis verbis teſtatur, releuium nō ineſſe Feudo, ſed eſſe quandam præſtationem extrinſecam à Feudo, quod non fieret, ſi releuium eſſet medietas fructuum vnius anni, ex rationibus ſuprà relatis, per quas conuincitur, eſſe illud onus Feudi, non verò Feudatarij percipientis fructus indiſtinctè.

Et ità ex his quæcumq; opinio admittatur, mos vtiq; deducendi, & exigendi in vtroq; caſu hactenùs obſeruatus, videtur continere ſummam contradictionem: quoniam data pro vera, prout re vera eſt abſoluta lectura *Andreæ*, vt ſcilicet ſit medietas fructuum illius anni, vt quid poſtmodùm complicare diuerſa, & ſic coaceruationem fructuū trium annorum, itemq; exigere in pecunia, dùm eſt medietas fructuum? Et dato ſecundo loco, quòd ſit medietas fructuum vnius anni, vt quid denegare actionem contrà tertium poſſeſſorem Feudi, vt cenſuit Sacrū Cōſiliū in cauſa Marchionis Cuſani cum Multiplico de Paueſe, de qua apùd *D. Thoro in compend. deciſ. part. 2. verbo releuium an exigi debeat*, ac apùd *Capanum d. tract. de iure releu. parte 1. quæſt. 7. ſub numer. 20.* ſi eo caſu, vt ſuprà traditum eſt, apparet, eſſe onus potiùs Feudi, quàm Feudatarij? Niſi dixerimus, mentem Sacri Cōſilij, ac Peritiſſimorum Dominorum Regiorum Conſiliariorum in ea cauſa votantium fuiſſe, diffinire ſolùm articulum iuris, an ſcilicet pro releuio detur actio contrà tertios extraneos Feudi poſſeſſores, an verò perſonalis tantùm contrà percipientes fructus. Dicent forſitàn, hoc eſſe priuilegium Fiſcalium, qui ſemper in releuio faciunt interpretationem pro Fiſco, vt autumare videtur *Capanus d. tract. de iure releuij part. 1. quæſt. 18. ſub num. 8.* hoc quidèm facti eſt, non iuris, vndè id fieri debet, quod iure faciendum eſt, cùm tametſi Princeps ſit ſolutus legibus, attamen ſecundùm leges viuere debet *l. digna vox C. de legib.* cum concordantibus, & hæc quòad ancipitem hanc quæſtionem.

16 Vlteriùs modò progrediendo in materia, aduertendum erit, in computatione releuij antè omnia habendam fore rationem impenſarum, cùm debeatur illud, deductis oneribus, & expenſis, intelligendo de oneribus, & expenſis legitimis, ſicuti pluriès in Regno Siciliæ deciſū diſcuſſo articulo tradit *Maſtrill.*

*deciſ.*

*deciſ.*112.*ſub num.*40. Quæ tamen deciſio non fuit in vniuerſum vſu recepta in Regno, niſi quòad deductionem expẽſarum tantùm, non verò quòad deductionem onerum, quemadmodùm de conſuetudine iſta in contrarium teſtatur *Capan. de iure releu. d. parte* 1. *quæſt.* 13. *num.* 24. & antè *ipſum* in ſpecie de ſtylo Regiæ Cameræ, vt .ſ. in computatione non fiat deductio expenſarum in cuſtodiendo Caſtrum, nec Aerariorum exigentium introitus, ſed tantùm expenſarum, quæ fiunt pro cultiuandis poſſeſſionibus, & recollectione fructuũ, & in molendinis, videlicèt, expẽſarum, quæ fiunt in molis, & aptatione palatarum, habita ratione ad tempus, quo poteſt durare, tradit *Ayell. de iure adhoa ſub num.* 70. qui paulò mox anteà ſub eodẽ *num.* dixerat, non fore faciendam deductionem impẽſarum factarum in recolligendis fructibus, eò quòd æſtimantur ii, prout valent recollecti in area, non verò, vt valent dicto modo.

17 Sic nec pariter ſumenda erit ratio victæ, & militiæ debitæ ſecundogenito ſuper feudis, tametſi ſit illa onus feudi, & reſpiciat fructus eiuſdem feudi, quemadmodùm cenſuit *Maſtrill. d. deciſ.* 112. *num.* 12. adnotauit etiam *D. Conſiliar. Theodorus allegat.* 21. *num.* 19.

18 In caſu autem, quo eodem anno morerentur pater, & filius, non niſi vnicum deberi releuium, nõ verò duo, deciſum per Regiam Cameram tradit *Ayell. de iure adhoa num.* 78. quemadmodùm pariter ſi eodem anno imponeretur adhoa, & releuium, non niſi vnicum deberi, aut adhoa, aùt releuium ad electionem Curiæ, quæ quod ipſorum eſt pinguius exigit, voluit ipſe idem *Ayell. ibidem ſub num.* 77.

19 Debetur autem releuiũ in caſu ſucceſſionis poſt mortem tantùm, & proindè non debetur ex refutatione in caſu, quo fieret refutatio feudi proximo ſucceſſuro, eò quòd eſt contractus inter viuos, diſtinguendo tamen, vt ſuprà diximus, niſi fieret refutatio omnium feudorum.

20 In caſu itèm, quo fuiſſet alteri facta refutatio feudorum, debebitur releuiũ poſt mortem Refutatarij, nõ verò Refutantis, & ità per Regiam Cameram deciſum affirmat *Anna ſen. in ſingul.* 568.

21 incip. *vaſallus in fraudem releuij.* Debetur nihilominùs de feudo iterùm reuerſo ad Refutãtem per mortem Refutatarij, vt in caſu patris refutantis, qui filio refutatario ſuccedit, tradit *D. de Franch. deciſ.* 3.

22 Debetur rursùs releuium ab vxore mortuo marito in caſu, quo fuerit feudum datum in dotem, fuiſſetq; etiam

23 expeditus aſſenſus, & ità deciſum tradit *Ann. ſen. allegat.* 95. De feudis tamẽ donatis contemplatione matrimonij, illud non deberi deciſum affirmat *D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refutat. num.* 5.

24 Debetur inſuper releuium non tantùm in caſu, quo quis ſucceſſerit poſt mortem poſſidentis feudum, verùm etiam quando poſſeſſor alienaſſet feudum cum pacto de retrouendendo, ſi hæres exercendo pactum illud reemiſſet, & ità fuiſſe bis deciſum per Regiam Cameram Summariæ eſt author *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *author.* 3. *num.* 14.

25 Debetur itèm per mortem Feudatarij, nedùm pro ſuis Caſtris, quæ poſſidebat tempore mortis, verùm etiam pro Subfeudatarijs ſuis, quibus fuerãt alienata aliqua Caſtra cũ Regio aſſenſu, vt in caſu relato, & deciſo inter Regium Fiſcum, & Ill. Principem Salerni apud *Ayell. d. tract. de iure adhoa num.* 85.

26 An autem inter caſus mortis in materia debitæ ſolutionis releuii computetur etiam mors ciuilis, itèmq; vtrùm per profeſſionem in Religione factam illud debeatur, dùm Profeſſus dicitur mortuus Mundo, videas *Capan. d. tract. de iure releu. parte* 1. *quæſt.* 16. *per totam*, ante *ipſum* in caſu ingreſſus Religionis, ſequuta adhùc profeſſione voluit *Frecc. de ſubfeud. d. lib.* 2. *author.* 3. *num.* 22.

27 In caſu tandèm feudi legati cum aſſenſu, vt non debeatur releuium poſt mortem, videas *Minadoum ſuper Conſtit. Regni In aliquibus in fine primæ partis.*

Multa cumulari poſſent in materia rele-

Digitized by Google

releuiorum frequẽtèr admodùm in Regno, & in Regijs ipſius Tribunalibus quotidiè excitata, & controuerſa, ſed quia ſuper ea vtilem, doctum, ac ſatis la-
28 boratum, quinimò omni ſui parte abſolutũ edidit *tractatum D.Capanus* intitulatum de *iure releuij*, de quo pluriès ſuprà hoc eodem *cap.* ac etiam alibì meminimus, idcircò nè repetere videar, quæ *ipſe* tantis laboribus comparauit, libebit hæc tantùm tetigiſſe, & reſoluiſſe, quæ magis conducebant pro materia ad caſum diuiſionis fructuum, de qua propriè agimus in hoc *tract.* remittendo quòad reliqua cupidum Lectorem ad congeſta, & elaborata per eundem *D.Capanum in toto eo tractatu.*

29 DECIMVS QVINTVS, atq; poſtremus contingere poterit fructuum diuiſionis caſus inter tutorem, & pupillum, ac inter curatorem, & adultum, diuerſimodè tamen diffinitus ſecũdùm morem Regionum, cùm in Hiſpania ex diſpoſitione *l.2.tit.7.lib.3.fori*, tutori, & curatori indulgeatur decima fructuum bonorum minoris, in Luſitania verò, ſiuè Portugallia ex *lege Regia ordina.lib.1.tit.65.§.56.* vt tradit *Barboſa in l.ex fructibus 7.num.21.circà finem ff.ſolut.matrim.* concedatur pręfatis vigeſima pars fructuum. Sed quia de hac diuiſione fructuum inter præfatos, itèmq; quales fructus veniant in diuiſione, ac de concernentibus quibuſcumq; in materia, particularem tractatum edidit *Baeza de decima tutoris*, & poſt *ipſum* pleniori ſtylo in materia multa accommodatè cumularunt *Gutierrez in tract.de tutel. parte 3.à cap.2.vſq; & per totum cap.46. eiuſdem partis, Eſcobar de ratiocinijs per totum ferè tractatum*, alijq; Hiſpani paſſim, licèt ſparſim, & non ex profeſſo, &, quod plus, in Italia, præſertim in hoc noſtro Neapolitano Regno non viget hic mos ſoluendi tutori, & curatori ſalarium, ſiuè mercedem pro adminiſtra-
30 tione, & labore, niſi in caſu, quo antè cęptam tutelam, aùt curam fuerit illi taxata merces, iuxtà diſpoſitionem iuris in *l.à tutoribus §.principalibus ff.de adminiſtr.tut.* in *l.qui negotium in fine princ.ff.eod.tit.de adminiſtr.tut.* in *l.ſi is, qui ff.de eo, qui pro tutor.neg.ger.* & *in l.in eos ff.de tutel.* ac in caſu, quo aliquis fuerit conſtitutus Balius feudatarii minoris, de quo Balio multa tradidimus ſuprà hoc eodem *tract.parte 1.cap.16. à num.228.per multos ſeqq.num.* & tùnc merces, ſiuè ſalarium non conſtituitur in dictis caſibus ad ratam fructuum bonorum minoris, vt in *præfatis locis*, ſed benè in pecunia, quemadmodùm per Iudicem iuxtà qualitatem minoris, & quantitatem patrimonii fuerit taxatum, & arbitratum, proindè omittimus de eo tractationem inſtituere, cùm omnia paſſim, adæquatè, adamuſſim, & doctiſſimè elaborata comperiantur in materia apùd præfatos Doctores Hiſpanos.

Et hæc ſatis quòad materiam diuiſionis fructuum inter plures, atq; diuerſos, de qua propriè agimus in præſenti tractatu, ac circà caſus, in quibus diuiſio illorum contingere poterit. Pro cuius tamen coronide, ac totius materię complemento eſt adnotandum vnum, quod deſeruiet pro regula, & maxima gene-
31 rali in tota materia diuiſionis fructuũ, videlicèt, quòd ſi aliquis fortè reperiatur caſus diuiſionis fructuum inter diuerſos, aùt de iure, aùt de conſuetudine, qui non reperiatur expreſsè tactus, aùt reſolutus in præſenti noſtro *tractatu*, ſit ſemper in eo aduertendum, an rata fructuum competat ratione iuris, an verò ratione oneris, quia ſi ratione ſolius iuris, erit ſemper recurrendum ad diſpoſitionem *l.defuncta ff.de vſufr.* & *l.Herennius ff.de vſur.* Si verò ratione oneris competat, ſit recurrẽdum ad diuiſionem impartitam ex diſpoſitione *l.diuortio* cum concordantibus *ff.ſolut.matrim.*

Poſtremo loco pro totius operis termino, ſubdendam volui vnius quæſtionis reſolutionem in materia diuiſionis inter plures, quæ tametſi directò non cadat, ac ex profeſſo ſub ſubiecto materiæ præſentis operis, eò quòd in ea, non de diuiſione fructuum agitur, ſed benè de diuiſione proprietatis, attamẽ quia caſus practicabilis eſt, & occaſione contingentis caſus mihi fas fuit illum examinare, non puto proindè nec pror-

Digitized by Google

prorſus futile, nec omninò inutile hoc loco referre, dùm ad materiam diuiſionis, quàmuis non fructuum, ſed proprietatis rei conferat, vt diximus, eaq; 32 eſt contentio illa inter *Bart. in l. quod ſcitis §. ſin autem C. de bonis, quæ liber.* ac inter *Baldum in auth. defuncto num. 5. C. ad Senat. Conſ. Tertull.* circà concurſum patris, & matris, ac parentum in admiſſione ad ſucceſſionem bonorum à filio, vel nepote inteſtato relictorum, quę contorxit ingenia, nedùm antiquorum Claſſicorum, verùm etiam Conſulentium, ac tandèm Aulicorum in foris iudicantium, adeò vt varia, diuerſa, ac inuicem ex diametro pugnantia exorta fuerint Senatuſconſulta; quapropter quia caſus practicabilis eſt, quotidianuſq; in foris, ideò diligenter erit enucleandus.

*Bartolus* .n. *loco cit.* ac in *l. poſt dotem col. vlt. ff. ſolut. matrim.* itèmq; in *auth. itàq; C. commun. de ſucceſſ.* ac in *conſ. 18.* 33 *lib. 1.* in ea fuit opinione, quòd in bonis quæſitis per filium à patre, vel ex linea paterna præferatur pater, in bonis verò quæſitis à matre, vel ex linea materna præferatur mater; in cęteris verò ſuccedatur æqualiter.

*Baldus* verò contradicit, inquiens, nullam eſſe faciendam diſtinctionem rerum, ſiuè bonorum, ſed tantummodò graduum; ità vt æqualiter ſuccedere habeant pater, & mater, vel auus paternus, & maternus in omnibus bonis filij, vel nepotis decedentis, nulla data diſtinctione, ſi bona relicta fuerint quæſita à patre, vel linea paterna, an verò ſi à matre, aùt linea materna.

*Bartolum* ſequuti ſunt communiter *Imola, Roman. & Iaſ. in d. l. poſt dotem col. pen. & fin. Paulus de Caſtro in auth. poſt fratres C. de legit. hered. & in d. l. quod ſcitis, Ancharan. conſ. 349. Abbas conſ. 75. in fine parte 1. Alex. conſ. 168. vol. 7. & conſ. 42. col. fin. eod. vol. 7.* vbi dicit, hanc eſſe communem, & veriorem, *Guid. Papa conſ. 30. & ſingul. 403. Loffred. conſ. 32. col. 3. Iaſ. conſ. 125. vol. 2. Bald. Nouell. de dote parte 12. num. 51. cum ſeqq. Campegg. conſimili tract. de dote parte 3. quæſt. 161. Matheſilan. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 24. Bened. in cap. Raynutius verſic. & vxorem nomine Adelaſiam num. 536. Tiraqu. de retract. lignag. §. 14. gloſ. 2. num. 12. & ſeqq. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 6. num. 7. Rubeus in conſ. 79. Marc. de Port. inter conſilia Baldi conſ. 113. lib. 4. Roman. conſ. 40. viſis, & diſcuſſis, Crotus cõſ. 63. num. 9. Andr. Barbatia in addit. ad Bald. in d. auth. defuncto C. ad Sen. Conſ. Tertull. num. 3. Ioannes Oldernop. in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. Boer. deciſ. 192. Maſuer. tit. de date num. 31. fol. 305. Socin. iun. conſ. 11. col. 2. vol. 1. Fulgoſ. conſ. 66. Hieron. Gabriel. conſ. 136. Gerard. Mulert. in addit. ad Rolandin. Paſſager. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 11. Oliuer. Textor eod. tract. num. 71. Ioannes Royas in epitom. ſucceſſ. cap. 29. num. 33. & 34. Bologn. conſ. 69. col. 1. & ſeq. Anton. Gabriel. commun. concluſ. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 3. Marta in ſumma totius legalis ſucceſſ. parte 2. quæſt. 2. artic. 1. num. 7. cum ſeqq. ac in Digeſto nouiſſimo tomo 5. tit. ſucceſſio cap. cùm filius, cap. licèt auus, cap. genitores, & cap. filiorum,* vbi refert plures Decidentes, qui iuxtà hanc ſententiam cenſuerunt in *locis ibi per eum* commemoratis, ſecundùm quam cenſuit etiam Senatus Pedemõtanus, teſte *Theſauro deciſ. 27. num. 3.* & probat *ibidem* etiam *Theſ. filius in addit. ad eundem.*

Adducuntur præfati pro confirmanda prædicta *Bartol.* ſententia, vltrà eiuſdem *Bart.* authoritatem, & aliorum ſupracitatorum. Primò ex *tex. in §. quod nobis Inſtitut. per quas perſonas nob. acquir.* ex quo ſtatuunt, differentiam ſumi circà admiſſionem parentum in bonis filij, dùm *ibi* formaliter inquit *Imperator, Nullam inuidiam eſſe, ſi quod ex patris occaſione profectum eſt, ad eum reuertatur.* Secundò expendunt in id *tex. in l. ſancimus C. commun. de ſucceſſ. ac in l. de* 34 *emancipatis C. de legit. hered.* in quibus videtur, nedùm fieri mentio, verùm etiã ſeparatio bonorum maternorum à paternis.

Cęterùm, ſicuti prædicta opinio eſt communis, & magis communis, ſic è contrà eſt falſa, ac deſtituta fundamentali-

Digitized by Google

talibus iure, & ratione,& proindè verior de iure mihi videtur,ac magis tuta in iudicando contraria *Baldi* ſententia, pro qua ſteterunt omnes antiqui *Rayner. Alberic. Salyc. Fulgoſ. & Corn. in d. l. quod ſcitis*, & antè eos *Petrus de Bellapertica, Cyn. & Dyn.* tàm *ibi*, quàm *in d. auth. defuncto*, & poſt *eos* idem *Corne. conſ.* 265. *volum.* 4. vbi alios congerit, & *conſ.* 94. *vol.* 1. ac *conſ.* 7. *vol.* 3. *Bened. Capr. inter conſilia eiuſdem Corn. conſ.* 6. *lib.* 3. *Nicolaus de Vbaldo in tract. de ſucceſſ. ab inteſt.* 2. *parte col.* 3. *Valent. Forſter. in tract. ſimiliter de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 2. 1. *caſu concluſ.* 4. *verſic. neglecta autem*, *Couar. in epitom. ſucceſſ. ab inteſt. num.* 2. *Maranta conſ.* 92. *num.* 4. licèt tamen pro concordia vtriuſq; ſententię diſtinguere videatur *Vueſembec. in addit. ad Schenedeu. ſuper tit. Inſtitut. de ſucceſſ. ab inteſt.* §. *ſucceſſio ab inteſtato quaſt.* 22. *num.* 5. *Viuius deciſ.* 173. *nu.* 8. alijq; permulti, & pro hac ſententia non deſunt etiam Senatuſconſulta, nàm pro ea cenſuit Rota Senenſis, teſte *Phanuc. de inuentar. parte* 2. *num.* 11. ac Camera Imperialis, teſte *Ioachymo Minſyngerio ſingular. obſeruat.* 55. *per totam centur.* 6.

Pro hac comprobanda, relictis cęteris, de quibus abundè apud *Forſter. loco cit.* vbi reſpondet pariter ad argumenta contrariæ opinionis, vrget primo loco *tex. in d. auth. defuncto C. ad Senat. Conſ.*
35 *Tertull.* vbi ad literam ſcribit *Imperator*, quòd defuncto filio ſine liberis, ſi ſoli parētes ſuperſtunt, ſuccedunt ſalua gradus prærogatiua, ſi pari gradu ſunt, ſimiliter ſuccedunt, paternis .ſ. dimidia, maternis verò alia dimidia delata, licèt tamen ſit diſpar numerus. Probat itàq; *tex.* iſte. Primò, quia in eo nulla fit diuiſio bonorum, ſi .ſ. fuerint paterna, vel materna, ſed tantùm inquit, quòd ſi ſint pari gradu ſuccedant pro dimidia parentes. Secundò, quia alterum infraſcriptorum eſt omninò concedendum in hoc caſu circà bona iſtius filij, de cuius ſucceſſione ibi tractatur, aut .ſ. indiſtinctè paterna ea eſſe, aùt omninò materna, aùt mixta, & tamen vnica tantùm diſpoſitio colligitur, pro medietate .ſ. debere ſuccedere exiſtentes in pari gradu, non autem facta diſtinctione bonorum.

Secundò principaliter adducitur pro hac ſententia *tex. in* §. *ſin autem plurimi in auth. de hared. ab inteſt.* quo loci ſta-
36 tuit *Iuſtinianus*, quòd ſi plurimi aſcendentium viuunt, eos præponi iubet, qui proximi gradu reperiuntur, maſculos, & fęminas, ſiuè paterni ii fuerint, ſiuè materni, & ſi præfati eundem gradum habebunt, ex æquo inter eos hæreditas diuidi debet, vt .ſ. medietatem accipiant omnes à patre aſcendentes, aliam verò medietatem à matre aſcendentes, quãtumcùmque eos inuenire contingerit, ecce loquitur *ibi Iuſtinianus* per verbum, *hæreditas*, quæ ſignificat ſucceſſionem in vniuerſum ius, quod defunctus habuit mortis tempore *l. hæreditas ff. de regul. iur. l. nihil aliud ff. de verb. ſignif.* & tamen inquit, non eſſe faciendam diſtinctionem, niſi graduum in ſucceſſione, non autem bonorum.

37 Tertiò adducitur, quia bona ſemel quæſita, quomodocùmque, & vndecùmq; peruenerint, cum alijs conſolidantur, vnumq; efficiunt patrimonium *l. ſed & ſi plures* §. *filium ff. de vulg. & pupill. l. fin. ff. de inoff. teſtam.* in tantùm, quòd eo mortuo, de quo agitur, hæreditatis nomen ſortitur, quæ eſt ſucceſ-
38 ſiò in vniuerſum ius, per cotas, quas ſuprà adduximus, quò fit, vt naſcatur ex ea petitio hæreditatis, quæ eſt actio vniuerſalis, non autem petitio bonorum,
39 vt *toto tit. ff. & C. de petit. hæred.* ſed hæreditas diuiditur inter parentes æqualiter, ſi ſunt pari gradu, vt diſponitur præ cœteris in *d.* §. *ſin autem*, ergo non debent diuerſo iure cenſeri bona, nec diſcuti, ſi à patre proceſſerint, vel à matre.
40 Addunt *Doctores, & Viuius* id notat *d. deciſ.* 173. *num.* 9. quia quilibet cenſetur habere vnicum tãtùm patrimonium *l. iuriſperitorum* §. *cùm oriundus ff. de excuſat. tutor.* niſi tamen eſſet miles *l. ſi certarum* §. *Iulianus ff. de teſtam. milit.* Vndè ſtatuendo, quòd mater, vel auus maternus ſuccedant in bonis quæſitis à matre, vel linea materna, & pater, vel auus paternus in quæſitis à ſua linea, facit

facit cenſeri, eundem nepotem habere duo patrimonia contrà iuris regulas; per cotas, quas *ibi* allegat.

Totius difficultatis cardo modò vertitur circà intellectum *tex. in d. l. quod ſcitis §. ſin autem C. de bon. quæ liber.* qui anſam dubitandi præbuit, cauſaquè fuit totius controuerſiæ, & conflictus; ex quo ſecundùm intellectum *Pauli de Caſtro ibidem* de mente *Bartoli* deducunt ipſe *Bartolus*, eiuſdemq; ſectatores, quòd in ſucceſſione nepotis auus maternus præfertur auo paterno in bonis peruentis dicto nepoti ex linea materna, vel à matre ipſa, & conſequenter in ſucceſſione liberorum pater, & auus paternus, aliiq; aſcendentes ex linea paterna præferuntur in bonis à patre, vel linea paterna illis obuentis, mater verò, & auus maternus, cœteriq; aſcendentes in bonis obuentis à matre, vel linea materna.

Eſt verum, quòd *Doctores* conantur multas afferre intelligentias ad *d. §. ſin autem*, de quibus abundè apud *eos*, & pleniùs quolibet alio apud *Baldum Nouell. de dote d. parte 12. nu. 51.* inter quos dixerunt communiter Moderni, vel *d. §. ſin autem* eſſe correctum ab *auth. defuncto*, vel ſaltim illum intelligendum eſſe in caſu ſuo, quando ſ. in ſucceſſione nepotis concurrunt auus paternus, & maternus, vt ſ. tùnc quilibet ſuccedat in bonis ex eius linea nepoti illi obuentis, iuxtà intellectum *Bart.* & ſectatorum, vt obſeruari præ cœteris poterit apud *D. de Franch. deciſ. 59. num. 5. & 6.* ac apud *Theſ. filium quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 58. num. 5.* qui proindè dixerunt, illud limitandum in caſu, quo cum aſcẽdentibus, putà patre, vel matre concurrerent tranſuerſales, putà fratres de mente *Doctorum*, quos *ibidem* adducunt, & quòd ità fuerit deciſum, tàm per Sacrum Conſilium, vt refert idem *D. de Franch. ibidem*, quàm etiam per Senatum Pedemontanum, vt teſtatur idem *Theſ. filius loco cit.*

41 Quicquid tamen ſit, ego puto, nullum attigiſſe ſcopum, niſi *Phanuccium*, qui ſolus *d. tract. de inuent. parte 2. num. 11.* fuit aſſequutus verum intellectum illius *contex.* Pro quo examinando ſunt plura vice præludiorum priùs ſtatuenda.

Et primò, in eo *tex.* & in toto illo *tit. C. de bon. quæ liber.* tractari de ſucceſſione parentum in bonis liberorum, in poteſtate ipſorum parentum conſtitutorum, ſic .n. indicant verba *rubricæ* illius *tituli de bonis ſ. quæ liberis in poteſtate conſtitutis ex matrimonio, vel aliàs acquiruntur, & earum adminiſtratione.*

Secundò ſtatuendum eſt, in eo *titulo* non tantùm agi de bonis, quæ liberis in poteſtate conſtitutis acquirũtur ex matrimonio: verùm etiam de bonis, quæ aliàs iiſdem acquiruntur, hoc eſt ex alia cauſa, quàm ex matrimonio, ibi, *quæ liberis ex matrimonio, vel aliàs acquiruntur.*

42 Tertiò, quòd bona liberorum ſunt in duplici differentia in materia ſucceſſionis in illis per aſcendentes: nàm quædam debentur iure hæreditatis, quædam verò iure peculij, & conſequenter ſucceſſio aſcendentium in bonis liberorum dupliciter contingere poteſt. Vel iure hæreditatis, vel iure peculij. Iure hæreditatis debentur aſcẽdentibus bona aduentitia liberorum, & ſimilia. Iure verò peculij bona profectitia eorũdem.

Quartò, quòd in *d. §. ſin autem l. quod ſcitis* non tractatur de omni filio, aùt filia, aùt nepote deſcendentibus indifferenter, ſed tãtùm de decedentibus ſub poteſtate parentum, vt indicant tùm verba *rubricæ*, ibi, *de bonis, quæ liberis in poteſtate conſtitutis*; tùm etiam per verba expreſſa illius *l. quod ſcitis*, ibi, *defunctis his adhuc in poteſtate patris.*

43 His ſic modò præmiſſis, aduertẽdum eſt, in *d. l. quos ſcitis* duos diffiniri caſus. Primus caſus eſt in principio *legis* de ſucceſſione in dote, & donatione antè nuptias acquiſita per liberos, in poteſtate exiſtentes, & tùnc inquit, quòd in caſu mortis prædictorum liberorum, ſi prædeceſſerint ii relictis filiis, & relictis pariter patre, aùt auo, bona prædicta liberis ſ. obuenta ex cauſa lucrationis dotis, aùt donationis antè nuptias non pertinebunt ad patrem, aùt auum, ſed benè ad eorum liberos, ea ratione, quia



Digitized by Google

cùm non debeantur ea iure peculii, quo caſu in illis ſuccederent aſcendentes, ſed benè iure hæreditatis, vti aduentitia, idcircò iure merito deferuntur deſcendentibus, qui in bonis iure hæreditatis pertinebunt excludunt aſcendentes. Secundus ſubiungitur poſtmodùm caſus *in d. §. ſin autē* de nepote in poteſtate conſtituto, quid .ſ. ſi iſte nepos mortuus fuerit, nullis relictis deſcendētibus .ſ. liberis, ſed tantùm relictis patre, & auo paterno, quis .ſ. ſuccedere habeat in bonis iſtius nepotis decedentis, eidem peruentis ex matre, vel linea materna. Et quia iſta bona non ſunt profectitia, quo caſu iure peculii ſuccederet in iis auus, in cuius poteſtate eſſent, tàm pater iſtius nepotis, quàm etiam nepos ipſe, ſed benè obuentitia, tamquàm illi obuenta ex matre, vel linea materna, decidit, quòd in illis ſuccedet pater quòad proprietatem, auus verò quòad vſumfructum eius vita durante. Ratio eſt, quia per ſucceſſionem illam bona iſtius nepotis efficiuntur aduentitia in perſona patris ſui. Et quia pater iſte eſt in poteſtate patris ſui, qui eſt auus paternus nepotis decedentis, meritò de illis idem erit iudicium, quod de cęteris bonis aduētitijs cuiuſcumq; filij, in quibus pater vita durante habet vſumfructū, relicta proprietate ipſi filio.

Confirmat hoc ipſum pronomen illud, *idem*, in eo *tex.* poſitum, ibi, *ſin autem idem nepos*, quod videtur decidere caſum eiuſdem nepotis, de quo in præcedenti, licèt tamen diuerſum in
44 facto, vt indicat dictio illa, *ſin autem*, in eo *contex.* poſita, cuius dictionis natura eſt aduerſatiua, quemadmodùm & dictio, *ſi verò*, vt colligitur ex *tex. in l. ſi ita ſcriptum, & ibi Bart. ff. de lib. & poſthum.* idem *Bart. in l. in repetendis ff. de legat.* 3. quaſi quòd diffiniat caſum eiuſdē perſonæ, non autem eundem, ſed benè diuerſum.

Nec obſtare videtur *tex. in d. auth. defuncto* nàm *tex.* ille loquitur generaliter de quocumq; filio decedente, relictis patre, aùt matre, aùt vtroque, nec reſtringitur ad ſpeciale aliquod in caſu, quando moritur filius, aùt relictis parētibus, & liberis, aùt relictis patre, & auo paterno, de quibus loquitur *d. l. quod ſcitis*, iuncto *d. §. ſin autem*, qui hos duos caſus ſpeciales decidit, vt ſuprà, & iſte eſt verus, & realis intellectus ad illam *l.* quo poſito omnia pacata redduntur, nec videtur in aliquo ipſi derogatum per *d. auth. defuncto*, per quam dicebant aliqui, fuiſſe correctam dictam *legem*, nec è contrà derogatum *d. auth.* per dictam *legem*, ſed vtraq; vigebit, cùm loquantur in diuerſis peculiaribus caſibus, & vnaquæq; in ſuo proprio illum decidit.

Et ex his ad laudem Omnipotentis Dei, eiuſq; Paræ Beatiſſimæ Matris Virginis Mariæ, ac Sanctorum Caroli, Frāciſci Aſſiſinatis, Antoniiq; de Padua Patronorum, & Protectorum meorum ſit impoſitus finis huic Tractatui die Martis 22. *Septembris 1637.* quo die Sanctū *feſtū* canit Eccleſia DD. Mauritii, & ſociorū Martyrū, eodem Deo ſic annuente, quoniàm ſicuti glorioſus ille Chriſti martyr triumphantis ſuæ cohortis Thebeæ militiæ, primùm Deo decimam, ceù fructus, & vſuras, dùm impius ille Tyrannus decimum quemq; ipſorum primùm occidi iuſſit, deindè verò ſemetipſum vnà cū omnibus conſtantiſſimè Chriſtum prædicantibus, tamquàm principalem ſortem trucidationi obtulit, ſic ipſe candidiſsimis ſtudioſis *Tractatum* iſtum de *diuiſione fructuum*, quaſi decimas, fructus, & vſuras offero, ſortem rediturus, (ſi Deo placebit, forſitanq; fructus iſti guſtui ſuaues apparebunt) *Oeconomicæ legalis quatripartitæ*, ac ex omni ſui parte abſolutiſsimæ, tractatus itèmq; alterius *de vigilantia, & mora*, reliquorumque, quos molior. Tractatum iſtum totum, & omnia quæcumq; aùt à me ſcripta, aùt in poſterùm ſcribenda correctioni Sanctę Matris Eccleſiæ ſubmitto, cui in cunctis me ſubiicio. Sit nomen Domini benedictum.

*Horatius Barbatus.*

FINIS.



Digitized by Google

# INDEX
# LOCVPLETISSIMVS
## VERBORVM, RERVM, AC DICTIONVM
## In hoc opere contentorum, ſumma induſtria Alphabetico ordine congeſtus.

### A


*ABſentes cauſa ſtudij an lucrentur in abſentia diſtributiones quotidianas, parte 1.cap.15.num.60.*

*Acceſſus ad loca, in quibus degunt partes offenſæ, ſi fuerit prohibitus, non comprehendit raram, & momentaneam habitationem, vtputà in tranſitu per locum illum, parte 1.cap.13.num.30.*

*Accuſati vltrà numerum denarium criminaliter poſſunt comparere per Procuratorem, parte 2.cap.7.num.58.*

*Et interdicitur citatio ad nouem, quando ſunt inquiſiti vltrà numerum decẽ, ibid. num.59.*

*Actio contrà debitores decimarum vtrùm detur pro rata, an verò inſolidum, parte 1.cap.7.num.42.*

*Actio qualis detur pro decima, d.cap.7.nu.39.*

*Actio realis pro decima datur inſolidum cõtrà perceptores fructuum, ex quibus decima debetur, d.cap.7.num.44.*

*Actiones perſonales non intelliguntur ceſſæ per clauſulam,* cedẽs,&c. *& ratio quarè, parte 2.c.5.num.13.*

*Actio perſonalis contracta inter vẽditorem, & colonum conducẽtem non ſequitur poſſeſſorem fundi, p.2.c.5.num.17.*

*Actio perſonalis non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, parte 2.cap.5.nu.26.*

*Actorum magiſter alicuius Officialis actitare debet coràm Officiali loci, nedùm quãdo Officialis cognoſceret vti Capitaneus loci, verùm etiam quando vti talis deſtinaretur Cõmiſſarius per aliquod* Regium *Tribunale, parte 1.cap.9.num.61.*

*Actuariorum electio dicitur eſſe in fructu, augetq; fructus feudi, ſi illorum electio ſit penès Baronem, p.1.cap.9.num.41.*

*Actuarium non poteſt Officialis ad ſui libitum aſſumere, qui non ſit Notarius creatus à Principe, niſi in defectum, quando ſ. non adeſſet Notarius publica authoritate conſtitutus, p.1.c.9.num.48.*

*Actuariorum electio penès Baronem, ſi non habet de illa ſpecialem inueſtituram, aut priuilegium, præſumitur vſurpatione magis, quàm iure, p.1.cap.9.num.52.*

*Actuarius debet eſſe annalis, quẽadmodùm Officialis loci ad iuſtitiam deputatus, p.1.cap.9.num.54.*

*Actuarius finito officio tenetur parere ſyndicatui, ſicuti & Officialis loci, p.1.cap.9.num.55.*

*Actuarij non comprehenduntur ſub diſpoſitione* Ritus M.C.V. *quo cauetur, vt de delictis Officialium tàm actiuè, quàm paſſiuè ipſa ſola Magna Curia recognoſcat, p.1.cap.9.num.56.*

*Actuarij poſt paritum ſyndicatui poſſunt refirmari ad idem officium pro ſequenti anno, nulla data temporis intercapedine, p.1.cap.9.num.58.*

*Actuarij dicuntur habere tantummodò officium, quod officiùm nullam habet annexam iuriſdictionem, d.p.1.cap.9.nu.59.*

*Actuariorum officium eſt ſcribẽdi tantùm quæ per Iudicem decernuntur, p.1.cap.9.num.60.*

*Actuariorum fides hodiernis temporibus dicitur aliquantulùm improbata, p.1.cap.9.num.62.*

*Actuarij propriè de iure dicuntur ij, qui recipiunt pecunias publicas, ibid.num.63.*

*Actuarij M.C.V. exigentes ſportulas, vltrà pandectam taxatam, puniuntur etiam pœna corporali arbitrio Domini Proregis, p.1.cap.9.num.64.*




Digitized by Google

*Actuarius ſecundarum cauſarum vtrùm poſſit capere obligationes penès acta inter priuatas perſonas contrahentes inter ſe. Et an illæ poſſint incuſari in eadem Audientia, applicando dictæ Curiæ ſecundarum cauſarum pœnæ exactionem, remiſſiuè d. cap. 9. nu. 72.*

*Actuarij nihil validè gerunt ſine præſentia Iudicis par. 1. cap. 9. nu. 73.*

*Fallit hodiè de generali conſuetudine, cùm præſumatur in illis Iudicis conſenſus ad acta facienda, ibid. nu. 74.*

*Aduocato ſalarium etiam non conuentum debetur, par. 2. cap. 11. nu. 11.*

*Aduocatus, & Procurator præferuntur in eadem re, quam recuperauerunt pro eorum ſalario cuicumq; creditori, part. 2. cap. 11. nu. 30.*

*Aemulationis cauſa fieri quæ dijudicentur, remiſſiuè, par. 1. cap. 3. nu. 68.*

*Aequitas quod ſuggerit concedi debet, tametſi ſtricto iure quis deficeret, par. 1. cap. 3. nu. 71.*

*Aerarium dare tenetur Vniuerſitas Baroni, aùt Camerarium, tametſi ſit exempta à præſtatione ſeruitiorum perſonaltum, par. 1. cap. 11. nu. 13.*

*Aerarius Baronis tenetur cõſeruare nedùm fructus Baronales peruentos ex Feudo, verùm etiã eos, qui perueniunt ex induſtria Baronis ex territorijs Feudalibus, part. 1. cap. 11. nu. 14.*

*Aerarius Baronis an teneatur de ſuo proprio ſoluere Baroni, quod non exegit, par. 1. cap. 11. nu. 17.*

*Aerarij in electione debet inſpici qualitas perſonarum: nàm ad illius munus non poteſt eligi Doctor, aùt Nobilis, ibid. nu. 18.*

*Aerarij electio ſpectat ad Baronem ciuilem, non verò ad criminalem, quando diuiſa eſt iuriſdictio, par. 1. cap. 11. nu. 19.*

*Aes alienum contractum in vita teſtatoris pertinet omninò ad hæredem, ad fructuarium autem nihil, par. 2. cap. 1. nu. 96.*

*Poterit tamen hæres vendere tot de bonis hæreditarijs ad ratam æris alieni, ac onerum, etiam inuito vſufructuario, & eo caſu proprietarius perdet proprietatem, vſufructuarius verò vſumfructum in illis, ibid. nu. 97.*

*Si verò bona hæreditaria nõ ſunt penès hæredem, ſed penès vſufructuarium pati debet vſufructuarius, vt vendantur ad ratam, vt ſuprà pro ſolutione æris alieni, & onerum, ibid. nu. 98.*

*Amplia etiam quoad expenſas funeris, & infirmitatis, in quibus eodẽ modo ſtatutum eſt, ibid. nu. 99.*

Afflict. in Conſtit. Quicumquè toxicum *aberrauit circà explicationem Taxi, de qua in ea* Conſt. *par. 1. cap. 4. nu. 14.*

*Agricola pluribus indiget, & quibus, part. 2. cap. 7. nu. 35.*

*Agricola non poteſt capi de perſona pro debito, quemadmodùm nec Boues, aùt inſtrumenta alia ad vſum agriculturæ par. 2. cap. 7. nu. 42.*

*Sed ſecum eſſe debent in quacumquè parte terrarum, ibid nu. 45.*

*Agricolæ, & Ruſtici non poſſunt cogi ad aliqua obſequia, par. 2. cap. 7. nu. 44.*

*Agricolæ tẽpore meſſium, & vindemiarum excuſantur ab omnibus oneribus extraordinarijs, d. cap. 7. nu. 46.*

*Itèm nec poſſunt occupari pro bello, ibidem nu. 47.*

*Agricolæ ab omnibus iniurijs & oppreſſionibus ſunt defendendi, par. 2. cap. 7. nu. 48.*

*Agricolæ non poſſunt vexari, aùt inquietari pro debitis Fiſcalibus, quibus tenentur eorum Domini, par. 2. cap. 7. nu. 49.*

*Agricolæ incolentes Vrbes poſſunt cogi rura petere pro ſecandis bladis tempore meſſium, d. cap. 7. nu. 50.*

*Agricolarum creditores pro frumento ipſis mutuato non poſſunt accipere pro pignore eorum terrulas, Boues, & Pecora, ſub pœna priuationis crediti, par. 2. cap. 7. nu. 51.*

*Itèm nec pro præfato frumento, aùt ordeo ipſis mutuato accipere vltrà octauam partem modij ratione vſurarum, ibid. nu. 52.*

*Agricolæ portantes pullos, oua, frumenta, ac alia ad Ciuitatem, ſi non reperiunt illicò emptorem, poſſunt cogi ſubitò reuerti ad opera ruſtica, dimiſſis rebus penès aliquem Vrbanum Ciuem, vt eas vendat, parte 2. cap. 7. nu. 55.*

*Agricolæ quando conueniuntur coràm Iudicibus Ciuitatum eſt ſummariè illis ius dicendum, d. par. 2. cap. 7. nu. 57.*

*Agricolæ tempore meſſium, & vindemiarum circà illas occupati non poſſunt inuiti trahi ad iudicium, par. 2. cap. 7. nu. 62.*

*Agricolæ deſerentes culturam, & ad militiam*

Digitized by Google

tiam accedentes ſunt reuocandi ad culturam, par.2.cap.7.nu.64.
Agricultura præfertur quibuſcumquè quæſtuum generibus, & quarè, part.2, cap.7. nu.29.
Agricultura fuit à Deo creata, part.2. cap.7. num.30.
Agricultura à quo inuenta, par.2.cap.7. numer.31.
Agricultura innocētiſſima omnium artium, par.2.cap.7.nu.32.
Agriculturæ laudes recenſentur, par.2.cap.7. nu.33.
Agricultura conſideratur vti ſpecies, & vti genus, par.2.cap.7.nu.36.
Agricultor differt ab Operatore terræ, p.2.c.7. nu.37. quis dicatur vterq; ibid.
Agriculturæ fauore non poteſt quis vendere prædium, & retinere agricolas, par.2.cap. 7.nu.63.
Agrorum depopulatores non gaudēt immunitate Eccleſiæ, par.2.cap.7. nu.60.
Contrà ipſos poteſt quiſpiàm ſine Iudice ſe vindicare impunè, ibid.nu.61.
Alberic.in l.defuncta verſ.ſed quarè aliud ff.de vſufr. impugnatur, ac expugnatur ab Alex.Turamino par.2.cap.1, nu.13.
Admittitur in caſu, quo fundus pluriès in anno diuerſos fructus produceret ſecundùm Authorem, nu.16.
Alciat.conſ.53.num.6.lib.9. reprobatur aſſerens, malè facere Eccleſiam, tamquàm iuſtitiæ cultricem, accipiendo contrà voluntatem teſtatoris per ingreſſum grauati, ſi ſine liberis deceſſerit, part. 2. cap.2. nu.125.
Alexander Turaminus Authoris præceptor laudatur, par.2.cap.6.nu.33.
Alimenta qui præſtare tenetur Domino, an teneatur præſtare etiam eius famulo, par. 2.cap.11.nu.46.
Alternatiua cōceſſa Epiſcopis in beneficiorum collatione ſortitur effectum ſuum tātummodò quando Epiſcopi reſident, par.1.cap. 16.nu.67.
Alternatiuæ facultatem non amittit Epiſcopus diſcedens per aliquos dies ex cauſa à loco reſidentiæ ſuæ, ibid.nu.68.
Alternatiuæ facultas Epiſcopis reſidentibus conceſſa poteſt impartiri Vicario Generali per eundem Epiſcopum, ad finem conferendi in menſibus conceſſis, par.1.cap.16. nu.69.
Alueum quilibet purgare poteſt, ad hoc nè in vicina prædia aqua deſluendo illis ſit detrimento, par.1.cap.3.nu.36.
Etiam ſi caſu fortuito aqua non potuiſſet deſluere, ibid.nu.37.
Eaq; propter datur repetitio expenſarum in purgatione, etiam inuito Domino factà, ibid. nu.38.
Quæ autem expenſæ in hoc repetantur, ibid.
Alluuionis augmentum in fundo vēdito cum pacto de retrouendendo an ſpectet ad emptorem, an verò ad venditorem retrahentem, par.2.cap 6.nu.45.
Ambaſciatores, ſiuè Legati ſunt immunes à gabellis pro rebus, quas vehunt, par.1.cap. 8.nu.64.
Andreæ Capani laudes circà tractatum de iure releuij, par.2.cap.14. nu.28.
Angariæ, & perangariæ dicuntur eſſe in fructu, ac ſunt fructus Feudi, par.1.cap. 10.nu.1.
Angaria quid, & quid perangaria, & qualiter vna dignoſcatur ab altera, par.1.cap. 10.nu.2.
Angaria eſt verbum Perſicum, & ſignificat idem, quod nuncium, par.1.cap.10.nu.3.
Angariarum, & perangariarum clauſula appoſita in inueſtituris, operatur, vt poſſit Baro iniungere ſeruitia perſonalia Vaſallis, ſicuti poterat Rex, vel Princeps inueſtiens antè conceſſionem, & inueſtituram, par.1.cap.10.nu.4.
Angariæ, & perangariæ an veniant ſub illa clauſula, cum Vaſallis, &c. par.1.cap.10. num.5.
Angariæ ſunt ſublatæ, & prohibitæ in Regno ex cauſa impoſitionis factæ munerum ordinariorum, & extraordinariorum ex cauſa functionum Fiſcalium, par.1. cap. 10.nu.6.
Angarias vt poſſint Barones prætendere contrà Vaſallos, oportet vt habeant illas aùt ex priuilegio, aùt ex conſuetudine, part.1. cap.10.nu.7.
Angariæ quanto tempore præſcribantur, ibid. nu.8.
Angariæ poſſunt induci ex cauſa maleficiorum, quia ſcilicet cōdemnatus ad mortem ſe faciat angarium illius, qui à morte liberauit, par.1.cap.11.nu.7.
Itèm ratione habitationis, & bonorum, quæ conceduntur venientibus ad habitandum



Digitized by Google

*in aliqua Terra, vel Caſtro, ibid.num.8.*

*Rurſùs ratione pecuniæ, quam accipiunt ad id, & referunt de hoc aliquot exempla, ibid.num.9.*

*Ad angarias perpetuas non poteſt quis ſe obligare abſque aſſenſu Regis, tametſi poſſit abſquè illo ad angarias temporales, par.1.cap.11.nu.10.*

*Angariarum effectus qualis ſit, & quæ non poſſunt angarij, par.1.cap.11.nu.11.*

*Animalia tranſeuntia de vno loco ad alium poterunt paſcua ſumere infrà vigintiquatuor horas diurnas, & ſic per vnum diem, & vnam noctem, dummodò non dent dãnum in frugibus, tametſi malè hoc ſeruetur per Officiales Curiæ, & Baronum, par.1.cap.6.nu.87.*

*Intelligas tamen, quando dicta animalia venirent de longinquo per vnam, aùt duas dietas: nàm ſecus ſi ducerẽtur ex vna contrata vicina, nu.88.*

*Animalia intercepta pro pęna fidæ, & diffidæ non liberantur, niſi ſoluta priùs fida, & diffida, par.1.cap.6.nu.93.*

*Et ſi habetur recurſus ad Superiorem ex cauſa immoderatæ diffidæ, expediuntur prouiſiones, quòd facto depoſito alicuius certæ quantitatis, per Iudicem Superiorem arbitratæ, ac præſtita cautione de ſoluendo quid plus fuerit iudicatum, liberabuntur, aliàs non, ibid.nu.94.*

*Anni computatio qualiter fiat in materia diuiſionis fructuum inter coniuges, par.2.cap.3.nu.9.*

*Quod quando non conſtat de initio anni propter diuturnitatem temporis, à quo ſcilicet die ſit illud ſumendum, ibid.nu.10.*

*Anni naturalis, an verò accidentalis curſus ſit ſeruandus in fructuum perceptione, circà illorum diuiſionẽ, par.2.cap.3.nu.31.*

*Anni initium in terminis* cap. primi §. his conſequenter hic finit.lex *à quo tempore incipiendum, notabiliter ſecundùm* Authorem, *par.2.cap.4.nu.15.*

*Annus incipit à Ianuario, præſertim inter Latinos, & dictus eſt Ianuarius, quia ianua eſt anni, ibid.nu.16.*

*Annus in materia* cap.1. §. his conſequenter hic finit. lex. *diuiditur in tres partes ſecundùm* Authorem, *quàmuis cẽſuerint alij, fore illum diuidendum in duas ſolas, par.2.cap.4.nu.18.*

*Anni initium quomodò computetur in terminis diuiſionis fructuum facienda inter emptorem, & retrahẽtem vigore iuris protbomiſæos, par.2.cap.6.nu.12.*

*Eiuſdem curſus non vniformis, ſed difformis in terminis præfatis quòad fructus naturales, induſtriales, & ciuiles, ib.n.13*

*Annus in materia diuiſionis fructuum inter Beneficiarij hæredes, & ſucceſſorem in beneficio quando incipiat, par.2.cap.8.n.26*

*Annus cœptus habetur pro completo in materia præſtationis annuæ in teſtamento relictæ, par.2.cap.10.nu.5.*

*Annuus reditus ad vitam nauis fit ſimilis contractui cenſus vitalitij, & in eo viget diſpoſitio* Regiæ Pragmat. *part.2.cap.12. num.5.*

*Antephatum non debetur pro dote non ſoluta, par.2.cap.3.nu.124.*

*Niſi in caſu, quo per maritum ſtetiſſet, quominùs exegiſſet dotem, ibid.nu.125.*

*Vel si non ſolutio proceſſiſſet ex dilatione data per ipſum maritum, & pendente ſolutione fuerit matrimonium diſſolutum, nàm eius culpa non debet nocere vxori, ibid.nu.126.*

*Dummodò non potuiſſet marito imputari mora ſoluendi, ex quo promiſſores verè fuiſſent in mora, ibid.nu.127.*

*Antephatum debetur pro dote non ſoluta in caſu, quo maritus fuerit confeſſus, dotem recepiſſe, & conſtituiſſet antephatum, & poſtmodùm feciſſet inſtrumentum mutui de illa, par.2.cap.3.nu.128.*

*Antephati vſuræ, siuè intereſſe debentur, si mora interceſſerit in ſoluendo, par.2.cap.3.nu.130.*

*Antephati intereſſe in caſu permiſſo liquidatur ad rationem quinque pro centenario, par.2.cap 3.nu.131.*

*Antephati medietas debetur à ſponſo ſponſæ ratione ſolius oſculi traditi, tametsi cognitio nõ interceſſerit, par.2.cap.3.nu.132.*

*Antephatum, ac omne aliud quodcumquè lucrum nuptiale lucratur mulier quòad vſumfructum tãtùm, extantibus filijs, ipſis verò non extantibus quòad vſumfructum, & proprietatem, part.2.cap.3.num.133.*

*Antephati ſucceſſio competit filijs vti filijs, non verò requiritur etiam qualitas hæreditaria, & sic, vt sint filij, & hæredes, par.2.*

Digitized by Google

part.2.cap.3.num.134.
Vtrùm procedat id non tãtùm de iure communi, verùm etiam de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, ibid. nu. 135.
Et quid ſi fuerit cõtractum matrimonium more Magnatum, & Procerum eiuſdem Ciuitatis, & Regni, ibid. nu. 136.
Authoris diſtinctio circà reſolutionem præſentis quæſtionis, ibid. nu. 137.
Apes ſunt in fructu, & quid de cera, & melle, an ſcilicèt ſint fructus naturales, an verò induſtriales, par. 1. cap. 17. nu. 131.
Appellatio à grauaminibus illatis per Curiam Magiſtri nundinarum deuoluitur ad Regem, ipſiusq; Regios Officiales, non verò ad Officiales Baronis, part. 1. cap. 9. nu. 37.
Limites, quando conceſſio fuiſſet facta per Baronem, mediante adhùc Regio aſſenſu, ibid. nu. 38.
Dubitat tamen Author de hac limitatione, vt ibid.
Appodiatio, & extenſio vltrà dimidium fluminis concedi debet etiam inuito Domino vicino, quando illa non fieret ad æmulationem, itèm ſecundò ſi offerretur iuſtum pretium pro appodiatione, & tertiò præſtita cautione de damno infecto in caſu regurgitationis aquæ, parte prima cap. 3. nu. 67. & 68. Examinatur latè articulus à nu. 63 per multos ſeqq. nu.
Aqua eſt in fructu, par. 1. cap. 3. nu. 5.
Aqua vndè dicatur, par. 1. cap. 3 nu. 6.
Aqua neceſſaria pro vita humana. par. 1. cap. 3. nu. 7.
Aqua, & ignis ſunt quæ magis conferunt ad vitam humanam, par. 1 cap. 3. nu. 8.
Aqua, & ignis cùr antiquitùs exulibus interdicebatur, par. 1. cap. 3. nu. 9.
Aquarum effectus qualis, parte prima cap. 3. nu. 10.
Aquæ bonitas ex quibus probetur, parte 1. cap. 3. nu. 11.
Ipſius præſtantia qualis, ibid. nu. 12.
Aquarum terreſtrium quæ magis probata, par. 1. cap. 3. nu. 13.
Aquarum quædam publicæ, ſiuè communes, quædam priuatæ, par. 1. cap. 3. nu. 14.
Aquarum quædam quotidianæ, quædam aſtiuæ, par. 1. cap. 3. nu. 15.
Itèm quædam pluuiales, quædam fontanæ. ibid. num. 16.
Rursùs quædam peremnes, quædam non peremnes, ibid. num. 17.
Aqua, quæ aliàs eſt publica poteſt fieri priuata, cùm priuati fundum ingreditur, p. 1. c. 3. num. 21.
Aquarum quædam ex re, quædam propter rem, & vtriuſque exempla, p. 1. c. 3. num. 22.
Aquam naſcentem in ſuo fundo poteſt quis ad ſui libitum diuertere, etiam in præiudicium fundi inferioris, in quem deſcendit p. 1. c. 3. num. 23.
Amplia etiam in aqua illa, quæ per fundum Priuati tranſit, nàm non poterit Priuatus ille diuertere, ibid. num. 24.
Amplia, vt neq; poſſit cogi illam concedere à Principe, vel Communitate, ibid. nu. 25.
Aqua alterius ſi Princeps vti vellet tenetur ad ſolutionem iuſti pretij, p. 1. cap. 3. num. 26.
Aquam naſcentem in ſuo fundo poteſt quis diuertere in præiudicium fundi inferioris, etiam ſi per mille annos in fundum vicini decurriſſet, p. 1. cap. 3. num. 27.
Aqua ſecundùm ſui naturam ſemper dicitur deſcendere ad inferiora loca, p. 1. cap. 3. num. 28.
Aquam non poteſt quis diuertere in præiudicium inferioris, quando decurriſſet per opus manufactum, p. 1. cap. 3. num. 29.
Dummodò in hoc opere manufacto interuenerit ſcientia, & patientia Domini ſuperioris, ibid. num. 30.
Aqua in dubio an præſumatur occupata à Domino ſuperiore, remiſſiuè, p. 1. cap. 3. num. 31.
Aquam diuertere ſuperior non poſſet, quando ſtatuto, vel conſuetudine inductum eſſet, nè diuerteretur, p. 1. cap. 3 num. 32.
Itèm, quando adeſſet conuentio Partium de non diuertendo, ibid. num. 33.
Rursùs, quando deſeruiret vſui publico, facta tamẽ priùs ipſius ſolutione iuxtà æſtimationem, ibid. num. 34.
Aquam immittere in fundum vicini, per quam fundus ille deterioraretur nemini licet, p. 1. c. 3. num. 35.
Aquam, quæ in fundo alicuius intrat non poteſt Dominus illius diuertere, ità vt ex ipſa auerſione excurrat per viam publicã, illamq; deuaſtet, aùt ſi influat in prædia vicinorũ, in eorum dãnum, p. 1. c. 3. n. 39.

Fallit

Digitized by Google

*Fallit, quando non faceret animo nocendi, ibid. nu. 40.*
*Itèm, quando faceret aggerem ex parte interiori ſui prædij, ibid. nu. 41.*
*Aquam quando teneatur vicinus de neceſſitate recipere, quæ excurrat de fundo ſuperiori, par. 1. cap. 3. nu. 42.*
*Aquam ducentes ex publico, ſiuè fluuio, ſiuè fonte, non tenetur ad gabellam, part. 1. cap. 3. nu. 44.*
*Fallit, ſi venderet quis aquam, in ſuo priuato loco manentem, ibid. nu. 45.*
*Aquæ venam ſcaturientis in ſuo fundo ſi quis fodiendo auerterit, tenetur de dolo, quando animo nocendi id faceret, par. 1. cap. 3. nu. 46.*
*Aquarum manantium ex publico fonte nullus, neq; Princeps diſponere poteſt, ſi fuerint illæ deſtinatæ ad vſum Populi, par. 1. cap. 3 nu. 47.*
*Aquam extrahere non licet ex fluminibus nauigabilibus, vti de Regalibus, abſque licentia Principis, cuius eæ ſunt, par. 1. cap. 3. nu. 55.*
*Aquæ vſum vtrùm prohibere poſſit Baro pro irrigandis agris, par. 1. cap. 3. nu. 56.*
*Aquæ, aquarumq; decurſus augent fructus Feudi, par. 1. cap. 3. nu 65.*
*Aqua ſemper ruit in vacuũ non cluſatum, tametſi tantillum illud ſit, & proindè fiet impoſſibile retineri, ſi non fiet cluſa per totum flumen, vſquè ad ripam alterius Domini vicini, par. 1. cap. 3 nu. 70.*
*Aquæ ducendæ ius qui habet per alienum territorium pro duobus molendinis, non poteſt dilatare formam ad finem ducendi aquam pro alijs molendinis additis vltrà illa duo, par. 1. cap. 3. nu. 80.*
*Aquæ vſus tametſi poſſit prohiberi per Barones, non poterit tamen prohiberi piſcatio in illis, par. 1. cap. 4. nu. 11.*
*Aquaticum an veniat appellatione vini, ac in prohibitione, par. 1. cap. 17. nu. 95.*
*Aquatorios tametſi poſſit quis facere in ſuo agro, non tamen poteſt plures in extremo illius ponere, ſi per immiſſionem illam daretur damnum prædia inferiori, par. 1. cap. 3. nu. 43.*
*Arbores multæ ſeminantur, quemadmodùm ſegetes, par. 1. cap. 2. nu. 26.*
*Arboribus in ſcindendis, ad hoc vt ligna magis durent pro ædificijs Lunæ tempus obſeruant Architecti, par. 1 cap 6 nu. 22.*
*Arbores cæduæ, quæ in fructu ſunt, an reddant pretioſiorem fundum, & cuius beneficio cedant petito retractu, ſi fuerint cæſæ ab emptore cum pacto de retrouendendo, par. 1. cap. 17 nu. 102.*
*Arbores germinales an diſtinguantur ab arboribus cæduis, & in quo differant, par. 1. cap. 17. nu. 105.*
*Arbores grandes fructiferas nec fructuarius excidere poterit, nec Vaſallus, nec emphyteuta, nec alius quicumquè, qui ad longum tempus conduxerit, par. 1. cap. 17. nu. 108.*
*Arbores fructiferæ vento euulſæ ſi grandes ſint, an pertineant ad fructuarium, an verò ad proprietarium, parte 1. cap. 17. nu. 109.*
*Arbores cæduę exiſtentes in fundo vendito cedunt beneficio retrahentis, non verò emptoris, ſi tempore retractus reperiuntur cæſę, in tantùm vt illarum pretium deducatur ex pretio emptionis in retractu, par. 2. cap. 6. nu. 10.*
*Et hoc etiam quoàd quoſcumq; fructus, qui tempore emptionis erant pendentes, ſi tẽpore retractus iure prothomiſeos reperiatur fundus fructibus vacuus, ibid. nu. 11.*
*Area, & ſcyphus ſunt in fructu, par. 1. cap. 17. nu. 122.*
*Arrogatione rumpitur teſtamentum, par. 2. cap. 2. nu. 101.*
*Arundinetum eſt in fructu, part. 1. cap. 17. nu. 110.*
*Aſcendentium in ſucceſſione, ex deſcendentibus ij prępponuntur, qui proximiores in gradu reperiuntur, ſiuè paterni ij fuerint, ſiuè materni, par. 2. cap. 14. nu. 36.*
*Aſſenſus in contractu iurispatronatus donationis poteſt pręcedere, ac ſubſequi, etiam ſi donatarius eſſet mortuus, vndè hæredes poterunt impetrare aſſenſum poſt ipſius mortem, par. 1. cap. 16. nu. 200.*
*Aſſenſus Epiſcopi requiritur in iurepatronatus, etiam ſi pater donaret filio, par. 1. cap. 16. nu. 201.*
*Limita, ſi donaret, aùt legaret iuſpatronatus reſeruatum deſcendentibus maſculis tantùm, in prę iudicium ſucceſſorum, ibid. nu. 202.*
*Itèm, quando donaret alteri Compatrono, ibid. 203.*

Aſſe-

Digitized by Google

*Aſſeſſoris creatio, & deputatio fructus eſt iuriſdictionis, conſequenterq; dicetur eſſe in fructu illius, par.1.cap.9.nu.40.*

*Aſſeſſor Magiſtri nundinarum debet eſſe idem, qui aſſidet Officiali ordinario loci, quando aliter aut cõſuetudine præſcripta, aut priuilegio cautum non fuerit, part.1. cap.9.nu 36.*

*Augmẽtum alluuionis in fundo vẽdito cum pacto de retrouendendo an ſpectet ad emptorem, an verò ad retrahẽtem, par.2.cap. 6.nu.45.*

Auth.ad hæc C.de vſur.*intellectus, part.2. cap.7.nu.53.*

Authoris *diſtinctio circà diffinitionem articuli, ſi terra herbida, & inculta poſſit reduci ad culturam, inuito eo, qui habet ius paſcendi in illa, par.1 cap.6.nu.60.*

Authoris *diſtinctio circà diffinitionem articuli, ſi.ſ.iuſpatronatus veniat, nec nè in confiſcatione bonorum, p.1.c.16.nu.131.*

*Eiuſdem diſtinctio circà diffinitionem articuli, an ſ.ius ſepulchrorum tranſeat cum vniuerſitate bonorum, p.1.c.16.nu.145.*

Authoris *intellectus ad* l.diuortio §.ſi vir in fundo ff.ſol.matrim *p.1.cap.17.nu.30.*

Authoris *diſtinctio circà diuiſionem fructuum faciendam inter hæredem grauatum, & fideicommiſſarium, p.2.c.2.n.26.*

Authoris *ratio, cur per ingreſſum* Religionis *non expiret fideicõmiſſũ, p.2.c.2.nu.120.*

Authoris *opinio circà diffinitionẽ articuli, an maritus poſſit ſolus facere retrouenditionẽ cenſus, in dotẽ dati, & ſi liberet debitorem reementem, par.2.cap.3.nu.83.*

Authoris *intellectus ad* c.1.§.his cõſequẽter hic finit.lex.*par.2.cap.4.nu.14.& 19*

Authoris *opinio circà diffinitionẽ articuli, an pro releuio detur ſola perſonalis actio, an verò etiam realis, par.2.cap.14.nu.13*

B

**B***Aiulus cognoſcit hodiè de dãnis datis, & de ſumma infrà duos Auguſtales, & ſic de carolenis triginta infrà, p.1c.9.nu.11.*

*Baiulus vtrùm poſſit cognoſcere de liquidatione inſtrumentorum, remiſſiuè, p.1.c.9. nu.12.*

*Baiuli conſtitutio eſt in fructu, ac fructus eſt iuriſdictionis, par.1.cap.9. nu.24.*

Baldus *dixit, conſtitutionem* cap. 1. §. his conſequenter hic fin. lex in vſib. feud. *non eſſe iuri conſonam, & Authorẽ ipſius proceſſiſſe ſine ratione, par.2.cap.4.nu.2.*

Bald.in Auth.defuncto C. ad Sen. Conſ. Tertull.*valdè pugnat cum* Bar.in l.quod ſcitis §.ſin autem C.de bon.quæ liber. *circà admiſſionem parentum ad ſucceſſionem bonorum filiorum, aùt nepotum ab inteſtato decedentium, par.2.c.14.nu.32.*

*Baliatus officium eſt peculiare in Regno, & denonat idẽ, quod tutor, p.1.c.16.nu.229*

*Baliatus in qua ætate finiatur, par.1.cap.16 nu.232.*

*Balius in qua differat à tutore, p.1. cap.16. nu.230.*

*Balius non datur* Feudatarÿs *feudorum planorum, & de tabula, ſed tantùm poſſidentibus* Feuda *quaternata, p.1.c.16.n.231.*

*Balius pupillis Feudatariorum conſtituitur à ſolo Domino Rege, aut à Prorege, eiuſq; Collaterali Conſilio par.1.cap.16.nu.234*

*Balius electus in teſtamento facit ceſſare diſpoſitionem* Conſt. Regni In aliquibus, *par.1.cap.16.nu.236.*

*Balium non poteſt conſtituere Sacrum Conſilium, tametſi ſit Tribunal Supremum in Regno, par.1.cap.16.nu.237.*

*Balius poteſt conſtitui pupillis Feudatarÿ à Regia Audientia Hydruntina, par.1.c.16 nu.238.*

*Ratio, quarè, ſub nu.239.& 240.*

*Balius relictus filio, ſiuè cõſtitutus in teſtamento à Patre, vel Auo non eget confirmatione Curiæ Dñi Regis, p.1.c.16.n.241*

*Balius pupilli* Feudatarÿ *poteſt fieri ipſemet D.Rex in caſu, quo non fuerit facta prouiſio per Patrẽ, vel Auũ, p.1.c.16.n.242.*

*Et tenebitur facere inuentariũ, ac ſe obligare, & oĩa alia adimplere, ad quæ tenetur Balius vigore* Conſt.Regni, *ibid nu.243.*

*Balÿ cautio non exigitur talis, ac tãta, qualis, & quanta in tutore, ſed temperanda erit eo modo, quo reperiri poterit, part.1. cap.16.nu.244.*

*Balius an intelligatur conſtitutus quis per poteſtatem ſibi datam in teſtamento à teſtatore adminiſtrandi, & gubernandi, aùt per conſtitutionem executoris teſtamenti, par.1.cap.16.nu.245.*

*Balius an ſedere habeat in loco, vbi ſedere põt pupillus Titulatus, ac eandẽ vocẽ habere, quã habet T pupill⁹ in Parlamẽtis, remiſſiuè*



Digitized by Google

*par.1.cap.16.num.250.*

*Balio conſtituitur ſalarium victus, & veſtitus ſuper bonis pupilli Feudatarij, par.1.cap.16.nu.250.*

*Banna, quæ emanantur per* Barones *ſuper prohibitione venationis vtrùm teneant, par.1.cap.5.nu.7.*

*Banna, quæ fiunt per Officiales in ingreſſu eorum Officij, ad hoc vt ligent, debent fieri cum conſilio Ordinarij Conſultoris, ſiuè Aſſeſſoris, par.1.cap.13.nu.83.*

*Bannitus dicitur pati mediam capitis diminutionem, ac mortuus ciuiliter dicetur, & proindè per bãnum perdit vſumfructum, par.2.cap.1.nu.118.*

*Idem de* Foriudicatis *in Regno, ibi.nu.119.*

Barones *in dubio non habent eorum intentionem fundatam de iure, vigore inueſtiturarum factarum, de fluminibus, riuis, fontibus, aquis, aquarumq; decurſibus, &c. & ſi de illis non ſunt in poſſeſſione, par.1.cap.3.nu.52.*

*Barones omnes ſunt inueſtiti de fluminibus, aquis, aquarumq. decurſibus ex conſuetudine, & taliter, quòd non poteſt dici vnus inueſtitus priuatiuè quòad alium, ſed cumulatiuè, ità vt quilibet poſſideat pro indiuiſo pro ſua medietate, par.1.c.3.n.64.*

*Barones non poſſunt prohibere Vaſallos accedentes in aliena molendina, non autem in ſuum, par.1.cap.3.nu.78.*

*Fallit in caſu, quando illa haberet cum peculiari priuilegio iuris prohibẽdi, ibi.n.79*

*Barones tametſi poſſint prohibere ſuis Vaſallis vſum aquæ fluminum, non poterunt tamẽ prohibere piſcationem.p.1.c.4.n.11.*

*Barones non poſſunt prohibere eorum ſubditis venationem, par.1.cap.5.nu.21.*

*Niſi quãdo conſuetudine acquiſiuiſſent ius prohibendi, ibid.nu.22.*

*Contrarium tamen eſt de iure verius, etiam attenta conſuetudine, ibid.nu.23.*

*Baroni facienti aliquem actum, aùt exercenti aliquam iuriſdictionem, de qua nõ fuit inueſtitus, poteſt eidem quandoq; reſiſti per ſubditos, remiſſiuè p.1.c.5.n.24.*

*Barones exercentes merum, & mixtum imperium, aliamuè iuriſdictionem, de qua non fuerunt inueſtiti, tenẽtur pœna vſurpatæ iuriſdictionis, par.1.cap.5.nu.25.*

*Baronibus ex clauſulis generalibus in inueſtitura relatis, videlicèt, cum Angarijs, Perangarijs, Furnis, Tapetis, Hoſtarijs, &c. non dicitur acquiſitum ius ſuper illis, nec dicentur inducta noua Angaria, aùt Perangaria, aùt ius prohibendi prædicta, ſed ea tantùm, quæ tẽpore priuilegiorum, & conceſſionum, aùt iuſto titulo, aùt præſcriptione erant inducta, p.1.c.5.nu.28.*

Baro *vtrùm poſſit impedire reductionem ad culturam locorum Zerbidorum domanialium Vniuerſitatis, prætextu, quòd habeat in illis vti* Baro *ius paſcendi, p.1.c.6.n.64*

Baro *nullum dominium habet in paſcuis publicis illius territorij, intrà cuius fines iuriſdictione vtitur, ſi paſcua fuerint Vniuerſitatis, & ſic locorum domanialium Vniuerſitatis, par.1.cap.6.nu.65.*

*Baro tametſi vti poſſit paſcuis locorum domanialium Vniuerſitatis, non tamen ius aliquod habet in illis vti Baro, ſed tantùmodò vti Ciuis, & incola, p.1.c.6.n.66.*

*Intelligas tamen, dummodò habitet in illa Terra, cuius eſt* Baro, *quoniam ſi non habitaret, non poſſet vti paſcuis locorum domanialium Vniuerſitatis, ibid. nu.67.*

*Contrarium tamen quòad habitationem obſeruatur paſſim in* Regno, *ibid.nu.68.*

*Baronis vſus nõ eſt indefinitus circà paſcua bonorum domanialium Vniuerſitatis, ſed limitatum, ità vt non poſſit in illa immittere maiorem numerum animalium, niſi vt vnus, vel duo ex ditioribus ipſius Vniuerſitatis, par.1.cap.6.nu.69.*

Baro *non poteſt ratione iuriſdictionis, & dominij immittere animalia ad paſcendum in terris proprijs appatronatis Vaſallorum, par.1.cap.6.nu.73.*

*Et conſequenter à maioritate rationis nec in illis fidare animalia exterorũ, nè quidem eo prætextu, quòd conſuetudine poſt ſegetes herbæ ſpectãt ad Baronẽ, ibi.nu.74*

*Barones poſſunt fidare animalia exterorum in locis appatronatis campeſtribus Vaſallorum, par.1.cap.6.nu.78.*

*Intelligas tamen, quando* Barones *ex priuilegio, vel præſcripta cõſuetudine ius fidãdi in illis acquiſiuiſſet, vt ibi n.77 & 79.*

*Barones non habent eorum intentionem fundatam de iure percipiendi decimas ex prædijs exiſtentibus intrà fines Feudi, vel Caſtri, par.1.cap.7.nu.22.*

*Barones non poſſunt imponere gabellas, & vectiglia in eorum Terris, & Baronijs, licèt habeant in illis merum, & mixtum imperium, par.1.cap.8.nu.12.*

*Ba-*

Digitized by Google

Barones licèt ſint immunes pro fructibus Feudi, ità vt non teneantur ſoluere gabellas, & vectigalia, non erunt tamẽ immunes pro eorum parte Coloni partiarij, aùt conducentes pecunia ab ipſo Barone bona feudalia, par. 1. cap. 8. nu. 59.

Barones, & Feudatarij quicumq; dicuntur Iudices Ordinarij ſuorum Vaſallorum, par. 1. cap. 9. nu. 4.

Barones in Regno habent iuriſdictionem in domanio, non verò in exercitio, cùm exercitium illius ſpectet ad Capitaneum, & propterea non poſſunt de per ſe dicere ius in cauſis vaſallorum, par. 1. cap. 9. nu. 5.

Barones non poſſunt cauſas ſuorum vaſallorum ſeparatim delegare, modò ſ. vni cauſam vnius, modò verò alteri cauſam alterius, par. 1. cap. 9. nu. 6.

Barones non poſſunt reſcribere ſuis Officialibus, dicentes, facias ſic, vel ſic, par. 1. cap. 9 nu. 7.

Barones non poſſunt reſcribere ſuis Officialibus, vt in cauſa, quæ iure ordinario tractanda eſt, procedat ſine ſcriptis, & ſine figura iudicij, par. 1. cap. 9. nu. 8.

Barones antiquitùs habebant ſolam cognitionem cauſarum ciuilium, & mixtum imperium, & communicatio meri imperij fuit illis facta per Regem Alphonſum Primum de Aragonia, par. 1. cap. 9. nu. 9.

Baro non poteſt infrà annum remouere Officialem ab ipſo conſtitutum pro exercitio iuriſdictionis, niſi ex iuſta cauſa per Sacrum Conſilium approbata, par. 1. cap. 9. nu. 16.

Et hoc etiam ſi ipſe Officialis conſentiret, & ſic eſſent concordes ambo, Officialis ſcilicet & Baro, ibid. nu. 17.

Barones tenentur de proprio dare prouiſionem Officiali ab ipſis conſtituto, parte 1. cap. 9. nu. 19.

Barones nullam habent iuriſdictionem contrà Officialem ab ipſis deputatum pro regimine iuſtitiæ, quemadmodùm nec etiã cognoſcendi de eorum exceſſibus, parte 1. cap. 9. nu. 20.

Et hoc etiam finito officio, ſi pendente officio deliquerint, ibid. num. 21.

Quinimò nec etiam ſi dicti Officiales eſſent Ciues, ac vaſalli Baronis, ibid. num. 22.

Barones regulariter, & in dubio non habent eorum intentionem fundatam de iure ſuper electione, & deputatione Actuariorũ in eorum Curia, p. 1. cap. 9. num. 42.

Baro vox quid ſignificet, p. 1. cap. 10. num. 12.

Baronis vox in Regno duplicem habet ſignificationem, quippè ſpecificam, & genericam, p. 1. c. 10. num. 13.

Baro habens feudum quaternatum in Baroniam, differt à Barone habente illud non in Baroniam in terminis Regiæ pragm. dictæ, delli noue capi, circà venditionem feudorum Titulatorum, p. 1. c. 10. num. 14.

Barones in dubio non habent eorum intentionem fundatam de iure pro reuocatione vaſallorum, ſi receſſerint, parte 1. cap. 10. num. 22.

Baro non poteſt adſtringere perſonas Nobiles ad exercendum onus Aerariatus, aùt Camerariatus, p. 1. cap. 10. num. 24.

Barones iniungere debent ſeruitia vaſallis ſolitis, aùt ſaltim aptis, & habilibus in defectum ſolitorum, p. 1. cap. 10. num. 25. & 26.

Baro poteſt carcerare vaſallos, ac illos mulctare pro inobedientia, ſi ſunt obligati ad ſeruitia perſonalia, p. 1. cap. 10. num. 31.

Barones quæ probare teneantur, ad hoc vt poſſit reuocare ſuos vaſallos recedentes à Terra, p. 1. c. 10. num. 34.

Barones non habent in dubio eorum intentionem fundatam de iure ad petenda ſeruitia perſonalia à ſuis vaſallis, nec exigendi illa, p. 1. cap. 11. num. 1.

Et ſi in poſſeſſione, uel quaſi illorum repeꝛiuntur potiùs uſurpatione, quàm iure affirmandum eſt, ibid. num. 2.

Baroni incumbit onus probandi affirmatiuam circà ſeruitia præſtanda à uaſallis, ut. ſ quia ſint ſoliti, non uerò uaſallis probandi negatiuam, cùm regulariter præſumantur exempti, p. 1. c. 11. num. 3.

Barones in Regno an iure poſſint imponere angarias, & exigere ſeruitia perſonalia à ſuis Vaſallis, par. 1. cap. 11. nu. 5.

Baro prætextu ſeruitiorum debitorum à Vaſallis non poteſt ab illis exigere ſeruitia vilia, & ſordida, nec incongruentia, & diuerſa extrà eorum exercitium, parte 1. cap. 11. nu. 21.

Baro non poteſt cogere ſuos Vaſallos, vt ſint Fornarij, aùt Molẽdinarij, p. 1. c. 11. n. 22.

Ii 2 Item

Digitized by Google

Itèm vt neq; portent literas de Terra in Terram, ibid. nu. 23.

Baro non poteſt exigere ſeruitia ab eo Vaſallo, qui litem contrà ipſum defendit pro Vniuerſitate, dato adhùc quòd habeat ius exigendi illa, par. 1. cap. 11. nu. 24.

Baro non poteſt adſtringere Vaſallos occupatos ad ſeruitia annalia alteri per annum locata, par. 1. cap. 11. nu. 25.

Baro non poteſt cogere Vaſallos ad cuſtodiam Carceratorum, niſi in vrgentiſſimis caſibus, & tùnc ſoluto congruo ſalario, par. 1. cap. 11. nu. 26.

Benè tamen poteſt ad vigilias, & excubias, vt ibidem.

Baroni bannito, deportato, aùt foriudicato non tenentur Vaſalli obedire, part. 1. cap. 11. nu. 27.

Baro poteſt cogere Vaſallos prò inciſione lignaminum nemoris cauſa mercimonij, ſi eorum exercitium id expoſcat, par. 1. cap. 11. nu. 28.

Baro indebita ſeruitia Vaſallis iniungens punitur pœna corporali, & pecuniaria, par. 1. cap. 11. nu. 31.

Barones malè tractantes Vaſallos poſſunt cogi ad vendendum Terram, part. 1. cap. 11. nu. 31.

Et in caſu dictæ venditionis propter ſæuitiam, ſi de nouo Baro recuperaret Terram non tenentur Vaſalli redire in eius dominium, ibid. nu. 33.

Baro habens plures Terras, tenetur quælibet Terra pro rata contribuere circà conductionem frumenti, aliorumq; neceſſariorum pro ſeruitio domus ipſius, par. 1. cap. 11. nu. 34.

Baro non poteſt cogere Vaſallos portare frumentum pro ſeruitio domus tempore hyemali, ſed tantùm à menſe Maij per totum menſem Octobris, par. 1. cap. 11. nu. 35.

Barones habentes animalia propria non poſſunt cogere Vaſallos ad aſportandũ neceſſaria pro ſeruitio ſuæ domus, part. 1. cap. 11. nu. 37.

Barones quale ſalarium teneantur præſtare Vaſallis ſeruientibus, tàm in Terra, quàm extrà territorium, part. 1. cap. 11. nu. 38.

Barones tenentur ſoluere Vaſallis ſeruientibus infrà viginti milliaria ſalarium, prò vt ſoluitur inter Ciues, part. 1. cap. 11. nu. 39.

Baro vltrà ſalarium debitum Vaſallis, tenetur etiã ſoluere vectigal, & ſcapham, par. 1. cap. 11. nu. 40.

Baro vigore conceſſionis factæ cum vaſallis cognoſcet de delictis Vaſallorum, etiam extrà territorium cõmiſſorum, dato quòd nõ habeat in ſpecie in inueſtitura, & priuilegio, par. 1. cap. 12. nu. 6.

Intelligas tamen, quando non concurreret cum eo Iudex loci delicti, aùt quando præueniſſet alius in captura, ibidem num. 7.

Baro cognoſcit de delictis Vaſallorum commiſſis extrà territorium, etiam data præuentione in captura per Regiam Curiam, quando in priuilegio fuiſſet facta illorum conceſſio, circumſcripto territorio, part. 1. cap. 12. nu. 8.

Baro poteſt petere remiſſionem cauſæ inſtrumenti liquidati, etiam in Regijs Tribunalibus, quãdo habet ſpeciale priuilegium cognoſcendi de dicta inſtrumentorum liquidatione, par. 1. cap. 12. nu. 21.

Baro poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui Vaſalli, etiam poſt terminum datum in cauſa, par. 1. cap. 12. nu. 24.

Itèm etiam poſt concluſum in cauſa, ibid. nu. 25.

Quinimò etiam poſt ſententiam foriudicationis, ibid. nu. 26.

Addas (quod plus) etiam poſt ſententiam condemnatoriam ad mortem, ad finem, vt ſententia prædicta executioni demandetur per Officiales Baronis, ibidem num. 27.

Baro poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui Vaſalli reperti cum ſclopo rotato contrà formam Regiæ Pragm. part. 1. cap. 12. num. 28.

Barone renuente petere remiſſionem ſui Vaſalli inquiſiti, poterit ipſe Vaſallus petere, non obſtante quòd Baro renuat, aùt contradicat, par. 1. cap. 12. nu. 29.

Amplia, vt teneatur etiam Baro in tali caſu appellationem proſequi, ſi ſuccubuerit, dato adhùc quòd renunciauerit appellationi iàm forſitàn interpoſitæ, vt ibidem.



Digitized by Google

*Baro poteſt petere remiſſionẽ cauſæ ſui vaſalli inquiſiti, & ad illam admittitur, etiam quòd Vaſallus inquiſitus ſit contumax, par.1.cap.12.nu.31.*

*Baro non poteſt petere remiſſionem cauſæ ſui vaſalli inquiſiti, niſi exiſtente illo carcerato, & in fortijs Curiæ, p.1.cap.12.num.32.*

*Baro non cognoſcit de cauſis viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum, niſi habeat ſpeciale priuilegium, quando præuio iuramento perhorreſcentiæ elegerint alibì forum, p.1.cap.12. num.50. & 52.*

*Barones in Regno poſſunt emanare banna pęnalia, nè eorum vaſalli adeant per ſaltum Regia Tribunalia, omiſſo medio Iudicis primarum, ac ſecundarum cauſarum, p.1.c.12.num.71.*

*Ad tollendas tamen difficultates expediunt Prouiſiones pęnales à Regio Collaterali Conſilio, & exigunt pœnam, ibid. num. 72.*

*Barones, ſiuè Feudatarij cognoſcunt de delictis ſuorum vaſallorum etiam in caſu, quando Princeps auget, vel commutat pęnam aliàs de iure præfixam, p.1. cap.12. num.75.*

*Amplia etiam, quando Princeps faciendo de non delicto delictum ſtatuit pęnam ſimpliciter abſq; reſeruatione cognitionis, ad quem. ſ. ſpectare habeat illius cognitio, ibid. num.76.*

*Barones, & alij habentes merum imperium non poſſunt facere gratiam condemnato propter delictum poſt ſententiam, ac etiam non concordata Parte, p.1.cap.13. num. 20. & 22.*

*Poterunt tamen pendente appellatione, ſi fuerit à ſententia condemnatoria appellatum ad Iudicem ſecundarum cauſarum, ibid. num. 21.*

*Barones abutentes facultate aggratiandi, & tranſigendi in caſu, quo aggratiarent, aùt tranſigerent abſque Partis remiſſione, poterunt ſuſpendi, nè tranſigant etiam attenta Partis remiſſione inconſulto Superiore, p.1.cap.13.num.39.*

*Baro iuriſdictionis ciuilis dicitur verus Dominus Terræ, non autem Baro iuriſdictionis criminalis, parte 1. cap.14. num. 92.*

*Barones excedentes in petitione ſubuentionum, & adiutoriorum à ſuis vaſallis, aùt exigentes illa in caſibus, tenentur ad duplum Regiæ Curiæ, p. 1. cap.14. num. 95.*

*Barones non poſſunt petere ſubuentiones, & adiutoria pro faſcia, quando eorum aùt vxor, aùt nurus pepererit, p.1.cap.14.nu. 96.*

*Barones tenentur ſubminiſtrare expenſas, & cibaria vaſallo ſeruienti intrà fines feudi, quando illa præſtantur inter Ciues, p.2.cap.11.num.49.*

Bart. *doctrinam in* l. ſi dominium ff. de furt. *dicentis, quòd captus cum re furata in alio loco, quàm in eo commiſſi furti ratione nouæ contrectationis, poterit puniri in loco, in quo repertus fuerit cum re furata examinatur, parte 1. capit. 12. num. 46.*

*Beneficium, quod contulit libertus vxoris viro, non venit in reſtitutionem in caſu reſtitutionis fructuum, p.1.cap.14.num. 54.*

*Beneficiorum collatio pertinet ad poſſeſſorem iuris conferendi, non verò ad proprietarium, p.1.cap.16. num.4.*

*Beneficiorum quædam ſæcularia, quædam verò Regularia, p. 1. capit. 16. num. 36.*

*Beneficia omnia de iure communi dijudicantur in dubio ſæcularia, p.1.cap.16. num. 38.*

*Beneficia ſæcularia à ſæcularibus ſunt conferenda, & è contra, Regularia verò à Regularibus, p.1.c.16.num.39.*

*Beneficia Regularia conferenda ſunt expreſsè Profeſſis, non verò Nouitijs, p.1.cap.16. num.40.*

*Nec poſſunt conferri Profeſſis alicuius Religionis, niſi accedente Summi Pontificis authoritate, aùt conſuetudine, ibid.num. 41.*

*Beneficia Regularia poſſunt in defectum cõferri Clericis ſæcularibus, p.1.cap.16.nu. 42.*

*Beneficia Regularia ſi fuerint impetrata à ſæcularibus, & è contrà ſæcularia à Regularibus, non facta mentione de ſæcularitate, aùt de Regularitate, erit nulla gratia ipſorum, p.1.cap.16.num.43.*

Bene-

Digitized by Google

*Beneficia ſi mutauerint naturam, eo quòd ſæcularia fuerint effecta Regularia, & è contra Regularia ſæcularia, poterunt conferri diuerſis, hoc eſt ſæcularia Regularibus, & Regularia ſæcularibus, p.1.c.16. num.48.*

*Beneficiorum præſcriptio qualis eſſe debeat, ac quantum temporis ſpatium exigatur, p.1.cap.16.num.49.*

*Beneficium Regulare ex quibus præſumatur, p.1.cap.16.num.50.*

*Beneficiorum quædam collatiua, & quædã electiua, & qualia vtraque, p.1.cap.16. num.51.*

*Beneficiorum alia de iure diuino, alia de iure poſitiuo, & quæ de altero ipſorum iure, p.1.cap.16.num.52.*

*Beneficia omnia dicuntur ſpiritualia, p.1. cap.16. num.53.*

*Beneficiorũ in collationibus debet antè omnia conſtare de vacãtia, ad hoc vt conferri poſſint, p.1.c.16.num.54.*

*Beneficiorum in collatione primum locum obtinet Papa, p.1.cap.16.num.55.*

*Beneficiorum collatio circumſcripto Papa ſpectat ad Epiſcopum, vti Ordinarium, qui in ſua Diœceſi habet iuriſdictionem voluntariam, & contentioſam, p.1.cap. 16. num.61.*

*Beneficia cõſerre poterit etiam Vicarius Epiſcopi, ſi habet ſpeciale mandatum ad conferendą beneficia, p.1.c.16.num.62.*

*Beneficia vtrùm poſſit conferre Ordinarius in Curia præſente Papa, p.1.cap.16.num. 63.*

*Beneficiorum collatio fuit reſtricta Epiſcopis, ità vt non niſi in ſolis quatuor menſibus conferre poſſint, p.1.cap.16.num.65.*

*Fallit, quãdo acceptauerint alternatiuam, per quam indulgetur, vt per ſex menſes alternatim cum Domino Papa conferre poſſint, ibid.num.66.*

*Beneficiorum collatio fieri debet per Epiſcopos infra ſex menſes à die obitus Beneficiarij, quo termino elapſo defertur collatio ad Papam, p.1.cap.16.num.74.& 76.*

*Beneficiorum permutationem an facere poſſit Epiſcopus, & quæ requirantur, vt permittatur, p.1.c.16.num.80.*

*Beneficiorum commutatio an admittatur, ſi interceſſerit inæqualitas notabilis ætatis inter permutantes, p.1.cap.16.num.81.*

*Beneficium reſignatum coràm Papa, poterit conferri per Ordinarium, ſi interim moriatur Reſignans in menſe ipſius Ordinarij, p.1.cap.16.num.82.*

*Beneficiorum vnionem vtrùm facere poſſit Epiſcopus, p.1.cap 16.num.83.*

*Quid de Vicario, & ſi requiratur ſpeciale mandatum ad hoc, ibid.num.84.*

*Beneficia reſeruata conferri non poterunt ab Epiſcopo, aùt ab alio quolibet poteſtatem conferendi habente inferiore Papa, p.1. cap.16. num.85.*

*Beneficium vnitum non dicitur ampliùs beneficium, ſicuti dicebatur antè vnionem, p.1.cap.16. num.86.*

*Beneficiorum conferendi poteſtatem habet Cardinalis Legatus à latere in locis, in quibus vacant, p.1.c.16.num.87.*

*Concurrit Cardinalis Legatus à latere cum Ordinario in collatione, ità vt conferre poſſit etiam in menſibus non reſeruatis, ac etiam vigore alternatiuæ, ibid.num.88.*

*Beneficia qualia dicantur reſeruata, ità vt neq; Cardinalis Legatus à latere poſſit cõferre, p.1.c.16.num.90.*

*Beneficiorum collatio poterit ſpectare ad laicum, quemadmodùm & excommunicandi facultas, p.1.c.16.num.94.*

*Requiritur tamen ad id priuilegium Papæ, ibid. num. 95.*

*Vtrùm ſufficiat ſola conſuetudo abſq; priuilegio Papæ, ibid.num 96.*

*Beneficiorum collationem poterit habere Abbas, p.1.cap.16.num.97.*

*Itèm etiam Abbatiſſæ competere poterit, ibid. num. 98.*

*Beneficia conferri debent perſonis Eccleſiaſticis, non autem laicis, p.1.cap.16. num. 99.*

*Etiam in caſu, quo laicus, cui confertur fuerit reputatus Clericus, ibid.num.100.*

*Fallit quoad beneficia electiua, ad quæ poterit præſentari laicus, dummodò antè inſtitutionem clericetur, ibid.num.101.*

*Beneficia ſunt conferenda potiùs Clericis loci, quàm exteris, data inter ipſos pari idoneitate, p.1.c.16.num.102.*

*Itèm potiùs viris literatis, quàm ignaris, ibid. num. 103.*

*Beneficia non ſunt conferenda excommunicatis, p.1.cap.16.num.104.*

*Itèm nec abſentibus, niſi in caſu, quo confe-*

*rens*

Digitized by Google

rens haberet notas abſentis qualitates, ibid.num.105.
Rursùs nec indignis, ibid.num.106.
Inſuper nec homicidæ ibid.num.107.
Itèm nec infami infamia facti, ibid.num. 108.
Itèm nec impuberi, ibid.num.109.
Itèm nec Clerico aleatori, ibid.num.110.
Beneficium cõtinens onus celebrationis Miſſarum poteſt conferri etiam non Sacerdoti, dummodò electus promoueri poſſit infrà annum, p.1.cap.16.num.111.
Beneficij collatione à Papa facta cum reſeruatione penſionis in beneficium alterius, ſi fieret gratia nulla quòad prouiſum de beneficio, non erit nulla quòad penſionem, p.1.cap.16.num.112.
Etiam ſi in vna, eademq; ſupplicatione impetraretur Parochialis, & beneficium ſimplex, qùia ſi fieret nulla gratia quòad Parochialem, non erit nulla quòad beneficium ſimplex, ibid.num.113.
Beneficiorum collationem, inſtitutionem, aùt præſentationem habẽs non poteſt conferre ſibi ipſi, aùt ſe ipſum præſentare, & inſtituere, p.1.cap.16.num.116.
Etiam ſi transferret alteri poteſtatem conferendi, ibid.num.117.
Declara tamen in caſu inibi relato.
Beneficiarius an æquiparetur vſufructuario, an fideicommiſſario, an verò marito, p.2.cap.8.num.3.
Beneficia Eccleſiaſtica dantur propter ius, & onera, quæ ſubeunt Beneficiarij in ipſorum adminiſtratione, p.2.cap.8.num.9.
Beneficij Eccleſiaſtici fructus annui fuerunt deſtinati, ad hoc vt Beneficiarij onera ſubſtineãtur ex illis, ſimiliter per annum, donec noui habeantur fructus, p.2.cap.8. num.10.
Beneficiarius an poſſit recuperare beneficiũ, quod reſignauit propter morbum, ſi conualuerit, p.1.c.16.num.68.
Beneficiarius ratione beneficij efficitur Ciuis illius loci, in quo habet beneficium, p.1. c.16. num.114.
Et ob id habebit ius vtendi fruendi in locis, & rebus communibus Vniuerſitatis, ſicuti alij Ciues omnes Vniuerſitatis, ibid.num. 115.
Beneficiarius dicitur quodammodò maritus Eccleſiæ, p.2.cap.8.num.12.
Beneficiarius ad hoc vt faciat fructus perceptos ſuos, ac ad hæredes tranſmittat, an ſufficiat ſola ſeparatio ipſorum à ſolo facta, an verò reconditio etiam requiratur, p.2.cap.8.num.19.
Beneficiarius habens adminiſtrationem differt ab adminiſtrationem non habente, & ſic à ſimplici, & perſonali in materia diuiſionis fructuum, p.2.cap.8.num.22.
Beneficiarius prohibetur reſignare beneficiũ ad fauorem alicuius tempore infirmitatis, ſi infrà dies viginti moriatur à die reſignationis factæ, p.2.cap.8.num.23.
Beneficiatorum debita an ſoluenda ſint ex fructibus pendentibus, & inexactis beneficij poſt ipſius mortem, p.2.cap.8.num. 31.
Et an Camera Apoſtolica ſuccedens in illis ad dicta debita teneatur, ibid.num.32.
Bladum dicitur omne illud, quod in terra ſeritur, p.1.cap.17.num.77.
Bladi extractione prohibita, videntur prohibita frumẽtum, & legumina quæcumque, p.1.c.17. num.87.
Bona exiſtentia intra fines feudi an in dubio iudicari debeant feudalia, vel potiùs allodialia, p.1.c.6.num.81.& 82.
Bona, quæ Prælatus, aùt Beneficiarius poſſidet an in dubio dicantur acquiſita intuitu Eccleſiæ, an verò ex propria induſtria, ac intuitu perſonæ, p.2.cap.8.num.30.
Bona filij inteſtati morientis quomodò diuidenda ſint inter patrem, & matrem, & aſcendentes in concurſu, p.2.cap.14.num. 33.
Bona paterna à maternis ſeparantur, p.2. cap.14. num. 34.
Bona ſemel quæſita quomodòcumque, & vndecunq; peruenerint cum alijs conſolidantur, & vnum efficiunt patrimonium, p.2. cap.14. num.37.
Bona liberorum ſunt in duplici differentia in materia ſucceſſionis per aſcendentes in illis, & ſic quædam debentur iure hæreditatis, quædam verò iure peculij, p.1.cap.14. num.42.
Bonæ fidei poſſeſſor quòad fructus habetur pro Domino, p.2.cap.1.num.26.
Boues, ac alia quæcumq; inſtrumenta deputata ad agriculturam nec exequi, nec pignorari poſſunt pro quocumque debito, p.2.cap.7.num.38.

In-

In Regno fuerunt ad hoc diuerſis temporibus editæ multæ peculiares ſanctiones, ibid. num. 43.
Ità vt nec etiam in ſubſidium exequi poſſunt, ibid. num. 39.
Dato adhùc ſi ſua ſponte debitor ea offerret, ibid. num. 41.
Boues aratorij, aut alia inſtrumenta deputata ad agriculturam, ſi contingerit exequi, aùt extrahi, poſſunt à Domino propria manu extrahi ab exequutore, & recuperari, p. 2. c. 7. num. 40.

C

Cameræ reſeruatæ occaſione quod præſtatur Baroni an præſtetur intuitu perſonæ, an verò feudi, p. 1. cap. 14. num. 55.
Et an veniat in reſtitutione fructuum, ibid. num. 56.
Cannæ mellis ſunt in fructu, & de illis ſicuti de cęteris fructibus ſoluendum eſt releuium, p. 1. c. 17. num. 118.
Canonici Regulares vtrùm poſſint obtinere Parochiales Eccleſias cum licentia ſola eorum Superioris, an verò requiratur etiã diſpenſatio Apoſtolica, p. 1. cap. 16. num. 47.
Canonicatus nomine veniunt etiam Canonicatus Regulares, nedùm ſæculares, p. 1. cap. 16. num. 37.
Capiblancus affirmans in pragm. 8. de Baron. num. 112. per inueſtituram factam de mero, & mixto imperio venire omnes pęnas, ac ſubintrare infeudatos in locum Fiſci reprobatur, p. 1. c. 13. num. 8.
Capitaneum conſtituere in Terra, vel Baronia eſt fructus iuriſdictionis feudi, principalisque illius fructus, par. 1. cap. 9. numer. 1.
Dicitur fructus maturus feudi, quia poſt conſtitutionem, & electionem dicitur perceptus, & conſumptus, ibid. num. 2.
Capitanei conſtitutio eſt de Regalibus, ſicuti etiam Magiſtratuum, p. 1. c. 9. num. 3.
Capitaneus, ac Officialis quilibet debet eſſe annalis, & ſic per ſolum annum exercere, p. 1. c. 9. num. 14.
Cap. Regni Exercere volentes intellectus, p. 1. c. 13. num. 37.
Cap. 1. §. his conſequenter hic finit. lex. dixerunt aliqui, quòd tametſi ſit poſitum in compilatione iuris feudorum, non fuerit tamen à Compilatoribus probatum, p. 2. cap. 4. num. 4.
Dixerunt alij, d. contex. continere manifeſtam iniquitatem, ibid. num. 7.
Arguunt alij eundem de ſuperfluitate, ibid. num. 8.
Alij dixerunt, non eſſe vbiq; receptum, ſed ſeruandum tantùm in locis, in quibus cõſuetudine fuerit illud receptum, ibid. numer. 9.
Cap. 1. §. his conſequenter hic finit. lex eſt vnum ex difficilioribus locis in toto iure, circà cuius verum, adæquatumq; intellectum Doctores omnes inſudauerunt, p. 2. cap. 4. num. 10.
Eiuſdem communis intellectus eſt, fore illud ad literam exponendum, vt iacet, ibid. num. 11.
In quibus fructibus procedat illius diſpoſitio, ibid. num. 12.
Vtrùm in penſionibus domorum, affictibus Magiſtriactatus, molendinis, & ſimilibus, ibid. num. 13.
Cap. 1. §. his conſequenter hic finit. lex diſpoſitio eſt recepta in Regno, ac canonizata vigore plurium deciſionum Sacri Conſilij, p. 2. cap. 4. num. 27.
Cap. 1. §. his conſequenter hic finit. lex diſpoſitio procedit tàm in fructibus induſtrialibus, quàm pariter in fructibus naturalibus, p. 2. cap. 4. num. 30.
Procedit etiam in fructibus ciuilibus, & penſionibus, ibid num. 31.
Rursùs etiam in caſu, quo feudum deuolueretur ad agnatos morte feudatarij vaſalli, ibid. num. 32.
Non procedit, quandò morte feudatarij feudum vacat, ibid. num. 33.
Cap. 1. §. his conſequenter hic finit. lex non habet locum, quando alio modo, quàm morte feudum amittitur, p. 2. cap. 13. numer. 2.
Capitulum non poteſt concedere facultatem, vt quis lucretur diſtributiones quotidianas in abſentia, p. 1. c. 15. num. 62.
Cardinalis Legatus à latere poterit conferre Beneficia etiam ad Sedem Apoſtolicam deuoluta, p. 1. c. 16. num. 89.
Limita quoàd Beneficia nõ reſeruata, ibid. num. 91.

Car-

Digitized by Google

Cardinalis Legatus à latere poterit reſeruare beneficia in præiudicium Ordinarij, p.1.c.16.num.92.

Cardinalis Legatus Apoſtolicus conferens beneficia vacantia in menſe Pontificis, dicetur conferre vti Delegatus, non verò vti Ordinarius, p.1.cap.16.num 93.

Carolus Emmanuel Dux Sabandiæ erexit Senatum in Ciuitate Niciæ pro celeri cauſarum expeditione, p.1.c.16.num.240.

Cathedrales Eccleſiæ quæ ſint in Regno ad Regiam præſentationem, p.1.cap.16.num. 214.

Cautio qualis præſtari debeat in vſufructu rei mobilis, p.1.cap.17.num.6.

Cautio præſtanda ab vſufructuario erit de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo finito vſufructu, quod inde extabit, p.2.cap.1.num.35.

Cautio eſt de ſubſtantia vſusfructus, ità vt ea non præſtita vſusfructus non acquiratur, p.2.cap.1.num.36.

Quinimò ipſa non præſtita, vſufructuarius non facit fructus ſuos, ibid.num 37.

Rursùsq; cadet etiam ab vſufructu, ſi eam non præſtiterit, ibid. num. 38. & num. 142.

Fallit fauore mulieris, ſi errauerit in articulo iuris, ibid.num.39.

Intelligas tamen ſi cautio prædicta fuerit petita per proprietarium, quoniàm tametſi vſufructuarius teneatur illam offerre, ſufficiet tamen ſi non fuerit in mora præſtandi in caſu, quo petita fuerit ab vſufructuario, ibid.num.40.

Cautio præſtanda per vſufructuarium intelligitur cum fideiuſſoribus, p.2.c.1.nu. 43.

Nec ſufficiet iuratoria, ibid.num 44. Niſi tamen fuerit perſona idonea, & notoriè diues, ibid.num.45.

Cautio præſtanda ab vſufructuario non poteſt remitti à teſtatore, p.2. cap.1.num. 47.

Etiam ſi accederet Principis licentia in remiſſione, ibid.num.48.

Itèm etiam ſi à teſtatore apponeretur pœna in caſu, quo hæres cautionem prædictam exigeret, ibid.num.49.

Fallit, quando ipſe hæres remiſiſſet cautionem prædictam, ibid.num.50.

Cautionem præſtandam ab vſufructuario non poteſt remittere teſtator, etiam in vſufructu rerum mobilium, nedùm immobilium, p.2.cap.1.nu.51.

Cautio qualis exigatur ab vſufructuario in vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, ac earum, quæ vſu non minuuntur, veteraſcunt, aùt corrumpuntur, p.2. cap.1.num.55.

Cautio Senatuſconſulti, de qua in l.fin. ff. vſufr.quemadm. cau.deb. qualis intelligatur, p.2.cap.1.num.59.

Cautio præſtari debet per vxorem, aùt hæredes eius marito, vel eius hæredibus, pro fructuum rata ſibi contingente in bonis dotalibus, p.2.c.3.num.42.

Cautio iſthæc quid continere debeat, ibid. num.43.

An ſit præſtanda cum fideiuſſoribus, vel ſufficiat cautio iuratoria ipſius ſolius mulieris, ibid.num.44.

Cedere bonis utrùm poſſit condemnatus ad intereſſe parti læſæ ex cauſa delicti, p.1.c. 13.num.99.

Cenſus eſt præſtatio tributi, ſiuè annua penſio, quæ datur de fructibus rerum immobilium, p.1.c.8.num.46.

Cenſus vitalitius ſimilis eſt prædio vendito ad vitam in materia perceptionis fructuũ poſt mortem venditoris, parte 2.cap. 12. num.3.

Cenſus vitalitij ad quam rationem ſint taxati in Regno ex diſpoſitione Regiæ Prag. p.2.c.12.num.4.

Cenſus reductio facta ad certam formam, an reſpiciat etiam contractus de præterito factos, an verò futuros tantùm, p.2.c.12. num.6.

Cenſus vitalitij inſtrumenta an liquidari poſſint iuxtà formam Ritus M.C.V. p.2. c.12.num.7.

Cenſus vitalitij durant durante vita illius, qui illos annuos vendidit, parte 2.cap.12. num.8.

Cenſus vitalitius emptus de pecunia alterius, an celebrato contractu poſſit variari, & nominari perſona illius, cuius eſt pecunia, ex qua fuit emptus cenſus annuus vitalitius, p.2.c.12.num.12.

Ciuitates & Communitates non liberæ poſſunt ſibi ipſis imponere collectas, tametſi non gabellas abſq; permiſſu Principis, p.1, c.8.num.37.& 36.



Digitized by Google

Ciues reuocari poſſunt ad habitandum in eorum Terra à Communitate ipſius, cuiuſcumq; conditionis ipſi Ciues exiſtant, ſiuè ſ. ſint Ruſtici, ſiue Nobiles, ſiuè Artiſtæ, p.1.c.10.num.27.

Ciuis non poteſt recedere à ſua Ciuitate, & ſe aliò conferre ad habitandum, p.1.c.10. num.28.

Clandeſtinorum delictorum emendandorum per Vniuerſitates pœna eſt ſublata in Regno, per impoſitionem factam de ſoluendo granos quinque pro quolibet foculari pro ſalario Capitanei de Campagna, p.1. c.13.num.38.

Clerici tenentur de iure ad ſolutionem decimarum, & tenentur ſoluere illas non tantùm ex bonis patrimonialibus acquiſitis ab ipſis, verùm etiam tenētur facere oblationes in Eccleſia in caſibus, in quibus laici tenentur, p.1.cap.7.num.63.& 64.

Non obſtante quòd collegialiter viuant, ibid.num.65.

Itèm non obſtante quòd prædia ſint dotalia Eccleſiæ, ibidem.

Fallit quòad inſeruientes in illis Eccleſijs, quibus decima debetur, ibid.num.66.

Rurſùs quòad Eccleſias Regulares, & Collegiatas, quæ priuilegio Summi Pontificis ſunt factæ immunes à ſolutione decimarum, ibid.num.67.

Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à quibuſcumq; muneribus, gabellis, & vectigalibus, parte 1.cap.8. numer.69.

Ipſorum immunitas quo iure procedat, ibidem.

Amplia tàm quòad Clericos conſtitutos in ſacris, quàm quòad conſtitutos in minoribus, & ſic de prima tonſura, ibid.num. 70.

Rurſùs amplies etiam ſi ſpontè promiſerint ſoluere collectas, & gabellas, aut alias impoſitiones, ibid.num.71.

Amplies, vt procedat etiam pro rebus, quas faciunt mutata forma, ibid.num.72.

Clericus an poſſit ſuccedere in feudis, & in quibus feudis ſuccedere poſſit, in quibus verò non, p.2.cap.2.num.187.

Clerico illicitè negotiante, poteſt contrà ipſum procedi tàm in vita, quàm in morte, dato adhùc quòd in vita de illicita negotiatione non conſtiterit, p.2.c.8. num.27.

Clauſam, ſeù Palatam non poteſt quis facere in flumine communi diuidente duo territoria, nec immittere ligna in ripa alterius Domini, pro ducenda aqua ad vſum molendinorum, niſi infrà dimidium ipſius fluminis, p.1.c.3.num.60.

Si tamen de facto fuerit facta appodiatio, & extenſio abſq; denunciatione noui operis per patientiam in non contradicendo, dicetur acquiſitum ius faciendi ſuper ſeruitute affirmatiua, ibid.num.61.

Vtrùm verò pro appodiatione facienda poſſit aliquo iuris remedio ſuccurri, ſi Dominus alterius territorij contradiceret, ibid. num.63.cum ſeqq.

Coercitionem in ſeruum, ac in vincula coniectionem habet, nedùm Dominus ſerui, verum etiam quilibet eiuſdem poſſeſſor, p.1. c.13. num.16.

Cognitio vaſallorum fructus eſt iuriſdictionis, p.1.cap.13.num.1.

Cognitio delictorum ad tria tantùm Iudicum genera ſpectat quippè ad Iudicem originis, domicilij & loci delicti, p.1.c.12.n.9.

Et ſi circumſcripto aliquo ex iſtis tribus procederet alius etiam ad ſententiam, ſententia erit nulla, tanquàm lata ab incompetente Iudice, ibid.num.10.

Colles dicitur à colendo, & eſt mediocris mons, p.1.c.6.num.12.

Collecta, tributum, cenſus, vectigal, indictū, ſuperindictum, aliaque huius generis dicuntur eſſe in fructu, p.1.c.8.num.5.

Collectarum munus vtrùm ſit reale, an verò perſonale, p.1.cap.8.num.31.

Collectarum impoſitio fuit dicta peræquatio, ex eo quia per illam peræquantur homines ſecundùm facultates eorum, p.1.c. 8.num.32.

Collectarum munus eſt extraordinarium, p.1. c.8.num.33.

Collectarum ſpecies tres dantur in Regno, p.1.c.8.num.34.

Collecta, quæ ſibi ipſis Vniuerſitates non liberè imponunt, cenſentur neutro iure, hoc eſt, neque Regales, neque Baronales, p.1. c.8.num.35.

Collecta imponenda voluntariè pro faciendo honorem alicui Principi, vel Cardinali, aut alteri imponi debet, prout ſunt in concordia, p.1.c.8.num.37.

Collecta imponenda pro vtilitate publica, imponitur per æs, & libram, p.1.c.8.n.38.

Fallit,

Digitized by Google

Pallit, quando imponitur pro aliquo ſeruitio perſonali, nàm tunc per capita eſt facienda impoſitio, ibid. num. 39.

Et hoc etiam quando imponeretur pro ſoluendo ſalarium Officialibus, ibid. num. 40.

Quando tamen imponitur pro refectione Pontium, & viarum, aùt pro facienda reparatione, & fortificatione, alijſq; id genus, tùnc per æs, & libram erit facienda impoſitio, ibid. num. 41.

Collecta regulariter in dubio eſt imponenda per æs, & libram, p. 1. c. 8. num. 42.

Collectarum impoſitio cognita fuit antiquitùs etiam tempore Romanorum, p. 1. c. 8. num. 43.

Collecta, & cenſus licèt ſint diuerſa, quandoq; tamen vti ſinonyma fuerunt conſiderata ab antiquis I.C. par. 1. cap. 8. num. 47.

Collectæ ſolui debent de Feudalibus, ſiuè de Subfeudis redititijs Baroni, quæ poſſidentur per Priuatos, p. 1. c. 8. num. 60.

Colonus partiarius quaſi iure ſocietatis lucrum, & damnum communiter ſentit cum Domino fundi, p. 2. c. 5. num. 24.

Colonus non fit Dominus fructuum, niſi poſt illos collectos, excerptoſque à fundo, p. 2. c. 5. num. 28.

Colono partiario debetur portio fructuum, ratione operis, laboris, & ſumptuum factorum in percipiendis fructibus, p. 2. cap. 5. num. 30.

Colonus qualiter diuidat fructus cum Domino, p. 2. cap. 7. num. 1.

Colonus propriè dicitur ille, qui ad partem fundum colit, p. 2. cap. 7. num. 2.

Colonus partiarius quaſi iure ſocietatis lucrum, & damnum cum Domino partitur, p. 2. c. 7. num. 3.

Colonus partiarius non dicitur Dominus partis ſuæ, niſi facta collectione, partitione, & perceptione, p. 2. cap. 7. num. 4.

Colonus nummis colens poteſt immaturos colligere fructus, non ſic colonus partiarius p. 2. c. 7 num. 5.

Quomodò autem id intelligatur, ibidem.

Colonus conductor non poteſt aliquid in fundo conducto facere, per quod finita cõductione poſſit nocere ſucceſſori, p. 2. c. 7. num. 6.

Colonus diſcedens à laboritio debet dimittere fundum in eo ſtatu, in quo habuit tempore conductionis, parte 2. capit. 7. numer. 7.

Colonus conductor non poteſt vltimo conductionis anno ſeminare totum fundum, ità vt non poſſit ſucceſſor ſeminare anno ſequenti, p. 2. c. 7. num. 9.

Colonus reſtipulans terram in præiudicium Domini, aùt noui conductoris tenetur ad intereſſe, p. 2. c. 7. num. 10.

Colonus partiarius tenetur de ſuo facere expenſas pro ſe, & familia, p. 2. cap. 7. num. 20.

Tenetur etiam ſuis ſumptibus alere, & gubernare Boues, ibid. num. 21.

Colonus ſiuè Partiarius, ſiuè Fictuarius an teneatur conſignare fructus Domino in borreo ipſius Domini, an verò in area, p. 2. cap. 7. num. 22.

Colonus pro ea parte fructuum, quæ Eccleſiæ præſtari debet, eſt immunis à quacumq; ſolutione, & impoſitione, p. 2. cap. 7. num. 24.

Colonus tenetur potiùs Domino portionem ſuã fructuum, aùt meſſis vendere, quàm extraneis ſi cupit diſcedere à laboritio, p. 2. c. 7. num. 25.

Comburens negligenter, ſiuè caſu aceruum tritici, iuxtà eius domum poſitum, aùt ſarciet damnum, aùt ſi idoneus non eſt leuiter caſtigabitur, parte 1. cap. 13. num. 102.

Comites dicuntur illi, qui ſunt inueſtiti de Comitatu ab Imperatore, Summo Pontifice, vel altero habente iura Imperij, vel Regalia, p. 1. c. 10. num. 17.

Comites cõſiderari poterunt propriè, & abuſiuè, & quales vtriquè, p. 1. cap. 10. num. 18.

Comitalis ſola dignitas antiquitùs concedebatur, & quarè, ac quibus illa concedebatur, p. 1. c. 10. num. 15.

Comitalis dignitas erat antiquitùs in maxima veneratione, parte 1. cap. 10. num. 16.

Comitatus dignitas eſt antiquiſſima, p. 1. c. 10. num. 19.

Communio neminem perpetuò ligat, p. 1. c. 6. num. 44.

Communi re non poteſt quis vti ad alium finem quàm ad deſtinatum in præiudicium tertij, p. 1. c. 6. num. 56.

KK 2 Com-

Digitized by Google

Communitas, ſiuè promiſcuitas inter duas Vniuerſitates ad hoc vt valeat, requiritur Regius aſſenſus, p.1.c.6.num.39.

Inducta tamen dicitur, quemadmodùm & ſeruitus per ſpatium centum annorum, ibid. num.40.

Communitatem inter duas Vniuerſitates legitimè factam poteſt altera ex ipſis Communitatibus diſſoluere, etiam altera inuita, p.1.c.6.num.41. Contrarium de iure verius, ibid.num.42. Authoris opinio circà id, ibid.num.43.

Communitas diſſolui poteſt altera ex Vniuerſitatibus inuita, quando Ciues vnius eſſent rixoſi, vel moleſti, p.1.c.6.num.45. Itèm, quando paſcua non ſufficerent pro animalibus Ciuium, & Baronis, ibid.nu.46.

Rursùs, quando Vniuerſitas grauata magno ære alieno pro ſatisfaciendis debitis vellet interdicere vſum etiam ſuis Ciuibus, ibid. num.47.

Communitate contracta inter duas Vniuerſitates, lignandi, & paſcendi poſſunt communionem habentes incidere ligna etiam pro ædificijs, p.1.c.6.num.48.

Communitate inter duas Vniuerſitates inita gaudere, ac vti poteſt etiam Baro, & Officialis illius Terræ, quæ ipſa potitur, p.1.c.6.num.49.

Communitate non obſtante an aliqua ex Vniuerſitatibus illam habentibus poſſit claudere partem ſui territorij, & facere in illo defenſam, ac prohibere vſum paſcendi in ipſa vicinis habentibus dictam communionem, p.1.c.6.num.50.

Compaſcuus ager qualis dicatur, p.1.cap.6. num.9.

Compenſatio non admittitur in decimis, p.1. c.7.num.104. Et proindè non poteſt impediri prætextu alicuius debiti, aùt diſtributionis non factæ candelarum in die Purificationis Beatæ Virginis, ibidem.

Componere, commutare, tranſigere, & remittere differunt inter ſe, ac etiam indulgere, p.1. c.13.num.23.

Compoſitio eſt quæ fit in caſu liquido, vel confeſſato, tranſactio verò quæ fit ſuper dubio ſtatu criminis, p.1.c.13.num.24.

Conceſſione in generali facta Feudatario veniunt, & includuntur etiam futuræ acceſſiones, p.1.c.12.num.77.

Condemnationem in exilium cum facultatè redimendi non poſſunt Iudices facere, quando non adeſt remiſſio Partis, p.1.cap. 13.num.34.

Cōdemnationes factæ ſub formula, aùt exulet, aùt ſoluat an iure ſubſtineantur, p.1. c.13.num.35.

Condemnationis tempus attenditur in pœnis, & mulctis debitis alicui vigore Priuilegij, non autem exactionis in caſu concurſus duorum illas vendicantium, p.1. c.13.num.73.

Condemnatus in pęnam pecuniariam luat in corpus, ſi non habet in ære, p.1.c.13.nu. 92. & 97.

Et hoc non tantùm reſpectu pęnæ, verùm etiam reſpectu expenſarum, & intereſſe debitorum Parti ex cauſa delicti, ibid. num.93 Luitio autem iſthæc qualiter ſit facienda, ibid. num.94.

Condemnatus ad pęnam pecuniariam propter delictum non poteſt cedere bonis, p.1. cap.13.num.95.

Amplia in quocumque debito proueniente ex cauſa delicti, ibid.num.96.

Conditio, & onus adiectum inſtitutioni cenſetur repetitum in ſubſtitutione, p.2.cap. 2. num.32.

Conditio ſufficit, ſi ſemel adimpleatur quicquid poſtmodùm exindè eueniat, p.2.cap. 2. num.33.

Conditionis natura eſt, vt in forma ſpecifica adimpleatur, p.2.c.2 num.34.

Conditio, ſi ſine liberis aduerſatur in materia fideicommiſſi vitæ contemplatiuæ, quæ melioris conditionis eſt, quàm vita actiua, p.2.c.2.num.117.

Conditio, ſi ſine liberis habetur pro non ſcripta fauore Monaſterij, p.2. cap.2. num. 110.

Conductor primus an, & quando præferatur ſecundo, ſi tantumdem offerat, quantum ſecundus, remiſſiuè, p 1.cap.3. num. 86.

Conductor ſi non ſoluerit decimam non liberabitur à ſolutione penſionis rei conductæ propter ſterilitatem in pęnam non ſolutæ decimæ, p.1.cap.7.num.8.

Conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuare in præiudicium Domini, aùt noui conductoris p.2.cap.7.numer. 8.

Con-

Digitized by Google

*Conductor vltimo conductionis anno debet benè putare vineam & non dimittere plura capita, ad hoc vt maiores percipiat fructus, par.2.cap 7 nu.13.*

*Conductor male verſans in re conducta, aùt illa vtens in alium vſum, quàm fuerit conducta, cadit à locatione, part.2.cap.7. nu.69.*

*Itèm ſi non obſeruat pacta inita inter ipſum, & locatorem, nàm cadet ab illa, adhùc durante tempore locationis, ibidem nu.70.*

*Conferendi poteſtas eſt in fructu, par.1.cap. 16.nu.3.*

*Conferendi poteſtas omnis eſt à Papa, à quo tamquàm à fonte fluit, & refluit omnis iuriſdictio, & poteſtas ad cunctos Prælatos de Mundo, par.1.cap.16.nu.56.*

*Coniecturæ operantur, vt poſſit recedi à* conſ. Oldradi 21. *& quales requirantur per ſeqq.nu.par.2 cap 2.nu.44.*

*Conſuetudine non poteſt induci vt quis valeat exportare fructus decimabiles antè partitionem factam ex cauſa iuris decimandi, par.1.cap.7.nu.28.*

*Creditor an poſſit furari res ſui debitoris ex cauſa ſui crediti, par.2.cap.11.nu.56.*

Cuiacij *intellectus ad* §. ſi vir in fundo l.diuortio ff. ſol. matrim. *proponitur, & reijcitur, par.1.cap.17.nu.29.*

*Curatus, vel alius, ad quem de iure ſpectat decimarum perceptio, ſi agat ad decimas petitorio iudicio, tametſi decima ſit pars decima fructuum, lite tamen pendente, per modum prouiſionis prouideri ſolet, vt detur ei de quatraginta vnũ, & ſic quarta pars pecimæ, par.1.cap.7.nu.11.*

D

*Damnum dans ſortitur forum illius loci, in quo damnum dedit, nec opponitur declinatoria, aùt cauſa remiſſio, etiam ad inſtantiam* Baronis, *par.1.cap.12 nu.43*

*Dare vocem eſt in fructu, par.1.cap.16.n.1.*

*Dare vocem in Parlamento generali dicitur fructus Feudi, appellaturq; fructus induſtrialis, par.1.cap.16.nu.6.*

*Debitores decimarum, tametſi à principio teneantur actione perſonali pro rata, attamen ſi condebitor non ſoluerit ratam ſuã, remanet adhùc ſoluens obnoxius ſolutioni alterius partis ſui condebitoris non ſoluentis, par.1.cap.7 nu.43.*

*Debitor dotalis poteſt ſoluere marito, etiam quòd ipſe maritus non ſit ſoluendo, & ſoluendo liberatur, par.2.cap.3.nu.76.*

*Decima eſt ſoluenda de prouentibus molendinorum, par.1.cap.3.num.88.etiam de prouentibus prouenientibus ex molendinis ad ventum, ibid.*

*Itèm etiam de prouenientibus ex molendinis, quæ catena tenentur ſuper flumen, ibid.nu.89.*

*Rursùs etiam de Baptinderijs, Carterijs, Ferrerijs, alijſq; id genus, quæ formantur ex artificijs aquarum, ibid.nu.90.*

*Decima debetur de piſcatione, quemadmodùm etiam de venationibus, & aucupijs, par.1.cap.4.nu.2.*

*Decima, ac ius decimandi differunt inter ſe, par.1.cap.7.nu.1.*

*Decima quatènus in eſſe deducta, ac vti differens à iure decimandi dicitur fructus iuris decimandi, ac dicitur eſſe in fructu, par.1.cap.7.nu.2.*

*Decimas, & primitias reſeruauit ſibi Deus in ſignum vniuerſalis dominij, homini dati omnium ab ipſo creatorum, part.1. cap.7.nu.4.*

*Decima reſeruata à Deo in ſignum vniuerſalis dominij, dati homini, vllo vnquàm tempore fuit, nec deſtituta, nec immutata, par.1.cap.7.nu.5.*

*Decimam ſi homo negare auſerit, iraſcitur Deus, ac vindictam contrà negantem ſumit, inſertq; iram, indignationem, maledictionem, famem, & penuriam, par.1. cap.7.nu.6.*

*Decimas debitas reddens multa bona conſequitur, par.1.cap.7.nu.7.*

*Decima eſt bonorum omnium licitè quæſitorum pars decima Deo data, conſtitutione diuina debita, par.1.cap.7.nu.9.*

*Decima tametſi ſit pars decima fructuum, conſuetudine tamen induci poteſt, vt ſit minor pars, quàm decima, & ſic aùt de viginti, aùt de triginta, & ſic de ſingulis, par.1.cap.7.nu.10.*

*Decima aùt eſt laicalis, aùt Eccleſiaſtica, par.1.cap.7.nu.12.*

*Decima laicalis eſt illa, quæ datur Principi laico, vel Eccleſiaſtico ratione temporalis dominij, aùt Vaſallis, ſiuè Feudatarijs,* ab


Digitized by Google

ab ipſis infeudatis, par.1.cap.7.nu.13.
Decima laicalis debetur non intuitu Sacramentorum, ſed in ſignum Supremi Dominij, par.1.cap.7.nu.14.
Et decima iſthæc laicalis dabatur etiam temporibus Romanorum, vt ibid.
Decima Eccleſiaſtica fuit à Deo inſtituta in veteri teſtamento pro ſubſtentatione Sacerdotum, & Leuitarum, part. 1.cap.7.nu.15.
Decima Eccleſiaſtica vti genus conſiderata diuiditur in illa quatuor genera decimarum, quæ fuerunt olim in lege veteri, par.1.cap.7.nu.16.
Decima Eccleſiaſtica vti ſpecies conſiderata diuiditur in perſonalem, & realem, par.1.cap.7.nu.17.
Decima perſonalis debetur de acquiſitis ex induſtria, artificio, aùt contemplatione perſonæ, par.1.cap.7.nu.18.
Decimæ prædiales ſunt quæ debētur ex fructibus perceptis ex re, vel prædio, part.1.cap.7.nu.19.
Decima mixta eſt, quæ mixtim debetur, partim ex re, partim ex induſtria perſonæ, par.1.cap.7.nu.20
Decima laicalis ſicuti in Eccleſiaſtica conſuetudine inducitur, vt ſit minor pars decima, putà vigeſima, trigesima, & vltrà, ità pariter conſuetudo operatur in dicta decima laicali, verùm vt fiat pars maior decima, par.1.cap.7.nu.21.
Decima laicalis prædialis debita Baroni à ſuis Vaſallis, exportari debet eidem Baroni in ſuis horreis, non autem in areis conſignari, par.1.cap.7.nu 24.
Limita, quando adeſſet conſuetudo in contrarium, proùt viget in multis partibus Regni, ibid.nu. 25.
Decima quo iure fuerit introducta, part.1.cap.7.nu.38.
Decimarum ſolutio an ſit præceptum ceremoniale, an verò morale, ſiuè iudiciale, par.1.cap.7.nu.41.
Decima ex quibus bonis debeatur, recenſentur multi caſus, par.1.cap.7.nu.49.
Decima debetur nō tantùm de Allodialibus, ſiuè Burgenſaticis, verùm etiam de Feudalibus, par.1.cap.7.nu.50.
Amplia etiam quòad bona liuellaria, ſiuè emphyteutica recepta ab exemptis à ſolutione decimarum, ibid.nu.51.
Amplia, vt iſti tales teneantur ad integrā decimam, non verò ad dimidiatam, ibid. nu.52.
Decima debetur de palea, eò quòd palea eſt in fructu. par.1.cap.7.nu.53.
Item debetur de agnis, & aliorum animalium fœtibus, ibid.nu.54.
Decima debita ex fœtibus animalium, debetur etiam ſi tempore belli, aùt alterius incurſus animalia fœta auſugerint in alium locum non ſubditum, ibiq; peperint, par.1.cap.7.nu.56
Decima debetur etiam de noualibus, ac nouis introitibus, p.1.c.7.nu.57.
Itèm de columbis, & auibus exiſtentibus, ac incluſis in columbario, ibid.nu.58.
Rurſùs etiam de militia, & ſic de ſtipendio, quod datur militibus, ſiuè ſtipendiarijs, ibi.nu.59. Declarando tamē in caſu, quando militia fuerit iuſta, & ſic bellum iuſtum, nàm ſecùs ſi iniuſtum, ibidem nu.60.
Decima debetur de lucris, quæ proueniunt Aduocato, & Procuratori ex Aduocatione, & Procuratione, par.1.cap.7.n.61.
Decimarum ſolutione omnes ſunt obnoxij, niſi expreſſim reperiantur exempti, par.1.cap.7.nu.62. Tales ſunt Camaldulenſes, ibid.nu.69. Itèm Moniales Sanctæ Claræ, Ciſtercienſes, Templarij, & Hoſpitalarij, ibi. nu.70. Rurſùs omnes alij Religioſi quòad animalia, quæ ipſi nutriunt, qui pro ipſorum fœtibus non tenentur ad decimas, ibid.nu.71. Itèm Societas Ieſu, eiuſdemquè Patres, ac quatuor Ordines militares. Videlicèt, Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, ibi.nu.72.
Decimæ quo tempore ſolui debent, cum diſtinctione, par.1.cap 7.nu.73.
Decimarum cognitio ad quem ſpectet, par.1.cap.7.nu.75.
Decima cui debeatur cum diſtinctione inter decimas perſonales, & prædiales, vt ſcilicèt perſonales debeantur ei Parocho, à quo quis Sacramenta percipit, prædiales verò ei, in cuius territorio ſita ſunt prædia, par.1.cap.7.nu.77.
Niſi tamen aliud conſuetudine fuerit inductum, ibid.nu.78.
Decimarum cauſa eſt inappellabilis, par.1.cap.7.nu. 83. Intelligas quòad effectum

ſuſpen-

Digitized by Google

ſuſpenſiuum, nõ verò quoad deuolutiuum, nu.82. Itèm limites, quando lis eſſet inter duas Eccleſias circà perceptionem decimarum, num.85. Rursùs in caſu, quo laicus prætenderet exemptionem ex capite priuilegij, aùt pacti, aùt conceſſionis, num. 86. Itèm quando appellaretur à non admiſſione exceptionum propoſitarum in iudicio decimarum, num. 87. Et tandem quando eſſet appellatum ab exceſſu, quo caſu fieret appellabilis quoàd vtrumq; tàm ſ. quoàd deuolutiuũ, quàm quoàd ſuſpenſiuum, ibid.nu.88.

Decima ſi in aliquo loco non ſoluitur, eſt, quia antiquitùs Communitates ſe tranſegerunt, & aſſignauerunt corpus ſtabile, perpetuum, & firmum, ſiuè introitus, & redditus firmos perpetuos, ex quibus poſſet Rector Parochialis ſe ſubſtétare vice decimarum, par.1.cap.7.nu.90.

Decimæ prædiales ſi non fuerint petitæ tempore collectionis fructuum, non poſſunt poſtmodùm ampliùs peti, eò quòd tenſentur remiſſe, par.1.cap.7.nu.91. Et proindè ceſſante interpellatione non poſſunt peti præteritæ decimæ, ſed tãtùm futuræ, nu.92. Intelligas tamen quoàd decimas reſpicientes petitorium, non verò quoàd illas, quæ reſpiciunt poſſeſſorium, quando decimæ ſunt certæ, ibid.nu.93.

Decima eſt ius vniuerſale reſpiciens totum territorium, & proindè qui percipit decimam ex vna parte territorij, habet intentionem fundatam ſuper iure percipiendi in toto territorio, par.1.cap.7.nu.97.

Decimæ prædiales debentur abſq; deductione expenſarum factarum in recolligendis fructibus, par.1.cap.7.nu.100.

Amplia, vt neq; deducendum ſit ſemen, quod ſeminatur, ibid.nu.101.

Decimas non ſoluens eſt in continuo peccato mortali, & proindè non poteſt, nec debet abſolui à Confeſſore, niſi facta priùs ſolutione decimarum, p.1.c.7.nu.102.

Decimas ſubtrahens, aùt impediens excommunicatur, par.1.c.7.nu.103. Quinimò priuatur etiam Eccleſiaſtica ſepultura, vt ibid.

Decima debetur ex fructibus combuſtis, vt vineis inciſis, par.1.cap.7. nu.106.

Decimandi qui ius habet, dicitur habere partem in fundo decimabili, p.1.c.1.n.16

Decimandi ius qui habet in vno territorio, ex quo ſolum frumentum percipitur, extenditur etiam ad alios fructus, qui perueniunt ex illo territorio per mutationem conditionis agri, vice primorum fructuum, par.1.cap.7.nu.98.

Decimator poteſt inhibere Domino, nè colligat eo inſcio fructus, par.1.cap.2.num.17. Et hoc non obſtante quacumq; conſuetudine in contrarium, nàm illa tamquàm præbens cauſam furandi, ac fraudes parandi, non eſt obſeruanda, ibid nu.18.

Decimator poteſt deputare Cuſtodes pro cuſtodia fructuum, ac frugum, ex quibus decima debentur, par.1.cap.2.numer.19. ac ead.par.1.cap.7.nu.29. Quinimò tàm ipſe, quàm qui decimandi ius habet poteſt prohibere Domino territorij, ex quo decima debetur, nè exportentur fructus decimabiles, donec fuerit facta deſcriptio, ac ſolutio decimæ, par.1.cap.7. nu.26.

Deciſio Rotæ Auenion. apud de Laurent. 26 repellitur.par.1.cap.2.nu.25.

Decretum concedendum Vniuerſitatibus, ſiuè licentia imponendi gabellas, debet fieri cauſa cognita.par.1.cap.7.nu.14.

Delinquens regulariter remitti debet Iudici loci, vbi deliquit, par.1.c.12 nu.47.

Et hoc tàm de iure communi, quàm vigore Regiæ Pragm. in Regno, ibid.nu.48.

Dictio, quamquàm, auget vim in caſu, de quo loquitur, & diffinit caſum magis dubitabilem, p.2.c.1.nu.60.

Dictio, tamquàm, quandoq; eſt veritatis expreſſiua, & denotat idem, quod dictio, ac ſi, par.2.cap.2.nu.253.

Dictionis, ac ſi, natura eſt facere relatum cum omnibus conditionibus, & qualitatibus, par.2.cap.2. nu.254.

Dictionis, interim, vis eſt, vt denotet idem, quod, medio tempore, p.2.c.4. nu.24.

Dictionis quandocumq; effectus, par.2.c.6 nu.35.

Dictionis, alii, effectus, par.1.cap.12.n.56.

Dictionis, ſin autem, natura eſt aduerſatiua, ſicuti & dictionis, ſi verò, par.2.cap. 14.nu.44.

Diffida dicitur pœna ſpreti mandati, & banni, quæ non excedit ratam debitam pro fida, ſed benè aliud tantum, quantum importat fida.par.1.cap.6.nu.90.

Intelligas tamen, dummodò non ſiat ex

con-

Digitized by Google

contemptu immiſſio animalium in paſcuis vetitis, ibid. nu. 91.

Diffida ad hoc vt exigi poſſit, oportet, vt præcedant banna de non immittendo animalia in paſcua vetita, part. 1. cap. 6. nu. 92.

Diſpoſitio facta de omnibus bonis in vltima voluntate, intelligitur cũ onere æris alieni, par. 1. c. 1. nu. 95.

Diſtributiones quotidianæ dantur ex aſſiſtentia in Diuinis Officijs intuitu ſolius perſonæ, par. 1. cap. 14. nu. 58.

An ſuper illis conſiſtat vſusfructus, & in quibus caſibus, ibid.

Diſtributiones quotidianæ quot nominibus appellentur de iure Canonico, par. 1. c. 15. nu. 2.

Diſtributiones quotidianæ quid ſint, par. 1. cap. 15. nu. 3.

Diſtributiones quotidianæ diſtribuuntur inter eos, qui interſunt horis Canonicis diurnis, & nocturnis Eccleſiæ, ac Choro, actuale ſeruitium, miniſteriumq; competens exhibent, par. 1. cap. 15. nu. 5.

Diſtributiones quotidianæ extenduntur ad ea, de quibus in extra uag. cum nonnullæ de præbend. p. 1. c. 15. nu. 6.

Diſtributiones quotidianæ an dicantur eſſe in fructu, & veniant appellatione fructuum, par. 1. cap. 15. nu. 7.

Diſtributiones quotidianæ ſunt illę, quę competunt Clericis Cathedralium, aut Collegiatarum Eccleſiarum, par. 1. cap. 15. nu. 9.

Diſtributiones quotidianæ non ſunt neq; ſimpliciter perſonales, ſiuè induſtriales, nec ſimpliciter ciuiles, ſed vtriuſq; habent admixtionem, p. 1. c. 15. nu. 11.

Diſtributiones quotidianas non lucrantur deſeruientes Eccleſię per Vicarium vigore priuilegij, par. 1. cap. 15. nu. 12.

Diſtributionum quotidianarum in taxatione fit diuiſio, & ipſarum certa pars aſſignatur pro ſeruitio intereſſentibus, alia verò ratione iuris, & ſic officij exemptibus ex priuilegio ab intereſſentia, par. 1. cap. 15. nu. 13.

Diſtributiones quotidianæ quarè non computãtur inter fructus in valore beneficij, par. 1. cap. 15. nu. 19.

Diſtributiones quotidianas lucrari intendens, oportet, quòd ſit de corpore Capituli, aut Collegij, ac interſit Diuinis, par. 1. cap. 15. nu. 20.

Diſtributiones quotidianas ad hoc vt quis lucrari valeat, non ſufficit ſolum impedimentum de iure approbatum, ſed requiritur, quòd ſit etiam ſolitus intereſſe Diuinis lucrari intendens, par. 1. cap. 15. nu. 22.

Requiritur etiam conſuetudo præſtandi illas in caſibus neceſſitatis, aut vtilitatis Eccleſiæ, ibid. nu. 23.

Diſtributiones quotidianæ licèt non dentur, quando fuerint diuiſæ inter alios de Capitulo, aut Collegio, debentur tamen quandò quis fuerit proteſtatus, part. 1. cap. 15. nu. 29.

Diſtributiones quotidianas ad hoc vt quis abſens lucrari poſſit, non ſufficit priuilegium commune indultum ad lucrandos fructus in abſentia, ſed oportet, quòd ſit ſpeciale ad lucrandas diſtributiones, par. 1. cap. 15. nu. 30. & 31.

Diſtributiones quotidianas lucratur prouiſus, dato adhuc quòd non præſtiterit iuramentum fidei, licèt ſecùs quoad alios fructus beneficij, ſi non iurauerit, par. 1. cap. 15. nu. 32.

Diſtributiones quotidianas lucratur obſes datus ab Eccleſia toto tempore, quo detinetur ab hoſtibus, par. 1. cap. 15. nu. 33.

Diſtributiones quotidianas lucrantur Examinatores beneficiorum, qui fuerunt electi à Synodo Diœceſana, ſi ex cauſa examinis ad beneficia abfuerint à Choro, par. 1. cap. 15. nu. 34.

Itèm lucrantur in abſentia Beneficiati intereſſentes Concilio Generali, ibi. nu. 35.

Lucrantur itèm duo Canonici Epiſcopo inſeruientes in Viſitatione, ibi. nu. 36.

Inſeruientes verò extrà Viſitationem non lucrantur, & quæ ſit diuerſitatis ratio, ibi. nu. 37.

Lucrantur rursùs etiam non obſtante intereſſentia exercentes curam animarum imminentem illi Eccleſiæ, ſi tempore Officij, aut horarũ actualiter adminiſtrent Sacramenta, ibid. nu. 38.

Lucratur quoq; Canonicus, vel Archidiaconus viſitans Eccleſiam, iura, aut reditus ſuæ Eccleſiæ, ibid. nu. 39.

Diſtributiones quotidianas in abſentia lucrantur Collectores Generales Cameræ Apoſtolicæ, aut Subcollectores, Aduocati,

Pro-

Digitized by Google

*Procuratores Fiſcales, & Notarij in caſibus ſpoliorum, & iurium pertinẽtium ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam durante eorum officio, p.1.c.15.nu.40.*

*Lucrantur etiam Auditores Rotæ Romanæ ac ſi actualiter Eccleſiæ inſeruirent, ibid.nu.41.*

*Itèm lucrantur Inquiſitores Hæreticæ prauitatis, ibid.n.42.*

*Rursùs abſentes à Diuinis Officijs propter neceſſitatẽ, aùt vtilitatẽ Eccleſiæ, ibi.n.43.*

*Inſuper lucrantur iniuſtè carcerati, aùt detenti, ibid.nu.44.*

*Lucrantur quoq; iniuſtè excommunicati, ibid.nu.45.*

*Et lucrantur iſti tales ſemota etiam quacumq; cõſuetudine in contrariũ, ibi.n.46.*

*Lucrantur paritèr excommunicati pro cauſa Eccleſiæ, & defenſione iurium ipſius, ibid.nu.47.*

*Lucrantur inſuper nulliter, vel iniuſtè interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ibid.nu.48.*

*Lucrantur pariter toto tempore, quo extiterit Eccleſia interdicta, dummodò non dederint cauſam interdicto, ac conſueuerint reſidere in illa, ibid.nu.49.*

*Diſtributiones quotidianas lucrantur iniuſtè ſuſpenſi, ſiuè ab officio, ſiuè à beneficio, par.1.cap.15.nu.50.*

*Lucratur quoq; iniuſtè bannitus, aùt relegatus, ibid nu.51.*

*Etiã ſi iuſtè fuerit carceratus, aùt tortus, ſi poſtmodùm per ſententiam fuerit abſolutus, ibid.nu.52.*

*Dato adhùc etiã quòd fuerit condemnatus per ſententiam, ſi poſtmodùm appellauerit, & in ſecunda inſtantia fuerit abſolutus, ibid.nu.53.*

*Lucratur et qui vi detinetur, aùt prohibetur ad Eccleſiã accedere, aùt qui nõ audet accedere propter partialitates, ibi.nu.54.*

*Diſtributiones quotidianas lucratur ſenex, ſi ità fuerit ſenio confectus, vt commodè non poſſit perſonaliter Eccleſiæ deſeruire, par.1.cap.15.nu.55.*

*Diſtributiones quotidianas lucratur morbo impeditus, qui propter morbum non poteſt adeſſe diuinis officijs, p.1.c.15.n.56. Etiã ſi culpa ſua in morbũ inciderit, n.57. Dummodò ſolitus intereſſe fuerit antè mortem, aliàs ſecùs, nu.58. Ac dummodò ſit præſens, & reſideat in loco, vbi eſt Eccleſia, ibid.nu.59.*

*Diſtributiones quotidianas vt quis lucretur non poteſt cõſuetudo inducere, par.1.cap.15.nu.62.*

*Fallit in conſuetudine liberante Beneficiatum, qui inſeruierit per quatraginta annos, ibid.n.63.*

*Itèm quando conſuetudo fuiſſet inducta, ſciente, patiente, ac tolerante Papa, ibid.nu.64.*

*Rursùs quòad celebrantes, aùt audientes confeſſionem ſacramentalem tempore, quo canitur Officium Diuinum, ibi.nu.65.*

*Rursùs ſi conſuetudo liberaret abſentes certis tantùm horis, non verò in vniuerſum, ibid.nu.66.*

*Intelligas, vt non ſuffragetur conſuetudo quòad lucrationẽ in abſentia abſq; intereſſentia, non autem quòad percipiẽdum plus, vel minus, hoc eſt, plus vnus, quàm alter, ibi.nu.67.*

*Diſtributionum quotidianarũ perceptio conſtituit perceptorẽ in quaſi poſſeſſione Canonicatus, ſi vti talis percipit, tametſi non ſit talis, par.1.cap.15.n.68.*

*Diſtributiones quotidianæ reſpiciũt Diuini cultus augmentum, par.1.cap.15.n.69.*

*Ditatio egregia an acquirat iuſpatronatus, remiſſiuè par.1.cap.16.n.196.*

*Diuidere verbum ſignificat idem, quod ſeparare, p.1.c.1.nu.4. Item idem quod diſtinguere nu.5. Rursùs idem, quod partiri, vndè diuiſio, ideſt partitio, ibi.nu.6.*

*Diuiduorum, atq; indiuiduorum tractatus vtilis pro contractibus, & pactis, ad dignoſcendum, qualia diuidua, qualia verò indiuidua dijudicentur, p.1.c.1.n.7.*

*Diuiduorum, atq; indiuiduorũ materia excedit oẽs alias, ac in ea palpitauerunt* Doctores, *ſicuti Hercules in Lærneo conflictu par.1.cap.1.n.8.*

*Diuiduum non dicetur quando pars diuiſa non afferret tantam vtilitatem reſpectu partis diuiſæ, quemadmodùm totum reſpectu totius, par.1.cap.1.n.9.*

*Doctores, Medici, alijq; Profeſſores literarũ ſunt immunes de iure ab omnibus muneribus publicis, & ciuilibus, licèt tñ aliud obſeruetur de facto, p.1.c.8.n.62.*

*Dominandi affectus penès quemcumq; reſidet par.1.cap 9 n.53.*

D.de Franch. deciſ.211.in princ. *notatur, par.1.cap.11.nu.12.*



Digitized by Google

D. Rouiti deciſio 49. *refertur, part.* 1. *c.* 12. *n.* 62. *Redditur tamen dubia, ibi. nu.* 63.

D. de Põte de poteſt. Proreg. tit. 1. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. nu. 15. *ſubſtinens, condemnationes factas per alternatiuam, aùt exulet, aùt ſoluat nõ impugnari, reprobatur, par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 36.

*Eiuſdem* D. *ratio in* tract. *prædicto* tit. 1. §. 4. nu. 31. *dicentis, ſororem excluſam vigore ſtatuti haberi, ac redigi ad inſtar diuerſi, & ſic ſecundi gradus excutitur, par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 54.

D. Ioannis Aloyſij Riccij *Epiſcopi Vici Aequenſis laudes, p.* 1. *c.* 16. *nu.* 220.

*Dominus fructuum, ſi decimator recuſaſſet ire, vel mittere hominem ad faciendã partitionẽ vtrùm poſſit illos exportare abſq; partitione non facta, p.* 1. *c.* 7. *nu.* 30.

*Domini relinquentes ſeruos infirmos, ac de domo illos tempore ægritudinis expellentes redarguuntur, p.* 2. *c.* 11. *nu.* 43.

*Dominus pro penſione ſibi debita poteſt propria authoritate pignorare fructus recollectos in fundo locato, p.* 2. *c.* 7. *nu.* 27.

*Dominus vtrùm teneatur dare alimenta ſeruo citrà caſum infirmitatis, par.* 2. *cap.* 11. *nu.* 44.

*Quid de famulo commodato, an ei commodatarius prouidere habeat de alimentis, ibid. nu.* 45.

*Dominus an recedente famulo poſſit retinere eius bona, donec, & quouſq; ſoluat quod debet, ibid. nu.* 57.

*Dominus directus exigendo partem canonis, non ſibi præiudicat quòad caducitatem, par.* 2. *cap.* 13. *nu.* 25.

*Donatio, quę actis inſinuatur non requirit teſtium adhibitionem aliàs requiſitam, quãdo per ſolum* N*otarium conficeretur, par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 68.

*Donatio, ceſſio, aùt renunciatio facta ab ingrediẽte Monaſterium ad fauorẽ alterius eſt valida, ità ut non poſſit ampliùs per ipſum reuocari, p.* 2. *c.* 2. *nu.* 225.

*Donatio non ualet inter maritum, & uxorem, p.* 2. *c.* 3. *nu.* 138. *Etiamſi uxor donaret filijs, uel filiabus mariti ex alia uxore nu.* 139. *Ac etiã quòad augmentum dotis factum à marito conſtante matrimonio ſponſæ deſponſatæ de præſenti, ibid. n.* 140.

*Donatio facta ſponſo à ſponſa deſponſata de præſenti prohibetur, p.* 2. *c.* 3. *nu.* 142. *Et nè dùm quòad ſponſam de præſenti, verùm etiam in ſponſa de futuro, ſi donatio differatur in tempus contracti matrimonij, ibid. nu.* 143.

*Donatio intelligitur inter coniuges, etiam ſi alter ex ipſis conficeretur in alio cõtractu, & conſequenter etiam prohibita, p.* 2. *c.* 3. *nu.* 144. *Etiam ſi talis donatio fieret per interpoſitam perſonam, ibid. n.* 145.

*Comprehendit talis prohibitio etiam retrò donationẽ factã ab vxore in beneficium filiorum, & in eorũ defectũ in beneficium viri de bonis eidem vxori donatis ab ipſo viro in augmentum dotis, ibi. nu.* 146.

*Etiam ſi coniuges diù ſeparatim inter ſe habitauerint, ibid. nu.* 147.

*An procedat iſtud etiam in alijs contractibus, quippè venditione, permutatione, & ſimilibus, ibi. nu.* 148. *& nu.* 174. *&* 175.

*Donatio inter virum, & vxorẽ valet, quãdo eſt reciproca donatio p.* 2. *c.* 3. *nu.* 149.

*Itèm quando intercedit in ea iuramentum, nu.* 150. *Dummodò nõ fuerit obtenta abſolutio, ſiuè habilitatio à iuramẽto, n.* 151.

*Quæ abſolutio procedit quòad finẽ agendi, & excipiendi tantùm, non aũt vt reddat totaliter nullam donationem, nu.* 152.

*Ac niſi ad importunitatẽ, & continuã petitionem fuerit facta, nu.* 153. *Ac niſi etiã iuramentũ fuerit interpoſitũ in contractu ſimulato, & donatione ſimulata, nu.* 154.

*Ac tandem niſi præmoriatur donatarius, ibid. nu.* 155.

*Donatio inter maritum, & vxorem licèt à principio non valeat, confirmatur tamen morte donantis, p.* 2. *c.* 3. *n.* 156. *Vndè non dicetur penitùs nulla, & inualida, ſed benè talis, vt poſſit ad libitum reuocari, nu.* 157. *Et reuocatio fieri poterit nedùm expreſsè, verùm etiam tacitè, nu.* 158.

*Donatio inter virum, & vxorem confirmatur morte, dummodò traditio interceſſerit, p.* 2. *c.* 3. *nu.* 159. *Confirmatur etiam per mortem ciuilem ipſius donantis, nu.* 160. *Retrotrahitur ad tempus conſcriptæ donationis per mortem, quàmuis eo interim fuiſset in ſuſpenſò, ibi. nu.* 161.

*Donatio inter virum, & vxorem affectu maritali facta an dicatur confirmata ſequuta morte, & publicatione bonorum, & an* Fiſcus *teneatur illam ſeruare, part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 162.



Digitized by Google

*Donatio inter coniuges valet, quando eſt remuneratoria, p.2.c.3.n.163.*

*Itèm quando eſt facta cauſa mortis, num. 164. Rurſus, quando fieret in recompenſationem, ibid.nu.165.*

*Itèm, quando fieret à marito ſene, vel ignobili vxori iuueni, & nobili, nu.166. Adeò vt non amittatur per tranſitum vxoris donatariæ ad ſecunda vota, ibid.n.167.*

*Valet etiam quando vxor donaret marito cauſa honoris, vel dignitatis adipiſcendæ, ibid. nu.168. Et eorum exempla ibidem.*

*Itèm valet, quando vxor donaret, non vt perpetuò apud maritum permaneat, ſed benè, vt alteri donet, ibi.nu.169.*

*Donatio inter coniuges, ex qua donans non efficitur pauperior, tametſi donatarius efficiatur ditior, an valeat, p.2.c.3.nu.170. Eorum exempla ibid.*

*Donatio annuæ quantitatis pro alimentis valet inter coniuges, dummodò non excedat fructus dotis, par.2.cap.3.num.171. Nec reuocatur pro eo, quod ſupereſt ad alimenta, dummodò ſuperfluum illud non ſit immodicum, & exceſſiuum, attẽtis fructibus dotis, nu.172. Ac dummodò illud fuerit traditum marito, nàm ſi tantùm promiſſum, non valebit ſtatim, ſed morte confirmabitur, ibi.n.173.*

*Donatio facta ab vxore eius viro de ſuo antephato, ab eodem viro conſtituto poſt eius mortem valet, p.2.c.3.n.177.*

*Donatio inter virum, & vxorem valet, quãdo confertur donatio in tempus ſoluti matrimonij, p.2.c.3.n.178.*

*Itèm in caſu, quo maritus remittat vxori totam dotẽ promiſſam, vel partem ipſius, ibid.n.179.*

*Itèmq; etiam in remiſſione vſurarum dotium non ſolutarum, ibi.nu.180.*

*Dotatio ad finem acquirendi iuſpatronatus debet eſſe totalis, non verò augmentum ipſius tantùm, par.1.cap.16.nu.194.*

*Dotis augmentum quoàd acquirendum iuſpatronatus dicitur potiùs ditatio, quàm dotatio, par.1.cap.16.nu.195.*

*Dos datur pro oneribus matrimonij, par.2. cap.3.nu.2.*

*Dotalia bona immobilia ſtatim ſunt reſtituenda vxori, vel hæredibus ipſius ſoluto matrimonio, par.2.cap.3.nu.39. Mobilia verò infrà annum à die ſoluti matrimonij, ibidem nu.40.*

*Dotalium bonorum reſtitutio morari nõ põt ſoluto matrimonio prætextu quòd maritus, aùt hæredes eius habeant ratam fructuum in illis, p.2.c.3.n.41.*

*Dotalium bonorum maritus non tãtùm fructus conſequitur, verùm etiam ſit illorum adminiſtrator, &* Dominus, *p.2.c.3.n.48 Adeò vt pro illis agere poſſit, & comparere in iudicio abſq; mandato vxoris, nu.49. Poteſt inſuper in illis facere omnia, quæ mandatum ſpeciale requirunt, tametſi illud non habeat, ibid.nu.50.*

*Dotalium bonorum commodum omne, atq; incõmodum, ſiuè periculum, aùt deterioratio, uel peremptio ad maritum pertinet, q̃ñ æſtimata fuerint data, p.2.c.3.nu.51.*

*Dotalia bona æſtimata marito data non dicuntur ampliùs dotalia, ſed dicitur dos conſtituta in pretio ipſorum p.2.c.3.n.52.*

*Dotalium bonorum dominium tranſit in virum cum omnibus ſuis oneribus, & obligationibus, par.2.cap.3.n.53.*

*Dotalium bonorum dominium non ſit abſolutum viri, ſed ciuile propter rei fructus, par.2.cap.3.nu.54.*

*Dotalium bonorum dominiũ æſtimatorum marito datorum vendicare poterit mulier in ſubſidium, p.2.c.3.nu.55. Et hoc etiam conſtante matrimonio in caſibus de iure permiſſis, ibid.nu.56.*

*Dotalia bona æſtimata data poteſt maritus alteri vendere, p.2.c.3.nu.57.*

*Dotalia bona ineſtimata marito tradita, non poterit maritus alienare abſquè decreto, par.2.cap.3.n.58.*

*Dotales res conſtante matrimonio non poteſt mulier aùt alienare aùt alteri donare in præiudicium mariti, p.2.c.3.nu.59. Quinimò nec vendicare ab ipſo marito, ibid nu.60.*

*Dotalia bona non poſſunt exequi pro debito vxoris conſtãte matrimonio, neq; pro expenſis litis, ad quas ipſa mulier fuit condemnata, p.2.c.3.n.61. & 62. Intelligas tamen, quando fuit cõdemnata in actione perſonali, nàm ſecùs ſi in hypothecaria, nu.63. Intelligas rurſùs quoàd debita cõtracta poſt matrimonium, ſecùs verò pro debito contracto, antequàm mulier nuberet, nu.64. Succurritur tamen creditori per cautionem præſtandam ab ipſa vxore de ſoluendo ſoluto matrimonio, ibi.nu.65.*



Digitized by Google

*Dotales res poterunt publicari conſtante matrimonio propter delictum vxoris in illis quinq; caſibus,de quibus in* l.quinq; legibus ff.de bonis dānat. *p.2.c.3.n.66.*

*Dotales res non poſſunt exequi ad inſtantiam creditorum mariti,quando maritus fuerit condemnatus in actione perſonali, p.2.c.3.n.67.Intelligas tamen quoad bona inæſtimatè data,ſecùs quoad æſtimata,quæ tranſeunt in dominium mariti,& dos dicitur conſtituta in pretio,ibi.nu.68.*

*Dotem ſolus maritus exigere poteſt,tametſi ipſi,& vxori inſimùl promiſſa fuerit, par.2.cap.3.n.75.*

*Dotalis debitor poteſt ſoluere marito,etiam quòd ipſe maritus non ſit ſoluendo,& ſoluendo liberatur,par.2.cap.3.n.76.*

*Dos,& donatio propter nuptias conſtante matrimonio poteſt de nouo augeri,& cōſtitui,ac de nouo etiam ſuper illis pacta apponi,& prorogari,p.2.c.3.n.79. Quinimò etiam minui,dummodò diminutio non fieret in fraudem filiorum primi matrimonij,ibid.n.80.*

*Dotis in augmentum an intelligantur data etiam bona, quorum adminiſtratio permiſſa eſt marito ab vxore, quando fuit conſtituta certa dos,par.2.cap.3.n.81.*

*Dotis in præiudicium mulier paciſci non poteſt,par.2.cap.3.n.86.*

*Dotalium bonorum tùnc maritus efficitur Dominus,& Adminiſtrator, quando ea expreſſim fuerint data in dotem, ſecùs verò ſi fuerit contractum matrimoniū abſq; dote,& ſic nulla dote conſtituta,quoniàm tùnc erit matrimonium ſine dote, par.2. cap.3.n.87.*

*Dotis nomine non cenſetur dediſſe in dubio bona ſua mulier habens amplum patrimonium,par.2.cap.3.n.88.*

*Vndè poterit de illis diſponere ad ſui libitū, ità vt maritus nè quidèm faciat illorum fructus ſuos,ibid.nu.89.*

*Itèm de illis nè quidèm ad ratam dotis cōgruæ promiſſa bona videntur,ibid.nu.90.*

*Dotem non cenſetur conſtituiſſe ſponſa ex eo, quòd promiſerit cōtrahere matrimonium cum ſponſo,p.2.c.3.n.91.*

*Dotem nō præſumitur vxor conſtituiſſe,nec eius nomine dediſſe bona,quæ permiſerit à marito adminiſtrari, dato adhùc quòd effectualiter per multos annos adminiſtraſſet,part.2.cap.3.numero 92.*

*Eò fortiùs,quando certam ſummam in dotem marito dediſſet, non obſtāte quòd deſuper fuiſſet initum inſtrumentum,in quo mulier dixerit,reſiduum bonorum dediſſe pro ſupplenda dote ad habendum, tenendum,&c. ibid.nu.93.*

*Etiā in caſu coniecturarū, de quibus apud* Corn.conſil.287.nu.6.lib.1. *ibi.nu.94.*

*Dotem eandem ſecundo marito vxor dediſſe præſumitur,quam primo tradidit,ſi nulla fuerit expreſſa dos ſecùndò nubendo,p.2. c.3.n.95.Et proindè lucrabitur ex ea partem ſibi debitam vigore ſtatuti,aùt conſuetudinis,nu.97. Etiam in caſu,quo extiterint filij ex primo matrimonio,quibus non obſtantibus cenſebitur conſtituta dos illa,quæ in primo matrimonio conſtituta fuerat, ibid.nu.97.*

*Benè verum non lucrabitur ex illa maritus magis, quàm vnus liberorum primi matrimonij,ibid.nu.98.*

*Niſi mulier habuerit plures viros, quibus diuerſas dotes dediſſet, quo caſu attenditur dos data vltimo præmortuo marito, Procedit adeò principalis diſpoſitio, vt neq; cenſeatur dediſſe bona illa, quæ ſibi obuenerunt inter primum,& ſecundum matrimonium, ibi.nu.100.*

*Dos licèt conſtitui poſſit ex ſola promiſſione, prædium tamen non dicetur dotale ex dicta ſola promiſſione,niſi tradatur marito, par.2.cap.3.n.119.*

*Dotis lucra an maritus lucretur ex ſola conſtitutione dotis,non adhùc ſequuta traditione,par.2.cap.3.nu.121.*

*Quid in caſu,quo ſtatutum mentionem faceret de dote data,vt ſ.lucretur dotem datam,ibid.nu.122.*

*Dos promiſſa an importet idem,quod dos data ſecundùm cōmunem vſum, ac modum loquendi,p.2.c.3.n.123.*

*Dotis lucrum,ac donationē propter nuptias debita marito ex pacto, aùt ſtatuto, aùt conſuetudine, lucratur ipſe maritus, non obſtante quòd non fuerint ſolutæ dotes, par.2.cap.3.nu.129.*

*Dotis confeſſio facta per virum de dote recepta,quam re vera non recepit,an teneat,& ſic an cadat ſub prohibitione,ſicuti de donatione inter virum, & vxorem, part.2. cap.3.nu.141.*





Digitized by Google

Dos confeſſata per maritum an habeat priuilegium prælationis doti tributum, p.2. c.3. num.194.
Dotis fructus pertinent ad maritum ratione onerum, quæ ſuffert in matrimonio, p.2.c. 6. num.39.

E

ECcleſiæ mero iure acquiruntur quæſita per Beneficiatum, & Clericum intuitu ipſius Eccleſiæ, p.2.c.8.num.2.
Eccleſiæ Rector in vita habet adminiſtrationem, in morte verò vſuario comparatur, p.2.c.8.num.4.
Electio quid ſit, p.1.c.16.num.15.
Electio differt à nominatione, & poſtulatione, p.1.c.16.num.16.
Quò tamen pertinet ad nominationem, poterit differentia iſthæc eſſe verbalis tantùm inter nominare, & eligere, ibid.num. 17.
Poteſt etiam eſſe effectualis, ità vt non ſint vnum, & idem nominatio, & electio, ibid. nu.18. Et ſi quandoq; nominare ſit idem, quod eligere, hoc habet locum in caſu, quo nominans habet etiam facultatem eligendi, ibid.num.19.
Eligendi facultas dicitur eſſe in fructu, p.1.c. 16. num.2.
Electus eodem tempore in Aerarium à Barone, & in Syndicum, aùt Electum ab Vniuerſitate, tenetur ſeruire Vniuerſitati potiùs, quàm Baroni, parte 1.cap.11.num. 20.
Eleemoſyna, quæ aſſignatur Monialibus tẽpore ingreſſus, ſuccedit ei loco dotium, p.2. c.2. num. 158.
Emphyteuſis requirit traditionem rei emphyteuticariæ pro tranſlatione dominij, p.2.c. 13. num.7.
Emphyteuſis circà perceptionem fructuum regulatur iuxtà naturam vſusfructus in omni caſu, p.2.c.13.num.8.
Emphyteuſis ſtatim facta profeſſione per emphyteutam in Religione incapaci redit ad directum Dominum, ſi nõ adfuerit alius, qui vocatus extiterit ex tenore inueſtituræ, p.2.c.13.num.27.
Secus, quando ingreditur Religionem capacem, ſaltim in communi, adhibita tamen diſtinctione, ibid.num.28.
Emphyteuſis propter ingreſſum emphyteutæ in Religionem capacem non acquiritur irreuocabiliter Monaſterio, ſed durante tãtùm vita emphyteutæ ingreſſi, p.2.c.13. num.29.
Emphyteuſis per ingreſſum emphyteutæ in Religionem capacem tranſit in Monaſterium, dato adhùc quòd adfuerit pactum, vt nõ poſſit emphyteuſis in Eccleſiam alienari, vel tranſire, p.2.c.2.num.30.
Emphyteuta non poteſt incidere lapidicinas marmoreas in fundo emphyteuticario, nec mutare formam fundi per inciſionem, p.1. cap.17.num.35.
Emphyteuta expulſus ab emphyteuſi propter canonem non ſolutum, perdit etiam meliorationes, ità vt petere illas non valeat, p.2.c.13. num.4.
Emphyteuta habet plus iuris in re emphyteuticaria, quàm vſufructuarius in re vſufructuaria, p.2.c.13. num.5. Et proindè non valet argumentum de vno ad aliud, ibid. num.6.
Emphyteuta, & vſufructuarius percipiunt fructus ratione iuris, & vtilis dominij, & proindè ad faciendos illos ſuos ſufficit eſſe Dominum tempore recollectionis, p.2.c. 13.num. 10.
Emphyteuta percipiens fructus poſt finitam emphyteuſim, aùt ex contractu, aùt ex culpa ſua, tenetur illos Domino reſtituere, p.2.c.13.num.12.& 13.
An teneatur ad reſtitutionem à die declarationis facta per Dominum, an verò à die, quo verè cecidit in commiſſum, ibid. num.14.
Emphyteuta pendente lite ſuper caducitate poteſt compelli ad ſolutionem canonis, p.2. c.13. num.19.
Emphyteuta ad hoc vt cadat ab emphyteuſi propter caducitatem requiritur priùs declaratio Domini ſuper caducitate, p.2.c. 13.num.20. Et declaratio iſta requirit petitionem cum citatione Partis, ibid. nu. 21.
Emphyteuta, qui emit rem emphyteuticam ſub haſta tenetur ſe obligare de facie ad faciem cum Domino directo, p.2.c.13.nu. 23.
Emphyteuticæ rei emptor irrequiſito Domino ſemper facit fructus ſuos antè declarationem, ab ipſo directo Domino factam

circà

Digitized by Google

circà nullitatem emptionis, p.2.cap.6.numer. 6.

Emphyteuticæ rei fructus ad quem ſpectent poſt mortem emphyteutæ, ac qualiter diuidantur, p.2.c.13.num.1.

Emphyteuticæ rei non poteſt Dominus propria authoritate capere poſſeſſionem propter non ſolutum canonem, p.2.c.13.num. 17.

Et ſi illam taliter acceperit, prouideri ſolet, vt reſtituat, donec cauſa cognita fuerit pronunciatum ſuper prætenſa caducitate, ibid. num. 18.

Emphyteuticæ rei non ſuccedit illegitimus, vti inhabilis ad dictam ſucceſſionem, p.2. c.13. num.24.

Emptor tenetur ſtare locationi, quando in contractu locationis fuit adiecta obligatio bonorum, p.2.c.5. num.19.

Epiſcopi habent eorum intentionem fundatam de iure, vt ad eos pertineat collatio, & inſtitutio omnium beneficiorum, p.1.c.16. num.64. Fallit in Eccleſijs patronatis, & Collegiatis, ibid num.70.

Itèm fallit etiam in Eccleſia minori Collegiata, ibid.num.71.

Epiſcopus, aut alius quilibet Ordinarius nō poteſt conferre beneficia exempta, ſed illorum collatio ſpectabit ad Papam, p.1.c. 16. num.72.

Epiſcopus non poteſt concedere alteri poteſtatem conferendi primum beneficium, quod vacabit, ſed tantùm ſolùm vacans, p.1.c. 16. num. 73.

Equitas, quod ſuggerit concedi debet, tametſi ſtricto iure quis deficiat, p.1.c.3.num. 71.

Erarius, vide in litera A. in verbo Aerarius.

Erubeſcimus cùm ſine lege loquimur, p.2.c.3, num.25.

Es alienum, vide in litera A.in verbo Aes alienum.

Exemptionem à ſolutione decimarum ſolus Pontifex concedere poteſt, p.1.c.7. num. 95. In tantùm, quòd exemptionem iſtam non poterit concedere aliquis Eccleſiaſticus Prælatus, imò nequidèm Imperator, ibid. num.95.

Expenſæ circà refectionem, reparationem, & manutentionem rei vſufructuariæ an pertineant ad hæredem, an verò ad vſufructuarium, & quibus in caſibus vni, quibus verò alteri, parte 2. cap.1.num. 111.

Expenſæ factæ gratia quærendorum fructuum non debent repeti, ſed deduci ex ijſdemmet fructibus, p.2.c.5.num.32. Item habent quaſi tacitam hypothecam ſuper illis, ibid.num.33.

Expenſæ non ſunt deducendæ in diuiſione fructuum facienda inter Dominum, & colonum partiarium, quemadmodùm nec etiam ſemina, p.2.c.7.num.19.

Expenſæ & impoſitiones ratione fructuum reſici debent per Dominum, non verò per colonum, p.2.c 7.num.23.

Extenſio de perſona ad perſonam, de caſu ad caſum, & de gradu ad gradum inducitur ex coniectura, videlicèt quia veriſimiliter teſtator ſi de tali caſu fuiſſet interrogatus, taliter diſponere voluiſſe reſponderet, p.2. c.2. num.57. Et coniectura iſta viget in quacumq; diſpoſitione teſtatoris, ibid. num. 58.

Itèm etiam in contractibus, ibidem num. 59.

Extenſionem de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de gradu ad gradum negat Oldrad.conſ.21.in fideicommiſſarijs diſpoſitionibus, etiam ſi filius poſitus in conditione modico tempore ſuperuixerit, p.2.c.2. num.36. Rurſùs etiam in caſu, quo filij eſſent poſthumi, ibid. num. 37. Quinimò etiam quoad poſthumum extractum de ventre matris, dummodò ſit in tempore, quo viuere potuiſſet, ibid.nu. 38.

Item etiam ſi filij in conditione poſiti eſſent diſpoſitiuè vocati, ibid.num.39. Itèm etiā ſi tacitæ coniecturæ intercederent, ibid.nu. 40.

Contrarium tamen accedentibus coniecturis eſt de iure verius, ac amplectuntur cōmuniter Doctores, vt ibidem, & nu.44. cum ſeqq.

Exteri præuio ordine Regij Collateralis Conſilij poſſunt expelli à Barone, ſi ſunt illi infeſti, & odioſi, parte 1. cap. 10. num. 29.

Fachi-

Digitized by Google

# I N D E X.


F

Fachinæus laudatur, confutatur tamen circà diffinitionem articuli, an ſcilicet ius ſepulchrorum tranſeat cum vniuerſitate bonorum, parte 1. cap. 16. num. 143.

Fagus eſt in fructu, & glandis ſpecies eſt, & illius fructus in fructu eſt, multùmq; confert ad ſaginationem animalium, p. 1. c. 17. num. 96.

Fagi fructus an contineatur in probibitione paſturæ, tempore, quo ſunt glandes in arboribus, p. 1. c. 17. num. 97.

Falſitatis timor quicumq; ceſſat in Iudice, quando aguntur publici actus coràm ipſo, p. 1. c. 9. num. 67.

Familiæ fauor pro conſeruatione fideicommiſſi poteſt intercedere expreſsè & tacitè, & ſufficit, ſi tacitè interceſſerit, p. 2. c. 2. num. 46.

Familiæ, & agnationis fauori dicitur proſpectum, ſi teſtator reliquerit bona maſculis propriæ familiæ, ità vt vnus eorum, aùt proximior ſuccedat, parte 2. cap. 2. num. 47.

Famulo an competant à Domino veſtimenta, p. 2. c. 11. num. 51.

Famulus expulſus antè finitum tempus an poſſit petere ſalarium pro toto tempore cõducto, licèt non ſeruierit culpa Domini, qui eum expulerit, parte 2. cap. 11. num. 52.

Famulus recedens à ſeruitio culpa ſua ad quid teneatur, p. 2. c. 11. num. 54.

Famulus, qui ſeruiuit alicui Domino, & non poteſt habere ſalarium an valeat capere tantum de bonis Domini, quod aſcendat ad debitum ſuum, parte 2. cap. 11. num. 55.

Fęmina excluſa à ſucceſſione vigore ſtatuti, cenſetur excluſa etiam à iurepatronatus fauore maſculorum, p. 1. c. 16. num. 180. Circùmſcripto autem ſtatuto excluſiuo fęminarum propter maſculos ſuccedit in iurepatronatus, ibid. num. 181.

Fęnum eſt in fructu, etiam ſi fuerit illud immaturè cęſum, p. 1. c. 6. num. 3.

Feſtis diebus etiam in honorem Dei poteſt Agricola opera ruralia ſeruilia exercere, ſi neceſſitas imminet, parte 2. cap. 7. num. 65.

Feſtis diebus poteſt quiſpiam dare curam rebus ad victum neceſſarijs, aùt tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum, & oliuæ, ac etiam vbi neceſſitas vrget, pietaſque ſuadet, par. 2. cap. 7. num. 66.

Feſtos dies contrà non obſeruantes quæ pęna ſit indicta, p. 2. c. 7. num. 67.

Feſtis diebus quæ liceant, par. 2. cap. 7. num. 68.

Fętus animalium ſunt in fructu, p. 1. c. 17. num. 129.

Feudum regulariter requirit perſonale ſeruitium, quod non poteſt præſtari à Clericis, vel Monachis, cùm non poſſint ij duobus Dominis ſeruire, & propterea non ſuccedunt in illo, p. 2. c. 2. num. 188.
Fallit, quando ſeruitium iſtud poſſet præſtari æquè à Clericis, ſicuti à laicis, ibid. num. 190. Itèm, quando poſſet præſtari per ſubſtitutum, ibid. num. 191.

Feudi liberi, & franchi, pro quo nullum præſtatur ſeruitium ſiunt capaces Monachi, & Clerici, p. 2. c. 2. num. 192.

Feudi realis, & improprij, pro quo præſtatur ſeruitium reale ſiunt capaces Clerici ſæculares, & Monachi, parte 2. cap. 2. num. 193.

Feudorum leges habent in ſe ſummam æquitatem p. 2. c. 4. num. 3.

Feuda vſufructui comparantur, p. 2. cap. 4. num. 5.

Feudale dijudicabitur in dubio territorium exiſtens intrà fines feudi, quando bona alia, ſiuè territoria omnia ſunt feudalia, p. 1. c. 6. num. 85.

Feudatarius non poteſt conquæri, quando Princeps faciẽdo de non delicto delictum, reſeruat ſibi pęnam illius delicti, p. 1. c. 12. num. 79.

Feudatarius ob non petitam inueſtituram infrà annum, & diem priuatur feudo, p. 1. c. 14. num. 28.
Fallit in Regno, in quo nouus ſucceſſor ratione releuij, quod ſoluit non amittit feudum, ſed tenetur ad duplicatum releuium, ibid. num. 29.

Feudatarius poteſt ſeruire per ſubſtitutum, p. 2. c. 2. num. 186.

Fidam, & diffidam tenentur ſoluere animalia paſcentia in alieno territorio, vltrà ter-


Digitized by Google

territorium de iure præſcriptum, p.1.c.6. num.89.
Fidei profeſſio an poſſit fieri per Procuratorẽ, p.2.c.8. num.41.
Fidei profeſſio poteſt fieri coram Vicario Epiſcopi, eo etiam non impedito, p.2.c.8.num. 43.
Fidei profeſſionis omiſſio non obeſt quoad diſtributiones quotidianas, quæ dantur ratione miniſterij, & operæ perſonalis, ac laboris, quos facit ſuos Prouiſus, nõ obſtante dicta fidei profeſſione non facta, p.2.c. 8. num. 44.
Fideicommiſſarius non eſt propriè hæres, nec fungitur vice familiaris, niſi ſit verè talis, p.1.c.16.num.150.
Fideicommiſſarius acquirit dominium rei fideicommiſſariæ à die aditæ hæreditatis per grauatum p.2.c.2.num.8.
Fideicommitti non tantum poteſt quoad vniuerſitatem bonorum, verùm etiam in certa tantùm re, parte 2. cap. 2. num. 27.
Fideicommiſſarius rei particularis neque trebelleianicam deducit, neq; falcidiam tempore reſtitutionis, parte 2.cap.2.num. 30.
Fideicommiſſi extenſio an detur de caſu ad caſum, de gradu ad gradum, & de perſona ad perſonam, p.2.c.2.num.31.
Fideicommiſſorum materia eſt adeò fundata in voluntate defuncti, vt ſufficiat quibuſcumq; verbis, & coniecturis, aùt præſumptionibus apparere poſſit ad illud inducendum, p.2.c.2.num.41.
Amplia, quàmuis coniectura iſta tacitè ex coniecturis colligatur, ibidem num. 42.
Itèm etiam ſi poſt expreſſam diſpoſitionem, ac perſonarum inſtitutionem fuerit adducta dictio illa, tunc, & eo caſu, ibid.nu. 43.
Fideicommiſſum factum gratia agnationis conſeruandæ, dicitur fauorabile, & proindè fit illius extenſio de perſona ad perſonã, p.2. c.2.num.49.
Fideicommittentis diſpoſitio non debet eſſe fruſtatoria, & inutilis, par.2.cap.2.num. 54.
Fideicommiſſorum pro validitate ſemper in dubio eſt in acceſſorijs pronunciandum, p.2.c.2.num.55.
Contraria de hoc opinio intelligitur cum diſtinctione, ibid.num.56.
Fideicommiſſum quibus in caſibus finiatur, & extinguatur, parte 2. cap. 2. num. 60.
Fideicommiſſum vtrùm expiret per ingreſſum Religionis grauati de reſtituẽdo poſt mortem, p.2.c.2.num.63.
Fideicommiſſum non expirat per mortem ciuilem grauati, p.2.c.2.num.64.
Fideicommiſſi in reſtitutione expectari debet mors naturalis grauati, p.2.c.2.num. 65.
Fideicommiſſo non aperitur via per renunciationem hæreditatis factam ab inſtituto, ſed expectanda eſt mors naturalis ipſius inſtituti, p.2.c.2.num.69.
Fideicommiſſum expirat per mortem fideicommiſſarij prædecedentis, & bona fideicommiſſo ſubiecta recta via tranſeunt aùt ad ſubſtitutum, aùt ad coniunctum, aut ad hæredem teſtatoris, p.2.c.2.num. 70.
Fideicommiſſum fauore Religionis non expirat, quando ingrediens fuiſſet grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe natis, aùt ex ſuo proprio corpore, aùt ſine filijs legitimis & naturalibus, aùt ſine maſculis, aùt ſine filijs natis ex legitimo matrimonio, p.2.c.2.num.139.
Redditur dubitabilis cõcluſio iſthæc ſecundùm Authorem, ibid.num.140.
Fideicommiſſum expirat non obſtante ingreſſu, ſi fuerit factum fauore familiæ conſeruandæ, ac fauore agnationis, p.2.c.2. num.141. Itèm ſi aliqua cauſa pia fuiſſet ſubſtituta, ibid.num.142.
Rurſùs, quando grauatus condiderit teſtamentum ante ingreſſum, & in eo aliquem extraneum inſtituiſſet, ibid. num. 143. Inſuper, quando ingrederetur Monaſterium animo fraudandi ſubſtitutum, ibid. num.144. Itèm, quando ingrederetur Religionem incapacem, ibid. num.145. Ac etiam quãdo Monaſterium adhùc capax nollet ſuccedere, ibid.num.146.
Fideicommiſſum an expiret per prædeceſſum ſubſtituti, p.2.c.2.num.227.
Fideicommiſſa, & legata relicta ab inſtituto an cenſeantur repetita à ſubſtituto p.2. c.2. num.231.
Et quid de relictis à ſubſtitutis, ibidem.

Fi-

Fideicõmiſſum relictum fauore agnationis, & familiæ efficitur transmiſsibile, dato adhùc, quòd non ſit transmiſsibile ex ſui natura, p.2.c.2.num.238.
Filiusfamilias an admittatur ad accuſandum ſine conſenſu patris, excutitur articulus, p.1.c.13.num.45.
Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, p.2.c.2.num.52. Eò fortiùs in vltimis voluntatibus ſit largior interpretatio, tamquàm magis fauorabilibus, ibid.num. 53.
Filius ſubſtitutus pupillariter decedendo, nõ dicitur decedere inteſtatus, ſed teſtatus, p.2.c.2.num 249.
Filius in dubio dicitur acquiſiuiſſe de bonis patris, p.2.c.3.num.195. Inteligas tamen quando filius habitaret inſimùl cum patre, atq; eius bona adminiſtraret, ibid.nũ. 196. Secus tamen, quando habitaret ſeorsùm à patre, ibid.num.198. Secùs etiam, quando ex vrgentibus coniecturis appareret, filium aliundè quæſiuiſſe, ibid.num. 197.
Filio defuncto ſuccedunt parentes, ſi ſoli ſuperſunt, ſalua gradus prærogatiua, p.2.c. 14 num.35 & 39.
Fiſcus eſt immunis à præſtatione omnium vectigalium, p.1.c.8.num.54. Etiam in caſu, quo ipſe venderet alteri ius vectigalis, ibid. num.55.
Flores, ex quibus odor ſunt in fructu, p.1.c. 17.num. 113.
Fluminum quædam publica, ſiuè communia quædam priuata, p.1.c.3.num.18.
Fluminum quædam nauigabilia, quædam non nauigabilia, p.1.c.3.num 19.
Fluminum priuatorum duplex ſpecies, nàm quædam priuata, quia non ſunt apta vſui publico, quædam verò priuata, quia propria alicuius priuati, p.1.c.3.num.20.
Flumina nauigabilia, vel quæ faciunt aliud nauigabile differunt admodùm à non nauigabilibus, p.1.c.3. num.48.
Flumina nauigabilia, vel quæ faciunt aliud nauigabile ſunt de Regalibus, ſecùs verò publica, quæ publici tantùm iuris ſunt, p.1.c.3.num.49.
Flumina priuata, quemadmodùm fontes, riui, aquarumque decurſus priuati iuris ſunt, p.1.c.3.num.50.
Flumina publica omnia in Regno ſunt Baronum ex Regia conceſſione, p.1.c.3.num. 51.
Flumina, fontes, riui, aquæ, aquarumq; decurſus non veniunt in generali conceſſione facta de Caſtro, niſi quatenùs aqua illa fuerit expediens p.1.c.3.num.53.
Fluminum in generali conceſſione, tametſi publica veniant, non veniunt tamen nauigabilia, p.1.c.3. num.54.
Fluminum publicorum licèt proprietas ſit Principis, vſus tamen illorum communis eſt omnibus, p.1.c.3.num.57.
Flumina poſita in confinibus duorum territoriorum, illaq; diuidentia, ſunt communia vtriuſque territorij, p.1.c.3.num.58. Intelligas tamen quoàd vſum aquarum, ità vt poſſint in illis communiter pro indiuiſo homines vtriuſque territorij piſcari, bibere, lauare, & ſimilia facere, etiam vltrà medietatem, ibid.num.59.
Fodinæ æris, & ſulphuris, aluminis, plumbi, ferri, & ſimilium ſunt in fructu, p.1.c. 17.num. 50.
Fodinæ cretæ, argenti, auri, aliorumq; id genus ſunt in fructu.p.1.c.17.num.48.
An vigeat in illis diſpoſitio l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrim. circà id, ſi renaſcantur, aùt non, ibid.num.49.
Folia arborum in fructu ſunt, & talia ſunt folia moronum, ac mirtorum, p.1.c.17.nu. 111. & 112.
Foreſta eſt locus, in quo feræ includuntur, & in eo habet quis vſum venandi, p.1.c.6. num.24.
Foreſta, & ſylua differunt inter ſe, nàm foreſta dicitur latum nemus ſine clauſura, & ſine àqua, ſylua verò dicitur, vbi eſt flumen, p.1.c.6.num.25.
Francigenæ, ſiuè Galli in Gallia in dubio nullum præſumuntur habere prædium allodiale, ſiuè francum, parte 1.cap.6.num. 84.
Fraudans gabellas vtrùm teneatur in foro poli ad reſtitutionem, remiſſiuè, p.1. c.7. num.34.
Fraudans gabellas, terragia, aùt decimas ſi in fraganti fuerit captus vtrùm puniatur ad amiſſionem bonorum tantùm fraudatorum, an etiam iumenti, currus, alteriuſvè generis animalium, cùm quibus portabat fraudatas merces, par.1.cap.7.num. 37.



Digitized by Google

*Fructuarius non poteſt immaturos colligere fructus in præiudicium proprietarij, p.2. c.7. num.11.*

*Fructus triplicis ſpeciei ſecundùm communem, quippè naturalium, induſtrialium, & ciuilium, p.1.c.2.num.1.*

*Fructuum induſtrialium diſtinctionem negat* Coraſ. miſcellan.iur.lib.5.c.9. *parte 1.c.2.num.2.*

*Fructus qualiter diſtinguantur ſecundùm* Vaconium à Vacuna declarat.iur. lib.4. declarat.41.num.10. *parte 1. cap.2 numer. 3.*

*Fructuum ſpeciem accidentalem, ſiuè caſualem concedit* Boer.deciſ.224.num.7. *par. 1.c.2.num.5.*

*Fructus qualiter diuidantur, ac diſtinguantur ſecundùm* Authorem. *p.1.c.2.num.6.*

*Fructuum communis diuiſio, quòd alij ſint naturales, alij induſtriales, alij ciuiles, tametſi non iuri congrua, retinendam ducit* Author *in hoc* tract. *ad hoc nè procedatur confusè in illo, p.1.c.2.num.7.*

*Fructuum alij pendentes, & nondùm à ſolo ſeparati, alij percepti, & à ſolo ſeparati, p.1.c.2. num.8.*

*Fructuum pendentium alij maturi, & recollectioni proximi, alij verò immaturi, p.1. c.2.num.9.*

*Fructus pendentes connumerantur inter immobilia, p.1.c.2.num.10.*

*Fructus ſunt pars fundi, p.1.c.2.num.11. & 16. Et hoc nedùm in iudicio rei vendicationis, verùm etiam in actione perſonali, ibid. num.12.*

*Fructuum idem eſt iudicium, quod de re ipſa, ſiuè de fundo, in quo pendent, p. 1.c.2. num.13.*

*Fructus pendentes tempore inuentarij faciẽdi non veniunt in confiſcatione bonorum mobilium, p.1.c.2.num.14.*

*Fructus conſtituunt partem fundi quotitatiuam, non verò integralem, & abſolutã, p.1. c.2. num.22.*

*Fructuum pendentium appellatione non veniunt fructus ciuiles, vti non de corpore, p.1. c.2. num.23.*

*Fructus vndè dicantur, p.1.c.3.num.1.*

*Fructus appellatione continetur omne quicquid ad nos ex re, vel propter rem peruenit, p.1. c.2.num.3. & ead.p.c.14. num. 44.*

*Fructus eſt nomen generis, quod comprehendit infinitas ſpecies, & refertur ad omnem rei, ſiuè corporalis, ſiuè incorporalis prouentum, p.1.c.3.num.4.*

*Fructus ſecuriores, ac ſtabiliores feudi ſunt qui percipiuntur aut ex induſtrijs, & artificijs, quæ formantur ex aquis, aut qui percipiuntur ex paſcuis, p.1.c.3.num.66.*

*Fructuum appellatione, tametſi iuxtà ipſius propriam ſignificationem veniat id, quod in terra coaleſcit, naſcitur & renaſcitur, veniunt tamen redditus omnes etiam, & prouentus, p.1.c.8. num.3.*

*Fructibus* Caſtri *legatis, aut conceſſis, an veniat etiam iuriſdictio ipſius* Caſtri, *p.1.c. 13.num.13.*

*Fructuum omnium in locatione nõ venit id, quod datur de cõſuetudine in felici introitu Archidiaconi, par.1. c.14. num.36. & 52.*

*Fructus ciuiles appellantur qui non ſunt natura ipſa, ſed proueniunt ex re, & ſic ciuiliter producuntur immediatè aut ex iure, aut ex obligatione inducta ex lege, aut hominis prouiſione, p.1.c.15.num.10.*

*Fructus ex iure prouenientes obuẽtiones* Doctores *appellant, p.1.c.15.num.14.*

*Fructus dicuntur, diſtributiones quotidianæ, quando prouiſus non haberet præbendam, nec alios fructus præter ipſas, p.1.c. 15.num. 15.*

*Fructuum, iurium, & emolumentorum appellatione veniunt ſpolia, & ſucceſſiones Curatorum ſubiectorum, prouenientium tempore locationis, morientium in locatione, p.1.c.15.num.18.*

*Fructuum qualiter ſit facienda diuiſio inter proprietarium, & hæredes vſufructuarij, p.2.c.1.num.1.*

*Fructus, qui ſemel in anno percipiuntur diſtinguuntur à fructibus, qui ſingulis diebus percipiuntur in vẽditione voluntaria, p.2. c.1. num.9.*

*Fructus percepti ſemper conceduntur beneficio fructuarij, eiuſq; hæredum, p.2.c.1.nu. 17.*

*Fructus prædiorum vrbanorum ſemper veniunt in diuiſione pro rata temporis inter proprietarium, & hæredes fructuarij mortuo vſufructuario, licèt ſecùs de fructibus ruſticorum prædiorum, parte 2.c.1.num. 21.*

Fru-

*Fructus ciuiles diuiduntur pro rata temporis inter proprietarium, & hæredes fructuarÿ mortuo vſufructuario, p.2, cap.1. num. 22.*

*Fructus an dicantur percepti beneficio vſufructuarÿ, ſi fuerint tantùm à ſolo ſeparati an verò requiratur, vt ſint etiam in horreis reconditi, examinatur quæſtio, p.2.c.1.num.24.*

*Fructus pendentes omnes ſpectant ad fideicommiſſarium, poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, licèt præterierit maior anni pars, p.2.c.2.num.1.*

*Et non tantùm de fideicommiſſis vniuerſalibus, verùm etiam de relictis particularibus, de re propria teſtatoris factis, ibid. num.19.*

*Amplia etiam quoad penſiones debitas ratione fructuum bonorum, ibidem num. 20.*

*Fructus pendentes ſunt pars rei, parte 2.c.2. num.2.*

*Fructus pendentes quam partem conſtituãt in fundo, in quo pendent, remiſſiuè, p.2.c. 2. num.3.*

*Fructus lucratur fideicommiſſarius à die adita hæreditatis per hæredem, non verò antè, p.2.c.2.num.7.*

*Fructus rei fideicommiſſariæ interim antè reſtitutionem dictæ rei factam lucratur grauatus, ſi non fuerit in mora reſtituendi, p.2.c.2. num.9.*

*Fructus rei legatæ etiam ſi ſit partis bonorum, lucratur hæres antè traditionem, ſi non fuerit in mora reſtituendi, p.2.c.2. num. 11.*

*Etiam ſi legata fuerit res illa per fideicommiſſum, ibid.num.12.*

*Item etiam in legato rei alienæ, ibid.num. 13.*

*Fructus rei fideicommiſſariæ an ſpectent ad fideicommiſſarium à die, quo cedit fideicommiſſum, ſi fuerit abſens, diſſentiunt* Doctores, *p.2.c.2.nu.14. Intelligas cum diſtinctione, vt ibidem.*

*Fructus legitimæ legatæ, aùt per fideicommiſſum relictæ, debentur ſtatim à die mortis, non autem à die interpellationis iudicialis, p.2.c.2. num.18.*

*Fructuum in diuiſione facienda inter fideicommiſſarium, & grauatum, an ſit vniformis diſpoſitio de ciuilibus fructibus, quæ de naturalibus, & induſtrialibus, excutitur articulus, parte 2. cap.2. num. 22.*

*Fructuum ciuilium prouenientium pro vſu pecuniæ qualiter fiat diuiſio inter fideicommiſſarium, & grauatum, p.2.c.2. nu. 23.*

*Fructus pendentes tantùm fiunt fideicommiſſarÿ poſt acquiſitum fideicommiſſum, non verò percepti, parte 2. cap. 2. num. 24.*

*Fructuum diuiſio qualiter fiat inter maritum, & vxorem, aùt eorum hæredes ſoluto matrimonio, aùt morte, aùt diuortio, p.2. c.3. num.1.*

*Fructus veniunt in diuiſione in fundo dotali, quando ineſtimatus fuerit datus fundus, ſecùs verò ſi æſtimatus, par.2.cap.3. num.3.*

*Venient etiam, quando adhuc ſi æſtimatus datus fuerit, fuerit tamen dictum, vt reſtituatur fundus ipſe æſtimatus, d.p.2. c. 3. num.4.*

*Quid in caſu, quando fuiſſet datus æſtimatus fundus, verùm fuiſſet data electio, an vellet reſtituere illũ, vel pretium, vtrùm ſ. veniant fructus in diuiſione ſoluto matrimonio, ibid.num.5.*

*Fructus omnes pertinent ad maritum, vel hæredes eius, ſi fuerit ſolutum matrimonium tempore recollectionis fructuum, p.2.c.3.num.6. Intelligas tamen, quando per integrum annum conſtiterit matrimonium, nàm aliàs pro rata temporis erunt diuidendi, quo maritus in matrimonio fuit, ibid.num.7.*

*Fructuum diuiſio qualiter facienda, quando pluribus annis ſtetiſſet matrimonium, verùm vltimo anno nondùm finito fuiſſet illud diremptum, parte 2. cap. 3. numer. 8.*

*Fructuum in diuiſione inter coniuges nedùm habenda eſt ratio de tempore matrimonÿ, ac ſuſtentationis onerum, verùm eſt attendendus etiam dies, in quo fuerit traditus fundus in dotem, nàm à die traditionis incipit fundus eſſe dotalis, non verò à die matrimonÿ contracti, p.2.c.3. num. 11.*

*Fructus ad hoc vt lucretur maritus, ac in diuiſione veniant plura requiruntur copulatiuè, p.2.c.3.num.12.*



Digitized by Google

Fructuum in computatione ſunt in primis impenſæ deducendæ, parte 2. cap. 3. num. 13.
Et vltrà impenſas etiam onera, ibid. num. 14. Quæ autem expenſæ, & an omnes ſint deducendæ, ibid. num. 15.
Fructus lucrabitur maritus, ac venient in diuiſione etiam rei alienæ, quam ſciens dedit mulier in dotem, maritoq; tradiderit, p. 2. c. 3. num. 16.
Fructus dotis vt maritus lucretur, qui onera matrimonij ſuffert, æquum eſt æquitaſq; maxima ſuggerit, parte 2. cap. 3. num. 18.
Fructuum in diuiſione ſemper attendendum eſt tempus, in quo fructus naturales ferri ſolent, p. 2. c. 3. num. 35.
Qualiter computetur annus circà fructus, qui aùt bis in anno, aùt ſingulis duobus, vel tribus, vel quinq; annis producuntur, ibidem.
Fructus rerum mobilium in dotem datorum an maritus faciat ſuos infrà annum ſibi indultum ad reſtituendas rès mobiles, in dotem datas, p. 2. c. 3. num. 36.
Fructus bonorum paraphrenalium ad quem ſpectent, & qualiter veniant in diuiſione inter coniuges, aùt hæredes ipſorum, p. 2. c. 3. num. 46.
Fructus bonorum extradotalium an pertineant ad maritum, an verò ad vxorem, & in quibus caſibus, parte 2. cap. 3. num. 47.
Fructus rei dotalis exequi poſſunt ad inſtātiam creditorum mariti conſtante matrimonio, p. 2. c. 3. num. 69.
Fructus Caſtri in dotem dati conſtante matrimonio ſpectant ad maritum, nō autem ad vxorem, p. 2. c. 3. num. 78.
Fructus rei dotalis non lucratur maritus antè traditionem rei in dotem datæ, cùm non ſufficiat ad id ſola promiſſiò, aùt conſtitutio dotis, p. 2 cap. 3. num 120.
Fructuum diuiſio qualiter fiat inter Dominum, & hæredes vaſalli mortuo vaſallo, p. 2. c. 4. num. 1.
Fructus pendentes, ac recollectioni proximi, veniunt in venditione rei, in qua pendēt, p. 2. c. 4. num. 21.
Fallit, quando Dominus tempore venditionis, ex quo iàm fructus erant plenè maturi, ac ſtatim recolligendi, ſe paraſſet ad collectionem, manumq; impoſuiſſet ſciente emptore, ibid. num. 22.
Fructus feudi dijudicantur burgenſatici per ſolam ſeparationem illorum factam à ſolo feudali, & tàm percepti, quàm pendentes ſi conſiderantur illi vt ſeparandi, p. 2. c. 4. num. 23.
Fructus percipere propriè quid ſignificet, & an differat, vtrùm percipiat illos Dominus, ac ſeparet à fundo, an verò perceptos ab alio vendicet, p. 2. cap. 4. num. 25.
Fructus, quos percipit vaſallus viuens fiunt allodiales per ſeparationem, nec dicuntur ampliùs feudales, p. 2. c. 4. num. 26.
Fructuum diuiſio qualiter fiat inter emptorem, & venditorem priuatum in caſu venditionis voluntariæ, p. 2. c. 5. num. 1.
Fructus percepti antè venditionem ſpectant integrè ad venditorem, parte 2. cap. 5. numer. 2.
Fructus pendentes in re vendita, ſiuè maturi, ſiuè immaturi tempore venditionis ſpectant integri ad emptorem, p. 2. c. 5. nu. 3.
Etiam in venditione, quæ fit ſub haſta. ibid. num. 10. Fallit, quando aliter fuerit cautum inter contrahentes, ibid num. 4. Itèm fallit, quando fructus eſſent maturi, & venditor appoſuiſſet manum pro illorum collectione, ibid. num. 11.
Fructuum, ac flaueſcentium ſegetum ratione videtur pluris emptus fundus, in quo pendent, p. 2. c. 5. num. 5.
Fructus ratione vnitatis ſunt pars rei, & acceſſio, quæ emptoris lucro cedit, p. 2. cap. 5. num. 6.
Fructus ſpectant ad emptorem, etiam quòd venditor antè traditionem deceſſerit, p. 2. c. 5. num. 7. Et ſi fuerit recuſata rei traditio, tenentur hæredes ad reſtitutionem, & intereſſe, ibid. num. 8.
Fructus ciuiles pertinent integrè ad emptorem, an verò diuidendi pro rata veniant inter emptorem, & venditorem, cum diſtinctione aliquorum caſuum, p. 2. c. 5. nu. 12.
Fructus qui naſcuntur poſt perfectam venditionem, antè tamen traditionem, an ſpectent ad emptorem, an verò ad venditorem, cum diſtinctione, an ſ. fuerit in mora venditor, an non, p. 2. c. 5. num. 15.
Fructus ciuiles, ſeù penſiones debitæ ratione rei, ex qua ſingulis diebus fructus percipiun-

Digitized by Google

piuntur ſunt diuidendi pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, p.2.cap.5. num.16.

Fructus rei vendita cum pacto addictionis in diem ſpectant ad primum emptorem, non verò ad ſecundùm, parte 2. cap. 5. nu.22.

Fructuum portio colonica vtrùm veniat in veditione facta per Dominum fundi, vel veniat ſola portio Dominicalis fructuum, p.2.c.5.n.23.

Fructus pendentes ſequuntur fundi alienationem, p.2.c.5.n.25.

Fructuum nomine continetur id, quod ſupereſt, deductis iuſtis expenſis, par.2.c.5. nu.31.

Fructus ſunt æqualiter pro rata diuidendi inter emptorem extraneum, & proximum retrahentem, tàm iure ſanguinis, quàm iure propinquitatis rei, par.2.cap. 6.num.2. Et veniunt in diuiſione, quicumque ij ſint, tàm ſcilicèt naturales, quàm induſtriales, quàm etiam ciuiles, ibid.nu.3.

Fructuum ratam non conſequitur retrahens, ſiuè iure ſanguinis, ſiuè propinquitatis rei, niſi à die, quo declarauerit eo iure vti velle, parte 2. cap.6.numer.4. Itèm niſi à die, quo patierit, ac ſuper petitione in iudicio litem conteſtauerit, num.7. Ac niſi etiam offerat, quæ oblatiò debet eſſe realis mediante depoſito, non verò verbalis tantùm, ibidem, num.8.

Fructus pendentes an diuidantur inter emptorem, & venditorem cum pacto de retrouendendo, ſi pendent tempore retractus, examinatur latiſſimè articulus, p.2. cap.6.n.29.

Fructus percepti per emptorem poſt oblationem factam per venditorem, intendentem vti iure retractus vigore pacti de retrouendendo reſtitui debent, part.2.cap. 6.nu.30.

Fructus fundi dotalis ſoluto matrimonio diuidi debent pro rata temporis inter vxorem, & virum, vel hæredes eius, p.2. cap.6.n.31.

Fructus pendentes in vẽditione, quæ fit coactè, ad emptorem pertinere debent, par.2. cap.6.n.32.

Fructus pendentes veniunt regulariter in venditione, quando non fuit aliter inter contrahentes pactum, parte 2.cap.6. nu.36.

Fructus pendentes in reſtitutione facienda fideicommiſſario cedunt totaliter in beneficium fideicommiſſarij, parte 2.cap.6. nu.38.

Fructuum naturalium, induſtrialium, & ciuilium diſtinctio, remiſſiuè, par.2.cap.6 num.43.

Fructus diuiduntur pro rata inter colonum partiarium, & Dominum, part.2.cap.7. num.18.

Fructuum ratione poteſt Dominus inhibere Colono, nè fructus colligat, aùt exportet eo inſcio, ac apponere etiam Cuſtodes, ad hoc nè defraudetur, p.1.c.7.n.26.

Fructus eius anni, quo Beneficiarius, aùt Prælatus moritur qualiter diuidendi veniant inter ipſorum hæredes, & ſucceſſorem in beneficio, excutitur articulus, par. 2.c.8.n.1.

Fructus beneficij iuſtiùs eſt, vt illum ſequãtur, qui Eccleſiæ ſeruit, quàm qui ſeruire deſinit p.2.c.8.n.5.

Fructus, ac præſtatio annuorum legatorum alicui in teſtamẽto relictorum in cauſam alimentorum debentur, tametſi non præterierit annus, ſed cœptus tantùm fuerit, p.2.c.8.n.8.

Fructus Cõmendarum trium Ordinum militarium Hiſpaniæ, ſcilicèt Sancti Iacobi de Spada, Alcantaræ, & Calatrauæ qualiter in diuiſione veniant mortuo Commendatario, p.2.c.8.n.13.

Fructus Beneficij Eccleſiaſtici pro rata temporis diuiduntur inter Renunciantem, & Reſignatarium, p.2.c.8. n.14.

Fructus Beneficij Eccleſiaſtici tempore primitiuę Eccleſiæ cuius beneficio cedebant, p.2.c.8.n.21.

Fructus Beneficij Eccleſiaſtici cuius ſint in Regno poſt mortem Beneficiarij pendentes, aùt non percepti, p.2.c.8.n.26.

Fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſpectantium ad nominationem, ſiuè præſentationem Domini Regis in Regno, ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio à die obitus defuncti Beneficiarij, vſquè ad diem, quo taliter prouiſus adeptus fuerit poſſeſſionem beneficij præfati, part.2.c.8. nu.28.

An

Digitized by Google

An autem ſucceſſor faciat illos ſuos irreuocabiliter, an verò teneatur ipſorum dominium in beneficium Eccleſiæ applicare, retento ſola vſufructu, ibid.n.29.

Fructus beneficij ad hoc vt prouiſus faciat ſuos, oportet vt recipiat poſſeſſionem beneficij de manu Nuntij Apoſtolici, aùt Delegati ab ipſo, par.2.cap.8.n.33.

Fructus maioratus vltimi anni, quo moritur illius poſſeſſor, an ad eius hæredes pertineant, an verò ad ſucceſſorem, & qualiter diuidendi veniant, excutitur articulus, par.2.cap.9.n.1.

Authoris opinio circà præfatam diuiſionem, ibid.n.10.

Fructuum in perceptione nedùm attenditur tempus, in quo percipiuntur, verùm etiam tempus, quo curantur, p.2.c.9.n.9.

Fructuum diuiſio circà bona maioratus eadem attenditur, tàm ſi ex cõtractu, quàm ſi ex teſtamento fuerit facta ipſius inſtitutio, & tàm si de bonis patrimonialibus, quàm si de bonis Regiæ Coronæ, par.2.cap.9.nu.12.

Fructuum pro rata temporis diuiſio non attenditur in maioratu, quando ei non ſunt annexa onera, par.2.cap.9.n.13.

Fructus prædiorum venditorum ad vitam veniunt in diuiſionem, & qualiter, par.2.cap.12.n.1.

Fructus rei emphyteuticæ mortuo emphyteuta antè illorum perceptionem, ad quem ſpectent ſi tempore mortis pendeant, par.2 cap.13.n.11.

Fructus rei emphyteuticæ iàm collecti, ac percepti ad quem ſpectent mortuo emphyteuta, par.2.cap.13.n.9.

Fructus in caſu commiſſi in emphyteuſi non debentur à die caducitatis, ſed à die declarationis, p.2.c.13.n.22.

Fructus qualiter diuiduntur inter Dominũ directum, & hæredes Feudatarij ex cauſa renouationis inueſtituræ, par.2.cap.14. nu.1.

Fructuum diuiſio in dubio in caſu, in quo non inhibeatur expreſſim, qualiter ſit facienda in contingentibus caſibus, part.2. cap.14.n.31.

Fructuum diuiſio contingit in Hiſpania, & Portugallia fauore Tutoris, & Curatoris in bonis pupilli, aùt adulti, par.2. cap.14. num.29.

Fruendi facultatem fructibus rei alteri datam habens poteſt frui etiam commoditatibus, prouentibus, & obuentionibus ipſius rei, p.1.c.17.n.38.

Frui ab etymologia vocabuli verbi, fructus, idem eſt, quod, veſci, & dicitur à frumine, quæ eſt ſumma pars gulæ, par.1.cap.3 num.2.

Fruges ſumi poſſunt pro reditu, & ſic pro fructu ciuili, & poſſunt ſumi pro fructibus induſtrialibus, p.1.c.17.n.76.

Fruges tametſi ſint omne, quo homo veſcitur, non tamen fruges erunt, carnes, aues, færa, & poma, p.1.c.17.n.77.

Frumentum, ordeum, fabæ, millium, aliaq; ſegetes quæcumq; ſunt in fructu, p.1.c.17. num.74.

Frumentum dicitur omne, quod ariſtam in ſe teneat, 1.c.17.n.79.

Frumenti appellatione an veniat ſpelta, ac ordeum, aliaq; quæ ariſtam teneant in banno continente, vt quis reuelare habeat frumentum, p.1.c.17.n.85.

Frumenti extractione prohibita, an poſſint extrahi legumina cuiuſcumq; generis, p.1. c.17.n.86.

Frumentum exportare prohibitus an poſſit exportare farinam, remiſſiuè, part.1.c.17. num.88.

Frumenti, ac aliorum victualium pretium taxari poteſt per Principes, ſicuti quandoq; taxatum fuit in Regno, par.2.cap.7. nu.54.

Fundus quomodò poſſit fieri fructuoſior, & pretioſior per inciſionem lapidicinæ, in qua lapis non renaſcitur, part.1.cap.17. num.31.

Fur inuentus cum re furata in alieno loco, quàm in eo, in quo furatus fuerit, an cognoſci debeat à Iudice loci delicti, vel ab eo, in quo repertus fuit cum re furata, excutitur articulus, p.1.c.12.n.45.

Furtiua rei ex contrectatione non naſcitur noua actio furti, p.1.c.12.n.49.

G

Gabella, & ius gabellæ differunt inter ſe, ſicuti genus, & ſpecies par.1.cap.8. num.1.

Gabella dicitur eſſe in fructu, verùm fructus eſt rei corporalis, p.1.c.8.n.2.

Ga-

Gabella in genere ſumpta comprehendit omnem exactionem publicam, part. 1. cap. 8. nu. 6.

Gabella ſecundùm cõmunem vſum loquendi ſumitur quandoquè pro vectigalibus, & è contrà vectigalia pro gabellis, par. 1. cap. 7. nu. 7.

Gabellæ, & vectigalia computantur, & reputantur inter Regalia, p. 1. c. 8. n. 8.

Gabellas, & vectigalia ſolus Princeps habet imponendi facultatem, p. 1. c. 8. n. 9.

Poteſt tamen Princeps poteſtatem imponendi alteri concedere, ibi. num. 10.

Conceſſio tamen, & facultas debet eſſe ſpecifica, ità vt non ſufficiat conceſſio generalis Regalium, ibi. nu. 11.

Gabellas, & vectigalia non poſſunt imponere Barones in eorum Terris, & Baronijs, licèt habeant in illis merum, & mixtum imperium, p. 1. c. 8. n. 12.

Gabellarum, & vectigalium impoſitio eſt prohibita Vniuerſitatibus, & Communitatibus Superiorem recognoſcentibus, p. 1. c. 8. nu. 13.

Gabellas, & vectigalia imponere põt Princeps non recognoſcens Superiorẽ, habenſq; iura Imperij, vt ſunt in Italia Dux Sabaudiæ, Dux Mediolani, Dux Mantuæ, & alij, p. 1. c. 8. n. 15.

Itèm imponere etiam poterunt Ciuitates liberæ non recognoſcentes Superiorem, vt in Italia Venetiæ, Ianua, & Luca, ibidem nu. 16.

Rursùs amplies quoad Ciuitates, Terras, & Communitates non liberas, quæ præſcripta conſuetudine quæſierunt facultatem gabellas, & vectigalia imponẽdi, ibi. nu. 18.

Gabellarum ſubhaſtatio debet fieri in præſentia Officialis, p. 1. c. 8. n. 19.

Gabellarum impoſitor ſub haſta non liberatur à ſua impoſitione per ſubhaſtationem, ſiuè impoſitionem factam ab altero, præcipuè ſi ſecundus ille impoſitor non eſſet ſoluendo, p. 1. c. 8. n. 20.

Intelligas tamen, vt ibid.

Gabellarum conductor ſi non ſoluerit in tandis, & terminis præfixis, poterit ab ipſo auferri gabella, p. 1. c. 8. n. 21.

Gabellarum conductor antiquus an præferatur ſecundo, ſi tãtundem offerat, quantum ſecundus, p. 1. c. 8. nu. 22.

Gabellarum conductori ſit remiſſio mercedis propter peſtem, ſterilitatem, aut aliud id genus, & conſequenter poterit ob id facere præuentionem, ad finem, vt ſibi caſſetur inſtrumentum, vel vt fiat remiſſio, par. 1. cap. 8. nu. 23.

Ad hoc autem vt iuridicè fiat præuentio, ſi de conductione fuerit confectum inſtrumentum, aut obligatio, oportet obtinere priùs abſolutionem à iuramento, ac præſtare cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, ibid. nu. 24.

Et ſi renunciauerit cum iuramento præuentioni, non admittetur ad illam, vt ibidem.

Gabellarum in impoſitione faciẽda per Vniuerſitates non liberas præuio decreto maior pars præiudicat minori, part. 1. cap. 8. nu. 25.

Gabellariorũ libri vtrùm fidẽ faciant, cum diſtinctione inter Gabellarios à publico conſtitutos, & Emptores gabellarum, p. 1. cap. 8. nu. 27.

Gabellarum conductores quia poſſunt ſcribere, vel non ſcribere pro eorum arbitrio, dijudicantur improbatæ fidei, ac dicuntur canes publici, eorumq; nomen eſt odioſum Deo, & hominibus, ac vt plurimùm procedunt ſine iuſtitia, & colore iuris, par. 1. cap. 8. nu. 28.

Gabellarum, & vectigalium exactor vtrùm teneatur dicere viatori, vt ſoluat, ac vtrũ non ſoluendo incidat in commiſſum viator, ſi non fuerit requiſitus, part. 1. cap. 8. num. 30.

Gabellas, & vectigalia ſoluere tenẽtur ementes fructus prædiorum Fiſci, tametſi Fiſcus venditor ſit immunis, part. 1. cap. 8. num. 57.

Amplia etiam in emptoribus à Fiſco, vel à Principe pro rebus, quas ipſi reuendunt, vel alio tranſportant, ibi. nu. 58.

Gabellas non tenentur ſoluere Officiales in eo loco, in quo habent Officium, par. 1. c. 8. nu. 61.

Gabellam ſoluere non tenentur inuehentes res, quæ pro eleemoſyna pauperibus elargiuntur, p. 1. c. 8. n. 66.

Gabellas, & vectigalia non tenentur ſoluere aſportantes res pro vſu ſuo, part. 1. cap. 8. nu. 67.

Amplia etiam ad vehentes pro vſu Rei-

publi-

Digitized by Google

publicæ, ibidem numer. 68.
Gabella an debeatur de venditione lapidicinæ, aùt locatione ipſius, remiſſiuè, part. 1. cap. 17. nu. 42.
Gabellæ conductor non poteſt concedere, vt Ciues vadant ad moliendum pro minori quantitate in præiudicium ſucceſſoris, par. 2. cap. 7. nu. 12.
Gabellæ locator, aùt conductor non poteſt emittere banna minuentia, aùt alterantia gabellam in præiudicium conductoris, aùt locatoris reſpectiuè, par. 2. cap 7. n. 15.
Geometrica proportio quid ſignificet, & ad quod dirigatur, ac ad quod Arithmetica, par. 2. cap. 3. n. 27.
Geometricæ proportionis in iure quoq; probatæ exempla, p. 1. c. 3. nu. 28.
Giurb. deciſ. 11. nu. 18. & 19. reprobatur, par. 2. cap. 2. nu. 257.
Gizzarell. deciſ. 34. redditur dubia circà id, quod refert deciſum, vt ſcilicèt de niue ſit ſoluendum releuium, parte 1. cap. 17. num. 125.
Gloſ. cùm propriam ſententiam primùm refert, deindè ſubdit aliorum ſententiam, dicens, quidam dicunt, vel, alij dicunt, cenſetur propriam probaſſe, aliorum verò poſteriorem reijciſſe, p. 2. c. 4. nu. 6.
Gratiam facere de delictis non concordata Parte ſpectat ad ſolum Principem, & ex cauſa, par. 1. cap. 13. n. 26.
Gratia facta per Principem cum conditione, quòd non accedat ad loca, in quibus degunt Partes offenſæ vtrùm importet conditionem, an verò modum, par. 1. cap. 13. nu. 32.

## H

Habitatio domus eſt in fructu, par. 1. cap. 17. num. 10. Nec tantùm ſi ipſe habitauerit, verùm etiam ſi alius ſuo nomine, ibid. nu. 11.
Herbarum locationis factæ alicui prati vigore non veniunt fructus arborum exiſtentium intùs pratum conductum, par. 1. cap. 6. nu. 35.
Herbæ ſunt Domini illius territorij, in quo naſcuntur, p. 1. c. 6. nu. 71.
Hæres conuentus ex contractu defuncti non declinat forum ex priuilegio ei competente ex perſona propria, quando priuilegium hoc eſt inſertum in corpore iuris, p. 1 cap. 12. nu. 95.
Fallit hoc in Regno ex diſpoſitione Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 234. cuius vigore nec declinare poterit, etiàm ſtante priuilegio inſerto in corpore iuris, ibidem, nu. 96.
Intelligas tamen Ritum prædictum, quando eſſet conuentus in foro paterno, in quo pater cōueniri poterat, ſecùs tamen ſi alibi, quàm in foro paterno fuerit conuentus, ibid. nu. 97.
Hæredis appellatio comprehendit non ſolum primum hæredem, verùm etiam vlteriores, p. 2. c. 2. nu. 50.
Hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris, par. 2. cap. 2. nu. 51.
Hæres inſtitutus ab ingrediente Monaſterium habet hæreditatem antè mortem naturalem Monachi teſtantis, & ſic facta profeſſione ſtatim, p. 2. c. 2. nu. 224.
Hæreditatis munus tranſmittitur ad hæredes cum onere ſuo, etiam in cauſa caduci, vel quaſi, p. 2. c. 2. num. 228.
Hæreditatis petitio naſcitur ſuper bonis remanſis poſt mortē alicuius, quæ eſt actio vniuerſalis, non autem petitio bonorum, p. 2. c. 14. num. 38.
Homines antè agriculturam viuebant ſeminibus, quæ ſua ſponte terra gignebat, par. 2. cap. 7. nu. 34.
Hypothecaria actio ſemper, & vndiq; datur inſolidum, non autem pro rata in caſibus, in quibus competit, p. 1. c. 7. nu. 45.
Hypothecaria actio competens pro decima datur inſolidum ſuper illis tantùm bonis, ex quibus debebatur decima, non autem ſuper alijs bonis non decimabilibus, p. 2. c. 7. nu. 46.
Hypothecaria actio competens pro decimis differt ab hypothecaria cōpetente pro alijs cauſis: nàm iſta competit inſolidum ſuper bonis debitoris, illa verò pro decimis datur inſolidum ſuper bonis tantùm decimabilibus, non verò ſuper non decimabilibus, p. 1. c. 7. nu. 47.
Amplia hoc etiam quòad hypothecariam debitam pro collectis, emphyteuſi, liuellarijs, & ſimilibus, quæ datur inſolidum tātummodò ſuper bonis emphyteuticarijs, Talliabilibus, & liuellarijs, non verò ſuper alijs bonis non ſubiectis, ibid. nu. 48.

la-

Digitized by Google

# INDEX.


I

IAcobi de Arena, & aliorum lapſus, dicentium, quòd ſi mulier nupſerit Kalendis Octobris, & deindè in fine Septembris ſequentis anni coactis vindemijs diuerterit, lucretur maritus vtramq; vindemiã, nihilo marito dimiſſo, p.2.cap.3.num.30.

Ianuarij menſe antiquitùs omnes penſiones ſummæ publicis rationibus inſerebantur, & à Kalendis eiuſdem incipiebat Officiorum adminiſtratio, p.2.cap.4.num.17.

Imol. in c.fin. de pignor. & Fachinæ. controu. iur. lib.8. cap.4. reprobantur, p.2. cap.1.num.61.

Impenſas factas gratia quærendorum fructuum deducit antè omnia grauatus in reſtitutione rei fideicommiſſo ſubiectæ, p.2.cap.2.num.4. Contrarium tamen voluerunt aliqui, vt ibidem.

Concordari ij poterunt, vt ibid.num.5.

Impenſa facta in inuenienda & aperienda lapidicina marmorea an, & quando repeti poſſit, p.1.c.17.num.33.

Impenſarum ſolutione facta per fideicommiſſarium non poterit grauatus prætendere portionem colonicam in fructibus, p.2.c.2. num.6.

Impulſu ad perfectionem, & æternitatem futuri ſæculi nihil conducibilius, ac amabilius excogitari poteſt, p.2.cap.2.num.121.

Indictio vndè originem traxerit, & cur ità dicatur, p.1 cap.8.num.51.

Indictum ſignificat idem, quod tributum, canon, & ſimilia p.1.cap.8.num.51.

Ingreſſus operatur, vt ingrediens renunciare habeat Mundo, eiuſq; pompis, ac vouere paupertatem, & obedientiam, p.2.c.2.nu. 118.

Ingreſſus intelligitur non per ſimplicem tantùm ingreſſum, ad finem euentus conditionis, ſed benè poſt factam Profeſſionem, p.2. c.2.num.130.

Iniuriarum actio dicitur eſſe in bonis noſtris, p.1.cap.13. num.46.

Inquiſitus de eodem delicto in loco originis, & in loco commiſſi delicti, poteſt puniri in loco originis, quando obtinuiſſet gratiam à Iudice loci delicti, p.1.c.12.num.18.

Inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali, non ſuccedit in iurepatronatus, p.1. c.16. num.186.

Inſtrumenti liquidatio facta contrà vaſallum in alieno loco, annullatur ad inſtantiam Baronis habentis priuilegium, vt cognoſcere poſſit contrà vaſallos, etiam ſi alibi contraxerint, cum annullatione actorum alibì faciendorum, non obſtante, quòd in eo loco fuerit celebratum inſtrumentum, cum renunciatione proprij fori, in quo fuerit liquidatum, p.1.c.12.n.22.

Inueſtitura facta de aquis aquarumq; decurſibus non debent eſſe inutiles, p.1.c. 3. num.69.

Intellectus ad l.iniuriarum in princip. ff.de iniur. p.1.c.5.num.29.

Eiuſdem l.§.fin. intellectus, ead.p.1.cap.5. num.14.

Ioannis Baptiſtæ Bilocttæ Patritij Beneuentani laudes, p.2.cap.14.num.2.

Irregularitas Clerici in ſacris conſtituti cõtrahentis matrimonium oritur ex delicto, non autem ex defectu cognitionis, p.2.cap. 2.num.154.

Iudæi, & Saraceni tenentur ad ſolutionem decimarum de prædialibus, non obſtante, quòd ſacramenta illis non adminiſtrentur, p.1.c.7.num.68.

Iudex laicus in caſu adſtrictionis debitorum decimarum ad illarum ſolutionem fit Iudex competens, tametſi quòad illarum ſiuè petitorium, ſiuè poſſeſſorium non ſit competens, & qualiter procedat, declaratur remiſſiuè, p.1.c.7.num.76.

Iudex incompetens an poſſit procedere ad capturam delinquentium, ad finem remittendi illos competenti Iudici, remiſſiuè, p.1.c.12.num.11.

Iudex loci delicti an præferatur Iudici originis in concurſu, an verò è contrà Iudex originis Iudici loci delicti, p.1.c.12.n.12.

Et quid quando vterq; haberet ampliſſima priuilegia, videlicèt, ille loci delicti, vt poſſit cognoſcere de delictis in territorio commiſſis, etiam per exteros, è contrà verò ille originis, vt poſſit cognoſcere de delictis vaſallorum, etiam extrà territorium cõmiſſis, ibid.num.13.

Iudex loci delicti præfertur Iudici loci originis, non obſtante, quòd Iudex originis habeat priuilegium, etiam de delictis commiſſis per vaſallos extrà territorium, quando eius priuilegium eſt anterius. p.1. c.12.num.14.


Nn Iu-

Iudicis, ſiuè Aſſeſſoris in Ciuitate Tarenti, ad quem ſpectet in Regno, ac per quem, cuiuſq; nomine expediatur poſtmodùm cōmiſſio poſt factam nominationem, p.1.c.16. num. 23.

Iudex originis præfertur Iudici loci delicti, quando præueniſſet in captura delinquentis, p.1.c.12.num.15.

Iudex loci originis poteſt punire vaſallum delinquentem in alieno territorio, quando non fuiſſet punitus per Iudicem loci delicti, prout delicti qualitas expoſcebat, ſed mitiùs, p.1.c.12.num.16.

Iudex remittens an poſſit præfigere terminum, infrà quem debeat expediri cauſa per Iudicem, cui fuit illa remiſſa, p.1.cap. 12. num.30.

Iudex contemptus ille ſolus erit, cuius iuriſdictio fuit contempta, par.1.cap.12.num. 66.

Iudices ordinarij locorum in Regno cognoſcunt vigore Regiæ Pragmaticæ in primis cauſis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus ſubditorum, p.1.cap.12.num.70.

Iudices non poſſunt ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ in ſententijs reſeruare facultatem indulgendi, moderandi, aùt commutandi pœnam corporalem in pecuniariam, p.1.cap.13. num.33.

Iurari in litem poteſt contrà fraudantes decimas, tàm Eccleſiaſticas, quàm laicales per habentes ius percipiendi illas, p.1.cap. 7. num. 27.

Iuramentum fidelitatis præſtandum à vaſallo Domino feudi directo, non poteſt obſeruari à Clericis, & à Monachis, p.2.cap. 2.num.189.

Iuriſdictio cauſarum ciuilium antiquitùs exercebatur per Baiulum, qui habebat cognitionem vniuerſalem omnium cauſarum ciuilium, tàm ſi agebatur actione perſonali, tàm ſi reali, & tàm ſi de parua, quàm ſi de magna quantitate ageretur, p.1.cap.9.num.10.

Iuriſdictionis ciuilis eſt proprium cognoſcere culpas omnes, caſus, & crimina, pro quibus nō venit principaliter imponenda pœna mortis naturalis, aùt ciuilis, aùt mutilatio membrorum, è contrà verò in quibus talia imponenda veniunt, ad iuriſdictionem criminalem pertinent, p.1.c.13.n.12.

Iuriſdictio ſuſpenditur Baroni in Regno ratione aùt delicti, aùt debiti, p.2.cap.11. num.4.

Ius licèt rigoroſum præferendum eſt æquitati, quando æquitas iuri repugnat, p.2.c.6. num.40.

Ius congrui permiſſus antiquitùs iure veteri, nouo tamen iure Codicis abrogatum, p.2.c.6.num.1.

Iure congrui retrahens Neapoli non ſoluit pretium iuxtà expreſſionem factam in inſtrumento, ſed benè prout appretiata res fuerit per Expertos, p.2 cap.6.num.9.

Ius congrui transfertur in ceſſionarium, qui vigore ceſſionis eo agere poterit, ac excipere aduerſùs emptorem, p.2.c.6.num.14.

Ius congrui competit non obſtante, quòd in inſtrumento venditionis fuerit appoſita clauſula, quòd non intelligatur dominium translatum, niſi facta priùs ſolutione pretij, p.2.c.6.num.15.

Ius congrui habet locum etiam in venditione neceſſaria facta ſub haſta, p.2.c.6.nu.16.

Non obſtante, quòd fuerit tantùm venalis expoſita res, tametſi non perfecta venditio, mediante cādela accenſa ſub haſta, ibid. num.17.

Intelligas hoc, quando adiudicaretur tertio, non verò quando ipſi principali creditori, ibid.num.18.

Ius congrui competit aduerſùs ementes fructus pendentes in re ſibi contigua, p.2.c.6. num.19.

Itèm competit in locatione facta ad lōgum tempus, ibid.num.20.

Ius congrui ceſſat in contractu emphyteutico, ex quo vtile tantùm dominium in eo transfertur, p.2.c.6. num.21.

Niſi tamen data fuiſſet facultas affrancādi in pecunia, eò quòd tùnc ſonaret potiùs in emptionem quàm in emphyteuſim, ibid. num.22.

Itèm, quando non tantùm vtile, verùm etiam directum dominium transfertur, ibid. num.23.

Fallit rursùs quoad directum Dominum, qui præfertur emptori, ibid.num.24.

Ac etiam in caſu conceſſionis vtilis dominij, in quo præfertur directus Dominus conceſſionario, ibid.num.25.

Ius congrui habet locum etiam in alienatione feudi, p.2.c.6.num.26 Hoc autem quomodò intelligatur, vt ibidem.

Ius

Digitized by Google

# INDEX.

Ius congrui ceſſat contrà emptores ab Hoſpitali Sanctiſſimę Annunciatę de Neapoli, par.2.cap.6.nu.27.
Ius congrui competens iure ſanguinis non habent ſpurij, tametſi legitimati, part. 2. cap.6.nu.28.
Iuris paſcendi ſeruitutes an acquirantur per longiſſimum tempus, ſi Custodes beſtiarum probibeantur, nè paſcua ſumant, par. 1.cap.6.nu.30.
Iuris paſcendi ſeruitus habet cauſam diſcontinuam, p.1.c.6.n.27.
Iuris paſcendi ſeruitus an ſit realis, an verò perſonalis, ac quādo vtraque, par.1.cap.6 nu.31.
Iuris paſcēdi ſeruitus aùt eſt viua paſtura, aùt vanę paſturę, & vtriuſque exempla, p.1.c.6.nu.32.
Iure paſcendi conceſſo, vel eo quęſito, non extenditur illud ad fructus arborum, p.1. cap.6.nu.33.
Iuris paſcendi vigore etiam inter duas Vniuerſitates, communitatem babentes, non poſſunt depaſci glandes, & alij fructus, qui ex arboribus percipiuntur, par.1.c.6. nu.34.
Etiam ſi ex priuilegio fuiſſet conceſſum ius illud paſcendi, ibi. nu.36.
Ius paſcendi habens in aliquo territorio non dicitur habere ius pernoctandi in illo, par. 1.c.6.n.37.
Iuris paſcendi in ſeruitute non includitur ius aquandi, vti diuerſum, part. 1. cap.6.nu. 38.
Ius paſcendi ad hoc vt Vniuerſitas aliqua quęrat in aliquo loco, oportet, vt Ciues illius paſcant ipſorum animalia nomine Vniuerſitatis, vel de eius mandato, aùt ratihabitione: nàm aliàs non ſufficeret ſola probatio, quòd animalia ſingulorum paſculauerint in territorio, part.1.cap.6. nu.51.
Ius paſcendi quęritur per Vniuerſitatem, quando decem, vel viginti homines ipſius Vniuerſitatis nomine illo vterentur ſpatio immemorabilis temporis, par. 1.cap.6. nu 52.
Ius paſcendi in Prouincia Hydruntina ex pręſcripta conſuetudine reſidet penès Barones, qui poſſunt etiam inibi vendere herbagium territoriorum ſuorum vaſallorum, ſecatis ſegetibus, par.1.cap.6.n.76.
Amplia etiam in illis locis, in quibus ius fidandi de conſuetudine reſidet penès Baronem, ibid.nu.77.
Iuriſpatronatus fructus in quo cōſiſtat, p.1. cap.16.n.118.& 120.
Iuſpatronatus an tranſeat in maritum, ac in creditorem ex cauſa pignoris dati, p.1. cap.16.nu.119.
Iuſpatronatus in caſu, quo tranſit cum vniuerſitate rerum, an requirat Epiſcopi licentiam, siuè aſſenſum, part. 1. cap.16. nu.121.
Iuſpatronatus tùnc tranſit in maritum cum Caſtro, Villa, alioque ſimili, cui cobaret, quando expreſsè prafata fuerint marito in dotem data, & tradita, non autem ex eo ſolo, quòd maritus ſit mulieris babentis Caſtrum, aùt Villam, cui illud cobaret, par.1.cap.16.nu.122.
Iuſpatronatus competit vſufructuario bonorum, cui cobaret, nō verò proprietario ipſorum bonorum.p.1.c.16.n.123.
Iuſpatronatus competit poſſeſſori magis, quàm Domino, & Patrono non poſſidenti, par.1.cap.16.n.124.
Et poſſeſſio iſthęc acquiritur per vnum actum tantùm præſentandi, ibid.n.125.
Dummodò præſentatio illa conſecuta fuerit effectum ſuum, mediante inſtitutione deſuper facta à poteſtatem inſtituendi babente, ibid.num.126.
Itèm dummodò non ſit lis inter Compatronos, quoniàm tùnc per præſentationem vnius cenſetur conſeruata quaſi poſſeſſio præſentandi alijs Compatronis. ibi.n.127.
Rursùs, niſi vltima praſētatio facta à parte Compatronorum nō interuerterit antiquam poſſeſſionem cōmuniter prępſentandi omnium Patronorūm, ibid.nu.128.
Iuſpatronatus an cenſeatur confiſcatum in confiſcatione omnium bonorum, excutitur articulus, p.1.c.16.n.129.
Iuſpatronatus eſt quid ſpirituale, vel ſaltim ſpiritualitati annexum, part. 1. cap. 16. nu.130.
Iuſpatronatus in omnibus caſibus, in quibus venit in confiſcatione bonorum, non tranſit in Fiſcum, nec etiam in baredes delinquentis, ſed remanet Eccleſia libera ſub poteſtate Epiſcopi, p.1.c.16.nu.132.
Iuſpatronatus tranſit cum hereditate vendita, conceſſa, aùt donata, in emptorem, con-



Digitized by Google

conceſſionarium, aut donatarium, par. 1. c. 16. nu. 133.
Iurispatronatus clauſula videtur ſuperflua in inueſtituris, cum transeat cum vniuerſitate Feudi, cui cohæret, abſque clauſula illa. par. 1. c. 16. nu. 134.
Fallit, quando iuſpatronatus eſſet Regium, de per ſe cohærens alicui Eccleſiæ, vel Capellæ exiſtenti intrà fines Caſtri, vel loci feudalis, ibid. nu. 135.
Iuſpatronatus an transeat cum vniuerſitate bonorum in fideicommiſſarium vniuerſalem, excutitur latiſſimè articulus, par. 1. cap. 16. n. 136.
Iuſpatronatus tranſit ad hæredē extraneum, par. 1. cap 16. nu. 137. Tranſit cum vniuerſitate bonorum, ibid. nu. 138.
Iuſpatronatus nedùm eſt ius honorificum, verùm etiam oneroſum, & vtile, part. 1. cap. 16. nu. 151. & 156.
Iuſpatronatus remanet pro rata penès hæredem, ſi reſtituēdo hæreditatem fideicōmiſſario detraxerit Trebellianicam, part. 1. cap. 16. numer. 152. Idem etiam ſi detraxerit ſimùl Trebellianicam, & legitimam, quoniam remanet apùd ipſum pro duplici portione, ibid. nu. 153.
Iuſpatronatus an tranſeat ad conductorem rei; affertur diſtinctio, an conduxerit ad modicum tempus, an verò ad longum, par. 1. cap. 16. nu. 154.
Iuſpatronatus non tranſit ad recipientem rem, cui cohæret, iure pignoris, vel obligationis, par. 1. cap. 16. nu. 155.
Iuſpatronatus quid ſit, part. 1. cap. 16. num. 156.
Iuſpatronatus obligari non poteſt, par. 1. cap. 16. nu. 157.
Iuſpatronatus non poteſt per Iudicem adiudicari vni ex hæredibus in diuiſione hæreditatis, quemadmodùm nec etiam aſſignari vni ex hæredibus tantùm habenti minorem pàrtem hæreditatis pro adæquatione, par. 1. c. 16. n. 158.
Iuſpatronatus non poteſt poni in æſtimo, ad finem exigendi pro illo collectas, part. 1. cap. 16 nu. 159.
Iuſpatronatus aùt eſt ſæculare, aùt Eccleſiaſticum, par. 1. cap. 16. n. 160.
Iuſpatronatus Eccleſiaſticum dicitur quotieſcumq; ex bonis Eccleſiaſticis cōſtituitur Eccleſia, vel dotatur, aùt competit alicui ratione Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ dignitatis, par. 1. cap. 16. nu. 161.
Iuſpatronatus laicale dicitur illud, quod originem trahit à rebus proprijs, & ſæcularis patrimonij, par. 1. cap. 16. n. 162.
Iuſpatronatus ſi fuerit mixtum, partim ſcilicet laicale, partim Eccleſiaſticum, habebitur de illo ratio, ſicuti de Eccleſiaſtico, etiam ſi duæ partes ipſius pertineant ad Patronos laicos. p. 1. c. 16. n. 163.
Iurispatronatus collatio elapſo aùt quatrimeſtre, aùt ſemeſtre reſpectiuè, deuoluitur ad Ordinarium, qui habebit aliud ſemeſtre ad conferendum, computandum à die vltima lapſi quatrimeſtris, aùt ſemeſtris, par. 1. cap 16. nu. 167. Limita tamen, quando eſſet contentio inter plures de iurepatronatus, quo caſu non niſi elapſo ſemeſtre poterit Epiſcopus prouidere, ibid. nu. 168.
Iuripatronatus tàm Eccleſiaſtico, quàm ſæculari poteſt Summus Pontifex derogare, par. 1. c. 16. n. 169.
Quādo tamen derogat iuripatronatus ſæculari, oportet vt fiat expreſſa mētio derogationis in literis Apoſtolicis, ibi. n. 170. Et hoc etiam ſi fuerit mixtum iuſpatronatus, partim ſæculare, partim Eccleſiaſticum, ibid. nu. 171.
Iuripatronatus an poſſit derogare inferior à Papa, & ſic Legatus Apoſtolicus, part. 1. cap. 16. n. 172.
Iuſpatronatus duplex, aùt ſ. hæreditarium, aùt familiare, ſeù gentilitium, par. 1. c. 16. nu. 173.
Iuſpatronatus familiare, ſeù gentilitium quale dicatur, par. 1. c. 16. nu. 174.
Iuſpatronatus competens ſeniori de parentela, ſi vita functus obierit ſenior ille, qui obtinebat, non tranſit ad eius hæredes, ſed reuertitur ad alium de parentela, in quo concurrat qualitas ſenioris, par. 1. cap. 16. nu. 175.
Iuſpatronatus gentilitium, ſeù familiare, finita linea contemplata à Fundatore, trāſit ad extraneos, p. 1. c. 16. n. 176.
Iuſpatronatus, quod quis reſeruauit pro ſe, filijs, & deſcendentibus, poteſt reſeruans viuens in alios transferre, etiam extraneos in præiudicium nominatorum, par. 1. cap. 16. nu. 177.
Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium

tarium, par. 1. cap. 16. num. 178.
Et proindè cenſetur acquiſitum iure hæreditario potiùs in dubio, quàm iure ſanguinis, ibid. num. 179.
Iuripatronatus ſucceditur regulariter in ſtirpes non verò in capita, part. 1. cap. 16. nu. 182.
Iuſpatronatus eſt indiuiduum exiſtens quòad ſubſtantiam ipſius penès quemlibet ex patronis inſolidum, p. 1. c. 16. n. 183. Intelligas tamen quòad ius, non verò quòad exercitium præſentandi, quod tranſit ad hæredes pro portione hæreditaria, ibidem, num. 184.
Iuripatronatus ſucceditur in capita quando plures ſuccedunt, non iure hæreditario, ſed benè iure legati, vel donationis, par. 1. cap. 16. nu. 185.
Iuſpatronatus acquiritur ex fundatione, dotatione, ac conſtructione, part. 1. cap. 16. nu. 187.
Quando dicatur illud acquiri fundatione, quando conſtructione, quando verò dotatione, ibid. nu. 188.
Iuſpatronatus prætendens vigore dotationis de nouo factæ, docere debet, dotem primo loco conſtitutam redactam eſſe de eſſe ad non eſſe, par. 1. cap. 16. nu. 189.
Iuſpatronatus in dubio præſumitur potiùs ex fundatione, quàm ex dotatione, aût conſtructione p. 1. c. 16. n. 191.
Iuſpatronatus ad conſtituendum ſufficit alterum tantùm, quippè aût dotatio, fundatio, aût conſtructio, p. 1. c. 16. n. 192.
Iuſpatronatus competens in Prioratu Conuentuali non acquiritur ſola dotatione, aût fundatione, ſed requiritur priuilegiũ, par. 1. cap. 16. nu. 193.
Iuſpatronatus poteſt acquiri, etiam ceſſantibus dotatione, conſtructione, aût fundatione, in caſu, de quo ibi. part. 1. cap. 16. nu. 197.
Iuſpatronatus acquiritur etiam titulo donationis, legati, fideicommiſſi, & ceſſionis, par. 1. c. 16. nu. 198.
In talibus acquiſitionibus & tranſlationibus requiritur aſſenſus Epiſcopi, niſi trãſferatur illud in Eccleſiam, ibid. n. 199.
Iuſpatronatus adprobandum quæ requirantur, p. 1. c. 16. n. 204.
Iuſpatronatus quòad Potentes, Magnates, Communitates, & Vniuerſitates præſumitur vſurpatione potiùs quæſitum, quã iure. p. 1. c. 16. nu. 207.
Inter Magnates connumerantur quòad hoc Barones habentes iuriſdictionem temporalem perpetuam. ibid nu. 208.
Itèm Parochiani prætendentes iuſpatronatus in Eccleſia Parochiali, vel alijs Eccleſijs conſtitutis intrà fines Parochiæ, ibid. nu. 209.
Connumerantur itèm non tantùm Vniuerſitates magnæ, quàm paruæ, ibi. nu. 210.
Fallit hoc quòad Eccleſias Monaſteriales, vel Conuentuales, ibid. nu. 211.
Iuſpatronatus ex inſignijs, & armis depictis in foribus Eccleſiæ probatur, par. 1. c. 16. nu. 217.
Probatur itèm ex literis marmoreis deſcriptis antè eiuſdem Eccleſiæ fores; ibidem, nu. 218.
Probatur rurſùs per literas inſtitutionis factæ ab Epiſcopo, in quibus enunciatur, Eccleſiam eſſe de iurepatronatus, ibidem, nu. 219.
Iuſpatronatus an tranſeat in illegitimum, & quid de legitimato p. 1. c. 16. n. 223.
Iuſpatronatus quibus ex cauſis amittatur, p. 1. c. 16. n. 225.
Iuſpatronatus an amittatur per non vſum, remiſſiue, p. 1. c. 16. n. 226.
Ius præſentandi dicitur eſſe in fructu, par. 1. cap. 16. nu. 5.
Ius præſentandi quibus perſonis non competat, par. 1. cap. 16. nu. 221. Quibus itèm perſonis competat, ibid. nu. 222.
Ius retractus an admittatur in venditione molendini cum diſtinctione, par. 1. cap. 3. nu. 87.
Ius ſanguinis eſt incommutabile, par. 1. c. 2 nu. 165.
Ius ſepulchrorum an tranſeat cum vniuerſitate bonorum, excutitur articulus, par. 1. cap. 16. nu. 140.
Ius ſepulchrorum an differat, vel conueniat cum iurepatronatus, & quæ differentiæ inter ipſa intercedant, p. 1. c. 16. n. 141.
Ius ſepulchri quid ſit, & quibus illud competat, p. 1. c. 16. nu. 144.
Ius ſepulchrorum eſt perſonale, competens perſonis tantùm comprehenſis in pacto, aût ſ. iure familiaritatis, aût hæreditario, aût mixtim, p. 1. c. 16. n. 146.
Iure naturæ multa ſunt licita, quæ poſtmodùm

dùm per legem humanam fuerunt prohibita, aùt attenta Reipublicæ vtilitate, aùt cauſa iuſta reſpiciente bonum, regimen Reipublicæ, p.1.c.5.num.19.

K

KAlendarium quid ſignificet in terminis l. vxori meæ ff. de vſufr. legato, p.1.c.17. num.18.

L

LAc, pili, & lana ſunt in fructu, p.1.c. 17.num.130.
Laici ex diſpẽſatione Pontificia ſunt capaces decimarum, tametſi non iuris decimandi, p.1.c.7. num.3.
Laicus an poſſit recipere in feudum ius decimandi cum diſtinctione, an ſ. ſi antè, vel poſt Concilium Lateranenſe, p.1.c.7.num. 94.
Lapidicinæ ſunt in fructu, p.1.cap.17.num. 22.
Lapidicinæ vſus an pertineat ad poſſeſſorem Maioratus, p.1.c.17.num.43.
Lapidicinas incidens, ſi fuerit fundus effectus deterior, non compenſabit lapides, ac marmor cum expenſis, ſed tenebitur etiam ad intereſſe, p.1.c.17.num.44.
Lapis an renaſci poſſit, parte 1.cap.17.num. 23.
Lapis ſi renaſcatur, nõ renaſcitur breui tempore; & proindè eius vegetatio non cernitur oculis, ſed benè viſu percipitur, dùm facta eſt, p.1.c.17.num.24.
Lapides, qui non renaſcuntur, licèt non ſint in fructu verè, & propriè, habentur tamẽ loco fructuum, parte 1. cap. 17. num. 37.
Lapides nemo incidere poteſt in aliena lapidicina inuito Domino, p.1.cap.17.num. 45.
Intelligas tamen de lapidibus, qui vbiquè reperiri poterunt, ibid. num.46.
Lapides pretioſos, qui non inueniuntur in omni loco, poteſt quiſpiam inuenire in fundo alieno, & inuentos ſuos facere, deducta vna decima Domino fundi, & altera decima Fiſco, parte 1. cap. 17. num. 47.
Latronis publici, ac Diſrobatoris ſtratarum remiſſio denegatur Baroni, ſed ij ab eo Iudice inibi puniri, & caſtigari poterunt, per quem capti fuerunt, p.1.cap.12.num. 38.
Intelligas, quando verè ab ipſo Iudice fuerint capti, nàm ſecùs ſi fuerint ei conſignati ab alio Iudice, quoniàm tùnc datur remiſſio, ibid.num.41.
Latrones publici, ac ſtratarum diſrobatores qui dicantur, & an ſufficiat vnicum delictum in ſtrata commiſſum, an verò requirantur iterata furta, ſeù delicta, p.1. c.12. num.39.
Latronum publicorum, & ſtratarum diſrobatorum appellatione veniunt etiam Piratæ, ac diſrobatores in mari, p.1.cap.12. num.40.
Latronum publicorum, ac ſtratarum diſrobatorum ſi aliquis fuerit captus à Iudice Regio, alius verò ab aliquo inferiore Officiale, an de illorum cauſa cognoſcat ſolus Iudex Regius, an verò quilibet cognoſcere poterit de exiſtente in ſuis fortijs, p.1.c. 12.num.42.
Laudimiorum exactio eſt in fructu, p.1.cap. 14. num.1.
Laudimium eſt fructus iurium, & actionum, p.1.c.14.num.2.
Laudimium eſt fructus ex re, ſiuè propter rem emphyteuticariam prouenïens, p.1.c. 14. num.3.
Laudimiorum exactio pertinet ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium, p.1.c.14.num.4.
Laudimiorum exactio pertinet ad conductorem rei emphyteuticariæ, non ad Dominum locantem, quàmuis locator laudare non poſſit, p.1.c.14.num.5.
Laudimiorum exactio pertinet ad vxorem vſufructuariam relictam à marito, alio hærede vniuerſali relicto, p.1.c.14.nu.6. Intelligendo tamen iuxtà conſuetudinem Bulgari communiter approbatam, vt ibidem.
Laudimiorum exactio pertinet ad maritum, vti vſufructuarium rei dotalis dominij, p.1.c.14.num.7.
Pertinet rursùs ad patrem, vti vſufructuarium bonorum filij, ibid.num.8. Niſi tamen emphyteuſis fuerit relicta filio ſub cõditione, nè pater aliquid conſequatur, ibid. num.9.

Lau-

Digitized by Google

*Laudimioru̅ præſtatio, & exactio eſt quinquageſima pars pretij, vel æſtimationis, p.1. c.14. num.10.*

*Poteſt tamen conſuetudine induci, vt ſit maior quinquageſima, & conſuetudo iſthac eſt approbata de iure, ibidem num. 11.*

*Laudimium petendi an ſit in electione Domini iuxtà pretium diſtinctum in contractu, an verò iuxtà æſtimationem, p.1. c.14. num.13.*

*Laudimiorum materia eſt diſpoſita, & capax ad recipiendas varias fraudes, ex probabilibus coniecturis reuincendas, p.1. c.14. num.14.*

*Laudimium debetur etiam ex venditione facta cum pacto de retrouendendo, p.1.c.14. num.15.*

*Debetur rursùs etiam in caſu dationis inſolutum facta creditoribus, ibidem num. 16.*

*Debetur inſuper ex quacumq; neceſſaria alienatione, & ſignanter in facta ſub baſta, quando alienatio neceſſaria oriretur ex obligatione contracta per ipſum alienantem, ibid.num.17.*

*Debetur itèm in caſu donationis, & legatorum rei, & iuris emphyteutici, ibid.num. 18.*

*Item ex permutatione rei emphyteuticæ, ibid num. 19.*

*Debetur etiam in caſu retractus iure propinquitatis, ibid.num.20.*

*Legatus à latere concurrit cum Ordinario in collatione beneficiorum, p.1.cap.16.num. 60.*

*Legatum mille factum à patre filiæ, ſi nupſerit, ducentorum verò ſi Monaſterium ingrediatur valet, p.2.c.2.num.126. Fallit ſi diceret, ſi Monialis, aùt Monacus, aùt Preſbyter non fiat, ibid.num.127. Valet tamen ſi legando diceret, nè in aliquod certum Monaſterium ingrediatur, cùm in tali caſu non videatur adempta facultas ingrediendi in alijs, ibidem numer. 128.*

*Legatum factum Monaco ea lege, vt nihil quæratur Monaſterio, an valeat, p.2.c.2. num.129.*

*Legatum relictum alicui ſub conditione, ſi Monaſterium ingrediatur, vel tempore ingreſſus, an cedat per ſolum ingreſſum, vel requiratur etiam Profeſſionis emiſſio, p.2.c.2. num.131.*

*Legato incepto, ac per mortem legatarij finito, extinguitur onus ſibi iniunctum quòad omnes, p.2.c.2.num.232.*

*Legatum nominatim relictum ab inſtituto, non cenſetur repetitum à ſubſtituto, p.2. c.2.num.234.*

*Quemadmodùm nec etiam à venientibus ab inteſtato, ibid num.235. Fallit, quando adeſſet clauſula codicillaris, ac clauſula omni meliori modo in teſtamento, ibid. num.237.*

*Legata valent, & ſubſtinentur inter coniuges, nec cadunt ſub prohibitione donationis inter illos, licèt legatum ſit donatio, p.2 c.3.num.176.*

*Legatum rei annuatim relictæ vſuſfructui comparatur, p.2 c.10.num.1. Differt nihilominùs in multis ab ipſo vſufructu, ibid. num.2.*

*Legatum annuum non extinguitur capitis diminutione, tametſi vſusfructus finiatur, p.2.c.10.num.3.*

*Legatum annuum debetur hæredi legatarij, non obſtante, quòd non tranſierit integer annus, p.2.c.10.num.4.*

*Legatum annuæ præſtationis relictum ſub conditione, donec vidua erit, vel donec nõ nupſerit, aùt donec nubat, debetur tametſi integer annus non tranſierit circà conditionis adimplementum, parte 2. cap. 10. num.6.*

*Legatum annuum cenſetur iuris diſpoſitione relictum ſemper à teſtatore in cauſam alimentorum, p.2.c.10.num.7.*

*Legatum annuum videtur limitatum ad vires patrimonij, & propterea dato, quòd hæres non confecerit inuentarium, non tenebitur vltrà vires hæreditarias, p.2.cap. 10. num 8.*

*Legatum annuum fit de ſui natura perpetuum, & ſic ad vitam legatarij, quandò fuerit ſimpliciter relictum, p.2.c.10.num. 10.*

*Legati annui præſtatio tranſit etiam in hæredes hæredis, dato adhùc quòd fuerit per teſtatorem iuſſum, fore illud præſtandum per infraſcriptos hæredes, p.2.c.10. num. 11.*

*Legatum annuum pro primo anno eſt purũ, pro ſequentibus verò fit conditionale, p.2. c.10.n.12.*

Le-

Digitized by Google

Legatum annuum debetur à die mortis teſtatoris, non obſtante, quòd multo tempore poſt mortem fuerit apertum teſtamentum, p.2.c.10.nu.13. Et hoc adeò, vt nulla requiratur interpellatio, ibidem num. 14.

Legatum annuum ſoluendum erit de fructibus rei hæreditariæ, p.2.cap.10.num.15. Datur pro eo actio contrà illum, qui percipit fructus, ibid.num.16. Et ſi non ſufficiunt fructus, non tenebitur de ſuo hæres reſiduum ſoluere; ibid. num.17. Contrarium tamen de iure verius, quando perpetua iniungitur præſtatio annua, dato etiã adhùc, quòd taxatiuè ſuper fructibus certæ rei fuerit relicta præſtatio, ibid.nu.18. Eò fortiùs in legato annuo alimentorum, ibid. num.19.

Legatum annuum extinguitur morte legatarij, p.2.c.10 num.20. Dato adhùc, quòd circa præſtationem fuerit tempus præfixum, putà decemnium, quia ſi infrà illud decemnium perierit legatarius, adhùc extinguetur legatum. ibid.num.21.

Legatum annuum an tranſmittatur ad hæredes, dato adhuc, quòd ſub aliqua conditione iàm purificata relictum fuerit quæ indè defecerit; parte 2. cap. 10. numer. 22.

Legatum annuum debetur poſt mortem legatarij, quando præſtatio non eſt verè annua, ſed pro commoditate hæredis fuiſſet diſtributa ſolutio in plures terminos p.2. c.10. num.23.

Legati vſuræ debentur, ſi iuſſum fuerit per teſtatorem, vt donec non ſoluatur quantitas legata præſtentur, nec imputabuntur in capitale pretium, parte 2.cap.10.num. 24.

Legatum annuum extinguitur ſpatio centum annorum, p.2.c.10.num.25. & 27. Fallit, quãdo legatum cauſam perpetuam haberet, quæ etiam poſt centum annos duraret, ibid.num.26.

Legitima debetur filijs de ſubſtantia bonorum patris, non autem de fructibus, p.1. c.2.num.15.

Fallit in ſupplemento legitimæ, quæ poteſt præſtari de fructibus, vt ibidem.

Legitima debita filio in bonis patris ingrediente patre Monaſterium, ſtatim ipſi filio debetur poſt factam profeſſionem per patrem, non expectata adhùc ipſius morte, parte 2. cap.1.numer.128.

Legitima competit matri in bonis filij, p.2.c. 2.num.247.

Legitimationis qualitas in iurepatronatus familiare, ſiuè gentilitio tantùm requiritur, non verò in hæreditario, p.1.c.16.nu. 224.

Legumina ſunt illa, quæ ſiliqua continentur, p.1. c.17.num.80.

L.vnic.C.quand.Imper.inter pupill.& vid. extenditur ad alias etiam perſonas ibi nõ nominatas ex paritate rationis, p.1.c.12. num.51. Idq; quia arbitrio Iudicis relinquitur, quæ dicantur miſerabiles perſonæ, ibid. num.64.

L.vnic. C.quand.Imper. int.pupill. & vid. reſpexit non tantùm ad ſtatum aùt pupillarem, aùt aliàs, verùm etiam ad miſerabilitatem perſonarum, vt.ſ.ſint miſerabiles fortunæ iniuria, p.1. cap.12. num. 54. & 59. Eiuſdem l.vnic. intellectus, ibid. num.55.

L.malum §.viduam ff.de verb.ſignif. intellectus, p.1.c.12. num.58.

L.vnic. C.quand.Imper. inter pup.& vid. priuilegium an competat etiam ei pupillo, qui in poteſtate patris exiſtit, p.1.c.12. num.60.

Et quid de eo pupillo, qui mortuo patre remanſit in poteſtate aui, ibidem numer. 61.

L.eleganter §.fin. ff.de pignorat.act. intellectus, p.1.cap.13.num.14.

L.exequutores 8. C.de ſuſcept. præpoſit. lib.10. intellectus, parte 1. cap.16. num. 33.

L.ſuper creandis C. de iure Fiſci lib.10. intellectus, p.1.c.16.num.34.

L.quædam 62. ff.de acquir.rer.dom. intellectus.p.1.cap.16.num.147.

L.in modicis 24. ff.de contrah.empt. intellectus, p.1. c.16. num.148.

L.ſi mercedem §.eum fundum ff. de act. empt. intellectus, parte 1. cap. 16. num. 149.

L.fructus 49. ff.de vſufruct. ac l.fructus 72. ff.de regul.iur. antynomia cum l.intereſt 6. C. de vſufruct. parte 1. cap. 17. numer.2.

L.intereſt C.de vſufr. intellectus, p.1.c.17. num.3.


L. di-

Digitized by Google

L.diuortio §. ſi vir in fūdo ff.ſolut. matrim. *intellectu difficilis, parte 1.cap.17.num. 26.*

L.fin.ff.de fund.dotal. *intellectus, p.1.c.17. num.32.*

L.item ſi fundi 10. verſ. ſed ſi metalla ff.de vſufr. *intellectus, parte 1. cap. 17. num. 34.*

L.vti frui §.fin. ff.ſi vſuſfr. pet. *intellectus, p.2. cap.1. num.5.*

L.ſi vſufructuarius §.Iulianus ff.quib.mod. vſusfr.amitt.*examinatur, p.2.cap.1.nu. 25.*

*Eiuſdem* l.*facti ſpecies proponitur, & declaratur ſecundùm* Authorem, *ibid. num. 27.*

L.qui ſcit 25. §.prætereà ff. de vſur.*facti ſpecies proponitur per* Authorem,*& examinatur, p.2.cap.1.num.30.*

L.ſi fur 14.ff.de vſufruct. *examinatur ab* Authore,*illiuſquè facti ſpecies proponitur, & excutitur, parte 2. cap. 1. num. 31.*

L.diuortio ff.ſoluto matrim. *ratio, ac diſpoſitio non viget in fideicommiſſario, ſed diuerſa in eo ratio attenditur circà diuiſionem, & lucrationem fructuum, p.2.cap.2. num.21.*

L.Hærennius ff.de vſur.& l.in fideicommiſſariam ff.ad Trebell.*locum vendicant in fideicommiſſo vniuerſali, non verò in fideicommiſſo particulari, & ſic certa rei, p.2.c.2. num.28.*

L.in fideicommiſſariam ff.ad Trebell. *intellectus, p.2.c.2.num.29.*

L.Celſus 29.ff.de legat,2.*facti ſpecies recenſetur, p.2.c.2.num.233.*

L.diuortio ff.ſolut,matrim.*facti ſpecies proponitur, p.2.c.3. num.17.*

L.diuortio ff.ſolut,matrim,*calculus per* gloſ. *poſitus recenſetur, par.2, cap.3, num.19. Ille tamen quàmuis communiter ab Antiquis approbatus, de iniquitate nihilominùs notatur à Modernis, & reÿcitur, ibid. num.20.*

L.diuortio ff.ſolut,matrim. *calculum diuerſimodè quamplures* DD.*effinxerunt, p.2. c.3. num.21.*

L.diuortio ff. ſolut, matrim, *intellectus ſecundùm* Authorem,*p.2.c.3,num.22.vſq; ad num.30.*

L.diuortio ff. ſolut. matrim. *verba an ſint* Papiniani, *an verò* Vlpiani *in dubium refricari poteſt, parte 2. capit.3. numer. 23.*

*Eiuſdem* l.*verbum,* confundi,*qualiter exponatur ſecundùm* Authorem, *ibid.num. 24.*

L.diuortio ff.ſolut.matrim. *verum intellectum ſolus* Duarenus *aſſequutus eſt, qui Geometrica proportione illius calculum fore faciendum ſtatuit, par.2.cap.3.num. 26.*

L.cùm plures §.meſſem ff.locat. *intellectus, p.2.cap.5.num.29.*

L.2.C.de pact.inter empt.& vend. *intellectus, p.2.cap.6.num.34.*

L.quod ſcitis §.ſin autem C.de bonis,quæ liber. *intellectus, parte 2. cap. 14. num. 43.*

*Linum, & canape ſunt in fructu, p.1.c.17. num.115.*

*Locupletari nemo debet cum aliena iactura, p.2.cap.5.num.36.*

*Lucus dicitur nemus arboribus denſum, p.1. cap.6.num.26. In quo differat Lucus à Sylua, ibidem.*

*Lunæ obſeruationem in lignis ſcindendis notat* Diuus Anſelmus in lib. de imagine mundi cap. 22.*parte 1. capit. 6. numer. 23.*

M

M*Agiſtratuum electio antiquitùs reſidebat penès Decuriones, p. 1.cap. 16.num.32.*

*Maioratus idem eſt quod primogenitura, & ſinonyma verba ſunt, eandem ſignificationem habentia, parte 2. cap.9. numer. 2.*

*Maioratus ad feuda an valeat argumentatio, p.2.c.9.num.3.*

*Maioratus morte poſſeſſoris finitur, quemadmodùm & vſusfructus, parte 2.cap.9. num 4.*

*Maioratus poſſeſſor dominium habet rei maioratui ſubiecta, reuocabile tamen ad inſtar mariti, parte 2. capit.9. numer.5.*

*Maioratus habet onera plurima annexa, p.2.c.9.num.6.*

*Maioratui ſubiectorum bonorum reſtitutio fit ex neceſſitate mortuo Maioratus poſ-*



Digitized by Google

ſeſſore, parte 2. cap. 9. num. 7.

Maioratus onera dixerunt aliqui, magis figuram onerum habere, quàm illorum vim, & effectum, parte 2. capit. 9. numer. 8.

Maioratus ex antiquo fundati, ac fideicommiſſi ſucceſſio non prouenit ex ſucceſſoris voluntate, ſed ex neceſſitate, ac lege appoſita primo loco à primo ipſius Maioratus inſtitutore, p. 2. c. 9. num. 11.

Maioratus quid ſit, parte 2. capit. 9. num. 14.

Maioratus inſtitutio ſignificat conſeruationem familiæ, & agnationis teſtatoris, nec ob aliud inſtituuntur, niſi vt bona in familia, & agnatione conſeruentur, p. 2. c. 9. num. 15.

Maioratus in aliquibus conueniunt cum fideicommiſſis, in multis verò inter ſe differunt, p. 2. c. 9. num. 16.

Maioratus an veniant appellatione legatorum, & laſſitorum, ità vt illis reuocatis, aùt moderatis, reuocatus pariter, ac moderatus cenſeatur Maioratus, p. 2. cap. 9. num. 18.

Manna eſt in fructu, & dupliciter colligitur, aùt ſ. ex inciſuris arborum, aùt ex folijs, p. 1. c. 17. num. 120.

Maritus ex dolo conuentus perdit priuilegium, nè conueniri poſſit, niſi in quantum facere poteſt, p. 1. c. 13. num. 101.

Maritus ali debet à Monaſterio, ſi vxor conſentiente ipſo marito illud ingrediatur, & in idem transferat dotes, & bona ſua, p. 2. cap. 1. num. 133. Fallit, quando Monaſterium eſſet inops, ibidem numer. 135.

Maritus an lucretur pro rata vindemiam, in qua tardiùs vuæ fiunt, ſi diuerterit mulier illis non collectis, an verò integræ illæ ad vxorem ſpectent, quæ diuortio facto collegit, p. 2. c. 3. num. 32.

Et quid in caſu, quo præcepta penſione anticipatim fundum locaſſet, poſtmodùmq; nupſiſſet, an maritus poſſit ad ratam temporis accipere de penſione ſequentis anni, ibid. num. 33.

Rurſùs, quid ſi fundus locatus non fuiſſet, poſtmodùm verò non locato fundo fuerit matrimonium diſſolutum, vtrùm retinebit ratam ex vindemijs per ipſum perceptis, ibidem numer. 34.

Maritus, aùt hæredes eius tenentur ad vſuras rei mobilis in dotem datæ infrà annum indultum ad illam reſtituendam ſoluto matrimonio, parte 2. capit. 3. num. 37.

Maritus an poſſit ſolus facere retrouenditionem cenſus dotalis, ſibi in dotem dati, in beneficium debitoris reementis, examinatur articulus, p. 2. c. 3. num. 82.

Maritus non fit Dominus rerum ſibi traditarum ab vxore in ſubſtentationem filiæ, eò quòd non cenſentur in tali caſu conceſſa in dotem, p. 2. c. 3. num. 112.

Maritus non fit Dominus dotis in caſu nullitatis matrimonij, ſed tenetur bona illa reſtituere vnà cum fructibus, p. 2. c. 3. nu. 128.

Marmor exciſum in fundo mulieris dotali an, & quando ſit mariti, p. 1. c. 17. num. 25.

Maſculinitatis qualitate expreſſa in teſtamento, præſumitur voluiſſe bona conſeruari in familia, p. 2. c. 2. num. 48.

Maſculinitatis qualitas appoſita in gradu ſubſtitutionis, & fideicommiſſi cenſetur repetita in ſecundo, & vlteriori caſu, in quo fit nominatio filiorum ſimpliciter, p. 2. c. 2. num. 239.

Mater ſi extiterit honeſta, & probatæ vitæ præfertur in Baliatu cæteris coniunctis, p. 1. c. 16. num. 235.

Mater excluditur à legitima ſibi debita in bonis filij per ſubſtitutionem pupillarem factam dicto filio impuberi, p. 2. c. 2. num. 248.

Materia diuiſionis fructuum perplexa admodùm, anceps, & controuerſa, p. 1. cap. 1. num. 1.

Materia diuiſionis fructuum Dedali labirynto ſimilis, p. 1. c. 1. num. 2. Rurſùs ſimilis Hydræ ſeptem capitum, ibidem numer. 3.

Medicus dicitur nedùm qui totum corpus medetur, verùm etiam qui dentem, aùt auriculam, aùt aliam partem corporis, p. 2. c. 11. num. 22.

Medicorum appellatione non veniunt Incantatores, qui precationibus, aùt incantationibus vtuntur, parte 2. cap. 11. num. 23.

Men-

Digitized by Google

*Mendicantes validi ſubijciuntur ijſdem pœnis, quibus vagabundi ligantur, p.1.c.12. num.87.*

Mendicantium validorum pœna qualis de iure communi, p.1.c.12.num.88.

Mendicantes validi qui propriè dicantur, p.1.c.12.num.89.

*Mendicantes validi grauiter peccant, petendo eleemoſynam, eò quòd auferunt illam à pauperibus inualidis, quapropter verè fures dici poſſunt, p.1.c.12.num.90.*

Mendicantium validorum pœna extenſa eſt ad illos etiam, qui faciunt ſibi herbis, & ſuppoſitorijs tibias, vel manus intumeſcere, vt videantur claudi, vel manibus contracti, p.1.c.12.num.91.

Mendicantium validorum pœna non ligat Nobiles pauperes, p.1.c.12.num.92.

*Item nec Religioſas perſonas, quæ mendicitatem profitentur ex voto Religionis, ibid. num.93.*

*Rurſus, nec ligat ſenes, eò quia cùm ſenectus ſit morbus, verè morboſi dici poterũt, ibid. num.94.*

Menoch. *ſibi ipſi contrarius in diſtinctione fructuum p.1.c.2.num.4.*

*Merces operarum hominis eſt in fructu laboris, licèt non ſit in fructu rei, p.1.c.15. num.17.*

Mercedes Magiſtrorum, & Fabrorum, ſiuè operæ ſeruorum, ac vectura nauium, & beſtiarum ſunt in fructu, p.1.c.17.num. 14.

*Metalla inuenta poſt vſumfructum legatum pertinent ad vſufructuarium, p.1.c.17. num.27.*

*Mobilium appellatione an comprehendatur frumentum, ordeum, vinum, oleum, & ſimilia in legato mobilium facto, p.1.c.2. num.27.*

*Molendinum non poteſt quis facere ex parte ſuperiori habentis molendinum inferius, p.1. c.3. num.73.*

*Intelligas tamen, quando ad æmulationem faceret, vt ibidem. Ad æmulationem tamen non dicitur fieri, quando per conſtructionem molendini tolleretur ſolus cõcurſus molientium, ibid.num.74.*

*Molendinum conſtituere, quis non poterit in præiudicium habentis antiquius molendinum, p.1.c.3.num.75.*

*Et antiquitas attenditur à die, quo quis cœpit ædificare, non verò à die, quo perfecerit opus, vt ibidem.*

Molendinum *ædificare in ſuo cuiq; licet, etiã ſine licentia Baronis habentis merum, & mixtum imperium, p.1.c.3.num.76.*

Molendina *non tangentia alueum fluminis, qualia ſunt facta cum tabulis concatenatis, cuilibet facere licet in fluminibus publicis, p.1.c.3.num.77.*

*Molendina ædificata in ſolo proprio burgenſatico ex aqua feudali dijudicantur feudalia ex aqua, non verò burgenſatica ex ſolo, p.1.c.3. num.81.*

Molendini *venditione facta, vel donatione, intelligitur etiam facta de mola nondùm affixa, verùm parata pro renouandis veteribus, p.1.c.3. num.82.*

Molendina *an computentur inter mobilia, an verò inter immobilia cum diſtinctione, p.1.c.3.num.85.*

Molere *qui tenetur in molendino alterius, vtrùm liberetur ſoluta mercede ſolita, ſi nollet eò ire ad moliendum, an verò præcisè teneatur, p.1.c.3.num 83.*

Monachi, & *Regulares non poſſunt promoueri ad Eccleſias Parochiales Curatas, aùt ſeculares, p.1.cap.16.num.44. Poterunt tamen accedente Summi Pontificis authoritate, ibid num.45. Poterunt itèm ad Beneficia ad nutum amouibilia, ibid. num.46.*

Monacus *dicitur mortuus* Mundo, *p.2.c.1. num.122.*

Monacus *debet ali à* Monaſterio, *in quod tranſtulit bona ſua, p.2.cap.1.num.129. Et ſi* Monaſterium *illum alere noluerit priuabitur bonis in ipſum translatis, ac alijs, quæ à* Monaco *acquiſiuit, ibid.num. 130. Amplia, vt teneatur etiam alere filios* Monachi, *ibid.num.131. Quinimò etiam filios ſpurios ipſius* Monachi, *ibid. num.132. Rurſus etiam patrem* Monachi *egeni, ſi filius ingrediendo* Monaſterium *tranſtulerit in illud bona ſua, ibid.num. 133. Niſi tamẽ* Monaſterium *eſſet inops, ibid. num.135.*

Monacus *quibus in caſibus habeatur pro mortuo, p.2.c.2.num.71.*

Monacus *habetur pro mortuo quoàd teſtamenti factionem, nàm poſt ingreſſum nullo modo teſtari poteſt, p.2.c.2.nu.72. Etiã ſi fuerit factus Epiſcopus, ibid.n.80.*



Digitized by Google

*Monachi non habent neq; velle, neq; nolle, p.2.c.2.num.73.*

*Monacus repoſuit ſuum velle, & nolle in arca Superioris, p.2.c.2.num.74.*

*Monacus poſt ingreſſum nec teſtamentum anteà per ipſum factum mutare poteſt, p.2.c.2.num.75.*

*Tàm ſi capacem Religionem fuerit ingreſſus, quàm ſi incapacem, ibid.num.76. Nec etiam de licentia Generalis* Miniſtri, *ibid. num.77. Rurſùs, nec etiam ſi fauore Monaſterij illud reuocare vellet, ibid. num. 78.*

*Monacus nec verba ambigua teſtamenti per ipſum antè ingreſſum conditi declarare poterit poſt ingreſſum, parte 2.cap.2.num. 79.*

*Monacus renuncians, aùt cedens iuxtà præſcriptum* Sacri Conc.Trid.ſeſſ.25.c.16. de regularib. *non prohibetur capere ex teſtamento, p.2.c.2.num 90.*

*Monacatione an inducatur capitis diminutio, p.2.c.2.num.102.*

*Monacus an cogitauerit, nec nè de ingreſſu tempore teſtamenti antè ingreſſum conditi, remittitur arbitrio Iudicis, p.2.c.2.nu. 110.*

*Monacus non poteſt eſſe exequutor teſtamenti, niſi acceſſerit conſenſus Superioris, p.2.c.2.num.147.*

*Fallit in Fratribus Minoribus, qui etiam de conſenſu Superioris non poterunt, ibid. num. 148.*

*Poſſunt tamen fieri exequutores legati ad pias cauſas, ibid.num.149. An autem valeant geſta per illos, ſi de facto aſſumpſerint munus exequutoris teſtamentarij, ibid. num.150.*

*Monacus non poteſt teſtificari in iudicio ſine licentia ſui Superioris, p.2. c.2.num. 151.*

*Monacus habetur pro mortuo Mundo quòad matrimonium, quod contrahere non poteſt, p.2.c.2. num.152.*

*Monacus contrahēdo matrimonium incurrit irregularitatem, parte 2.cap.2.num. 153.*

*Monacus habetur pro mortuo quòad computationem legitimæ, ità vt non faciat partem cum alijs fratribus in computatione ipſius, p.2.c.2.num.155.*

*Fallit, quando ingrederetur Religionem capacem, ibidem numer.156.*

*An autem faciat partem, ſi tempore ingreſſus iuxtà præſcriptum* Sacri Conc. Trid. *renunciauerit, cum diſtinctione, ibid.num.157.& 159.*

*Monacus poterit in ingreſſu renunciare hæreditati ſibi deferendæ, par.2.cap.2.num. 160.*

*Monacus non habetur pro mortuo quòad excuſandum patrem à muneribus, p.2.c. 2.num.161.*

*Monacus poteſt conſtitui Vicarius Epiſcopi, & eiuſdem Locumtenens Generalis, p.2.cap.2.num.162.*

*Dummodò tamen interueniat licentia ſui Superioris, ibid.num.163.*

*Monacus non habetur pro mortuo quòad iura ſanguinis, quæ non perdit per Monaciſmum, parte 2. cap.2. num. 164. & 166.*

*Monacus per ingreſſum non perdit Nobilitatem, ſed illam adhùc retinet, p.2.c.2.nu. 167.*

*Monacus habet ius in paſcuis Vniuerſitatis, ſicuti habent alij Ciues omnes, p.2.c.2.nu. 168.*

*Monacus nō habetur pro mortuo quòad alimenta, & comedendum, p.2.cap.2.num. 169.*

*Monacus admittitur ad ius retractus competens conſanguineis ex diſpoſitione ſtatuti, p.2.c.2.num.170.*

*Intelligas tamen, quando poſſunt ij ſuccedere, ibid.num 171.*

*Fallit in Regno vigore* Conſtit. *ipſius incip.* Sancimus de iure prothomiſ. *ibid. num.172.*

*Monacus non reputatur pro mortuo in materia ſtatuti excludentis fœminas à ſucceſſione propter maſculos, p.2.cap.2.num. 173.*

*Monacus dicitur habilitatus ad ſucceſſionē, p 2.c.2. num.174.*

*Monacus retinet ſuitatem, ac ſuitatis effectus, ratione cuius admittitur ad ſucceſſionem parentum, tàm ex teſtamento, quā ab inteſtato, parte 2. cap. 2. num.175. & 176.*

*Monacus, quicquid acquirit, Monaſterio acquirit, p.2.c.2.num.178. Adeò vt acquiſitio iſthac rectà via tranſeat in Monaſterium, ibid.num.179. Transfert in*

*idem*

Digitized by Google

idem etiam legitimam, dato adhùc quòd Monaſterium ignorauerit, ibid.nu.180. Transfert etiam in Monaſterium poſſeſſionem omnium bonorum ſuorum ſine aliqua apprehenſione, ibid.num.181. Item transfert hæreditatem ſuorum aſcendentium, etiam non aditam, ibid.num.182. & 196. Tàm ſi ex teſtamento, quàm ſi ab inteſtato ei deferatur, ibidem num.201. Trãsfert rursùs etiam emphyteuſim, ibid. num.183.

Transfert inſuper in Monaſterium etiam inofficioſi querelam competentem fratri aduersùs fratrem per inſtitutionem turpis perſonæ factam, ibid.num.184.

Monacus transfert in Monaſterium ſucceſſionem feudalem, parte 2. cap. 2. num. 185.

Monachi ſucceſſio in feudis in caſibus permiſſis non eſt perpetua, & irreuocabilis, ſed durante eius vita tantùm penès Monaſterium, p.2.c.2.num.194.

Monacus trãsfert in Monaſterium vitam, & militiam debitam fratri ſecundogenito per primogenitum ſuper bonis feudalibus, p.2.c.2. num.195.

Monacus non poteſt in aliud Monaſterium introire in præiudicium illius primi, cui fuit hæreditas delata ex perſona ipſius Monachi, p.2.cap.2.num.202.

Monaco relictum an cenſeatur relictum contemplatione Monaſterij, an verò ipſius Monachi, p.2.c.2.num.206.

Monachi exeuntis de Religione, vel tranſeuntis de vna in aliam, bona cui acquirantur, an ſcilicet primo Monaſterio, vel ſecundo, p.2.c.2.uum:207.

Authoris diſtinctio cum poſitione multorum caſuum, ibid. num.208. 209. 210. 211. 212. 213. & 214.

Monacus mutuans pecuniam, vel deponens, acquirit actionem ſibi, & Monaſterio, & proindè recipiẽdo liberatur mutuatarius, & depoſitarius, parte 2. cap. 2. numer. 215.

Niſi tamen in mutuatione interueniſſet factum Abbatis, ibid.num.216.

Monacus accipiẽs mutuò pecuniam ad vſus neceſſarios exiſtens extrà Monaſterium de licentia ſui Superioris obligat Monaſterium ad ſolutionem vſq; ad quantitatem Monaco ſingulis annis aſſignatam, p.2.c.2.num.217. Et hoc etiam in caſu, quo aliquis ipſi ſubminiſtraſſet expẽſas, ibid. num.218.

Monacus, ex cuius perſona agit Monaſterium, tenetur deponere, & iurare vti principalis, p.2.c.2.num.220.

Monaſterium non poterit mutare, aùt tollere teſtamentum conditum per Monacum antè ingreſſum, tametſi translata in ipſum fuerit ipſius voluntas, & poteſtas, p.2.c.2.num.81.

Monaſterium habet portionem legitimam in bonis ingredientis Religionem, etiam illius, qui filios habet, quando antè ingreſſum de bonis ſuis proprijs non diſpoſuerit, p.2. c.2. num.100.

Monaſterium an ſit loco filij, excutitur articulus, p.2.c.2.num.103.

Monaſterium an conqueri poſſit, quòd ingrediens nihil ſibi reliquerit, ſi tempore teſtamenti cogitauit de ingreſſu, p.2.cap.2. num.108.

Monaſterium habetur loco filij ad excluſionem conſanguineorum pro vendicanda nece Monachi occiſi, p. 2.cap.2.num.112. Cõtrarium ſentierunt aliqui DD. vt ibidem. Diſtinctio aliorum in hoc articulo pro concordia, ibid.num.113.

Monaſterium habetur loco filij in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filijs, ita vt in illa ſuccedat, p.2.c.2.num.114. & ead. p.2.c.13. num.26.

Monaſterium habetur loco filij ad finem excludendi ſubſtitutum in caſu, quo ingrediens fuerit grauatus, ſi ſine liberis deceſſerit, p.2. c.2. num.115. Ratio, quarè id fiat, proponitur ſecundùm aliquos, & reijcitur, ibid.num.116.

Monaſterium non ſuccedit contrà voluntatem teſtatoris per ingreſſum grauati, ſed benè iuxtà illam, præſumptam tamen, p.2. c.2. num.123.

Monaſterium, & Eccleſia non dicuntur eſſe loco filij, quando conſtat de expreſſa teſtatoris voluntate in contrarium, tàm in vocatione, quàm in conditione, p.2.cap.2. num.124.

Monaſterio an acquiratur mediatè, an verò immediatè hæreditas Monaco delata, diſſentiunt Canoniſtæ, & Legiſtæ, p.2. c.2. num.197. Authoris reſolutio in hoc articulo, ibid.num. 198. & 199.

Mo-

Digitized by Google

*Monaſterium poteſt adire hæreditatē Monaco delatam, etiam ipſo ignorante, vel inuito, p.2.c.2. num.200.*

*Monaſterio non acquiruntur delata poſt mortem Monachi, p.2.c.2.num.203. Nec etiam morientis infrà annum probationis, ibid.num.204.*

*Monaſterium conſentiens alienationi factæ per* Monacum, *non poterit poſtmodùm dicere contractum nullum, p.2.cap.2. num. 219.*

*Monaſterium poterit allegare ſuſpectum Iudicem ex perſona Monachi, p.2.c.2 num. 221.*

Mon*aſterium, in quod transfert* Monacus *bona ſua, tenetur ad debita contracta per ipſum* Monacum, *p.2. cap.2. num. 222. Intelligas tamen vſq; ad quantitatem bonorum translatorum, nō verò vltrà, ibid. num. 223.*

Mo*ns, Colles, Valles, Planus, Pratum, Saltus, Sylua, Foreſta, & Lucus differunt inter ſe, p.1. c.6. num.10.*

M*ons dicitur locus altus, p.1.c.6. num.11. Et dicitur* Mons *à mouendo, ibidem.*

Mo*ns, & Colles in quo differant ſpecificè inter ſe, p.1.c.6.num.13.*

M*ora conſtituitur per vſufructuarium in non præſtando cautionem per quamcumque interpellationem, par.2.cap.1.num. 42.*

Mo*ra quando, & qualiter contrahatur per grauatum hæredem, parte 2.cap.2. num. 10.*

Mo*ra contrahitur fauore minoris à die fideicommiſſi caſus, p.2.cap.2.num.15. Fallit tamen, quando minor non haberet perſonam legitimam, cui fieri poſſet reſtitutio, ibid. num. 16.*

Mo*ra contrahitur ipſo iure fauore Eccleſiæ, Fiſci, & aliarum perſonarum, præcipuè pauperum priuilegiatarum in corpore iuris, p.2.cap.2.num. 17.*

Mo*ræ purgatio admittitur hodiernis temporibus aduerſùs non ſolutum canonem rei emphyteuticæ, p.2.cap.13.num.15. Et admittitur nedùm antè ſententiam quandocumque, verùm etiam poſt ſententiam, quinimò etiam poſt addictam Domino vigore ſententiæ rem emphyteuticam, ibid. num.16.*

Mo*rientibus ſimùl viro, & muliere ex ruina, & naufragio, quis illorum prior perijſſe præſumatur, p.2.c.12.num.10. Quid in caſu, quando moriuntur ambo ex vulneribus, ibid.num.11.*

M*ors ciuilis non æquiparatur morti naturali, nec eiuſdem effectus operatur, p.2. c.2. num.61.*

*Fallit, quando verſaretur par ratio, idemq; ius in vtraq; morte, ac quando operaretur eundem effectum, ibid.num.62.*

Mo*rticina, & anniuerſaria defunctorum computantur inter diſtributiones quotidianas, p.1. c.15.num.4.*

Mu*lier pro debito ratione delicti non admittitur ad ceſſionem bonorum, p.1.c.13.num. 98.*

Mu*lier recipiens alimenta infrà annum datum marito, aùt hæredibus ad reſtituendas res mobiles dotales, non poteſt petere vſuras dictorum bonorum mobilium, ſi alimenta non excedant illarum vſuras, p.2.cap.3.num 38.*

Mu*lier poteſt habere bona triplicis generis, & ſic dotalia, extradotalia, & paraphrenalia, p.2.c.3 num.45.*

Mu*lier præſumitur dediſſe in dotem omnia ſua bona marito, quando adeſſet ſtatutum, aùt ſanctio particularis in loco, vt tradidiſſe cenſeatur, p.2.cap.3.num.101. Ac etiam, quando adeſſet conſuetudo de hoc in loco, quòd ſ. cenſeatur dediſſe in dotem omnia bona ſua, ibidem numer. 102.*

Mu*lier minor non poteſt conſtituere dotem marito ſine Iudicis decreto. p.2.cap 3.nu. 113. Dato adhùc quòd efficeretur maior, ac pateretur, maritum bona ſua adminiſtrare, ibid.num.114. Niſi tamen ſi effecta maior non contradixerit infrà quinquennium, ibid.num.115. Et circà res mobiles, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt, quæ ſicuti alienari poterunt à minore ſine decreto, ità pariter in dotem dari, ibid.nu. 116.*

Mu*lier in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri, ad euitandam ſuſpitionem turpis quæſtus, p.2.cap.3.num.181. Procedit etiam in vidua intrà annum luctus, quæ præſumitur quæſiuiſſe de bonis prædefuncti mariti, ibid.num.182. Rursùs etiam ſi conſtante matrimonio mulier commiſiſſet adulterium, ibid.num.183. Dato adhùc*

quòd

Digitized by Google

quòd denegaret mulier quæſiuiſſe ex bonis viri, ſed habuiſſe pecuniam antè contractum matrimonium, ibid. num. 184. Et præſumptio iſthæc ſuffragatur nedùm marito, verùm etiã hæredibus ipſius poſt mortem mariti, ibid. num. 185. Suffragatur etiam hæc præſumptio ſingulari ſucceſſori mariti, aut donatario eiuſdẽ, ibid. num. 186. Itèm allegare eam poterunt etiam creditores mariti, ibidem numer. 187.

Mulier diues accipiens virum pauperem facit ceſſare præſumptionem, quòd acquiſierit in dubio de bonis ipſius viri, p. 2. c. 3. num. 188. Itèm quando eſſet mulier induſtria, & negotiatrix, ità vt veriſimiliter acquiſiuiſſe potuiſſet ex ſuis negotiationibus, ibid. num. 189. Vndè in iudicio poſſeſſorio mulier obtinebit in dubio, ibid. nu. 190. Non procedit principalis concluſio, quãdo mulier probaſſet habuiſſe ab Amaſio, aùt ex turpi lucro, ibid. num. 191. Itèm quando appareret, mulierem habuiſſe pecuniam à conſanguineo, ibid. num. 192. Itèm quando ipſemet maritus fateretur, pecuniam fuiſſe propriam vxoris, ibidem num. 193. Declaratur hoc tamen, vt ibidem.

Munera, ac dona, quæ dantur Baroni per vaſallos non veniunt in reſtitutione fructuum feudi, ſi Baro ad illa fuerit cõdemnatus, p. 1. c. 14. num. 51.

N.

NEceſſitatis cauſa poteſt vna ex Vniuerſitatibus habentibus promiſcuitatem, & communionem iuris paſcendi reducere ad culturam totum territorium, in quo viget communio, ac promiſcuitas, p. 1. c. 6. num. 62. Tenetur tamen interim abſtinere à communione, & promiſcuitate, nè videatur locupletari cum aliena iactura, ibid. num. 63.

Nemo tenetur ſtare in communione perpetuò, p. 1. c. 6. num. 44.

Nix eſt in fructu. An autem augeat fructus feudi refertur deciſio Gizzarelli 34. p. 1. c. 17. num. 124.

Nobilitas ſupplet ætatem in feudatarijs, & quarè, p. 1. c. 16. num. 233.

Nomina debitorum conſtituunt tertiam ſpeciem bonorum, & proindè non veniunt ſub appellatione mobilium, & immobilium, p. 1. c. 17. num. 20.

Nominans, & eligens differunt inter ſe, p. 1. c. 16. num. 29.

Nominare vtrùm poſſit prædeceſſor ſucceſſorem, & ſi ſuſtineri poſſit ſolitum circa id, p. 1. c. 16. num. 28.

In Nominatione, quę ſortitur effectum ſuum neceſſarium ex parte eligentis, aùt approbantis periculum nominatorum ſpectabit ad nominantem, parte 1. cap. 16. num. 26.

Nominatio poteſt ſonare in actum perfectum, & in actum imperfectum, electio verò ſemper ſonat in actum perfectum, p. 1. c. 16. num. 20.

Nominatio tunc ſonat in electionem, quando ex illa ſola confertur officium, beneficium, aùt dignitas, ſecùs ſi ex illa non conſequetur quis præfata, parte 1. cap. 16. num. 21.

Nominatio ſola, ſeù præſentatio in iurepatronatus non producit effectum ſuum, niſi ſequuta inſtitutione, ſeù electione, p. 1. c. 16. num. 22.

Nominatio, quæ fit per D. Proregem circà vacationem ſupremorum Officialium ad D. Regem non dicitur verè nominatio, ſed conſultatio, p. 1. c. 16. num. 24.

Nominatio confert quandoq; cum poſtulatione, eò quòd vtraq; fit ex gratia, p. 1. c. 16. num. 25.

Differt tamen, vt ibidem.

Nominatorum periculum ſpectabit ad nominantem in nominatione, quæ ſortitur effectum ſuum neceſſarium ex parte eligentis, aùt approbantis, p. 1. cap. 16. num. 26.

Notariorum alij ad acta, alij verò ad inſtrumenta, differentiaque qualis inter illos intercedat, parte 1. capit. 9. numer. 43.

Notariorum ad acta, alij ad acta ciuilia, alij verò ad criminalia deputati, ità vt electi ad ciuilia non poſſint agere ad criminalia, & è contrà, parte 1. cap. 9. num. 44.

Notarius ad acta conficienda debet eſſe Notarius, qui à Principe Tabellionatus officium ſuſceperit, parte 1. cap. 9. num. 45.

No-

Digitized by Google

*Notariorum creatio reſidet penès ſolum Principem, & in Regno noſtro penès ſolum D.Regem,p.1.c.9.num.46.*

*Notariorum electio,atq; creatio eſt de Regalibus ,p.1.c.9.num.47.*

*Notariorum creatio conſuetudine induci poteſt ,p.1.cap.9.num 49. Et conſuetudo iſthac operatur nedùm fauore Baronis, verùm etiam fauore Vniuerſitatis, ibid. num.50.*

*Nouitius retineri non poterit à Monaſterio volens exire intrà annum probationis ratione ſumptuum, quos cum ipſo fecit, p.2.cap.1.num.136.*

*Nouitius infrà annum probationis poterit teſtamento,codicillis, alijſq; actibus omnibus vltimarum voluntatum de bonis ſuis diſponere, abſquè ſollemnitate* Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.25. cap. 16. de regular.*p.2.c.2.num.83.Nec eſt in dictis actibus vltimarum voluntatum neceſſaria Prælati licentia,ibid.num.84.*

*Nuces,Caſtaneæ, Amigdalæ,Glandes,Perſica,Pira,Poma,cęteraq; id genus ſunt in fructu, p 1.c.17.num.89.*

*Nuclei oliuarum aridi ſunt in fructu,p.1.c. 17.num.91.*

*Numiſmata aurea,vel argentea vetera ſunt in fructu,p.1 c.17.num.9.*

*Nundinarum Magiſtri electio eſt in fructu, diceturq; fructus iuriſdictionis eligentis ,p.1.c.9.num.27.*

*Nundinarum ,ſeù mercatuum creatio,ſiuè erectio non competit principaliter ex natura feudi,ſed benè oportet,vt habeat de illis particulare priuilegium à Principe, p.1. c.9. num.28.*

*Nundinarum,ſeù mercatuum conceſſio ſpectat ad ſolum Principem,cui facultas prædicta eſt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis ,p.1.c.9.num.29.*

*Nundinarum Magiſtri electionis ſunt capaces nedùm Barones,verùm etiam Vniuerſitates,ac qualibet alia perſona priuata, p.1.cap.9.num.31.*

*Nundinas auferre poteſt Princeps, non obſtante quacumq; longiſſimi temporis præſcriptione,p.1.c.9.num.32.*

*Nundinas poteſt Princeps transferre de vno loco ad alium, p.1.c.9.num 33.*

*Nundinas erigere licèt poſſit ſolus Princeps, non poteſt tamen concedere electionem Magiſtri nundinarum alteri Priuato in terris Baronalibus in præiudicium Baronis illius inueſtiti de iuriſdictione,etiam priuatiuè quòad ipſum Principem concedentem,p.1.cap.9.num.34.*

*Nundinæ non poſſunt prorogari vltrà terminum præfixum in priuilegio abſq; reſcripto Principis ,p.1.c.9 num.39. Facta tamen prorogatione,an intelligatur etiam prorogata iuriſdictio Magiſtri nundinarum electi, eiuſdemque Aſſeſſoris, ibidem.*

*Nuntij Apoſtolici quæ beneficia conferre poſſint, p.1.c.16.num.95.*

## O

*OBligationes penès acta conficiendæ per Actuarios qualiter confici debeant, ſi ſunt vltrà ſummam ducatorum quinquaginta, & qualiter ſi infrà dictam ſummam ,p.1.c.9.num.65.*

*Obligationes penès acta, quæ conficiuntur coràm Officiali non requirunt ſollemnitates requiſitas per* Regiam Pragm.*circà Principalis,& teſtium ſubſcriptiones,p.1. c.9. num.66.*

*Obligationes penès acta captas per Scribam, non poterit firmare Actuarius ordinarius,p.1.c.9.num.71.*

*Officialis finito anno debet parere Syndicatui, p.1.c.9. num.15.*

*Officialis durante anno non poteſt remoueri ab officio, etiam ſi peruenerit Terra ad alium nouum Dominum ,p.1.c.9. num. 18.*

*Officiales ſi commiſerint pendente officio graue aliquod delictum notorium, an poſſit illos Baro inquirere,& carcerare,p.1.c.9. num.23.*

*Officialis dato adhùc quòd finito anno paruerit Syndicatui, non poterit tamen reſirmari in eodem officio,niſi tranſacto tanto tempore,quo exercuit, par.1.cap.9.num. 57.*

*Officialis alicuius loci non poteſt eſſe ſimul Officialis,& Actuarius,& ſic non poteſt eodem tempore duplex officium exercere, Capitanei ſcilicet,& Actuarij, p.1.cap.9. num.75.*

*Officialium in electione an ſit attendenda conſuetudo,p.1.c.16.num.35.*

Offi-

Digitized by Google

*Officialis an cenſeatur in dubio quaſiuiſſe potiùs ex bonis proprijs, an verò ex bonis Principis, vel Reipublicæ, & intuitu officij, p.2.cap.3.num.200.*

*Officialis quid probare habeat, ad finem tollendi præſumptionem, quòd quæſierit ex bonis Principis, vel Reipublicæ, p.2.cap.3. num.201.*

*Officialis an poſſit mercari, p.2.cap.3.num. 202.*

*Officialis non poteſt in fine officij caſſare inquiſitiones in præiudicium ſucceſſoris, p.2. c 7.num.14.*

*Officiali, qui mittitur foràs vltrà ſalarium, eſt etiam ſoluendum viaticum, p.2.c.11. num.37.*

*Officium ſcribendi in Banco regulariter eſt venale, p.1.c.9.num.51.*

Oldradi conſ. 21. *negantis extenſionem in fideicommiſſarijs diſpoſitionibus examinatur, p.2.c.2.num.35.*

Oldradi conſ. 21. *non habet locum in fideicommiſſo facto fauore agnationis, ac familiæ conſeruandæ, p.2.c.2.num.45.*

Oldradi conſ. 21. *non habet locum in Maioratibus, p.2.cap.9.num.17.*

*Olera & Hortorum fructus, vt Caules, Lactucæ, Endiuiæ, & ſimilia non ſunt in fructu, p.1.c.17.num.114.*

*Olea tunc fit vſufructuarij, cùm fuerit excuſſa, ſecùs de ea, quæ ſponte ceciderit, quæ non fit hæredum ipſius, niſi recondatur, p.2.c.1.num.23. & num.28.*

*Olea immaturè lecta an habeat plus fructus, quàm ſi matura legatur, p.2.cap.7.num. 17.*

*Oleum, & vinum fructus ſunt, ſed induſtriales, tametſi vua, & oliua ſint fructus naturales, p.1.c.17.num.92. & 94.*

*Oliua, & vua ſunt in fructu, par.1.cap.17. num.90.*

*Oliuarum Nuclei aridi ſunt in fructu, p.1.c. 17.num.91.*

*Oliuæ, & Vua licèt ſint Vinum, & Oleum reſpectiuè, non ſunt tamē talia actu, & proptereà ab actu denominationem ſuſcipiēt, p.1.c.17.num.93.*

*Oliuæ qualiter diuidantur inter colonum, & Dominum, aut ſucceſſorem colonum, p.2.c.7.num.28.*

*Onera debita ratione rerum, vtputà collectæ, tributa, talliæ, annui canones, & ſimilia pertinent ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium, p.2.cap.1.num.109.*

*Niſi aliàs fieret inutilis vſusfructus, nec aliquid commoditatis vſufructuario remaneret, ibid.num.110.*

*Operarius conductus ad faciendum aliquod opus diurnum tenetur regulariter viuere ſumptu ſuo, & propterea non poterit petere expenſas diurnas à conductore, p.2.cap. 11. num.47.*

*Fallit, quando adeſſet conſuetudo in contrarium, dandi ſ. dictas expenſas diurnas Operario, ibid.num.48.*

*Operarius conductus tenetur operari cum ſuis proprijs inſtrumentis, p.2.c.11.num. 50.*

*Opinionem* Doctorum *tenentium, fructus non pertinere ad hæredes fructuarij ſi non fuerint percepti, ſaltim pro rata temporis, falſam, & iniquam tradit* Cuiac. lib.4. de feud.tit.30. *parte 2.c.1.num.6.*

## P

*Pactum de retrouendendo quandocumq; dicitur pars pretij, p.2.cap.6.num.41.*

*In tantùm, vt minùs vendatur res ratione talis pacti, quàm verè valeat. Et qualiter arbitretur, ibid.num.42.*

*Pactum de retrouendendo iunctum modicitati pretij an conuincat contractum vſurarium, vel requiratur etiam probatio, quòd emptor ſit ſolitus fœnerari, p.2.c.6. num.46.*

*Palea eſt in fructu, p.1.c.6.num.4.*

*Palmarium debitum Aduocato idem eſt, quòd victoria, & proindè datur pro victoria cauſæ, p.2.c.11.num.13.*

*Palmarium promiſſum Aduocato debetur, nec dicetur pactum de quota litis ſi fuerit illud expreſsè conuentum, p.2.cap.11. num.14.*

*Papa poteſt tollere ius alteri quæſitum, ac priuare Clericum ſuo beneficio, p.1.c.16. num.57.*

*Papa poteſt diſponere, & prouidere de omnibus beneficijs, ità vt in illorum prouiſione concurrat cum quolibet Ordinario, vti Ordinarius Ordinariorum, ac totius Orbis, p.1.c.16. num.58.*



Digitized by Google

*Papa habet præuentionem cum Ordinario in collatione beneficiorum, ità vt Ordinarij in menſibus habeant facultatem cumulatiuam cum ipſo* Papa, *p.1.cap.16.num.* 59.

*Parcha notabilia multa in Italia, p.1.cap.6. num.*19.

*Parlamentum generale, quod fit in Regno coràm* D.Prorege *per* Proceres *ipſius Regni quot ſollemnitates requirat, & qui conueniant in ipſo, parte 1. cap. 16. numer.* 7.

*Parlamentum dicitur quodammodò actus iudicialis, eò quòd authoritate* Principis *cum aſſiſtentia ſui Vicarij, & Locumtenentis Generalis in Regno ſit, p.1.cap.16. num.* 9.

*Parlamentum appellatur* Curia *in Hiſpania in* Regno *Aragonum, p.1.cap.16.num.* 10.

*Parochianus tenetur ſoluere decimam nedùm de fructibus, quos percipit intrà territorium, verùm etiam de illis, quos percipit extrà territorium, ſi de hoc extat conſuetudo, p.1.c.7.num.*79.

*Parochianus habitans infrà annum intrà fines duarum* Parochiarum, *cui ex iſtis duobus* Parochis *teneatur ſoluere decimã, p.1. c.7. num.*80.

*Parochianus habens plura domicilia in pluribus* Parochijs, *tenetur ſoluere decimam ei* Parocho, *intrà cuius fines habet principale domicilium, par.1. cap.7. num.* 81. *In caſu verò, quo inhabitauerit domum ſitam in medio duarum* Parochiarum, *inſpiciendus erit ſitus ianuæ, & ſi habuerit plures ianuas, erit attendenda ianua anterior, & nobilior, ibid.num.*82.

*Parochiani tenētur ad oblationes ſolitas fieri Eccleſia in illis diebus, in quibus de conſuetudine inductum eſt, vt ea erogentur, p.1.c.7.num.*107. *Amplia, vt adſtringantur ad ipſas ſub pœna peccati mortalis, ibidem num.* 108. *Intelligas tamen quòad oblationem in genere, non verò quòad ſpeciem quantitatiuam, ibid.num.*109. *Excipias tamen pauperes nihil habentes, ibidem.*

*Parochus ſi non habet ſufficientes decimas ad viuendum, & excipiendum hoſpites, debet habere congruam portionem ex alio reditu, non obſtante præſcriptione, & conſuetudine in contrarium, p1. cap.7.num.* 99.

*P*articulares *Domini poſſunt claudere ſuos proprios fundos, ac muris, ſiuè ſepe circumdare, & prohibere in illis paſcua animalium* Ciuium, *vel Baronis, p.1.cap.6. num.*75.

*Partus ancillarum ſunt in fructu, p.1.c.17. num.*127. *Quid ſi fuerit ſpeciatim relictus in teſtamento, ibid.num.*128.

*Paſcendi iuris conceſſionis factæ vigore in aliquo territorio, etiam ex priuilegio conceſſo non poteſt conceſſionarius depaſci facere glandes, & ſpicas, vti in fructu, p.1. c.6. num.*36.

*Paſcua ſunt in fructu, & inter fructus computantur, p.1.c.6.num.*1. *Intelligas tamen quando paſcua venderentur, nàm ſecùs ſi non venderentur, ibid.num.*2.

*Paſcua, fœnum, & palea in quo differant, ad hoc vt inter fructus computentur, p.1. c.6. num.*5.

*Paſcuorum, ſiuè iuris paſcendi materia frequens vbique, ac practicabilis, p.1.cap.6. num.*6.

*Paſcuum, & paſtio differunt inter ſe, & in quo, p.1.c.6.num.*7.

*Paſcuum duplex, publicum, & priuatum, p.1. c.6. num.*8.

*Paſcui diuiſio quomodò fiat inter duas Vniuerſitates, ſi altera ex ipſis haberet maiorem numerum animalium, & perſonarum, p. 1.c.6.num.*53. *Quid quando fieret diuiſio paſcui inter* Ciues, *vtrùm per capita, an verò per æs, & libram ſit illa faciẽda, ibid.num.*54.

*Paſcua in dubio dijudicantur eſſe Vniuerſitatis, non verò Baronis, p.1.c.6. num.*80.

*Paſcua habent priuilegium tacitæ hypothecæ ſuper animalibus, quę ſumpſerunt paſcua, p.1. c.6. num.*98. *Amplies, & declares, vt ibid.num.*100.

*Patres habentes duodecim filios ſunt immunes à gabellis, collectis, alijſquè oneribus, & muneribus quibuſcumquè, p.1.c.8. num.*63.

*Pater non poteſt poſſidere aliquid poſt ingreſſum* Religionis, *& profeſſionem in ea factam de bonis translatis in Monaſterium, p.2.c.1.num.*126.

*Pater*

Digitized by Google

*Pater non poteſt grauare filium in legitima per fideicommiſſum*, p.2.cap.2.num.244. *Fallit, quando pupillariter ei ſubſtitueret*, ibid.num.245. *Intelligas tamen ſi filius iſte impubes deceſſiſſet, quia ſi pubes fieret iniunctum onus euaneſceret*, ibid. num. 246.

*Patria poteſtas non extinguitur totaliter per ingreſſum patris in Monaſterium, ſed remanet penès patrem quoàd ea, quæ expediunt, ac ſunt patri vtilia*. p.2.cap.1.num. 124.

*Patrimonium vnicum quilibet habere præſumitur*, p.2.c.14.num.40.

*Patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi poſt* Conc. Trid. *ſi de nouo vacauerit beneficium, & iterùm præſentare voluerit, an non obſtante dicta ſua quaſi poſſeſſione, teneatur de nouo docere de titulo ad inſtantiam Fiſci, vel manuteneri debeat in dicta ſua quaſi poſſeſſione, ſaluis iuribus Fiſci*, p.1.cap.16.num.206.

Pauli Caiatiæ *Epiſcopi Arianenſis laudes*, p.1.c.16.num.215.

Pecunia *dicitur eſſe in fructu*. p.1.c.17.nu. 15. *Et ob id legato vſufructu bonorum, debetur etiam & pecunia*, ibidem numer. 16.

Pęna *damnum dantis inter Ciues non debet excedere vnum Auguſtale*, p.1.cap.6.num. 95.

Pęna *vnica, an verò plures ſint ſoluendæ in caſu, quo plures tradiderint vni* Paſtori *cuſtodiendas pecudes, ſi* Paſtor *cum illis omnibus damnum dederit*, p.1.c.6. num. 96. & 97.

Pęna *qualis irrogetur aduersùs Dominum fructuum decimabilium, ſi illos aſportauerit, vel abſtulerit in damnum Baronis, aùt* Parochi, *quibus debebatur decima cum diſtinctione*, par.1.cap.7.num.31. & 33.

Pęna *fraudantium decimas, aùt terragia, conuentione, aùt ſtatuto minorari poteſt*, p.1. c.7.num.32.

Pęnæ *ſunt in fructu, & ſpectant ad emptorem redituum, & fructuum, & propterea poterunt Conductores illarum remittere, & tranſigere*, p.1.c.8.num.26.

Pęnarum, *mulctarumquè condemnationes, exactiones, ac confiſcationes ſunt in fructu*, p.1.c.13.num.1.

Pęnæ, *mulctæ, & confiſcationes pertinent ad virum vſufructuarium, in caſu, quo mulier dederit ei in dotem Caſtrum cum iuriſdictione*, p.1.c.13.num.2. *Intelligas tàm de cõfiſcatione bonorum mobilium, quàm immobilium*, ibid.num.3.

Pęnæ, *mulctæ, & confiſcationes in Terris mediatè ſubiectis* Principi *non ſpectant ad ipſum* Principem, *ſed benè ad Dominum mediatum, & ſic ad Baronem, ſeù Feudatarium*, p.1.c.13.num.4. & 5.

*Intelligas tamen, quando Baro eſt ſpecialiter inueſtitus de illis, cùm in dubio non habeant Barones eorum intentionem de iure fundatam in hoc abſque inueſtitura*, ibid.num.6. *Venient tamen per clauſulam, cum omnibus iuriſdictionibus, fructibus, & prouentibus*, ibid.num.7.

Pęnæ, *mulctæ, & confiſcationes veniunt ſi fuerit quis inueſtitus de mero, & mixto imperio cum* Regalibus, *eò quia ſunt de* Regalibus, p.1.c.13.num.9.

Pœnæ, *mulctæ, & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionis, non verò Caſtri, eò quòd poteſt dari iuriſdictio ſine dominio Caſtri, & Caſtrum ſine iuriſdictione*, p.1.c. 13.num.10 & 15.

Pęnæ, *mulctæ, & confiſcationes, an ſint fructus meri imperij, an verò iuriſdictionis, ſi in vna Terra vnus fuerit inueſtitus de cauſis criminalibus, pro quibus venit imponenda pęna mortis naturalis, aùt ciuilis, aùt mutilationis membri, alter verò de iuriſdictione ciuili, excutitur articulus*, p.1.c.13.num 11.

Pęnæ, *culpæ omnes, caſus, et crimina, pro quibus non venit principaliter imponenda pęna mortis naturalis, aùt ciuilis, aùt mutilatio membrorum ad iuriſdictionem ciuilem ſpectant, è contrà verò in quibus talia imponenda veniunt ad iuriſdictionem criminalem pertinent*, p.1.c.13.num. 12.

Pœnæ, *& mulctæ differunt inter ſe, vti genus, & ſpecies, ac vti ſpecies, & in quibus differant*, parte 1. capit. 13. numer. 17.

Pœnæ, *& mulctæ ſunt arma, quibus tuetur iuriſdictio*, parte 1, capit. 13. num. 18.

Pęna *omnis in* Principe *eſt arbitraria*, p.1. c.13.num.27.




Digitized by Google

*Pęna imponenda per Barones habentes Baiulationem in eorum terris non poteſt excedere damnum datum, p.1.cap.13.num. 74.*

*Pęna exactio in cauſa damni dati non eſt potior damno, ſed debet priùs exigi damnum, deindè verò pęna, p.1.cap.13.num. 75.*

*Pęna ſpreti mandati ergà vaſallos recuſantes ſeruire Baroni, tametſi ſit limitata ad tarenum vnum, augetur tamen quando ex contemptu vaſallus recuſaret, p.1.c.3. num.84.*

*Pęna, ſiuè mulcta deſcendens ex delicto, etiã ſi agatur ciuiliter, dicetur cauſa criminalis, non verò ciuilis, parte 1.cap.13.num. 76.*

*Pęna extraordinaria puniri poteſt quis in caſu, quo ſola publicatio bonorum eſſet indicta pro crimine, quando non adeſſet facultas puniendi pęna ordinaria, p.1.c.13. num.78.*

*Pęna pecuniaria ſtatuta ex diſpoſitione* Conſtit. Violentias, *cui ſit applicanda, ſi ſ. Parti, an verò Curiæ, p.1.cap.13.num. 80.*

*Pęna pecuniariæ indictæ per Iudicem non exiguntur tota in caſu ſpreti mandati, ſed moderãtur ad rationem vnius tareni pro qualibet vncia, parte 1.cap.13.num.81. Niſi tamen inobedientia haberet qualitates aggrauantes, propter quas poſſet exigi maior pęna, ibid.num.82.*

*Pęna vnica tantùm debetur in caſu, quo quis fuiſſet carceratus pro debito, & pęna, ſi præſtitam cautionem, qua fuerit excarceratus fregerit, non ſe præſentando, p.1. c.13.num.84.*

*Pęnarum, & mulctarum vigore non præfertur Fiſcus creditori hypothecaria agenti, p.1.c.13.num.85.*

*Etiam ſi ſola perſonali actione ageret creditor, ibid.num.86. Itèm etiam in caſu, quo vnica ſententia fuerit condemnatus quis in pęna pecuniaria ergà Fiſcum, & ergà offenſum, ibid.num.87.*

*Contrarium concludunt communiter* Doctores, *vt ibid.num.88. Intelligendo tamen fauore Fiſci Principis, non autem fauore Exactorum Baronalium, eò quòd Barones non habent priuilegium Fiſci, ibid. num.89.*

*Amplies in quacumq; emenda fauore Priuati damnum paſſi, qui præferretur ſemper Fiſco pro ſuis pęnis, ibidem numer. 90.*

*Pęna pecuniariæ, mulctæ, & prouentus, tametſi ſint in fructu, ac fructus ſint iuriſdictionis, non veniunt tamen in liquidatione introituum feudalium, tanquàm incerta, tametſi illos augeant, p.1.c.13. num.91.*

*Pęna idem quandoq; ſignificat, quod damnum, p.1.c.13.num.100.*

*Penſiones domorum ſunt in fructu, p.1.c.17, num. 12. Et veniunt appellatione fructuũ in petitione facta de fructibus, ibid. num.13.*

*Penſio habetur loco fructuum, eorumq; naturam ſequitur, parte 2.capit.1.numer. 11.*

*Penſio locationis an veniat in diuiſione fructuum inter proprietarium, & hæredes vſufructuarij, p.2.cap.1.num.12.*

*Penſiones etiam percepta ſpectant ad emptorem, ſi tempore venditionis non erant recollecti fructus, pro quibus illa debentur, p.2.c.5.num.14.*

*Penſio annua, aùt biennalis tollitur per venditionem, eò quòd emptor non tenetur ſtare colono, p.2.cap.5 num.18.*

*Penſio debita ratione fructuum perceptorum quòd cedat beneficio venditoris, ſi fundus vendatur antequàm dies ſolutionis aduenerit, non habet locum, ſi fuerit cautum, vt venditor non poſſit expellere colonum, p.2.cap.5.nu.20. Itèm nec in caſu ementis à Fiſco, & ratio, quarè in vtroquè, ibid. num. 21.*

*Penſiones Eccleſiaſticæ an pro rata diuidendæ veniant inter Beneficiarium, & hæredes Penſionarij mortuo Penſionario, p.2. cap.8.num.15. Quid ſeruetur de ſtylo Romanæ Curiæ, ibid.num.16.*

*Penſiones decurſæ, & non ſolutæ, an tranſeãt in hæredes mortuo Penſionario, remiſſiuè, p.2.cap.8.num.17.*

Phanuc. in tract. de inuentar. p.2.num.11. *laudatur, eò quòd ſolus fuit aſſequutus verum intellectum ad* l. quod ſciuis §. fin autem C. de bonis, quæ liber. *par.2.cap. 14.num.41.*

*Pili, lac, & lana ſunt in fructu, p.1.c.17.nu. 130.*

*Pigno-*

Digitized by Google

*Pignorari in Sicilia ex cauſa damni immiſſi non tantùm poterunt Vaccæ, verùm etiam eorum alleui.i, non obſtante, quòd ex conſtitutione peculiari illius Regni prædicta animalia vllo modo pignorari poſſint, p.1. cap.6. num. 99.*

*Piſcatio eſt in fructu, parte 1. capit. 4. numer. 1.*

*Piſcādi ius, ac vectigalia à Piſcatoribus exigere reputantur inter Regalia Principum, p.1. c.4. num.3.*

*Piſcandi ius omnibus de iure competit in mari, & in fluminibus, p.1. cap.4. num.4. Amplia, vt liceat etiam in littore maris, ibid. num. 9. Quinimò etiam antè ædes alterius, ibid. num.10. Limita tamen multis modis, ibid. num.12.*

*Piſcationis duplex genus, retibus, & hamo, p.1. c.4. num.5.*

*Piſcina eſt, in quam piſces mittuntur humana induſtria, vt in ea nutriantur, & corrupto vocabulo, piſcherias, aut piſcarias appellamus, p.1. c.4. num.8.*

*Portulani conſtitutio dicitur eſſe in fructu, par.1. cap.9. num.25. Eiuſdem Portulani quale ſit officium, ibidem.*

*Poſſidens vti Dominus in vita ſit diſſimilis vſufructuario in morte, & vigent in ipſo termini* l. diuortio ff. ſolut. matrim. *in materia diuiſionis fructuum, p.2. cap.12. num.2.*

*Planum idem eſt, quod æqualitas, p.1. cap.6. num.15. Ad conſtituendum planum requiritur, quòd ſit latus, ac quod ſint eius partes æquales, hoc eſt æqualiter planæ, ibidem.*

Pragm. 8. de compoſit. *requirentis remiſſionem omnium, ad quos ſpectat ius accuſandi, ac querulandi intellectus ſuſiſſimè examinatur, p.1. c.13. num.52.*

Pragm 8. de compoſit. *requirens pro forma, remiſſionem debere fieri per conſanguineos proximiores, & magis coniunctos, quibus de iure defertur hæreditas, vtrùm requirat qualitatem iſtam hæreditariā actualiter, an verò habitualiter, p.1. c.13. num. 53.*

Pragm. 8. de compoſit. *requirit copulatiuè conſanguinitatem in proximiori, & magis coniuncto gradu, & habitualem qualitatem ſuccedendi, parte 1. cap.13. num. 57.*

*Pratum eſt locus, ex quo fœnum percipitur, p.1. cap.6. num.16. Dicitur pratum, quaſi paratum ad fœnum percipiendum, ibidem.*

*Præcedere quis habeat, an Officialis ciuilis, an verò criminalis in locis, in quibus vterquè conſtituitur, remiſſiuè, p.1. cap.9. num.13.*

*Prælatus, & Clericus an cenſeatur in dubio quæſiuiſſe ex bonis Eccleſiæ, an verò ex bonis eorum proprijs, parte 2. cap.3. num. 199.*

*Prælati hæres videns Prælatum moriturum non poteſt colligere fructus immaturos, vt ſucceſſorem defraudet, p.2. cap.7. num. 16.*

*Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & proindè tantum dicetur præſcriptum, quantum poſſeſſum, p.1. c.6. num.58.*

*Præſcriptio iuris paſcendi affirmatiui eſt diuerſa à præſciptione iuris paſcendi negatiui, & in quo differant, parte 1. cap.6. num. 59.*

*Præſcriptio an detur aduerſùs decimas, cum diſtinctione, ſi quoad totam, an verò quoad quotam decimæ, parte 1. cap.7. num. 89.*

*Præſides Prouinciarum, ac Rectores Terrarum ſunt immunes pro rebus, quas aduehunt, & reuehunt pro vſibus ſuis, p.1. c.8. num.65.*

*Principis, ac publici fauore multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur, p.1. c.3. num. 72.*

*Princeps non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris gentium, & naturalis, parte 1. cap.5. numer. 9.*

*Princeps ſecundùm opinionem aliquorum non poteſt prohibere venationem, p.1. c.5. num.12.*

*Contrarium tamen de iure verius, ibid. nu. 13.*

*Princeps ex cauſa rationabili poteſt diſpenſare contra ius naturale, & gentium, p.1. c.5. num.17.*

*Princeps vtrùm poſſit cognoſcere de cauſis vaſallorum Burgenſium mediatorum, ac præiudicare Feudatarijs inueſtitis de mero, & mixto imperio, cum clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis, parte 1. cap.12. num. 68.*

*Princeps inueſtiendo feudatarium de mero,*



Digitized by Google

& mixto imperio, cum clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis, priuaſſe iuriſdictione, & emolumentis, p. 1. c. 12. num. 69.

Princeps non poteſt facere gratiam vaſallo mediato in præiudicium inferioris Domini, & ſic Baronis, p. 1. c. 12. num. 73.

Princeps faciendo de non delicto delictum, & reſeruando ſibi pęnam, præiudicare poteſt feudatarijs in cognitione illius, & ſpectabit pęna ad ipſum Principem, p. 1. cap. 12. num. 78.

Princeps poteſt præiudicare feudatario, non tantùm quando facit de non delicto delictum, verùm etiam per legem, & proclamata generalia poteſt limitare, reſtringere, & arctare conceſſionem illis factam, par. 1. cap. 12. num. 80. Et hoc etiam ſi per viam cōtractus iuriſdictionem dictis feudatarijs conceſſiſſet, ibid. num. 81. Ratio eſt, quia id ſibi permittitur ex ſuprema ipſius Principis poteſtate, ibidem num. 82.

Princeps arbitrium ſuum ſumit ex motu cęleſti, p. 1. c. 13. num. 28.

Priuilegij verba in dubio ſunt intelligenda ſecundùm qualitatem perſonę proferentis, p. 1. c. 5. num. 27.

Priuilegia, quæ conceduntur per Principem intelliguntur ſemper, dummodò per illa non fiat præiudicium Tertio, p. 1. c. 9. num. 35.

Procurator, cui committitur vocis datio, debet eſſe de corpore Capituli, aùt Collegij, niſi aliud conſuetudo introduxerit, p. 1. c. 16. num. 13.

Procuratori non debetur de iure ſalarium, quia eius officium debet eſſe gratuitum, p. 2. c. 11. num. 19.

Contrarium tamen ſeruatur de conſuetudine, ibid. num. 20.

Profeſſionem fidei facere omittens infrà duos menſes à die adepti beneficij non lucratur fructus, non obſtante dicta poſſeſſione beneficij per ipſum capta, p. 2. c. 8. num. 34.

Intelligas tamen quòad lucrationem tantùm fructuum, non verò vt priuetur ipſorum effectibus cæteris poſſeſſionis, ac iuribus, ibid. num. 35.

Profeſſionem fidei infrà duos menſes ad finem lucrandi fructus emittere tenentur etiam Prælati Regulares, p. 2. c. 8. num. 36.

Item Doctores, Magiſtri, & alij cuiuſcumq; artis, & facultatis, ibid. num. 38.

Rursùs ij, qui iàm aliàs emiſerunt in adeptione pariter alterius beneficij, ibid. num. 39.

Itèm Canonici exempti nō obſtante exemptione, ibid. num. 40.

Excuſantur tamen omittentes per ignorantiam, ibid. num. 42.

Ipſorum computatio à quo die fiat, ibidem num. 37.

Prohibitus alienare rem non poteſt alienare fructus pendentes non adhùc perceptos, p. 1. cap. 3. num. 72.

Proreges Regni poſſunt facere gratiam de delictis, etiam non concordata Parte, & alteri quoquè facultatem iſtam delegare, cum cauſa tamen, quia ſi abſque cauſa id facerent, reuocari poterit gratia per Supremum Italiæ Conſilium, & afferuntur reuocationis caſus, p. 1. c. 13. num. 29.

Proteſtatio requiritur ad hoc vt poſſit condemnari quis ad diſtributiones quotidianas, p. 1. c. 15. num. 25.

Et proteſtatio eſt facienda cum Principali, non verò cum Procuratore, etiam ſpeciali, ibidem.

Fallit in odium intruſi, nàm non obſtante proteſtatione non facta poteſt condemnari, ibid. num. 26.

Itèm fallit in odium Capituli, quando facto ipſius Capituli quis impeditur reſidere, & intereſſe, ibid. num. 27.

Rursùs, quando fuiſſet expulſus à Capitulo, & non poſſet ob id inſeruire, ibid. n. 28.

Publicatio bonorum in caſu vſurariæ prauitatis an ſpectet ad Baronem iuriſdictionis ciuilis, an verò ad Baronem iuriſdictionis criminalis, p. 1. c. 13. num. 77.

Pupillus an præſentare poſſit in iurepatronatus, p. 1. cap. 16. num. 127.

Q

QVæſtio de Angarijs, & Perangarijs eſt cauſa grauis; & quid importet, cauſam eſſe grauem, p. 1. cap. 10. num. 30.

R

REædificatio ſola non ſufficit ad acquirendum iuſpatronatus, ſed requiritur etiam Epiſcopi conſenſus, p. 1. c. 16. num. 190.


Re-

Digitized by Google

*Reditus, & prouentus orientes ex rebus, ſiuè iuribus incorporalibus licèt non renaſcãtur ijdem numero, renaſcuntur tamen ijdem genere, p.1.c.8.num.4.*

*Reditus vectigalium ſunt in fructu, p.1.c.17.num.21.*

*Reditus annuus an computetur inter res mobiles, an verò inter res immobiles, vel conſtituant tertium genus ipſorum, p.2.c.3.num.84.*

*Reditus quicumque, ac introitus beneficiorum Eccleſiaſticorum non exacti tempore mortis Beneficiarij an tranſeant in hæredes Beneficiarij, an verò in ſucceſſorem in beneficio, p.2.c.8.num.18.*

*Regalium in conceſſione non omnia Regalia veniunt, ſed ea tantùm, quæ poſſunt conuenire feudatario inueſtito, p.1.c.5.num.26.*

Reg.Pragm.8.de citat.& 2.vbi de del. quis conuen. deb. *quibus cauetur, vt vaſalli Baronum nec ciuiliter, nec criminaliter conueniri poſſint in aliquo Regio Tribunali non procedit totaliter priuatiuè quòad Regia Tribunalia, quia poſſunt procedere ad inſtantiam Partis ad capturam informationum, ac cauſæ cognitionem, ſi Baro non petit remiſſionem, p.1.cap.12.num.5.*

Regia Pragm.2. ſub tit.de admin.Vniuerſ. *loquens de electione non habebit locum in nominatione, p.1.c.16.num.30.*

Regia Pragm.2. ſub tit.de admin.Vniuerſ. *loquitur per verbum* electio, *& proindè denotat actus perfectionem à principio ſimpliciter, ità vt non indigeat poſt electionem factam per eum, qui poteſtatem eligendi habet expectare approbationem ab alio, p.1.c.16.num.31.*

*Regulares notoriè delinquentes extrà Clauſtrum poſſunt puniri ex diſpoſitione* Sacri Conc.Trid. *per Ordinarium loci, quando Superior non puniret illum, proùt delicti qualitas expoſcebat, p.1.c.12.num.17.*

*Releuium fraudantes tenentur ad duplicatum releuium quantitatis fraudatæ, p.1.c.7.num.36.*

*Releuia dicuntur eſſe in fructu, ac fructus ſunt iurium, & actionum, & pertinet illorum exactio ad vſufructuarium, non verò ad proprietarium, p.1.cap.14.num.21.*

*Releuiorum exactio prouenit ratione feudi, p.1.c.14.num.22.*

*Releuiorum exactio an ſit inuentum Regnicolarum noſtrorum, an verò Siculorum, remiſſiuè, p.1.c.14.num.23.*

*Releuium eſt id, quod ſoluitur, quando moritur Feudatarius vaſallus, vtilis Dominus feudi per eius hæredem pro confirmatione, ſiuè inueſtitura, p.1.c.14.num.24.*

*Releuium eſt medietas fructuum illius anni, quo moritur feudatarius, aùt vnius anni, p.1.c.14.num.25. & p.2.cap.14.num.9.*

*Releuium dicitur à releuando, eò quòd releuat Dominum, p.1.c.14.num.26. & p.2.c.14.num.4.*

*Releuium ad inſtar laudimij debetur pro mutatione dominij, & inueſtitura præſtanda, p.1.c.14.num.27.*

*Releuium an ſit ſoluendum de illis, quæ præſtatur Baroni per Vniuerſitatem annuatim ex nominatione facta in Cameram reſeruatam, p.1.c.14.num.57.*

Authoris *opinio circà reſolutionem quæſtionis, ibid.num.57.cum ſeqq.*

*Releuium in Regno tantummodò ſoluitur per ſucceſſorem feudi ratione renouationis inueſtituræ, p.2.c.14.num.3.*

*Releuium præſtatur ab hærede tantùm, aùt alio ſucceſſore in feudo poſt mortem, p.2.c.14.num.5.*

*Releuium in quo differat à laudimio, p.2.c.14.num.6.*

*Releuium debetur in ſignum recognitionis in Dominum, ac renouationis inueſtituræ, p.2.c.14.num.7.*

*Releuium quid ſit quòad ipſius quidditatẽ, p.2.c.14.num.8.*

*Releuium eſt ſoluẽdum ex fructibus, eò quòd eſt rata fructuum, p.2.c.14.num.10.*

*Releuium qualiter taxetur per Fiſcales in Regno, p.2.c.14.num.11.*

*Releuij ex cauſa an detur actio realis contrà quemcumq; poſſidentem feudum, licèt extraneum, an verò perſonalis tantùm contrà percipientes fructus feudi, excutitur articulus, p.2.c.14.num.12.*

Authoris *opinio circà diffinitionem iſtius articuli, ibid.num.13.*

*Releuium an ſit medietas fructuum illius anni, quo Feudatarius moritur, an verò vnius anni, eſt controuerſia inter* DD. *Regnicolas variè intelligentes* Andrẹam

de

Digitized by Google

de Iſernia circà iſtud, p.2.c.14.num.14.
Releuium non tenetur minor ſtatim ſoluere, ſed tùnc demùm cùm fuerit factus maior, ac tempore, quo iurat fidelitatem D.Regi, p.2.c.14.num.15.
Contrarium tamen conſuetudine introductum, & ità deciſum, vt ibidem.
Releuij in computatione an deducantur onera, & expenſæ, & quæ expenſæ, p.2.c.14.num.16.
Et quid de vita, & militia, an ſ. ea ſit deducenda, eò quòd reſpicit fructus feudi, ibid.num.17.
Releuium vnicum debetur in caſu, quo eodem anno moriantur pater, & filius, p.2.c.14.num.18.
Releuium non debetur ex refutatione feudi in caſu, quo illud refutaretur proximo ſucceſſuro, niſi tamen ei refutarentur omnia feuda, p.2.c.14.num.19.
Releuium in caſu refutationis feudorum debetur poſt mortem Refutatarij, non verò Refutantis, p.2 c.14 num.20.
Releuium debetur de feudo iterùm reuerſo ad Refutantem per mortem Refutatarij, p.2.c.14. num.21.
Releuium debetur ab vxore mortuo marito, in caſu, quo fuiſſet feudum datum in dotem, & impetratus aſſenſus, p.2. cap.14. num.22.
Releuium non debetur de feudis donatis contemplatione matrimonij, p.2.c.14.num. 23.
Releuium debetur in caſu reemptionis factæ vigore pacti de retrouendendo, ſi hæres reemerit poſt mortem poſſeſſoris alienantis cum dicto pacto, p.2.c.14.num.24.
Releuium debetur etiam pro Subfeudatarijs, quibus Feudatarius alienauit Caſtra cũ Regio aſſenſu, p.2. c.14.num.25.
Releuium an debeatur etiam morte ciuili, ſicuti debetur morte naturali, p.2. cap.14. num.26.
Et quid in caſu profeſſionis in Religione factæ, ibidem.
Releuium non debetur in caſu feudi legati cum Regio aſſenſu, licèt ſucceſſio deferatur poſt mortem, p.2.c.14.num.26.
Remiſſio cauſæ vaſalli inquiſiti non poteſt peti per Baronem, niſi exiſtente illo carcerato, & in fortijs Curiæ, p.1.cap.12.num. 32.
Remiſſio cauſæ an, & quando admittatur in cauſis apocæ Banci, tàm ſi ex parte Baronis peteretur, quàm ſi ex parte vaſalli, & quomodò procedatur in illis, p.1.cap.12. num. 34.
Remiſſio cauſæ vaſalli denegatur Baroni, quando vaſallus eſſet inquiſitus de delictis commiſſis in perſonam Officialium, tàm actiuè, quàm paſſiuè, par.1.cap.12. num.35.
Amplia etiam quòad offenſam factam Arbitro intuitu officij, ibid.num.36.
Quid quando offenſa facta eſſet Actuario cum diſtinctione, ibid.num.37.
Fallit in caſu, quo Baro haberet ſpeciale privilegium cognoſcendi de illis, vt ſuprà ibid. num. 35.
Remiſſio cauſæ denegatur Baroni in caſu ſaluaguardiæ Principis fractæ, p.1. cap.12. num.44.
Remiſſionem denegans offenſus, & petendo pro illa exceſſiuam pecuniarum quantitatem poteſt cogi recepta ſatisfactione arbitranda per Superiorem, p.2.c.13.num.31.
Remiſſio Partis offenſæ eſt neceſſaria etiam in caſu compoſitionis delicti, dato adhuc quòd ipſa Pars offenſa nõ expoſuerit querelam, p.1.c.13.num.40.
Remiſſionem extorquentes per vim à Partibus offenſis puniuntur pœna mortis naturalis, p.1.c.13.num.41.
Remiſſio offenſi an ſit ſufficiens, ſi poſt remiſſionem factam deinde moriatur, p.1.c.13. num.42.
Remittere an poſſit ſolus pater abſq; filio, & è cõtrà an filius abſq; patre, an verò vterq; requiratur ad remittendum in caſu offenſi filij, excutitur latiſſimè articulus, p.1.c. 13. num.44.
Authoris opinio pro reſolutione quæſtionis cum diſtinctione, ibid.num.45.
Remiſſio facta per patrem vilis conditionis, ac abiectæ non eſt ſufficiens pro offenſa facta filio honeſtæ conditionis, p.1.c.13. num. 48.
Remittere poterit filius emancipatus abſquè patris conſenſu iniuriam ipſi filio factam, p.1.c.13. num.49.
Remittere non poterit pater abſquè filio iniuriam factam ipſi filio per cognatum, aùt perſonam aliquo modo coniunctam, p.1. c.13. num.50.

Re-

Digitized by Google

Remittere an poſſit tutor pro pupillo, & an requiratur decretum Iudicis, remiſſiuè, p.1.c.13.nu.51.
Remiſſio Partis offenſæ requiritur etiam in caſu, quo per Curiam fuerit proceſſum ex officio, abſq; Partis offenſæ quærela, aùt denuncia, p.1.c.13.n.58.
Remiſſio Partis requiritur etiam in caſu criminis falſi, quod non habuit effectum conſumatum, p.1.c.13.n.63.
Remiſſio Monachi ad quem ſpectet, ſi ſ. ad Monaſterium, an verò ad ſanguine coniunctos, p.1.c.13.n.64.
Remiſſio nō requiritur in caſu inſultus facti cum armis, citrà tamen offenſionem perſonæ, p.1.c.13.nu.65.
Remiſſio non requiritur in caſu pœnarum, ac mulctarum pecuniariarum Fiſco debitarum, quas poteſt Iudex remittere, & tranſigere abſq; Partis remiſſione, p.1. cap.13. nu.66.
Remiſſio facta ſub conditione de nō accedendo, an admittatur, & ſi tenebitur obtinens ad obſeruantiam p.1.c.13.nu.67.
Et quid ſi pro obſeruantia conditionis quis ſe obligauerit ad aliquam pœnā pecuniariam, etiam fauore Eccleſiæ, ibid.nu.68.
Itèm, quid quando conditio fuiſſet appoſita per Principem, ibi.nu.69.
Renunciationes factæ per Monachum ſeruata forma Sacri Conc.Trid. ſeſſ.25.c.16. de regular. non poterunt reſcindi ſub prætextu, quòd fuerit enormiſſimè læſus, p.2. cap.2.nu.87.
Etiam ſi renunciātes eſſent minores, nu.88. Quinimò etiam ſi renuncians fieret poſtmodùm Epiſcopus, nu.89. An renunciationes prædictæ extendantur ad bona fideicommiſſo ſubiecta, remiſſiuè, num.91. Et promiſſio facta per Monaſterium de renunciando habetur pro facta, ac ſi effectualiter fuiſſet ſubſecuta, ibid.nu.92.
Reſignatio beneficiorum fauore certæ perſonæ non poteſt fieri in manibus Collatoris, par.1.cap.16.num.77. Quid autem ſeruetur de ſtylo in Romana Curia, ibid.
Reſignare an poſſit Beneficiarius Reus criminis capitalis, par.1.cap.16.nu.79.
Reuocatio Vaſallorum ad habitandum qualiter fieri poſſit per Barones, & quales Vaſalli reuocari poſſint, p.1.c.10. nu.21.
Reuocari poterunt per Barones ad habitādum in eorum Terris, ſi receſſerint Vaſalli tantùm Ruſtici, ſiuè Villani, non verò Vaſalli Nobiles, & Artiſtæ, part. 1. cap.10.nu.23.
Rota, per quam trahitur aqua eſt in fructu, par.1.cap.17.nu.121.

S

SAccarum an ſit in fructu, & an de illo ſoluenda ſit decima, parte 1. cap. 17. nu.119.
Sacr.Conc.Trident.ſeſſ.26.cap.16. de regular. habet locum in contractibus inter viuos, non verò in teſtamentis, alijſque vltimis voluntatibus, p.2.c.2.nu.82.
Sacr.Concil. Trident.ſeſſ.24. cap.12. de reform. recipit declarationem à iure communi, vt ſcilicet habeat locum in illo iuſta cauſa, & rationabilis, de iure approbata, licèt in eo non expreſſa, p.1.c.15.n.21.
Sacr.Concil.Trident. ſeſſ.25. cap.9. de reform. vendicat ſibi locum tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, p.1.c.16.n.205.
Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. nihil innouauit quòad probationes circà perſonas priuatas, ſed tantùm quòad Magnates, Potentes, Communitates, ac Vniuerſitates, p.1.c.16.nu.212.
Abrogauit omnia iurapatronatus in beneficijs tàm Secularibus, quàm Regularibus quibuſcumq;, exceptis cōpetentibus ſuper Cathedralibus Eccleſijs, ac competentibus Imperatori, Regibus, ac Principibus, iura Imperij habentibus, ibid.nu.213.
Sacr.Cōc.Trid.ſeſſ.25.cap.16.de regular. non habet locum in donationibus, & renunciationibus factis per Monachum antè ingreſſum, & ſic antè habitus ſuſceptionem, p.2.c.2.nu.85. Etiam ſi donationes, aùt renunciationes præfatas fecerit animo ingrediendi Religionem, ibid.nu.86.
Salarium quale debeatur Vaſallis ſeruientibus Baroni, tàm in terra, quàm extrà territorium, p.1.c.11.nu.38.
Salariū infrà viginti milliaria debetur vaſallis à Barone, prout ſoluitur inter Ciues, p.1.c.11.nu.39.
Salarium defuncto Legato Cæſaris præſtari Comitibus debetur, nedùm præteriti temporis, verùm etiam & reſidui temporis, p.2.c.8.nu.6.



Digitized by Google

Salarium militantis in ſacris ſcrinijs decedẽtis hæredibus debetur tàm pro præterito tẽpore, quã reſidui tẽporis, par. 2. c. 8. n. 7.
Salarium Officiali defuncto debitum ad hæredes tranſmittitur, dato adhùc quòd antè finitum officium obierit, par. 2. cap. 11. nu. 1. Amplies hoc etiam fauore Aſſeſſorum ipſius defuncti Officialis, ibid. nu. 2.
Salarium debetur integrum Officiali deſtinato pro adminiſtratione iuſtitiæ ſuſpenſæ iuriſdictionis propter delictum, aùt debitum Baronis, ſi antè finitum officium fuerit reuocatus abſque culpa ipſius Officialis vigore gratiæ de delicto factæ, par. 2. c. 11. n. 3. Secus ſi eius culpa, ibid. n. 53.
Salarium, ſiuè merces an debeatur regulariter, excutitur articulus, & referuntur caſus, par. 2. cap. 11. nu. 5.
Salarium ad hoc vt famulus poſſit à Domino petere oportet, quòd expreſſim de illo cum Domino ſe conuenerit, par. 2. cap. 11. nu. 6. Fallit, quando adeſſet de hoc conſuetudo illud præſtandi, ibid. nu. 7.
Circumſcripta tamen conuentione, aùt conſuetudine erit officium Iudicis arbitrari, an debeatur, necnè, attentis circumſtantijs qualitatis perſonæ ſeruientis, & ſeruitiorum, ibid. nu. 8.
Salarium debetur etiã famulis paruis, vulgo Paggi, p. 2. cap. 11. nu. 9. Ceſſat, quando fuerint poſiti ad addiſcẽdam aliquam artem apud peritos Magiſtros, ibid. nu. 10.
Salarium Aduocato debitum dicitur Palmariũ, aliàs Honorariũ, p. 2. c. 11. nu. 12.
Salarium debetur Aduocato, dato adhùc quòd in cauſis non laboraſſet, ſi tamen facto ſui Clientis non valuerit aduocare, par. 2. cap. 11. nu. 15.
Salarium Conſultori debitum, quando mittitur proceſſus ad votandum, à quo ſolui debet, p. 2. c. 11. nu. 16.
Salarium vnicum tantùm debetur Conſultori, aùt Curiæ pro voto, aùt decreto, licèt plures perſonæ in illis comprehendantur, p. 2. c. 11. nu. 17.
Salarium, ſiuè honorarium Aduocato debitum officio Iudicis taxatur, quando non fuerit expreſsè conuentum, p. 2. c. 11. n. 18.
Salarium debetur Medico, dato adhùc quòd de illo non ſe conuenerit cum infirmo, p. 2. cap. 11. nu. 21.
Salariũ debetur Obſtetricibus, ac Nutricibus quemadmodùm & Medicis, & Aduocatis, p. 2. c. 11. n. 24.
Salarium debetur Vicario Epiſcopi, etiamſi de illo non ſe conuenerit cum Epiſcopo, p. 2. cap. 11. n. 25.
Non tenebitur tamen ad illud ſucceſſor Epiſcopi, quia Vicarij electio eſt voluntaria, non verò neceſſaria, ibi. nu. 26.
Salaria, & emolumenta Doctorum, & Scholaſticorum, ac Iudicum, Aduocatorum, & ſimilium æquiparantur doti, & Fiſco, & proindè ad illorum inſtar habent tacitam hypothecam de iure doti, & Fiſco indultã cum prælatione, p. 2. c. 11. nu. 29.
Salarium non debetur tutori ſuper bonis pupilli, niſi à principio conuenerit de illo, p. 2. c. 11, nu. 31.
Fallit, quando ſubeſſet iuſta cauſa, ibid. nu. 32. Itèm fallit in Balio, qui datur in Regno pupillo feudatario ex cauſa adminiſtrationis bonorum feudalium, ibi. nu. 33.
Salarium an debeatur Sindico, & Electis, ac Antianis alicuius Communitatis, part. 2. cap. 11. n. 34.
Salarium quando ſolui debeat, an ſ. in fine anni, an verò in princpio ipſius, part. 2. cap. 11. n. 35.
Salarij circà tempus ſolutionis cõſuetudo eſt attendenda, p. 2. c. 11. n. 36.
Salarium à Barone debitũ Nuncijs, Mulionibus, & alijs ſeruata forma Regiæ Prag. an ſolui debeat in principio acceſſus, an verò in receſſu, p. 2. c. 11. n. 38.
Salarium an debeatur famulo pro eo tempore, quo fuit infirmus, examinatur articulus, p. 2. c. 11. n. 40.
Quid ſeruetur de conſuetudine, nu. 41. Suppoſito, quòd non teneatur eo tempore ad ſalarium, an teneatur ſaltim ad cibaria, & expenſas, & medicamenta, & in quibus, ibid. nu. 42.
Salarium incertum alicui promiſſum nõ põt poſtmodùm taxari, p. 2. c. 11. n 58.
Salarium, ſiuè merces quibus in caſibus competat Tutori, vel Curatori ſuper bonis pupilli, p. 2. c. 14. n. 30.
Salinæ ſunt in fructu, p. 1. c. 17. nu. 51.
Salis duplex ſpecies, lapideus. ſ. & qui cõficitur ex aqua marina, p. 1. c. 17. nu. 52.
Earum differentia in eo conſiſtit, quia lapideus non eſt tantæ albedinis, & ſalſedinis, ſicuti ſal confectus ex aqua marina, ibid. nu. 53.

Sa-

Digitized by Google

Salinarum appellatione venit vterq; ſal, lapideus ſ. & confectus ex aqua marina, p.1.c.17. num.54.
Salinarum quæcumquè ſpecies eſt de Regalibus, p.1.c.17.num.55.
Salinæ an ſint Domini Prædiorum, an verò Fiſci, licèt in prædijs Priuatorum ſint, p.1. c.17.num.56.
De generali conſuetudine hodiè etiam ſalinæ inuentæ in prædijs Priuatorum ſunt Fiſci, ibid.num.57.
Sal nemo vendere poteſt, niſi Princeps in ſuo Statu, & ità conſuetudine vbiq; receptum eſt, p.1.c.17.num.58.
Saltus eſt locus incultus crebris ſyluis partim oppletus, in quo poſſunt tamen pecora paſcere, & æſtiuare, ſi aer loci patiatur, p.1.c.6. num.17.
Scoppictæ non minus trium palmorum cuicumq; permittuntur in Regno, extrà tamen loca habitata, p.1.c.5.num.11.
Segetes ſatæ in terris an computentur inter mobilia, an verò inter immobilia, p.1.c.2. num.24.
Seruitus quando dicatur habere cauſam cõtinuam, quando verò diſcontinuam, quomodò dignoſcatur, p.1.c.6.num.28.
Seruitutes habentes cauſam continuam præſcribuntur ſpatio longi temporis ſ. decem, vel viginti annorum, p.1.cap.6.num.29. Eæ verò, quæ habent cauſam diſcõtinuam requirunt longiſſimum tempus, ac tãtum, cuius initij non extet memoria hominum in contrarium, ibidem.
Seruitutem debens non poteſt quicquam facere, per quod ius ſeruitutis, ac liber ipſius vſus impediatur, p.1.c.6.num.56.
Serui, ac operæ eorum ſunt in fructu, p.1.cap. 17.num.126.
Serui opera ſit integra etiam ſi per vnum diẽ præſtetur, eò quòd operæ ſunt fructus, qui quotidiè percipiuntur, p.2.c.1.num.8.
Siclarij, ſiuè Zeccherij conſtitutio eſt in fructu, & fructus iuriſdictionis dicitur, p.1. c.9.num.26.
Eiuſdem officium circà quæ verſetur, ibidẽ.
Socius poteſt tantummodò partem ſuam alteri obligare, non autem illam ſocij, non conſentiente ſocio, p.2.c.5.num.37.
Socius non poteſt vendere portionem ſocij, quam communem habet, non conſentiente ſocio, p.2.c.5.num 38.
Solutionem decimarum poteſt Curatus anticipatim petere, vbi caſus repentinus, vel neceſſitas imminẽs expoſcit, p.1.c.7.n.74.
Spelta, Ordeum, aliaquè, quæ ariſtã teneant an veniant appellatione frumenti in Banno continente, vt quis frumenta reuelare habeat, p.1.c.17.num.85.
Spes poteſt vendi, donari, & ad hæredes trãſmitti, p.1.c.5.num.10.
Spicæ cadentes in terra poſt ſegetes ſunt Domini illius territorij, cuius eſt meſſes, p.1. c.6. num.72.
Spica dicitur eſſe in fructu, p.1.c.17.nu.116.
Spolia mortuorum, ac morticina ſunt in fructu, p.1.c.17. num.132.
Spolia Eccleſiaſtica qualia ſint, & quæ dicantur, p.2.c.8.num.24.
Spolia Eccleſiaſticarum perſonarum Eccleſiæ fiebant antiquo iure per mortem Beneficiarij, p.2.cap.8.num.15.
Stagnum eſt quod continet temporalem aquam, quæ vt plurimùm hyeme congregatur, nec fluit, nec refluit, p.1.c.4.num.7.
Statuæ, & imagines ſunt in fructu, p.1.c.17. num.8.
Statutum excludens maſculos propter fœminas, an excludat etiam Moniales, remiſſiuè, p.2.c.2.num.226.
Statuto dictante, vt mulier decedens ſine liberis, & aſcendentibus teneatur relinquere partem dotis fratri, non poterit mulier alienare dotem in præiudicium fratris, p.2. c.2. num.243.
Stramenta ſunt in fructu, & quid ſignificet vox iſta, ſtramenta, p.1.c.17 num.117.
Subfeudatarij Baronum non habent vocem in Parlamento generali, p.1.c.16.num 8.
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, p.2.c.5.num.34.
Subſidia charitatiua ſoli Prælati Eccleſiaſtici, & ſic Summus Pontifex, Cardinalis, Patriarcha, Archiepiſcopus, & Epiſcopus petere poſſunt, non verò inferiores Epiſcopo, niſi habeant ex priuilegio, aùt ex conſuetudine, p.1.c.14.num.34.
Subſtituti non excluduntur à venientibus ab inteſtato, p.2.cap.2.num.67. Intelligas tamen, quando ſubſtitutio admittitur in caſu, & tempore, in quibus à teſtatore vocantur, ſecùs tamen quando venientes ab inteſtato non veniunt contrà teſtatoris voluntatem, ibid.num.68.



Digitized by Google

*Substitutio facta sub conditione ſi ſine liberis deceſſerit euaneſcit, ſi grauatus fieret Clericus ſæcularis, par.2.cap.2.num.132. Etiam ſi fieret Epiſcopus, ibid.num.133. Intelligas tamen aliquibus concurrentibus, ibid.num.134.*

*Subſtitutio ſub conditione ſi ſine filijs deceſſerit euaneſcit per ingreſſum, etiam ſi antè ingreſſum grauatus diſpenſauerit bona fideicommiſſo ſubiecta in pios vſus, p.2.c.2. num.135. Procedit diſpoſitio iſthac etiam de iure Canonico, ibid.num.136. Itèm etiam in Bigamo inſtituto, ſi poſtmodùm diſpenſatione Pontificia obtenta Monaſterium ingrediatur, ibidem num.137. Rursùs etiam in eo, qui ſe obtulit Epiſcopo ſeruaturum Regulam Monachalem, ex quo non potuit ab aliquo Monaſterio recipi, ibid num.138.*

*Subſtitutio compendioſa continet ſub ſe vulgarem, p.2.cap.2.num.229.*

*Subſtitui, ac fideicommitti poteſt per plures ſubſtitutionum gradus, non tantùm in hæreditatibus, verùm etiam in legatis, & fideicommiſſis particularibus certæ rei, p.2.cap.2.num 230.*

*Subſtitutus pupillariter an excludat venientes ab inteſtato, ſiuè venientes ex forma ſtatuti, aùt conſuetudinis dictantium, vt morienti ab inteſtato ſuccedant proximiores in tota, aùt certa parte hæreditatis, p.2. cap.2. num.240.*

Authoris *diſtinctio circà iſtius quæſtionis reſolutionem, ibid.num.241.*

*Subſtitutus filio impuberi capiet ſolidum ex bonis teſtatoris ſubſtituentis, licèt aliàs ſolidum illud capere non potuiſſet, par.2. cap.2. num.242.*

*Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum filij, p.2 cap.2.num.250.*

*Subuentiones, & Adiutoria an ſint in fructu, & an pertineant ad vſufructuarium, an verò ad proprietarium, latiſſimè excutitur articulus, p.1. cap.14. num.31. & num.59.*

*Subuentiones, & adiutoria in quibus caſibus debeantur de iure Regni, par.1. cap.14. num.32.*

*Subuentiones, & adiutoria, in quibus caſibus poſſint petere à ſuis vaſallis Prælati tenentes feuda, p.1.c.14.num.33.*

*Subuẽtiones, & adiutoria ligant, & afficiunt homines, & vaſallos feudi, non autem Vniuerſitatem, ac corpus Collegij vniuerſalis, p.1.c.14.num.45.*

*Subuentionum, & adiutoriorum in exactione an ſit facienda diſtributio per capita, an verò per æs, & libram, p.1.c.14.num. 46. Et an æqualiter vniformiter, ibidem num.47.*

*Subuentiones, & adiutoria præſtare non tenentur vaſalli exteri habitantes in ea Terra, per cuius vaſallos, & Ciues eſt facienda præſtatio, p.1.c.14 num.48.*

*Subuentionum, & adiutoriorum in exactione an ſit attendendus numerus focularioꝝ actualiter inhabitantium, an verò iuxtà numerationem vltimo loco factam, p.1.c.14.num.49.*

*Subuentiones, & adiutoria conſtituunt onus perſonale ratione bonorum, & ſic tenentur perſona pro modo facultatum, & proindè non tenentur ad illa vaſalli, ſi fuerint effecti non ſoluendo, aùt Vniuerſitas depauperata, p.1.c.14.num.50.*

*Subuentiones, & adiutoria an pertineant ad proprietarium, an verò ad vſufructuarium feudi, p.1.c.14 num.60.*

*Subuentiones, & adiutoria tùnc pertinent ad vſufructuarium, quãdo eſt verè fructuarius ad proprium commodum, qualis eſt maritus rerum dotalium expreſſim in dotem datarum, ac ſimiles, p.1.cap.14.num. 61. Item quando præſtat ſeruitium militare, ibid.num.62.*

*Subuẽtiones, & adiutoria præſtantur etiam Domino feudi cum pacto de retrouendendo, & ſic reuocabiliter illud poſſidenti, p.1. cap.14.num.63. Itèm Domino poſſidenti feudum vigore venditionis factæ cum annua perceptione introituum ad certam rationem, ac cum reſeruatione tamen aliorum introituum, & iuriſpatronatus, ibid. num.64.*

*Subuentionum, & adiutoriorum exactio pertinet ad Dominum feudi ex prærogatiua dominij, non autem ex perceptione fructuum, p.1.c.14 num.65.*

*Subuentiones, & adiutoria debentur etiam vtili Domino tenenti feudum in burgenſaticum ab Eccleſia, aùt ab altero taliter concedente, p.1.c.14. num.66.*

*Subuentiones, & adiutoria debentur etiam Nepoti ſuccedenti in feudo ſui Auunculi*



Digitized by Google

# INDEX.

*in caſu maritagÿ ſororis, ipſius ſororis ſuccedentis, p.1.c.14.num.67.*
*Subuentiones, & adiutoria debentur Baroni habenti ciuilem iuriſdictionem, non verò habenti criminalem in feudum, p.1.c.14. num.68.*
*Subuentiones, & adiutoria debentur Baroni non tantùm pro prima filia maritanda, ſed pro omnibus, & ſic pro pluribus, p.1.c.14. num.69.*
*Subuentiones plures an ſint præſtandæ eodem anno, ſi plures caſus præſtationis emerſerint in illo, p.1.cap.14.num.70.& num.97.*
*Subuentiones exigit frater non tantùm pro prima ſorore maritanda, ſed etiam pro omnibus, ſi plures haberet, par.1.cap.14. num.71.*
*Subuentiones Baroni pro ſorore maritanda non præſtantur, quando eſt feudum nouum ab ipſo fratre acquiſitum, ſed tantùm quando feudum eſt antiquum p.1.c. 14 num.72.*
*Subuentiones, & adiutoria an præſtari debeant à vaſallis in caſu maritagÿ filiæ naturalis tantùm, ſiuè ſpuriæ, p.1.cap.14. num.73.*
*Subuentiones, & adiutoria præſtantur Baroni à vaſallis, etiam in caſu maritagÿ neptis, non tantùm filiæ, p.1.c.14.num.74. Etiam ſi pater eſſet in medio, & ipſe auus poſſideret feudum, ibid.num.75. Intelligas tamen quòad auum paternum tantùm, non verò quòad maternum, ibid.num.76. Intelligas etiam dato adhùc quòd auia materna maritaret neptem ob paupertatem parentum: nàm non exiget in tali caſu adiutorium, ibid.num.77.*
*Subuentiones, & adiutoria præſtantur fratri maritanti ſororem etiam in caſu, quo pater legauerit dotem, p.1.c.14.num.78.*
*Subuentionum, & adiutoriorum exactionis ius trāſmittitur ad hæredes ſi obierit Baro non facta exactione, p.1.cap.14.num. 79.*
*Subuentiones, & adiutoria debentur Baroni etiam in caſu Monacationis filiæ, aùt ſororis, aùt amitæ, par.1.cap.14. num.80. Verùm præſtatio in tali caſu non fit tempore ingreſſus, ſed tempore profeſſionis, ibid.num.81. In tantùm quòd ſi Baro tēpore profeſſionis non poſſideret feudum, non erunt ei præſtanda, dato adhùc quòd fuerint ingreſſæ tempore dominÿ ipſius, ibid. num. 82.*
*Subuentiones, & adiutoria præſtanda pro Monacatione non ſunt æqualia cum præſtandis pro maritagio, ſed pro medietate debentur, & ſic ad ratam granorum vigintiquinq; pro quolibet foculari, p.1.cap. 14.num.83.*
*Subuentiones, & adiutoria peti poſſunt à vaſallis etiam in caſu, quòd habuiſſet aliàs pro maritagio, & perdidiſſet dotem, ſi ſecundò maritaretur, p.1.cap.14.num.84. Intelligas tamen, niſi culpa ſua perdidiſſet dotem, ibid.num.85. Itèm in caſu, quo repeti non poſſet, eò quia non eſſet ſoluendo: nàm in tali caſu de nouo peti poſſunt, ibid. num.86.*
*Subuentiones, & adiutoria an petere poſſit mater poſſidens feudum pro filia maritanda, p.1.c.14.num.87.*
*Subuentiones, & adiutoria exigere non poterit Baro, quando ipſe, aùt eius filius ducit vxorem, p.1.cap.14. num.88.*
*Subuentiones, & adiutoria debita pro emenda Terra, pro vnica tantùm vice debentur, non verò ſi plures Terras emeret, p.1. c.14. num.89. Et hoc tàm ſi fuerit Terra murata, quàm ſi non, & ſic etiam in caſu emptionis Mottæ, Oppidi, vel Caſalis, dummodò habitent ibi vaſalli, etiam infrà numerum decem focularìorum, ibid.num.90. Non debetur tamen in tali caſu, ſi emeret vnam iuriſdictionem, vtputà iuriſdictionem criminalem, vel ſecundas cauſas, aùt ſimilia, ibid.num.91.*
*Subuentiones & adiutoria an petere poſſit filius pro Terra emenda, ſi fuerint aliàs præſtita patri ſimiliter pro Terra ab ipſo patre empta, p.1. c.14.num.93.*
*Subuentiones, & adiutoria an debeantur patri pro Doctoratu filÿ, ſicuti debentur quando facit ipſum filium militem, p.1.c. 14. num. 94.*
*Subuentiones, & adiutoria non poſſunt petere Barones pro faſcia, quādo eorum Vxor, aùt Nurus pepererit, p.1.c.14.num.96.*
*Subuentiones, & adiutoria debentur plurièſ in anno, ſi plures in eodem anno emerſerint caſus faciendarum præſtationum, in caſibus tamen comprehenſis in* Conſtitutio-

tio-

tionibus,& Capitulis Regni, *p.1.cap.14. num.97.*

*Succeſſio licèt deferatur Monaco, acquiritur tamen Monaſterio, p.2.c.2.num.177.*

*Superindictum dicitur id, quod imponitur, quando aliqua prædia ſunt deſerta, ex cauſa ſ. reparationis damni, quod peruenit Fiſco, aùt alteri impotenti, p.1.cap.8. num.52.*

*Quæ autem Terræ teneantur contribuere in caſu Terrarum impotẽtium, ſi dictæ Terræ impotentes alleuiarentur, ibidem num. 53.*

*Sylua dicitur latum nemus ſine clauſura, in quo non ſit flumen, ad differentiam Parchi, quod muris, aùt Palis includitur, p.1. c.6. num.18.*

*Sylua aùt cędua, aùt paſcua, & qualis vtraquè, p.1.c.6.num.20.*

*Syluæ cędue, & arbores quo tempore cędi debent, p.1.c.6.num.21.*

*Sylua, & Foreſta in quo differant inter ſe, p.1.c.6. num.25.*

*Sylua in quo differat à Luco, p.1. c.6. num. 26.*

*Sylua cędua, & arbores germinales ſunt in fructu, p.1.c.17.num.98. Harum vocum ſignificatio qualis ſit, ibid.num.99. & nu. 104.*

*Sylua cędua ad eſſentiam an requiratur copulatiuè, vt ſit cędua, & quòd iterùm renaſcatur, an verò ſufficiat illorum alterum, p.1.c.17.num.100.*

*Sylua cędua ad hoc vt ſit cędua, an ſufficiat, quòd non mox, ſed benè poſt multum temporis ſpatium renaſcatur, p.1.c.17.num. 101.*

*Syluam cęduam an incidere poſſit qui lite pendente manuteneri debet in poſſeſſione, p.1.c.17.num.103*

*Sylua, & arbor, quæ aliàs eſt in fructu, quia ſ. glandes producit, non dicitur cędua, ſi ad hoc non habeatur, vt cędatur, tametſi cęſa renaſcatur, p.1.c.17.num.106.*

*Sylua ad hoc vt verè cędua ſit, ac dici poſſit, oportet, vt renaſcatur ex ſtipite, ſiuè radice, aùt trunco, p.1 c.17.num.107.*

*Syndici, aùt Electorum creatio vtrùm ſubſtineatur ſi nominetur ſucceſſor à prædeceſſore, p.1.c.16.num.27.*

T

*Taxum, aùt aliam herbam non licet apponere in mari, vel in flumine pro capiendis piſcibus, & ratio quarè, p.1.cap.4. num. 13.*

*Taxi vires ſecundùm* Matthiolum *eſt exiccatiua, & adſtrictiua, p.1.c.4.num.15.*

*Taxi arbor adeò venenoſa, vt mortem inferat dormientibus, vel cibum tantùm ſub illa capientibus, p.1.c.4.num.16.*

*Terra Zerbida, ac inculta vtrùm poſſit reduci ad culturam in præiudicium habentis ſeruitutem iuris paſcendi in illa, diſcutitur articulus, p.1.c.6.num.55.*

*Terra omnis primæuo iure libera eſt, p.1.c.7. num.23.*

*Teſtamentum factum coràm Iudice valet abſq; numero teſtium, ad illud de iure requiſitorum, p.1.c.9.num.69.*

*Teſtamentum conditum antè Religionis ingreſſum an rumpatur per ſubſequentem ingreſſum, examinatur quæſtio, p.2. c.2. num. 93.*

*Diſtinguunt alij, an ingrediatur* Religio*nem capacem, an verò incapacem, ibidem num.94.*

*Quòad capacem adhùc altercantur* Doctores, *nàm aliqui affirmant, aliqui verò negant, ibid.num.95.*

*Diſtinguunt alij, an cogitauerit de ingreſſu tempore teſtamenti, an verò non, ibidem num. 96.*

*Diſtinguunt alij rursùs, an conferat bona ſua expreſsè in Religionem tempore ingreſſus, an verò tacitè, nulla facta teſtamenti mentione, ibid.num.97. & 98.*

Authoris *diſtinctio in articulo iſto, ſi ſ. rumpatur teſtamentum, nec nè per ingreſſum, ibid.num.99.*

*Teſtamentum ingreſſi in caſu, quo rumpi contingerit non poterit Monaſterium rumpere, niſi quòad legitimam portionem ipſi Monaſterio competentem, p.2.c.2.nu. 109.*

*Teſtamento quando locus eſt ceſſante cauſa inteſtati, p.2.c.2.num.251.*

*Teſtium multitudo ſemper adeſſe præſumitur in iudicio, p.1.c.9.num.70.*

*Teſtis deponens falſum coràm Iudice de aliquo negotio ciuili punitur per eundem Iudicem, licèt non ſit eiuſdem falſum deponen-*

Digitized by Google

ponentis Iudex competens, p.1.c.12.num. 67.

Theſaurus non eſt in fructu, p.1.c.17.num. 59.

Theſaurus eſt vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam Dominum habeat, p.1.c.17.num.60.

Theſaurus non dicitur, ſi pecunia inuenta ſit ea forma excuſa, vt conſtet eſſe recentis memoriæ, p.1.c.17.num.61.

Theſaurus vt dici poſſit, requirit, vt non extet memoria temporis, in qua fuit reconditus, ac quòd ignoretur, quis ſit illius Dominus, p.1.c.17.num.62.

Vndè quando conſtat ex ſyngrapha, aùt documento intùs ſimùl incluſis de eo, qui abſcondit, non cenſetur theſaurus, ibidem num.63.

Theſaurus non pertinet ad vſufructuarium, p.1.c.17.num.64. Itèm nec ad Tutorem in illis locis, in quibus Tutor habet decimam omnium bonorum pupilli, ibidem num.65.

Theſaurus inuentus in fundo mulieris dotali, fit mariti pro medietate ratione inuentionis, alia verò medietas auget dotem, p.1.c.17.num.66.

Theſaurus inuentus in re emphyteutica, aùt feudo, fit totus emphyteutæ, ac vaſalli, p.1. c.17.num.67.

Hoc idem quòad poſſeſſores Maioratus, ibid.num.68.

Theſaurus an ſit Epiſcopi, Prælati, aùt Rectoris Eccleſiarum, ac quomodò, & in quo caſu, p.1.c.17.num.69.

Theſaurus inuentus in loco ſacro, vel Eccleſiaſtico cuius ſit, p.1.c.17.num.70.

Theſaurum facit ſuum inuentor, ſi inuenerit in loco ſuo, p.1.c.17.num.71. Fallit, ſi inuenerit Magica arte, quia tùnc Fiſcus vendicabit illum, ibid.num.72.

Hodiè tamen de generali conſuetudine ferè vniuerſalis Orbis ad Principem pertinet, tàm ſi in loco priuato, quàm ſi in loco publico inuentus fuerit, ibid.num.73.

Tranſactio inita per Vniuerſitatem cum Rectore Parochiali ſuper ſolutione decimarum non poteſt ab ipſa Vniuerſitate infringi, eò prætextu, quòd non interuenerit in illa Regium decretum, p.1.c.7.num. 105.

Tranſactio, ac compoſitio exigit iuſtam cauſam, qua ceſſante, ceſſabit etiam facultas tranſigendi, & componendi, p.1.cap.13. num.71.

Tranſigi, nec componi poteſt in crimine Sodomiæ, & Blaſphemiæ Omnipotentis Dei, eiuſq; Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum, p.1.c.13.num.70.

Tranſigi non poteſt de delicto, quando non fuit probatum per teſtes, aùt per confeſſionem ipſius inquiſiti, p.1.c.13.num.72.

Tranſitus eorum, quæ non recipiunt æſtimationem pecuniariam non fit in fideicommiſſarium, p.1.c.16.num.139.

Tributum originem ſumpſit à Populo Romano, p.1.c.8.num.44.

Tributum vndè fuerit dictum, latè examinatur, p.1.c.8.num.45.

Triticum genericè ſumptum idem ſignificat quod Bladum, p.1.c.17.num.78.

Turamini Authoris præceptoris laudes circà ſupputationem l.diuortio ff.ſolut.matrim. Geometrica proportione, non verò Arithmetica conficiendam, p.2.c.3.num. 29.

Eiuſdem etiam laudes, p.2.c.6.num.33.

Tutor in materia iuriſpatronatus habet locum circà annexa rebus Burgenſaticis, nàm in Feudalibus datur Balius, p.1.cap. 16.num.128.

Tutori non debetur ſalarium non taxatum per Iudicem à principio adminiſtrationis, p.1.c.16.num.247. Amplia, vt neq; debeatur eius hæredi, ibid.num.248.

Habebit tamen, ſi ſuberit iuſta cauſa, ibid. num.249. vbi exempla de hoc.

Tutor, cui debetur decima de omnibus fructibus pupilli an habeat decimam, etiam de marmoribus cæſis in lapidicinis, in quibus lapides non renaſcuntur, p.1.c.17. num.41.

## V

Vagabundi eò quia ſunt venenum Ciuitatis, & proni ad quæcumq; mala, vbi reperti fuerint, ibi capi, puniri, & caſtigari poterunt, & denegatur illorum remiſſio Baroni originis, vel domicilij, p.1. c.12.num.83.

Vagabundorum pœna in Regno eſt condemnatio ad remigandum per quinquennium, p.1.c.12.num.84.

Va-

Digitized by Google

# INDEX.

*Vagabundus adhùc dicetur quis tametſi in vno, vel duobus hebdomadæ diebus exercitio vacet apotheca alicuius Artificis, ſi non continuè vacet, p.1.c.12.num.85.*
*Et extenditur diſpoſitio* Regiæ Pragm. *contrà vagabundos etiam Neapolitanos, vt ibidem.*
*Vagabundi circùmſcripta aliqua peculiari lege alicuius dominij puniuntur Iudicis arbitrio, p.1.c.12.num.86.*
*Valles eſt locus montibus, vel collibus circumdatus, p.1.c.6.num.14.*
*Dicitur valles à vallo, vallas, idem denotante, quod circumdare, ibid.*
*Vaſalli Burgenſes non poſſunt ſibi præiudicare abſq; Regio aſſenſu, ſi faciant inſtrumentum cum Barone, in quo dicant, ſe teneri ad aliqua ſeruitia perſonalia, aùt angarias, p.1.c.10.num.9.*
*Vaſalli obligati ad angarias, & perāgarias poſſunt reuocari à Domino, vt reuertantur ad habitandum, ſi receſſerint, p.1.cap. 10. num. 10.*
*Vaſallorum aliqui dicuntur ratione feudi, quod à Domino recognoſcunt, qui aliàs feudatarij vaſalli vocantur, p.1.cap.10. num.11.*
*Vaſalli Burgenſes dicuntur vaſalli non ratione feudi, ſed ratione ciuilitatis, habitationis, & domicilij, p.1.c.6.num.20.*
*Vaſalli grauati à Barone poſſunt implorare officium Iudicis pro ſe eximendis à grauaminibus, p.1.c.10.num.32.*
*Vaſalli Burgenſes non dijudicantur angarij, aùt perangarij, eò quòd tenentur dare Baroni Ærarium, aùt Camerarium, p.1. c.10. num.33.*
*Vaſalli ſi mediante Capitulatione ſe obligant Baroni pro præſtandis ſeruitijs, intelligitur ſalario mediante, p.1.c.11.num.4.*
*Vaſallos domaniales non poteſt Rex alienare in Baronem, vt ſint angarij illius, p.1. c.11. num. 6.*
*Vaſalli non poſſunt cogi à Barone, vt ſint Fornarij, aùt Molendinarij, p.1.cap.11. num.22.*
*Itèm, vt neq; portent literas de Terra in Terram, ibid.num.23.*
*Vaſalli non tenentur obedire Baroni bannito, deportato, aùt foriudicato, p.1.cap.11. num.22.*
*Vaſalli poſſunt cogi per Baronem pro inciſione lignaminum nemoris, cauſa mercimonij, ſi eorum exercitium id expoſcat, p.1. c.11.num.28.*
*Vaſalli obligati ad ſeruitia perſonalia tenentur illa præſtare etiam pendente lite euictionis, p.1.c.11.num.29.*
*Vaſalli obligati ad ſeruitia perſonalia ſi ceſſauerint per centum annos, quia ſ. non fuerunt requiſiti, adhùc tenebuntur, p.1. c.11. num.30.*
*Vaſalli non poterunt cogi portare frumentum pro ſeruitio domus Baronis tempore hyemali, ſed tantùm à menſe Maij per totum menſem Octobris, p.1.c.11.num.35.*
*Vaſalli, qui tenentur exportare frumentum Neapolim, aùt aliò pro ſeruitio Domini, poſſunt ibi emere æquè idoneum, & conſignare Baroni in loco, vbi erat recepturus, p.1. c.11. num.36.*
*Vaſalli non veniunt in dubio in conceſſione Caſtri ſimpliciter facta, niſi exprimātur, p.1.c.12.num.2.*
*Fallit tamen, quando conceſſio Caſtri fuiſſet facta in feudum, ibid.num.3.*
*Intelligas tamen fallentiam iſtam, quando Princeps mixtim, & indiuiſim tenebat Caſtrum cum iuriſdictione, & imperio: nàm ſecùs ſi ſeparatim adminiſtrabat, ibid. num.4.*
*Vaſalli nō poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius Iudicis in præiudicium Baronis habentis potiora iura circà illum, p.1.c. 12.num.19.*
*Et hoc etiam in contractibus, quando Baro haberet priuilegium, nè eorum vaſalli poſſint alibi conueniri, etiam ſi inibi contraxerint tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, ibid. num.20.*
*Vaſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſui Baronis, etiam ſi haberet literas familiaritatis D.Regis, quando actu non inſeruiret, p.1.c.12.num.23.*
*Vaſalli inquiſiti remiſſio denegatur Baroni in caſu delicti commiſſi ergà Tabellionem literas perferentem, dùm aggrediendo illum literas interciperet, p.1.cap.12.num. 33.*
*Vaſallus Baronis receptās bannitum vtrùm ſit cognoſcendus ab illo Iudice, cuius erat bannitus receptatus ille, an verò remittendus ſit ad Baronem, p.1.cap.12.num. 65.*

Va-

Digitized by Google

*Vaſalli Burgenſes cõprehenduntur in indultu, ſiuè abolitione generali emanatis per Principem, præterquàm in caſibus, in quibus agitur de pœna pecuniaria, p.1.cap.12. nu.74.*

*Vaſalli appellare poterunt ab immodica, & exceſſiua tranſactione, & compoſitione, p.1.c.13.n.25.*

*Vaſallus vltrà expenſas circà culturam rei feudalis tenetur quoq; exhibere Domino reuerentiam, ac perſonaliter illi inſeruire, p.2.c.4.n.28.*

*Vaſalli ceſſante hyeme de menſe Martij conſueſcunt accingere ſe ad bellum pro adiuuando, opemq; Domino præſtando, par. 2.cap.4.nu.29.*

*Vaſalli miſſi à Domino ſi non ſtatim expediuntur, pro mora, quam culpa Domini faciunt, habere debent ſalarium, prout in inter Ciues, non verò iuxtà taxam* Regiæ Prag.*p.2.c.7.n.56.*

V*aſallis ſeruientibus* Baroni *intrà fines Feudi debetur ſalarium, prout inter Ciues, non verò iuxtà taxam* Reg.Prag.*p.2.cap.11. nu.39.*

*Vectigal ſecundùm propriam ipſius ſignificationem eſt illud, quod præſtatur ex rebus, quæ vehuntur, p.1.c.8.n.48.*

*Vectigalia exigentes, ac pedagia tenentur tenere loca tuta, aliàs tenentur de robaria, p.1.c.8.nu.49. Excuſantur tamen in aliquibus caſibus, vt ibid.*

V*ectigalium reditus ſunt in fructu, p.1.c.17. nu.21.*

V*enatio, & aucupium ſunt in fructu, p.1.c.5. nu.1.*

V*enatio, & aucupium tunc ſunt in fructu, quando fructus feudi, vel fundi conſiſterent ex venationibus, & aucupijs, p.1.c.5. nu.2.*

V*enatio, & aucupium differunt inter ſe, vndè qui habet ius venandi non dicetur habere ius aucupandi, part.1.cap.5. num.3. Differentia in quo conſiſtat, ibidem, nu.4.*

V*enatio, & aucupium ſunt prohibita in territorijs appatronatis clauſis, par.1.cap.5. nu.5.*

V*enatio antiquitùs in* Regno *erat computata inter* Regalia, *p.1.c.5.nu.6. Non ſic hodiè, & propterea non niſi in foreſtis Regijs prohibita, vt ibid.*

V*enatio fuit introducta de iure gentium, p.1.c.5.n.8.*

V*enatio quemadmodùm & aucupari prohiberi non poteſt, p.1.c.5.n.10.*

V*enationes vt poſſint prohibere Barones multa requiruntur, p.1.c.5.n.33.*

V*endens tanquàm hæres, cùm ſit fideicommiſſarius, tenetur emptoribus ad intereſſe, p.1.c.16.n.142.*

V*enditio dicitur perfectè celebrata, ſi à principio de certo pretio fuit cõuentum, tametſi non ſit res tradita, nec pretium numeratum.p.2.c.5.nu.9.*

V*endita re tantùmmodò ius venit, quod habet venditor in re illa, non autem alterius, p.2.c.5.n.27.*

V*enditor non poteſt transferre in emptorem maius ius, quàm ipſe habeat, par.2.cap.5. nu.35.*

V*eniẽtes ab inteſtato ſuccedunt præter ſpem, & voluntatem teſtatoris, part.2.cap.2. n.236.*

V*eſtimenta ſunt in fructu, part.1.cap.17. nu.123.*

V*iator tranſiens per terram poterit pro pabulo equi, quem ducit, quantum ſe extendit cum manu capere de herbis, & ſegetibus in via pro refectione ſui equi lapſi in itinere, p.1.c.6.n.86.*

V*iator, aùt alius forenſis pertranſiens non ſoluta gabella de mercibus, & bonis, quæ portat qua pœna puniatur, part.1. cap.7. nu.35.*

V*icario Epiſcopi non debetur ſalarium, quãdo habuiſſet ab Epiſcopo victum, & veſtitum pro ſe, & famulo, ac commodam habitationem ab Epiſcopo, par.2.cap. 11. nu.27.*

*Itèm, quando ex reditibus extraordinarijs Banchi perciperet ſufficientia emolumenta, ibid.nu.28.*

V*icinus poteſt vti iure retractus aduersùs ementem pendentes fructus prædij ſibi vicini, p.1.c.2.n.21.*

V*icinus poteſt vti ripis alterius vicini pro reficienda palata, ac pro aptando aquæductu, donèc ædificium percipiatur, par.1. cap.3.nu.62.*

V*ictualium nomen generale eſt, continens non tantùm deputata ad victum hominis, verùm etiam inſtituta in cibum animalium, p.1.c.17.n.81.*

Rr Vi-

Digitized by Google

*Victualia extrahere prohibitus an prohibeatur extrahere etiam fœnum, auenam, ordeum, & ſimilia, ad victum animalium deputata, p.1.c.17.num.82.*

*Victualium appellatione an veniant caules, lupini, & palea millij, p.1.cap.17.num. 83.*

*Victualia tametſi referri poſſint nedùm ad cibi animalium, verùm etiam ad cibi hominum deputata, tamen quando ponitur verbum iſtud, ità vt ad hominem tantùm referatur, non venient omnia præfata, p.1. c.17.num.84.*

*Vidua quæ verè, & propriè dicatur vidua, & an etiam ea dici poſſit quæ virum non habuit, p.1.c.12.num.57.*

*Vinum, & oleum fructus ſunt, ſed induſtriales, tametſi Vua, & Oliua ſint fructus naturales, p.1.c.17.num.92. & num.94.*

*Vini appellatione an veniat acetum, & vinaceum, vulgo Aquaticum in prohibitione, p.1.c.17.num.95.*

*Vita contemplatiua melioris conditionis eſt, quàm vita actiua, p.2.c.2.num.122.*

*Viuaria, Stagna, & Piſcina differunt inter ſe, p.1.c.4.num.6.*

*Viuarium quid, ibidem.*

*Viuere quis vſq; ad quod tempus præſumatur, p.2.c.12.num.9.*

*Vniuerſitas aliqua ex duabus habentibus reciprocam communitatem iuris paſcendi an poſſit agros incultos colere, & in illis renouellare, ac mutare culturam in præiudicium iuris paſcendi, p.1.cap.6.num. 61.*

*Affertur diſtinctio per* Authorem *pro diffinitione articuli, ibidem.*

*Vniuerſitas neceſſitate accedente poteſt vendere præuio Regio aſſenſu, ac conſenſu Ciuium vſum nemoris, aliorumq; locorum domanialium ipſius Vniuerſitatis, p.1.c. 6.num.70.*

*Vniuerſitates vendentes gabellas alicui priuato, ad inſtar Fiſci ſunt immunes à præſtatione illarum, p.1.c.8.num.56.*

*Vniuerſitas eligens Aerarium, vel Camerarium Baroni tenetur de periculo illius, ſi non ſit ſoluendo, p.1.c.11.num.15.*

*Quo verò tempore ſufficiat eſſe ſoluendo, ac cui incumbat onus probandi, quòd ſit, aùt non ſit ſoluendo, ſi. ſ. Vniuerſitati eligenti, an verò Baroni, ibid.num.16.*

*Volucres, feræ, & alia animalia non ſunt communia iure naturæ poſitiuè, & affirmatiuè, ſed negatiuè, p.1.c.5.num.18.*

*Voluntaria à principio in contractibus, ex poſt facto fiunt neceſſaria, p.2.c.6.num. 37.*

*Vox quid ſit, & quid importet dare vocem, p.1.c.16.num.11.*

*Vocis datio poteſt alteri etiam committi, non tantùm per ſe ipſum explicari, p.1.c.16. num.12.*

*Voces duas habens, vnam ſ. nomine proprio, alteram verò vti Procurator, tenetur cum ambabus conuenire in vnum, non verò poterit ipſarum vnam dare vni, alteram verò alteri, quemadmodùm nec etiam dare vnam prò, aliam verò contrà, p.1.c.16. num.14.*

*Vſufructuarius nõ nunciat nouum opus ſuo nomine, p.1.c.14.num.35.*

*Vſufructuarius exigit laudimia omnium rerum cenſualium, p.1.c.14.num.37.*

*Itèm agit actione furti, ibid.num.38.*

*Rursùs petit etiam cautionem damni infecti, ibid.num.39.*

*Itèm tenetur ad onera collectarum, & alia onera quæcumquè, ibid num.40.*

*Inſuper habet vſumfructum etiam in nominibus debitorum, ibid.num.41.*

*Vſufructuarius dicitur Dominus ratione præeminentiæ, p.1.c.14.num.42.*

*Vſufructuarius, aùt alius poſſidens præſtans ſeruitium militare ratione poſſeſſionis feudi poteſt petere ſubuctiones, & adiutoria, p.1.c.14.num.43. & num.62.*

*Vſufructuario rei proprietas læditur per pignorationem factam ab vſufructuario, p.1.c.17.num.5.*

*Vſufructuarij electio eſt finito vſufructu, an velit reſtituere rem deterioratam mobilem, & pretium deteriorationis, an verò illius pretium tantùm, p.1.c.17.num.7.*

*Vſufructuarius poteſt incidere lapidicinas marmoreas, etiam in quibus lapis non renaſcitur in fundo ſterili, qui nullam aliam afferret vtilitatem, p.1.c.17.num. 36.*

*Vſufructuarius poteſt incidere lapidicinas, etiam in quibus lapis non renaſcitur, quãdo reperiebatur iam aperta lapidicina antè conſtitutum vſumfructum, & hoc etiã in marito, p.1.c.17.num.39.*

*Niſi*

Digitized by Google

*Niſi tamen de contraria expreſſa voluntate vxoris, aut Domini proprietatis conſtiterit, ibid. num. 40.*

*Vſufructuarius potitur fructibus tantùm perceptis, non percepti verò non tranſeunt ad hæredes ipſius, p. 2. c. 1. num. 2.*

*Vſufructuarius ſi maturis fructibus deceſſerit, non tranſmittit illos ad hæredes ſuos poſt mortem, p. 2. c. 1. num. 3.*

*Etiam ſi tempore mortis eſſent partim percepti, partim pendentes, nàm pendentes ad proprietarium pertinebunt, ibid. num. 4.*

*Vſufructuarij ius poſitum eſt in perceptione fructuum, non autem quòd ſint maturi, & pendeant, p. 2. c. 1. num. 7.*

*Vſufructuarius transfert ad hæredes penſionẽ debitam ex locatione fundi fructuum, & dilatam poſt tempus perceptionis, ſi poſt perceptionem deceſſerit, p. 2. c. 1. num. 10.*

*Vſufructuarius locando non dicetur locare ius vtendi, quod perſonale ius eſt, ſed benè perceptionem fructuum, p. 2. c. 1. num. 15.*

*Vſufructuarij ſerui operarũ locationis emolumentum diuiditur pro rata temporis, quo vixerit vſufructuarius inter proprietarium, & fructuarij hæredes, p. 2. cap. 1. num. 18. & 19.*

*Ratio eſt, quia ex operis ſerui quolibet die percipitur vtilitas, & propterea quolibet etiam die dicitur percipi fructus, ibidem num. 20.*

*Vſufructuarius antè petitam cautionem à proprietario nedùm non eſt in mora, verùm facit etiam fructus ſuos perceptos, p. 2. c. 1. num. 41.*

*Vſufructuario non reperiente cautionem, bona ſuper quibus conſtitutus eſt vſusfructus ſunt committenda alicui probo viro, qui de commoditate fructuum reſpondere habeat fructuario, p. 2. c. 1. num. 46.*

*Vſufructuarius tenetur facere inuentarium bonorum, ſuper quibus conſtitutum habet vſumfructum, p. 2. c. 1. num. 52.*

*Nec dicta inuentarij confectio remitti poterit à teſtatore, ibid. num. 53.*

*Etiam ſi ſub pęna confectionem præfatam teſtator remitteret, ibid. num. 54.*

*Vſufructuarius veſtis liberatur ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit finito vſufructu, p. 2. c. 1. num. 58.*

*Vſufructuarius poteſt expellere colonum cõſtitutum à proprietario, nec illi ſtare tenebitur, p. 2. c. 1. num. 63.*

*Amplia tàm ſi de penſionibus nihil fuiſſet dictum in conſtitutione vſusfructus, quã etiam ſi fuiſſent ſpecialiter comprehenſæ, ibid. num. 64.*

*Fallit, quando fructuarius non eſſet vſurus arbitrio boni viri, ibid. num. 65.*

*Itèm, quando conuentum fuiſſet, nè ad vſufructuarium pertinerent penſiones locationis, ibid. num. 66.*

*Vſufructuarius non poteſt retrouendere cenſum, in quo habet conſtitutum vſumfructum, p. 2. c. 1. num. 67.*

*Itèm nec ſua propria authoritate fructus capere, ſed accipere debet poſſeſſionem bonorum vſufructuariorum ab hærede, vel exequutore teſtamenti, ibid. num. 68.*

*Niſi tamen hæreditas non eſſet adita, nàm adita poſtmodùm hæreditate tenetur poſſeſſionem illorum bonorum vnà cum vſufructu recepto reſtituere hæredi, ibidem num. 69.*

*Itèm, niſi fuiſſet data licentia per teſtatorem accipiendi propria authoritate bona relicta ad vſufructuandum, ibidem num. 70.*

*Rursùs, quando fuiſſet legatus vſusfructus nullo inſtituto hærede, ibid. num. 71.*

*Inſuper, niſi fuiſſet conſtitutus hæres poſt mortem vſufructuarij, ibid. num. 72.*

*Et niſi fuiſſet conſtitutus vſufructuarius omnium bonorum, ibid. num. 73.*

*Vſufructuarius non poteſt propriò nomine exigere nomina debitorum, in quibus habet conſtitutum vſumfructum, ſed intercedere debet mandatum hæredis, ac ipſe hæres exigere, & exacta deindè tradere vſufructuario, p. 2. c. 1. num. 74.*

*Niſi à principio accepiſſet poſſeſſionem à manu hæredis, vel in poſſeſſione reperiatur, ibid. num. 75.*

*Vſufructuarius non poteſt alienare, nec cedere, nec altero quouis modo vſumfructum in alterum transferre, p. 2. c. 1. num. 76.*

*Vſufructuarius cedendo alteri, aut alienando vſumfructum cadit à iure ſuo, & conſolidatur cum proprietate, p. 2. c. 1. num. 78.*

*Intelligas quòad totalem vſumfructum, non autem quòad commoditatem ipſius, ibid. num. 79.*



Digitized by Google

*Vſufructuarius locare poteſt vſumfructum, p.2.c.1.num.80.*

*Fallit, quando per locationem præiudicaretur proprietario, ibid.num.81.*

*Vſufructuarius non poteſt vſumfructum alteri obligare, p.2.c.1.num.82.*

*Itèm nec ſeruitutem in eo imponere, ibidem num.83.*

*Vſufructuarius non poteſt mutare formam rei, in qua conſtitutum habet vſumfructum, etiam ſi per mutationem meliorem rem illam faceret, p.2.c.1.num.84.*

*Rurſùs, nec conſtituere ius pignoris, vel hypothecæ, aùt reditus annui, ibidem num. 85.*

*Vſufructuarius non repræſentat perſonam teſtatoris, p.2.c.1.num.86.*

*Vſufructuarius litigando nõ præiudicat hæredi, vel Domino proprietatis, p.2 cap.1. num.87.*

*Vſufructuarius dicitur tãtùm adminiſtrator, non verò Dominus rei, & proindè ſententia lata contra ipſum non nocet proprietario, niſi conſtaret de eius ſcientia, p.2. c.1.num.88.*

*Vſufructuarius non poteſt nunciare nouum opus, p.2.c.1.num.89.*

*Vſufructuarius quæ poſſit ratione rei fructuariæ, p.2.c.1.num.90.*

*Vſufructuarius, an verò proprietarius teneatur ſubire onera rei vſufructuariæ, excutitur articulus, p.2.c.1.num.91.*

*Vſufructuarius particularis, ſiuè certæ rei ad nihilum tenetur, ſed onera tota pertinent ad hæredem, p.2.c.1.num.92.*

*Intelligas quòad onera, & æs alienum debita à teſtatore, non autem quòad onera particularia debita ratione illius certæ rei, ibid.num.93.*

*Vſufructuarius vniuerſalis, ſiuè omnium bonorum tenetur ad omnia onera, & æs alienum hæreditaria, p.2.c.1.num.94.*

*Vſufructuarius non tenetur ad legata perſoluẽda, ſed illorum ſolutio onus eſt proprietarij, p.2.c.1.num.100.*

*Fallit in legatis annuis, in quibus onus ſpectat ad vſufructuarium omnium bonorum, ibid.num.101.*

*Et hoc etiam in quocumquè debito annuo, ibid. num.102.*

*Itèm in quocumquè cenſu annuo, ibidem num.103.*

*Rurſùs quòad debitum annuum alimentorum, ibid.num.104.*

*Niſi tamen onus fuiſſet iniunctum hæredi, ibid. num.105.*

*Vel teſtator iuſſiſſet, ſolui debere de bonis ſuis, ibid.num.106.*

*Intelligas in caſu, quo legata prædicta annua poſſent ſolui de vſufructu, & aliàs vſusfructus non fieret inutilis, ibid.num. 107.& num.110.*

*Subintelligas hoc, quando fieret totaliter inutilis vſusfructus, nàm ſecùs ſi pro vno tantùm anno, ex quo poſſet ſuppleri de fructibus ſequentium annorum, ibid.nu. 108.*

*Vſufructuario defũcto an proprietarius poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem rei vſufructuariæ, p.2.c.1.num.115.*

*Vſufructuarius quãdo dicatur abuti re vſufructuaria, ad finem vt per abuſum priuari poſſit vſufructu, p.2.c.1.num.137.*

*Vſufructuarius deteriorando rem vſufructuariam perimitur vſusfructus, ac illo priuatur, p.2.c.1.num 138.*

*Deterioratio tamen habere debet plura requiſita. Primò, vt ſit in proprietate, non verò in vſufructu. Secundò, quòd per dolum malum, aùt leuem culpam ſit commiſſa, non verò leuiſſimam. & Tertiò, quòd ſit notabilis, ibid.num.139.*

*Vſufructuarius perdit vſumfructum ſi vendiderit illum, p.2.c.1.num.140.*

*Fallit in caſu, quo venderet proprietatem rei, aùt commoditatem ipſius, quæ eſt quid diuerſum ab illo, ibid.num.141.*

*Vſufructuarius perdit vſumfructum per nõ vſum temporis decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, p.2.c.1. num.143.*

*Vſufructuarius perdit vſumfructum, non præſtando cautionem, aùt non faciẽdo inuentarium, p.2.c.1.num.142.*

*Vſufructuarius fructus percipit in vita ratione ſolius iuris, non verò oneris ratione, & ideò nihil de illis pendentibus transfert ad hæredem ſuum, p.2.c.8.num.11.*

*Vſufructuarius fructus omnes, quos percipit finito vſufructu, tenetur reſtituere proprietario, p.2.c.13.num.3.*

*Vſusfructus rei mobilis differt ab vſufructu rei immobilis quòad vſum dominij, ſeù proprietatis, p.1.c.17.num.4.*

*Vſuſ-*

Digitized by Google

# I N D E X.


*Vſusfructus conſiſtit in actu eius, cui debetur, non enim conſiſtere poteſt, niſi adſit aliquis, qui eo vtatur, p.2.c.1.nu.29.*

*Vſusfructus duplex, caſualis, & formalis, quidue differat vnum ab altero, p. 2. c. 1. nu.32.*

*Vſusfructus quomodò, & in quibus rebus conſtituatur, p.2.c.1.n.33.*

*Vſusfructus bonorum mobilium dicitur impropriè, ac quaſi vſusfructus, par.2.cap.1. nu.34.*

*Vſumfructum rerum, quæ vſu non conſumuntur, neq; corrumpuntur, aùt veteraſcunt diſtinguunt* Doctores *ab eo rerum, quæ ex vſu corrumpuntur, minuuntur, aùt veteraſcunt, part.2.cap.1.num.56.*

*Exemplum dictarum duarum ſpecierum vſusfructus, ibid.nu.57.*

*Vſusfructus eſt ad inſtar matrimonij, quod non ſeparatur à perſona, part. 2. cap.1. nu.77.*

*Vſusfructus quibus in caſibus amittatur, p. 2.cap.2.nu.112.*

*Vſusfructus duplici de cauſa finiri poteſt, ratione ſcilicet perſonæ, & ratione rei, p.2. cap.1.nu.113.*

*Vſusfructus finitur morte naturali vſufructuarij, p.2.c.1.nu.114.*

*Vſusfructus finitur maxima, ac media capitis diminutione vſufructuarij, & quæ ſit maxima capitis diminutio, par.2.cap.1. nu.116.*

*Itèmquè media, ibid.nu.117.*

*Vſusfructus an confiſcari poſſit propter delictum.p.2.c.1.n.120.*

*Vſusfructus an extinguatur per ingreſſum vſufructuarij in Monaſterium, par. 1.c. 2.nu.121.*

*Vſusfructus, quem habet Pater in bonis filij an extinguatur per ingreſſum Patris in Monaſterium, examinatur articulus, p.2. c.1.nu.123.*

*Vſusfructus tribuitur Patri in bonis filij aduentitijs, non tantùm patriæ poteſtatis iure, verùm etiã ratione aliorũ multorum, ad quæ tenetur Pater ergà filios, part. 2. cap.1.nu.125.*

*Vſusfructus Patri debitus ſuper bonis aduentitijs filij relaxatur pro medietate in beneficium filij, ſi Pater illum emancipauerit, altera verò dimidia remanebit penès Patrem, p.2.c.1.nu.127.*

*Vſusfructus finitur per ceſſionem factam rei vſufructuariæ Domino proprietario, & conſolidatur cum ipſa proprietate, p. 2.c.1. nu.144.*

*Vſusfructus finitur ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, aùt terremotu, aùt vitio ſuo, p.2.c.1.nu.145.*

*Fallit, quando non vniuerſæ ædes conſumptæ fuerint, aùt exuſtæ, ibid.n.146.*

*Vſusfructus agri inundati, aùt cuius fuit mutata forma an perdatur, ſeù finiatur per inundationem, & formæ præfatæ mutationem, p.2.c.1.n.147.*

*Ac quid de naui demerſa, vel curru, aùt quatrigis, ſi perierit equus, remiſſiuè, ibid.*

*Vſusfructus finitur ſi vſufructuarius proprietatem acquiſierit, p.2.c.1.n.148.*

*Vſuræ conuentionales debitæ ex cõtractu teſtatoris, non tamen exactæ ſpectant integrè ad fideicommiſſarium abſq; deductione ratæ fauore grauati, ſi nõ exegerit, p.2. c.2.n.25.*

*Vtilis Dominus rei emphyteuticæ in caſu, quo fuerit auctum laudimiũ vltrà quinquageſimam potitur, vt poſſit alienare inconſulto Domino directo ipſius rei, part.1. c.14.nu.12.*

*Vtilitas Eccleſiæ requiſita ad lucrationem diſtributionum quotidianarum ſufficiet, ſi reſpexerit vtilitatem alterius Eccleſiæ loci, licèt non illius particularis, cui abſẽs inſeruit, p.1.c.15.n.24.*

*Vuæ, & Oliuæ ſunt in fructu, par.1.cap.17. nu.90.*

*Vua, & Oliua, licèt ſint* Vinum, *& Oleum reſpectiuè, non ſunt tamen talia actu, & propterea ab actu denominationem ſuſcipient, p.1.c.17.n.93.*

*Vxori competit ius accuſãdi de morte mariti, p.1.c.13.n.59.*

*Dummodò poſt mortem viri non tranſierit ad ſecunda vota, ibid.nu.60.*

*Itèm, dummodò non concurrant cum ipſa filij defuncti, ibi.nu.61.*

*Rursùs, dummodò etiam non concurrant cum ipſa alij conſanguinei viri ſanguine coniuncti, quibus defertur de iure hæreditas ipſius defuncti, ibid.nu.62.*

*Vxor non poteſt ſe obligare inſimùl cum marito, nec ſi ſe obligabit tenebit ſua obligatio, p.2.c.3.nu.70.*


Nàm

Digitized by Google

Nam ſe obligando remanet ipſo iure illæſa, & obligatio remanet nulla, ibid.num.71.
Fallit in caſu, quando ipſa vxor ſe obligaret principaliter, maritus verò fideiuberet, ibid.num.72.
Vxor vendens rem obligatam pro dote inſimùl cum marito, & confitens ſe recepiſſe pretium, nõ nocebit talis confeſſio ipſi vxori in repetitione dotis ſoluto matrimonio morte viri, niſi doceatur, fuiſſe pretium illud uerſum in utilitatem uxoris, p. 2, c.3, num.73.
Vel niſi confeſſio illa manaret coràm Iudice in forma iudicij, ibid.num.74.
Vxor an ſoluto matrimonio poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem bonorum immobilium in dotem datorum, p.2.c.3, num.77.
Vxoris fauore cautela, ad hoc nè maritus retrauendat cenſus dotales datos in dotem, & ipſa reddatur immunis pro retrauenditione fortè facienda.p.2.c.3.num.85.
Vxor cenſetur in dubio dediſſe bona ſua in dotem, quando bona illa fuerint ſibi relicta ex cauſa dotis in teſtamento, uel alia diſpoſitione, p.2.c.3.num.103.
Itèm, quando ipſa uxor eſſet longè inferioris conditionis à uiro, ibid.num.104.
Rursùs, quando formi patientia ipſa uxor permiſiſſet marito poſſidere bona, uti in dotem data, Et in quo conſiſtat iſta patientia formis, ibid.num.105.
Niſi tamen in caſu, quo mulier non poteſt ſe obligare abſq; præſentia proximorum, ibid.num.106.
Vel niſi mulier eſſet minor, ibid.num.107.
Vxor cenſetur in dotem dediſſe bona ſua, quando inſimùl cum marito illa adminiſtraſſet, permiſiſſetquè, vt ea deducerentur ab ipſa in Cataſtro, & apponerentur in eo nomine mariti, p.2.c.3 num.108.
Itèm, quando mulier pluriès affirmaſſet extrà iudicium ſe dediſſe in dotem bona ſua marito, ibid. num.109.
Ac etiam in caſu, quo ex parte mulieris vera traditio interceſſiſſet, ibid.num.110.
Rursùſquè accedentibus coniecturis reſultantibus ex verbis ipſius mulieris, ibidem num. 111.

Z

Zecherij, ſiuè Siclarij conſtitutio eſt in fructu, & fructus iuriſdictionis dicitur, p.1.c.9.num.26.
Eiuſdem officium circà qua verſetur, ibid.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google